Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

IUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CLIV.

JOANNES CANTACUZENUS IMP. CP. DEMETRIUS CYDONIUS. ALII.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

Digitized by Google

BR
60
.M3R
t.154

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV. ANNUS 1375.

—

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ

ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

JOANNIS

CANTACUZENI

OPERA OMNIA,

HISTORICA, THEOLOGICA, APOLOGETICA.

ACCEDUNT

JOANNIS PALÆOLOGI IMP., PHILOTHEI CPOLITANI PATRIARCHÆ, DEMETRII CYDONII, MAXIMI CHRYSOBERGÆ, PHILOTHEI SELYMBRIENSIS.

ORATIONES, OPUSCULA, EPISTOLÆ;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS POSTERIOR.

VENEUNT 2 VOLUMINA 22 FRANCIS GALLICIS

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE* PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV, ANNUS 1375.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CLIV CONTINENTUR.

JOANNES CANTACUZENUS IMP. CP.

Historiæ Byzantinæ continuatio. col. 9

Contra sectam Mahometicam pro Christiana religione Apologiæ quatuor, ex editione Basileensi anni 1543, apud Joannem Oporinum. 371

Contra Mahometem orationes quatuor, ex eadem editione. 583

Contra Barlaam et Acindynum, sub ficto nomine Christoduli monachi. Cf. Monitum Editorum. 693

PHILOTHEUS CPOLITANUS PATRIARCHA.

Sermo in Exaltationem Crucis. 719

De mandatis D. N. Jesu Christi. 729

Ordo sacri ministerii. 745

Laudatio trium Doctorum, Basilii scilicet, Gregorii et Joannis Chrysostomi. 767

Refutatio Anathematismorum Harmenopuli. 821

(Philothei contra Gregoram Antirrheticorum libri XII, ejusdem Eucomium Gregorii Palamæ exstant in tomo CLI; ejusdem Vita S. Demetrii martyris in tomo CXV; ejusdem diplomata in tomo CLII.)

DEMETRIUS CYDONIUS.

Notitia ex Bibliotheca Fabricii. 825

De processione Spiritus sancti adversus Gregorium Palamam. 835

De eodem argumento, ad eos qui dicunt Filium Dei non esse ex substantia Patris. 863

Ejusdem argumenti Epistola ad Barlaamum, quæ exstat inter epistolas Barlaami tom. CLI.

Oratio ad suos de admittendo contra Turcas Latinorum subsidio. 959

Oratio deliberativa de non reddenda Callipoli, petente sultano Amurate. 1009

Translatio libri fratris Ricardi, ordinis Prædicatorum, contra Mahometi asseclas, ex editione Basileensi, de qua vide not. ad col. 371. Accedit Christianæ fidei confessio facta Saracenis. 1035

De contemnenda morte. 1169

Epistola ad magnum primicerium Phacrasem, Thessalonica scripta cum Amurates II urbem obsidione cingeret. Ex edit. clar. Hasii. 1313

MAXIMUS CHRYSOBERGA.

De processione Spiritus sancti ad Cretenses. Cf. Monitum Editorum. 1217

PHILOTHEUS SELYMBRIENSIS ARCHIEPISCOPUS.

Oratio in S. Agathonicum, ex Cod. Gr. Nanian., p. 531, addita interpretatione nostra. 229

JOANNES PALÆOLOGUS IMP.

Professio fidei, cum Romam ad flagitandam ab Urbano V opem adnavigasset, coram Guillelmo Ostiensi episcopo dicta. 1237

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google

JOANNIS CANTACUZENI

HISTORIARUM LIBRI IV.

ARGUMENTUM LIBRI QUARTI.

701 Testificatur historicus, se, quæ gesta sint, fideliter narraturum. Imperatrix cum filiis ante imaginem Dei Genitricis consistens sic tacite victoris misericordiam implorat. Jurat ibidem Cantacuzenus, se a crimine alienum. Filiam Helenam Joanni imperatori adolescenti despondet. Juramentum subditis defertur. Nobiles refragantes, utrique imperatori sacramentum dicere coguntur : de bonis mobilibus per bellum alienatis sanctio. Helena imperatrix salutatur. Nuptiæ apparantur. In imperio a seditionibus et armis summa tranquillitas. Marchio e Lombardia Byzantium, Thessalonicam, Ænum ut sibi jure paterno debitas occupare cogitat : Bartholomæi legati duæ epistolæ, una ad Clementem VI Romanum pontificem, altera ad Delfinum Viennensem, de laudibus Cantacuzeni imperatoris. *Joannem* patriarcham conveniens, ei scelera præterita in se et rempublicam cum dogmatum impietate objectat; patriarcha a synodo damnatur, cujus locum Isidorus capessit. Ejus laus. Monachi de ambitione patriarchatus reprehenduntur. Ab Isidoro imperator publice anathemate absolvitur. Ab Orchane et ejus familia visitur : iterum in Blachernis justas ob causas coronatur. Joanni imperatori uxor jungitur. De collapsa magnam partem æde Sophiæ, illiusque instauratione. Crales semel et iterum appellatus, urbes post ictum fœdus ablatas restituturum negat. Contra eum copiæ cum Persicis auxiliis. Oppida imperatoris, quoniam a Triballis tenebantur, deprædati Persæ, in sedes suas revertuntur, cum Triballos devastare ac diripere debuissent. Imperator utrumque filium, et fratres uxoris muneribus ornat. Pecuniæ viritim exigendæ consilium capit, denuo se in concione contra sycophantas tuetur, de quibus graviter conqueritur; de Barbaris subsidio vocatis se purgat; culpam in adversarios rejicit; de tuenda republica sententias poscit. Civium primariorum responsum, quo suum, imperatoris, militis, mercatoris, opificis officium declarant. Causa exactionis pecuniariæ. In imperatorem inimicorum malignitas et criminatio. Cur illis pepercerit, negotiumque deseruerit. Insidiæ novæ quorumdam procerum, et cogitationes belli reparandi. Dantur in custodiam, ignoscitur, pristinis functionibus redduntur. Querimonia procerum quod Annæ et filio fidem astringere coacti sint; ambos defendit imperator, et illos excusat, qui se utrique fidelem futurum non putabant. Necessario se ad imperium accessisse, et imperatrici ac filiis ejus infensum **702** non esse. Seditiosi etiam ab Irene uxore repelluntur; filium Matthæum ad defectionem a patre, et ad principatum, aliquot urbibus in potestatem redactis, sibi condendum principes sollicitant. Cur ad illum desciverint. Matthæus quædam oppida sibi subdit. Mater filium ad sanitatem revocat. Ejus feminæ laus. Andronicus minimus natu filius e tribus, pestilentia moritur; ejus pestilentiæ elegans descriptio. Quas utilitates in hominum animis illa lues effecerit. Imperator cum genero Thraciæ urbes obit, ejusque ad militiam habilitate lætatur. Ad Clementem papam legatio, qua se de Barbaris in auxilium asciscitis excusat; opem suam spondet, si cum principibus Christianis in Barbaros bellum suscipere velit. Laudatur a papa. Legati dicta Cantacuzeni in ephemeridem referunt. Papa de cura erga adolescentem imperatorem et matrem ei gratias agit; ad Ecclesiarum concordiam conciliandam eumdem hortatur. Petit ab eo imperator concilium, promittitur, sed bello Italico res differtur, et interea pontifex vita defungitur; ita ex re parata imparata evadit. Tomprotizas urbem tradit. Persæ populatores cæsi, capti; reliquiæ in collem confugiunt. Nicephori despotæ periculosa temeritas. Persæ donati domum remittuntur. Matthæi filii generosus animus in conflictu. Victoriarum nuntii utrinque. Calculus imperatoris, et in morbo virtus. Quare Galatæi bellum imperatori fecerint; spatium regionis supra urbem vafre petunt, nec impetrant; asinis comparantur. Damna ab iis per incendium illata Byzantiis. In tumulo turrim excitant; spatium muro intercipiunt. Mercatores et opifices se de Galatæis vindicari orant. Eorum lapidum jaculatrix machina. Saxa Constantinopoli Galatam per tormenta displosa. Oneraria cum machina depressa. Genuensium oneraria intercepta. Bellum navale. Imperator victus animum excelsum re-

1719

Digitized by Google

timet, classem reparat. Victores triumphant; eorum in victis contemnendis insolentia. Locum reddunt, quem eis imperator donat. De nimia exactione calumnia. Causæ insolitorum tributorum. Chium Genuenses tandem restituunt. Calothetus Phocæam præfectus mittitur. Status Peloponnesi miserandus. Manuel filius imperatricis prætor designatus quid ibi gesserit. Vincit hostes, et ignoscit. Latini Achaiam tenentes, amici ac socii fiunt. Laus ejusdem Manuelis a placidis et integris moribus. Lazarus Hierosolymitanus accusatus, gradu pellitur; fame affligitur; a Galatæis ad fidei communionem invitatus recusat; injurias contemnit; hostibus suis traditur. Patriarchæ in eum et humanitas et inhumanitas. A Cantacuzeno legatus ad sultanum Ægypti pro Christianis et sua restitutione mittitur. Epistola sultani responsoria; in extrema Cantacuzeni laus. Gerasimus iterum Lazarum apud sultanum accusare parans, in via moritur. Successor sultani Sichuntis archisatrapæ impulsu in Christianos sævit. Cur Jacobitis hæreticis Sichum pepercerit. Lazarus flagellatur; Christiani damnantur infamia, cæteroqui a suppliciis immunes. Palamas Thessalonicæ creatus episcopus, a præfectis repudiatur, qui urbem suam facere conantur. Andreæ Palæologi in imperatorem audacia. Callistus Isidoro patriarchæ succedit. Imperator cum uxore monachismum meditatur. Thessalonicenses opem rogitant suppliciter. Palæologum urbe exigunt, quam Zelotæ Cra'i tradere student. Barbarorum mos in æmulis imperii occidendis. Merzianes ad imperatorem juvenem jugulandum ab Orchane subornatus deprehenditur. Imperatrix Anna filium Thessalonicæ relinqui non vult. Cavetur a Macedoniæ direptionibus. Præfectus Anactoropolis urbem sibi vindicat, locis aliis infestus. Imperator ejus naves incendit. Orchanes filium cum sociis revocat; revertentes Mœsiam depopulantur. Præfecti Amphipolitani in imperatorem humanitas. Thessalonicæ intestinæ discordiæ; res feliciter gesta. Veneti opem adversus Genuenses nullam impetrant. Cum principe pastorum pro filio captivo liberando rogante pactum init imperator. Qua ratione Berrhœam Crales muniverit. De navibus in transitu fluminis impeditis, et maris æstu expeditis. Berrhœa capitur. Persis diripiendi Cralis regionem fit potestas. Movet Edessam imperator, et spe sua frustratur. Oppidula plura se dedunt. Expeditio in Servios. Oppidi **703** descriptio. Suburbanorum transitio. Urbs oppugnatur. Urbes egregiæ et ipsa Scopia, sedes Cralis, imperatorem expetunt. A dynastis item Triballicis accersitur. Duo transfugiunt. Reditus imperatoris Thessalonicam. Profectio Gynæcocastrum. Perfidia præfecti ejusdem loci. Ante Thessalonicam inter Cralem et imperatorem colloquium: ubi se imperator defendit, ipsumque perjurum et causam belli ostendit; nihilominus ejus in se et uxoris beneficentiam et humanitatem laudat. Crales perfidiam confitetur; ablata non reddit: imperatorem incredibiliter timet. Curnam urbes occupatas retinere cupiat. Imperator ei improbitatem rursus objicit. Urbium partitio. Pax et epulatio. De Cralis perfidia. Copiæ utrinque eductæ, et citra prælium reductæ. Imperator juniorem imperatorem, Joannem nempe, de Crale cavendo monet, qui proditione Edessam capit. Lyzici præfecti pœna, et obitus. Edessæ eversio. Purgat se Mœsorum regi imperator de impressione Barbarorum in ejus regnum; consilium dat de illis Mœsia et Thracia prohibendis. Prodigium, quo Alexander contra Cralem erigitur. Navale purgatur. Mœsi inconstantia, quem frustra revocare conatur imperator. Synodus propter hæresin Barlaami et Acindyni. Cur se occultarit Acindynus. Quatriduum in disceptatione ponitur. Ephesi et Gani episcopi exauctorantur. De tribus tomis conscriptis. Barlaamitis et Acindyanis silentium indicitur; in custodiis habentur. De Nicephoro Gregora ut seditioso, mendace, et in Ecclesiam Byzantinam, in imperatorem et monachos maledico. Fabella Atlantis ad sanctos monachos accommodata. Cur imperator ad montem Atho profectus; cur inde reversus; cur imperium susceperit. Ejus in curanda Ecclesiæ pace sedulitas. Iterum contra Gregoram disseritur. Veneti contra Genuenses auxilium petunt. Temporarium fœdus Venetorum cum imperatore unde ortum. Galatæorum superbia cum arrogantia Lacedæmoniorum confertur. Saxum Byzantium bis jaciunt; bellum eis indicitur. Cum Venetis imperator contra Genuenses societatem init. Cur mutuum hæ duæ respublicæ infestæ. Galatæ obsessio. Venetæ classis præfecti audacia. Tres machinæ frustra comparatæ. De septuaginta triremibus Genuensium nuntius. Populi Genuensis contra optimates turbæ, quorum sumptibus eæ naves constructæ. Veneti ducis ignavia. Galata frustra oppugnatur. Tarchaniotæ brachium graviter vulneratur. Venetus domum renavigans, Genuenses vix effugit. Imperator junior malevolorum sermunculis in socerum incenditur. Iidem Andronicum callidissime decipiunt, quo ejus discessu liberius sint nequam. Ad filium reconciliandum Anna imperatrix a Cantacuzeno mittitur, cui res succedit. Cralem cum uxore objurgat. Genuenses Eubœæ oppidum incassum oppugnant. De munitione Byzantii, et stolido consilio cujusdam Martini, ejus oppugnandi. Ad urbes juxta Pontum imperator mittit subsidia. Sozopolis superbe rejicit, et a Latinis capitur. Ejus eversionem optimates pecunia redimunt. Philotheus Heracleensium episcopus a Galatæis captivos suos liberat. Nicolai ducis Venetæ classis timiditas. Genuenses vincuntur. Galatæorum in Catalanos impostura. Genuensium, Venetorum, Catalanorum clades. Ducis Genuensium magnus animus. Nicolaus victoriam fœdat. Imperatoris et Catalanorum ducis in eum ira. Byzantiorum in Catalanis ægrotis curandis memoranda charitas. Genuenses ab Orchane auxilium implorant. Cur ille Venetis infensus. Nicolaus denuo reprehenditur. Catalanorum dux præ dolore animi moritur: cui sufficitur Monean, quem

Digitized by Google

imperator ad pugnam frustra incitat. Nicolaus ut stultus relinquitur; classem reparat. Grimoaldus Pagani, ducis Genuensium successor, apud Sardiniam vincitur. A Venetis Genuenses afflicti, se principi Mediolanensium cum conditione subjiciunt. A Pagano apud Methonen Veneti expugnantur. Pax inter utrosque. Pagani et optimatium exsilium. Genuensium status restitutus. Palæologus cum uxore, et altero filiorum Didymotichum abit : eodem Irene cum episcopis Matthæum illi conciliatura proficiscitur. Palæologus Matthæo absolutam gubernationem scripto firmare abnuit, et contra socerum arma capit. Matthæum Adrianopoli obsidet; Zernomianum timore supervenientis soceri concedit. Adrianopolitani Cantacuzeno resistentes **704** vincuntur et diripiuntur. Zernomianenses ut temerarii incursantur. Palæologus pro auxilio Crali fratrem dat obsidem; eidem Mœsus subsidium mittit. Cantacuzenus ab Orchane auxilium contendit. Mœsi Persas fugiunt, a quibus Triballi et Romani partim cæduntur, partim capiuntur. Persæ Mœsorum agris illata vastitate in Asiam redeunt. Cantacuzenus pace a Palæologo obtenta, ejus oppidis infestus. Chalcidicen propter Morrhæos incursat. Ad Palæologum pacem petentem scita similitudo, cui malos consiliarios pacem impedientes detrahere nititur. Palæologus desperans in Tenedum cum uxore fugit. Ejus feminæ laus eximia. Urbes ejus Cantacuzenum accipiunt dominum. Irene Byzantium sedulo tuetur. Palæologus ad mœnia veniens, et spe lapsus, Galatam divertit : inde in Tenedum renavigans, maledicta vectorum in Cantacuzenum dissimulat. Tumultus nobilitatis Byzantii, et cum Cantacuzeno expostulatio, et de Matthæo imperatore designando petitio. Callistus patriarcha obsistit, et quasi aliena locutus reprehenditur. Longa oratione ut sæpe imperator suspicionem tyrannidis a se depellit, justitiæque et integritatis laudem aucupatur. Palæologum de aliquot capitibus accusat, inde probans Matthæum filium non injuria imperatorem nominari. Palæologus se de duobus capitibus purgat. Matthæus imperator declaratus, Adrianopolin mittitur. Callisti in sede non repetenda pertinacia. De successore ejus deliberatio. Citati canones. Imperator peccatum suum fatetur. Philotheus fit patriarcha. Callistus Galata in Tenedum profugit. Coronatio Matthæi et uxoris. Pergamenus Tenedius seditiosus, et auctor defectionis, vinctus Thessalonicam mittitur. De Persis, pecunia e Thracia educendis. Terræ motus ingens urbes prosternit, quas Barbari ut desertas occupant. Sulimani perfidia. Ab Orchane imperator urbes reposcit, et ille filium ad reddendum inducit. Causa cur Cantacuzenus ad generum in Tenedum vellet proficisci. Duas Galatæorum urbes in Scythia Sulimanus expugnat. Palæologus Byzantium venit, populus tumultuatur. Cantacuzenus cum uxore de monastica vita complectenda agit. Pugna cum Palæologo. Philothei monitio de Barbaris ad auxilium non vocandis; paret imperator. Redaccensus populi furor. Philotheus se occulit. Certis conditionibus juratur. Propugnaculum ad portam Auream describitur. De Barbaris Thracia pellendis, in quos bellum dissuadet Cantacuzenus. Diversum de ejus oratione judicium. Juniorum obtrectatio. Custodes ad portam Auream dedere se Palæologo abhorrent : astus Italicorum militum. Minæ Cantacuzeni. Veniam petunt, arcem dedunt. Palæologus in palatium invitatur; ad epulas socerum ipse invitat. Plebis tumultus propter Cantacuzenum sedatur. Socer genero voluntatem profitendi monachismi detegit, et cum uxore fit monachus; mutantque ambo nomina. Petit Palæologus ut inter ipsum et filium Matthæum resarciat concordiam. Redditur throno Callistus. Nicephorus despota fidem fallit. Fœdus inter imperatores. Optimates Joannis impostores; propter eos bellum recrudescit; Matthæo se purgat. Obitus Cralis. Helena Cralæna imperat. Factiones nobilium. Nicephorus dux Thessaliam obtinet. Famuli ejus scelera. Regina uxor Nicephori Byzantium, deinde ad virum se confert; in Peloponnesum ad fratrem perfugit. Maritus in certamine ab Albanis interficitur; ipsa Byzantii cum matre monacham agit. Orchanis filium a piratis captum persoluta grandi pecunia liberat Palæologus. Triballorum principum amicitia cum Cantacuzeno et ejus filio. In quantas angustias redactus Matthæus. Urbis Philipporum descriptio. Capitur Matthæus a Philippensibus in palude. Gratianopolim cum ejus uxore et liberis capit Palæologus. A Boichna Triballo Matthæus pecunia Palæologo venditur. Utrum oculi ei effodiendi. Laudatur Palæologi in eumdem misericordia; libertas captivo promittitur. Cantacuzenus gratias agit, et eum e custodia studet impetrare. Ziani in Eugeniam monacham, Cantacuzeni antea conjugem, pestifera calumnia. Quiddam a Matthæo liberando postulatur; ambitiosius respondet. Prudentissima oratio, qua pater filium a cupiditate imperii detorquere nititur. Obtemperat Matthæus, et jurat. Palæologus **705** amice cum eo versatur. Cantacuzenus cum eodem, totaque ejus familia ad novum dissidium inter illum et generum fugiendum Peloponnesum petit, ibique eum fratri Manueli præfecto commendat; et tandem Manuelem in se a calumniatoribus irritatum placat. Callistus patriarcha ad Cralænam legatus imperatoris cum sociis ibidem obit. Ejus corpus monachis ab Atho monte negatur; Mesembria obsidetur. Pax. Philotheus in patriarchatum redit. Historiæ totius epilogus. Notatu in primis digna in hoc extremo libro sunt : Secunda Cantacuzeni coronatio Constantinopoli, prior enim Adrianopoli contigit. Templi Sophiæ laus, collapsio, instauratio. Nuptiæ imperatoris Palæologi cum Helena Cantacuzeni filia. Litteræ et legationes inter Clementem VI pontificem et Cantacuzenum super Barbaris oppugnandis, et concordia Ecclesiarum. Bellum navale cum Galatæis. Chius insula a Genuensibus recepta. Res gestæ in Peloponneso. Legatio Cantacuzeni ad sultanum Ægypti, et ejus responsio.

Digitized by Google

Res Thessalonicenses. Contra Barlaamum et Acindynum synodus. Nicephori Gregoræ insectatio. Inter socerum et generum repullulans bellum, prudentia et auctoritate imperatricis Annæ repressum. In Catalanos vulneratos, et ægros Byzantiorum civium laudabilis charitas. Inter Matthæum et Palæologum propter Adrianopolim, finitimasque urbes controversia. De Matthæo in imperatorem flagitato. Pax et fœdus inter imperatores. Res inter Palæologum et Matthæum gestæ. Matthæi infelix exitus. Cantacuzeni et conjugis monachatus.

LIBER QUARTUS.

CAPUT PRIMUM.

Fidelitatem suam in narrando testatur. Libri argumentum. Imperatrix cum filiis ante imaginem Deiparæ. Jurat imperator, quod sæpius antea. Deo sycophantiis liberatus gratias agit. Helena Cantacuzeni filia adolescenti Joanni despondetur, quem commendat. Juramentum a subditis postulatur. Nobilissimi quidam detrectant, soli Cantacuzeno subesse cupientes : quod ille non patitur. Sanctio de bonis soli. Joannes imperator Helenam Cantacuzeni filiam ducit. Quies summa a discordiis et armis. Marchio e Lombardia Byzantium, Thessalonicam, Ænum, ut hæreditarias urbes occupare molitur.

Istiusmodi bellum inter Romanos ipsos accensum quinquennio duravit, adeoque multas ac sævas clades invicem intulerunt, ut iis imperium Romanum pene funditus eversum ac d.letum sit. Quæ omnia sicut acciderunt, ita nos nihil prætermittentes, accurate explanavimus : et quod jam pridem facturos spopondimus, nec ad gratiam quidquam, nec ad odium scripsimus. Reliquum est igitur ea quoque hominum memoriæ commendare, quæ in monarchia Cantacuzenus gesserit, et quæ illi rursum controversia atque dissidium cum genero Palæologo imperatore intercesserit. Postquam enim jurejurando functus, palatium introivit, Augustam ante Deiparæ Hodegetriæ imaginem cum filiis stantem invenit (1-66), quo magis imperatorem ad misericordiam permoveret, efficeretque ut recordationem omnium quæ per bellum gravia sibi et odiosa accidissent deponeret. **706** Ille primum Dei Matris iconem supplex veneratus, deinde super ea universis audientibus juravit se nec meditatum esse, nec fecisse quidquam qualecunque contra ipsam et filios, priusquam ab illis bellum moveretur : neque eam cum filio imperatore imperio spoliare ullo modo cogitavisse, sed omnia meras esse fabulantium criminationes confictasque calumnias. Sibi inde ab initio fuisse propositum, quemvis laborem subire, et quantum quantum haberet opum, ad communem imperatricis filiorumque fructum ac suam denique gloriam in privato habitu manentem impendere. Postea Deo exculsitas agit gratias, cum vivus ad illum diem pervenerit, ex quo manifestissime obtrectationibus et injustis accusationibus liber futurus sit, cum rebus ipsis obtrectatorum nequitiam modestiamque suam palam declararit. Tum una cum Au-

A Τοιοῦτος μὲν ὁ πρὸς ἀλλήλους τῶν Ῥωμαίων πόλεμος ἐπὶ πέντε ἔτεσιν ἀνερρίπισθη, καὶ οὕτως ἐκάκωσαν ἀλλήλους πολλὰ καὶ χαλεπὰ, ἐξ ὧν ὀλίγου δεῖν ἀνατραπῆναι συνέβη τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν. Ἃ καὶ ὡς ἐγένετο πάντα ἐξεθέμεθα μετὰ ἀκριβείας, μηδὲν παραλιπόντες, ἀλλὰ τὴν ἀρχαίαν φυλάξαντες ἐπαγγελίαν, ὥστε μήτε πρὸς χάριν, μήτε πρὸς ἀπέχθειαν μηδὲν εἰπεῖν, ἀλλὰ τὰ ὄντα ἀκριβῶς. Λοιπὸν δὲ ἤδη καὶ τὰ Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ μοναρχοῦντι πεπραγμένα διηγήσασθαι, καὶ ὅσα ἐν διαφορᾷ κατέστη αὐθις πρὸς Παλαιολόγον βασιλέα τὸν γαμβρόν. Ἐπεὶ γὰρ μετὰ τοὺς ὅρκους ἐγένετο ἐν βασιλείοις, βασιλίδα μὲν μετὰ τῶν τέκνων πρὸς τὴν τῆς Θεομήτορος εἰκόνα τῆς Ὁδηγη-
B τρίας εὗρεν ἱσταμένην, ἵνα μᾶλλον κάμπτῃ βασιλέα, καὶ πεισθῇ μηδενὸς ἀναμιμνήσκεσθαι τῶν κατὰ τὸν πόλεμον συμβεβηκότων δυσχερῶν. Ὁ δὲ πρῶτα μὲν τὴν τῆς Θεομήτορος εἰκόνα προσεκύνει, ἔπειτα ὤμνυε κατὰ τῆς εἰκόνος εἰς ἐπήκοον πάντων, ὡς οὔτε βουλεύσαιτο, οὔτε πρᾶξαι τὸ τυχὸν κατὰ βασιλίδος καὶ τῶν παίδων, πρὶν τὸν πόλεμον κινηθῆναι παρ' αὐτῶν· οὐδὲ βουλεύσαιτο κατ' οὐδένα τρόπον αὐτὴν καὶ βασιλέα τὸν υἱὸν τῆς ἀρχῆς ἀποστερεῖν· ἀλλὰ πάντα συκοφαντίας εἶναι καὶ διαβολὰς πλασθείσας ὑπὸ τῶν εἰκόντων. Ἐκεῖνον δὲ τοιαύτην γνώμην ἐξαρχῆς, ὡς πάντα πόνον ὑπομενοῦντα, καὶ
C σύμπαντα ὅσα προσῆν χρήματα καταναλώσοντα ὑπὲρ τῆς ὠφελείας τῶν κοινῶν, καὶ αὐτῆς τῆς βασιλίδος, καὶ τῶν παίδων, καὶ σφετέρας εὐδοξίας, μένων ἐπὶ σχήματος. Ἔπειτα πολλὰς εὐχαριστίας ἀπεδίδου Θεῷ, ὅτι ζῶν εἰς ταύτην ἦκε τὴν ἡμέραν, ἧτις ἀπαλλάξειε σαφέστατα τῶν συκοφαντιῶν καὶ τῶν ἀδίκων ἐγκλημάτων ἔργοις αὐτοῖς ποιήσαντα καταφανὲς, τήν τε τῶν εἰπόντων μοχθηρίαν, καὶ τὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ. Ἔπειτα εἰσῆεσαν ἅμα βασι-

Jacobi Pontani notæ.

(1-66) Sic inventus est Andronicus senior capta urbe a nepote libro primo cap. 59. Ad hanc imaginem in periculis confugere, solemne fuit, ut apparet.

Digitized by Google

λίδι καὶ βασιλεῖ τῷ υἱῷ εἰς τὴν οἰκίαν ἡ παρεσκεύαστο πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ὑποδοχήν. Καὶ ἄλλα τε διειλέχθησαν περὶ τῶν πραγμάτων, καὶ Ἑλένην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα τῷ νέῳ κατηγγύησαν βασιλεῖ. Ἐάλω γὰρ αὐτοῦ κατάκρας εὐθὺς ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς, οὐ μόνον διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα εὔνοιαν, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὸν ἐώρα δοχεῖον, ἂν τις εἴπε, χαρίτων παντοδαπῶν· οὐ μόνον γὰρ εἶδος ἄξιον ἐπεδείκνυτο τυραννίδος, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνδρίαν καὶ σύνεσιν οὐκ ἀγεννεῖς ὑπέφαινεν ἐλπίδας· ἃ καὶ εἰς ὕστερον ἐξέβη κατ' ἐλπίδας. Συνέσει τε γὰρ οὐδενὸς ἀπολείπεται τῶν προγόνων βασιλέων, καὶ τὴν εὐψυχίαν καὶ τὴν τόλμαν οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἐπεδείξατο τοῖς πολεμίοις. Εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἐκέλευεν ὁ βασιλεὺς, τούς τε αὑτῷ συνόντας ἔξω Βυζαντίου, καὶ τοὺς βασιλίδι προσκειμένους συγκλητικούς τε ἅμα καὶ στρατιώτας, καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ἐπιφανῶν, πίστεις ἀμφοτέροις δι' ὅρκων διδόναι τοῖς βασιλεῦσι, καὶ μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν μηδὲ διάστασιν, ἀλλ' ὑπὸ μίαν βασιλείαν ἅπαντας τετάχθαι. Ὅσοι μὲν οὖν ἔνδον ἦσαν μετὰ βασιλίδος, καὶ χάριν προσωμολόγουν βασιλεῖ, καὶ τοὺς ὅρκους παρεῖχοντο προθύμως· τῶν ἔξω δὲ οἱ πλείους οὐκ ἠνείχοντο τῶν μάλιστα ἐπιφανῶν, ἀλλὰ Καντακουζηνῷ μόνον ἔφασαν τῷ βασιλεῖ δουλεύσειν, ἑτέρῳ δὲ μηδενί. Δεινὸν γὰρ εἶναι εἰ τοσαῦτα ὑπομείναντες κατὰ τὸν πόλεμον, καὶ χρήματα προέμενοι, καὶ οἰκείους, καὶ σφᾶς αὐτοὺς ὑπὲρ τοῦ νικᾶν τοὺς πολεμίους, ἔπειτα ὅτε ἔδοξαν κεκρατηκέναι, ἀθρόον φαίνεσθαι κατάκρας ἡττημένους, καὶ δουλεύοντας ἐκείνοις οἷς ἐξῆν καὶ πρότερον δουλεύειν εἰ ἐβούλοντο, τῶν πολλῶν ἐκείνων δυσχερῶν ἀπαλλαγέντας. Ἐπὶ τρισὶ μὲν οὖν ἡμέραις ἐφιλονείκουν μὴ ταὐτὰ ποιεῖν τοῖς ὄλλοις, μηδὲ ὑπάγειν ἑαυτοὺς τῇ ὑπὸ τὸν βασιλέα τὸν νέον δουλείᾳ. Καντακουζηνὸς δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν ἔνστασιν ὁρῶν, σύντομόν τινα τὴν ἀπόφασιν καὶ αὐστηρίας ἐξήνεγκε μεστήν. Τοὺς γὰρ μὴ βουλομένους τῷ γαμβρῷ ὑπείκειν ἐκέλευε καὶ αὐτοῦ ἀναχωρεῖν. Βιάζεσθαι γὰρ οὐκ ἐθέλειν ἔφασκέ τινα αὐτῷ δουλεύειν, ὥσπερ οὐδὲ πρότερον· ἀλλ' εἴ μέν τις βούλοιτο τετάχθαι ὑπ' αὐτῷ, ἀνάγκη πᾶσα καὶ βασιλέα τὸν γαμβρὸν ἡγεῖσθαι κύριον· εἰ δ' ἐκείνῳ μὴ βούλοιτο ὑπείκειν, καὶ αὐτοῦ ἀφίστασθαι· ὡς οὐκ ἐνὸν ἄλλως ἢ τοῦτον τὸν τρόπον τὰς διχοστασίας καὶ τὴν ἔριν ἐκ μέσου γίγεσθαι.' Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς τοιαῦτα εἶπε πρὸς ὀργήν. Ἐκεῖνοι δὲ οἱ πρότερον ἀνθιστάμενοι, δείσαντες τὴν βασιλέως ἀπειλὴν, εἰκόν τε καὶ τοὺς ὅρκους ἀπέδοσαν ἧ ἐκέλευεν ὁ βασιλεύς. Μετὰ τοῦτο δὲ ἐθέσπιζε μηδένα μηδενὶ παρενοχλεῖν

A gusta et filio imperatore in conclave sibi paratum ingressus est. Ibi sermo inductus de republica, et adolescenti desponsa Helena filia. Cœpit enim statim vehementissime juvenem diligere, non solum ob amorem quo in patrem ejus fuerat, sed etiam quod videbat esse gratiarum omnigenarum, ut ita dicam, domicilium (67). Nec enim forma duntaxat ei inerat digna imperio (68), verum etiam fortitudinis atque prudentiæ non vulgarem præ se ferebat indolem: quæ virtutes postea quoque, ut sperabatur, in eo eluxerunt. Nulli quippe majorum suorum imperatorum intelligentia secundus est, et generosam sæpenumero audendi fiduciam hostibus demonstravit. Postridie edixit imperator, ut qui secum essent, extra urbem morantes, et qui ab B imperatrice essent optimates, milites, aliique nobiles sacramento concepto fidem utrisque imperatoribus astringerent, et universis uni se imperio subjicientibus, cessaret omnis dissensio, et omnes discordiæ aliquando tandem finirentur. Quotcunque igitur in urbe cum imperatrice erant, et gratias imperatori agere, et sacramentum libenter dicere. Foris autem plures, et quidem nobilissimi, repugnare, ac profiteri, Cantacuzeno soli se parituros, præterea nemini. Esse enim perabsurdum, cum tot tantosque labores bello exantlaverint, facultatesque, propinquos, semetipsos pro nihilo habuerint, ut hostes debellarent, jam cum debellaverint repente ipsosmet debellatos superatosque videri, et subesse illis, quibus et ante, tam multarum molestiarum adhuc expertes, subesse poterant, si voluissent. **707** Sic per triduum, ne idem quod cæteri facerent, neu junioris imperatoris jugum acciperent renitebantur. Cantacuzenus imperator contumaciam videns, paucis ac summa severitate edixit, qui genero parere nollent, a se quoque discederent. Nolle cuiquam sibi parendi necessitatem imponere, quemadmodum nec antehac imposuisset: sed si quis sibi subdere se cupiat, eum et imperatorem generum oportere dominum agnoscere; aliter enim lites et dissidia nunquam sublatum iri. Hæc imperator, non sine bile: cujus minis rebelles illi conterriti cesserunt, atque ut jussum erat juraverunt. Præterea sanxit, ne D quis ulli ob rapta bello negotium facesseret; res tamen soli ad antiquos possessores redirent (69). Si quæ emptæ aut vitiatæ essent, neque redhiberentur, neque in veterem formam habitumque restituerentur. Injuriosis itaque et invasoribus talem honorem habuit. Qui autem injuriam per-

Jacobi Pontani notæ.

(67) Suavis omnino laus, qua significatur, nihil quod gratiam et amorem conciliare posset, huic adolescenti ulla ex parte defuisse. Tale est, ad laudem quidem spectans, κοινὸν ἄγαλμα τῆς φύσεως, commune generis humani decus et ornamentum, quod ejus patri Andronico tribuit, lib. I, cap. 3.

(68) Compositio membrorum, conformatio lineamentorum, figura, speciesque decora, eximium est regis ornamentum, et ad gratiam amoremque inter subjectos conciliandum percommodum instrumentum. Lege quæ plura disserimus de forma et pulchritudine regis, dialogo 12 secundæ tertii.

(69) Fecit hoc Andronicus quoque junior, capta Constantinopoli, et bello finito. Vide lib. II, cap. I, et Notas ibidem.

Digitized by Google

pessi, et fortunis suis nudati essent, eorum inopiæ aliis rationibus medebatur. Sic brevi spatio omnes disceptationes et turbarum occasiones amputavit, rursumque bene ordinata respublica pacem ac tranquillitatem agitabat. His actis Adrianopoli uxorem cum filiabus evocat. Quæ ut affuerunt, in templo Deiparæ ante urbem (quod ut nomine πηγή, id est fons dicitur, sic re ipsa curationum plurimarum fons est), Anna imperatrice egressa obviam, et præsentibus imperatoribus cum magistratibus et nobilitate universa, Helena adolescenti Joanni nuptura, patre et Anna Augusta jubentibus, imperatorio cultu exornata et imperatrix salutata est. Deinde omnibus simul cum imperatoribus in palatio congregatis, nuptiæ apparabantur, et universi a bellicis miseriis relevati, meliora ominabantur. Quippe non tantum Romani contentionibus et factionibus mutuis desistebant, verum etiam exteri hostes sub Cantacuzeni auctoritatem totum imperium Romanum subjectum esse audientes, arma inhibebant: siquidem antea et vicinæ dynastæ aliquid ab eo abradere laborabant, et marchio e Lombardia princeps, imperatoris Andronici senioris ex filio nepos, qui præ cæteris omnibus sibi imperium tanquam debitum vindicabat (cujus etiam pater Theodorus cum Andronico juniore de eodem litigaverat), **708** certior factus, Romanis Cantacuzenum imperare, ac præter Byzantium, Thessalonicam et Ænum, reliquum omne imperium filiis defuncti imperatoris abstulisse, considerabat, quomodo et ipse adducta classe harum trium urbium sibi potius ex paterna hæreditate, quam Cantacuzeno debitarum potiretur: ad quod eum mirifice Cumintzes cardinalis, uxoris ejus frater sollicitabat, qui etiam navibus ædificandis non exiguam pecuniam, et alioqui ad apparatum bellicum impensam non modicam conferebat. Jamque instructus erat, ut illius anni vere ineunte Byzantios magna potentia navali aggressurus.

A περὶ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἡρπασμένων πλὴν τῶν κτήσεων· ταύτας γὰρ τοὺς ἔχοντας ἀποδιδόναι τοῖς κυρίοις· εἰ δέ τινες ἀπέδοντο ἢ διέφθειραν, μήτε τὴν ὠνὴν ἀποδιδόναι, μήτε μὴν εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα ἀναγκάζεσθαι καθιστᾶν. Τοῖς μὲν οὖν ἀδικήσασι καὶ ἡρπακόσιν ὁ βασιλεὺς τοιαύτην παρείχετο φιλοτιμίαν, τοῖς δὲ ἀδικηθεῖσι καὶ ἀποστερουμένοις τῶν οἰκείων, ἑτέροις τρόποις ἐθεράπευσε τὴν ἔνδειαν. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πᾶσαν ἀμφισβήτησιν περιεῖλε καὶ πρόφασιν θορύβου· καὶ ἐν εὐταξίᾳ πάλιν καὶ εἰρήνῃ τὰ Ῥωμαίων ἦν. Ἔπειτα ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ βασιλίδα τὴν γαμετὴν μετὰ τῶν θυγατέρων μετεκαλεῖτο πέμψας. Ἐπεὶ δὲ παρῆσαν ἐν τῷ πρὸ τῆς πόλεως τῆς Θεομήτορος τεμένει, ὃ πηγή τέ ἐστιν ἀφθόνων ἰαμάτων καὶ καλεῖται, βασιλίδος Ἄννης ἐξελθούσης καὶ τῶν βασιλέων συμπαρόντων καὶ τῶν ἐν τέλει πάντων καὶ ἐπιφανῶν, Ἑλένη ἡ τῷ νέῳ μέλλουσα βασιλεῖ συνοικεῖν, προστεταχότος τοῦ πατρὸς, καὶ Ἄννης τῆς βασιλίδος, ἐπισήμοις ἐκοσμεῖτο βασιλικοῖς, καὶ Ῥωμαίων βασιλὶς προσηγορεύετο. Ἔπειτα εἰς τὰ βασίλεια πάντων ἅμα βασιλέων γενομένων, οἱ γάμοι τοῦ νέου βασιλέως παρεσκευάζοντο, καὶ πάντες ἐν ἐλπίσι χρηστοτέραις ἦσαν, ἀναπνεύσαντες ἀπὸ τῶν τοῦ πολέμου δυσχερῶν. Οὐ μόνον γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τῆς πρὸς ἀλλήλους ἐπαύοντο διαφορᾶς καὶ στάσεως, ἀλλὰ καὶ οἱ ἔξωθεν πολέμιοι πυθόμενοι, ὡς ὑπὸ βασιλέα τὸν Καντακουζηνὸν ἅπασα ἡ Ῥωμαίων γένοιτο ἡγεμονία, ἐπαύοντο πολεμεῖν. Οὐ μόνον γὰρ οἱ B ὅμοροι δυνάσται παρασπᾷν τι τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐπεχείρουν, ἀλλὰ καὶ μαρκέσης ὁ Λουμπαρδίας ἄρχων, υἱωνὸς ὢν τοῦ πρώτου βασιλέως Ἀνδρονίκου, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν αὐτῷ προσήκειν τῶν ἄλλων μᾶλλον ἀξιῶν (καὶ γὰρ καὶ ὁ πατὴρ αὐτῷ Θεόδωρος Ἀνδρονίκῳ τῷ νέῳ βασιλεῖ περὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἠμφισβήτει), πυθόμενος ὡς βασιλεύσειε παρὰ Ῥωμαίοις ὁ Καντακουζηνὸς, καὶ τὴν μὲν ἄλλην ἅπασαν ἀρχὴν ἀφέλοιτο τῶν βασιλέως παίδων, Βυζάντιον δὲ μόνον καὶ Θεσσαλονίκη καὶ Αἶνος ὑπολείποιτο, ἐσκέπτετο ὡς καὶ αὐτὸς ἐπελθὼν δυνάμει ναυτικῇ, τῶν ὑπολελειμμένων τουτωνὶ πόλεων κρατήσειε μᾶλλον αὐτῷ προσηκουσῶν ἐκ κλήρου πατρῴου, ἢ Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα ἔχειν. Ἐνήγετο δὲ μάλιστα πρὸς τοῦτο καὶ παρὰ τοῦ γυναικὸς ἀδελφοῦ Κουμίντζη προσαγορευομένου καρδιναλίου, χρήματά τε πολλὰ πρὸς τὸν στόλον παρεχομένου, καὶ ἄλλην συντέλειαν πολλὴν πρὸς τὴν παρασκευήν. Καὶ ἤδη παρεσκεύαστο, ὡς ἅμα ἦρι τοῦ ἔτους ἐκείνου μεγάλῃ δυνάμει ναυτικῇ ἐπιπλεύσων Βυζαντίοις.

CAPUT II.

Marchio a quodam Bartholomæo deterretur. Ejus epistolæ ad papam Clementem et Delfinum Viennensem de laudibus Cantacuzeni, oratione admodum luculenta. Quem etiam contra accusatores defendit, et Delfino commendat. Etiam Constantino æquat, et Octaviano ac Theodosio, Scipionique Africano præfert. Scopus laudationis explicatur.

Verum enimvero ex Bartholomæo quodam intelligens, Cantacuzenum jam Byzantium atque imperium universum sub se redegisse, ab instituto quievit. Hic namque Bartholomæus a Delfino Viennensi (70) ad Annam imperatricem legatus, cum

D Πυθόμενος δὲ παρὰ Βαρθολομαίου τινὸς, ὡς Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς Βυζάντιόν τε ἤδη καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὑποποιήσαιτο, ἀπέσχετο τοῦ ἔργου. Βαρθολομαῖος γὰρ οὑτοσὶν, ἐκ Δελφίνου Ντεβιάνα πρὸς Ἄνναν τὴν βασιλίδα ἦκων

Jacobi Pontani notæ.

(70) Anno 1348, Imbertus, seu Ingibertus, ut alii vocant, Delfinus Viennensis, Delfinatum suum Philippo regi Gallorum vendidit, ea condione, ut primogenitus regis perpetuo esset dominus illius

Digitized by Google

πρεσβευτης, ἐπει μεταξὺ πρεσβεύοντος, Καντακου- A interea, dum ipse legationem obit, Cantacuzenus
ζηνὸς ὁ βασιλεὺς ἐκράτει Βυζαντίου, εἰς λόγους ἐλ- Constantinopolim occupasset, congressus cum eo,
θὼν, καὶ τὴν βασιλέως σύνεσιν θαυμάσας, πάππᾳ τε ejusque prudentiam admiratus, Clementi papæ et
τῷ Κλήμεντι καὶ τῷ πέμψαντι Δελφίνῳ ἔγραφεν Delfino, a quo missus fuerat, scripsit. Eas epistolas in historiam hanc ad verbum illigavimus. Quæ
ἐπιστολάς· ἃς ὥσπερ εἶχον προσεθήκαμεν τῇ διη- quidem ad papam est, sic habet : Universus popu-
γήσει. Εἶχεν οὖν ἡ πρὸς μὲν πάππαν οὕτως· Ἀγαλλιά- lus exsultet, victoriaque tanti imperatoris totus
σθω πᾶς ὁ λαὸς τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, καὶ τῆς terrarum orbis gratuletur. Dies enim sanctificatus
νίκης ἕνεκεν τοῦ τοσούτου βασιλέως εὐφρανθήτωσαν Christianis illuxit tertio Nonas Februarii, quo ni-
σύμπας ὁ κόσμος. Ἡγιασμένη γὰρ ἡμέρα πᾶσι mirum Deus emisit angelum suum præparare viam
Χριστιανοῖς ἀνατέταλκε κατὰ τὴν τρίτην τοῦ Φε- suam ante illum, et lumine suo splendidissimo belli
βρουαρίου, ἐν ᾗ δὴ ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ tenebras procul dispellere: qui pacem tanquam
ἄγγελον κατασκευάσοντα τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἔμπροσθεν virentis olivæ ramusculum attulit. Hic enim est
αὐτοῦ, καὶ τῷ οἰκείῳ διαυγεστάτῳ φωτὶ πόρρω rex pacis, alter Salomon, cujus faciem omnis terra
ποιησόμενον τὸ τῆς μάχης σκότος, ἀγαγόντα καθάπερ videre desiderat (71). Ecce enim ut ostenderet Do-
κλάδος χλοαζούσης ἐλαίας τὴν εἰρήνην. Οὗτος B minus, non in equi robore, aut in potentia hominis,
γάρ ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς εἰρήνης, ὁ δεύτερος Σολο- sed divina virtute erectum hoc tropæum, a præcel-
μὼν, οὗ τὸ πρόσωπον ἐπιθυμεῖ βλέπειν πᾶσα κτί- lentissimo et invictissimo domino Joanne Cantacu-
σις. Ἰδοὺ γὰρ ἵνα δείξῃ Κύριος ὡς οὐκ ἐν ἰσχύϊ zeno Augusto imperatore, potestatis suæ thesau-
ἵππου, οὐκ ἐν δυναστείᾳ ἀνθρώπου, ἀλλ' ἐν δυνάμει ros aperuit, et in illum suorum charismatum dona
θεοῦ γέγονε τὸ τρόπαιον τουτὶ παρὰ τοῦ ὑψηλοτάτου effudit, **709** dum videlicet illi hanc reginam ur-
καὶ νικητικωτάτου βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος κυ- bium, Constantinopolim inquam, et quantumcun-
ρίου Ἰωάννου τοῦ Καντακουζηνοῦ, ἀνέῳξε τοὺς τῆς que est imperium, cœlesti virtute in potentia ar-
ἑαυτοῦ δυνάμεως θησαυροὺς, ἐγχέας ἐπ' αὐτὸν τὰ morum, et brachio extento tradidit, ut in ipso
δῶρα τῶν ἑαυτοῦ χαρισμάτων, τὴν βασιλίδα δηλαδὴ donorum ejus et misericordiæ fluvii perennes
ταύτην τῶν πόλεων, τὴν Κωνσταντίνου φημὶ, καὶ clarius apparerent. Hic enim est de quo Scriptura,
παρασχὼν ὁλόκληρον αὐτῷ βασιλείαν τῇ θείᾳ αὐτοῦ qui potuit transgredi, et non est transgressus,
δυνάμει ἐν δυναστείᾳ ὅπλων, καὶ ἐκτεταμένῳ βρα- facere mala, et non fecit. Imo profecto Christum
χίονι, ἵν' ἐν αὐτῷ μᾶλλον φανῶσιν οἱ διὰ παντὸς ῥέ- imitatus, bonum pro malo reddidit; memor mise-
οντες ποταμοὶ τῶν ἑαυτοῦ χαρισμάτων καὶ τοῦ rationis, et immemor iniquitatis. Qui etiam fuit
ἐλέους. Αὐτὸς γὰρ ἐστι περὶ οὗ γέγραπται, ὅτι ἠδυ- C bonus miles, secundum exemplar primi athletæ
νήθη παραβῆναι, καὶ οὐ παρέβη, καὶ κακὸν ποιῆσαι, Stephani orantis pro persecutoribus se lapidan-
καὶ οὐκ ἐποίησε· μᾶλλον δὲ ἐπόμενος τῷ Χριστῷ tibus, dicentisque : « Domine, ne statuas illis
ἀνταπέδωκεν ἀγαθὸν ἀντὶ κακοῦ, μνησθεὶς ἐλέους, hoc peccatum quia nesciunt quid faciunt[1]. » Nun-
καὶ ἐπιλαθόμενος ἀνομίας. Ὅς γε καὶ γέγονεν quam post homines natos ullius tam singularis in-
ἀγαθὸς στρατιώτης κατὰ τὸν πρώτως ἀθλήσαντα credibilisque virtus audita est, neque Octaviani,
Στέφανον, ὑπὲρ τῶν λίθοις βαλλόντων αὐτὸν διω- neque Theodosii (72) : ut quos vi armorum humi
κτῶν προσευξάμενον, καὶ « Μὴ στήσῃς αὐτοῖς, εἰρη- prosternere potuit, illis, omnium in se commisso-
κότα, Δέσποτα, τὴν ἁμαρτίαν ταύτην, οὐ γὰρ οἴδασι rum oblitus, pie misericordiam suam impertiret.
τί ἐποίησαν. » Οὐδέποτ' ἀπ' αἰῶνος ἠκούσθησαν τοσαύ- Lætare igitur, sanctissime domine, adeo felici, adeo
την ἀνδρὸς ἀρετὴν γεγονέναι, οὔτ' Ὀκταβιανῷ τῷ triumphali, incruentoque et Christiano populo
βασιλεῖ, οὔτε Θεοδοσίῳ, οὔτε μὴν ἐν Αὐγούστῳ τῷ minime noxio ingressu. Iterum gaude, quoniam
Καίσαρι, ὡς οὓς ἠδυνήθη τῇ τῶν ὅπλων δυνάμει veritas per veritatem suscepta est. Christi enim
καταστρωννύναι εἰς γῆν, τούτοις δοῦναι τὸν ἑαυτοῦ veritas hujus insontis imperatoris veritatem osten-
χρηστὸν ἔλεον, ἐπιλαθόμενος τῶν εἰς αὐτὸν πάντων D dit, propterea quod veritas et misericordia illi
κακῶν. Ταῦτά τοι καὶ χαῖρε, ἀγιώτατε δέσποτα, τῇ obviaverunt, justitiaque et pax inter se osculatæ
οὕτως εὐτυχεῖ, οὕτω νικητικωτάτῃ εἰσόδῳ, ἀναι- sunt. Equidem hoc ad pacem potius et optimum
μάκτῳ τε καὶ ἀζημίῳ τοῦ Χριστιανικοῦ λαοῦ· universi populi Christiani statum et ad incremen-
καὶ αὖθις χαῖρε, ὅτι ἡ ἀλήθεια δι' ἀληθείας ἐδεί- tum tropæi contra inimicos crucis Christi perti-
χθη. Ἡ γὰρ τοῦ Χριστοῦ ἀλήθεια ἔδειξε τὴν τοῦ nere confido : quemadmodum non mediocri de-

[1] Act. VII, 59.

Jacobi Pontani notæ.

terræ, dicereturque Delfinus. Igitur anno sequenti Joannes Philippi primogenitus accepit possessionem illius, et factus est primus Delfinus. Imbertus autem apud Lugdunum ordinem Prædicatorum ingressus est.

(71) In 2 Paralip. est his verbis : *Omnesque reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, ut audirent sapientiam*, etc.; nec aliter apud Septuaginta.

(72) Sequitur in Græco, οὔτε μὴν Αὐγούστου Καίσαρος. Sed hoc est repetere Octavium : idem enim Augustus, qui Octavius. Fortassis alium nominare voluit. Infra autem explicat, quomodo quemque superarit, et Constantinum ac Scipionem adjungit.

Digitized by Google

trimento fuit Romanorum imperatoribus longissimo tempore amplificata discordia. Proinde etsi quædam nefanda facinora de nominato a me serenissimo imperatore et augusto domino Joanne Cantacuzeno (qui etiam pater nunc est serenissimi imperatoris et augusti Romanorum Joannis Palæologi), sanctitati tuæ narrata sunt, certe nequaquam admittenda, nec ullo modo credenda sunt. Arbitror enim beatitudinem tuam de his ab ipsis dominis imperatoribusque nostris sive per legatos, sive per litteras probe et verius atque liquidius nihilo minus cognituram. Hæc ad papam Clementem VI Bartholomæus de imperatoribus. Ad Imbertum autem Delfinum Viennensem, a quo etiam legatus ad Annam imperatricem venit, in hæc verba litteras dedit : Totus fidelium populus jubilet hilariter ; psallat Christianorum chorus; 710 in sacrosanctis ecclesiis illustrissimi dies festi renoventur ; feriant sidera psalmodiæ ; cant cœlo monachorum organa ; volvantur per omnium ora, omnemque circumcirca regionem pervagentur hæ jucundæ panegyres, ut gaudentium clamor non a terrestribus solum, sed etiam a cœlestibus civibus exaudiatur. Audite igitur, cœli, quæ loquar, et audiat terra verbis oris mei. At enim quis non libenter audiat, quis non sollicite dictis adhibeat animum, factam esse scilicet manum Domini super Romanum imperium, quia dies illuminavit noctem et splendor fugavit tenebras, sedentibusque in tenebris et umbra mortis lux de cœlis orta est? Videte quomodo lux hæc desuper orta sit, ut qui sedet super omnes Excelsissimus, non apparatu bellico eximio, sed sua ipsius virtute magno et inclytissimo imperatori, domino Joanni Cantacuzeno, eidemque imperii et imperatoris parenti, hanc omnium urbium reginam traderet, et huc usque justus judex hoc ei imperium pro munere servaret, ut omnibus hoc a Domino Deo, non ab homine factum plane constaret. Ait enim sapientissimus Salomon, « Tempus cuique rei sub cœlo, et omnia bona in tempore suo. Tempus flendi, et tempus lætandi [1]. » Sic aliquando et Christus, « Nondum venit hora mea [2]. » Et alibi, « Pater, venit hora, et nunc est ut clarificetur Filius tuus [3] ; » statimque paterna vox ad Filium, « Et clarificavi, et iterum clarificabo [4]. » Etiam in Evangelio legimus, Joanni Christo nostro ad Jordanem dicenti: « Ego a te baptizari debeo, et tu venis ad me [5] ? » respondisse Christum : « Sine modo; sic enim decet nos implere omnem justitiam [6]. » Verba illa, *Sine modo*, nondum adesse tempus significabant exaltationis et gloriæ, quoniam nondum venerat hora benedictionis et gratiæ. Hæc igitur luminis hora Romanorum servata est imperio : ne si repente et improviso munus hoc fidelibus exhiberetur, vilipenderetur. Hic est, qui cœlum ac tempestates serenat. Hic ille, qui post lamentationem et lacrymas lætisai τὴν ἀλήθειαν αὐτῷ καὶ τὸν ἔλεον, καὶ καταφιλῆσαι εἰρήνην τε καὶ δικαιοσύνην. Ἐγὼ δὴ πέποιθα τοῦτ' εἶναι μᾶλλον ὑπὲρ εἰρήνης καὶ καταστάσεως τοῦ σύμπαντος Χριστιανικοῦ λαοῦ, καὶ εἰς ἐπίδοσιν τοῦ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τοῦ σταυροῦ τροπαίου, ὥσπερ οὐ μικρὰν τὴν ζημίαν εἰργάσατο τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμανίας ἡ χρόνον ἐπὶ πλεῖστον αὐξηθεῖσα διχόνοια. Τοίνυν εἴ καί τινα δεδήλωται τῇ σῇ ἁγιότητι ἀῤῥητουργήματα κατὰ τοῦ προῤῥηθέντος γαληνοτάτου βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυρίου Ἰωάννου τοῦ Καντακουζηνοῦ, τοῦ καὶ πατρὸς νῦν τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυρίου Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου, ἀλλ' οὖν μηδαμῶς εἶεν δεκτέα, ἢ πιστευτέα κατά τινα τρόπον. Οἶμαι γὰρ ὡς ἐν τούτῳ θήσεται ἡ σὴ ἁγιότης περὶ τούτων καλῶς παρὰ τῶν προῤῥηθέντων τούτων κυρίων καὶ βασιλέων, ἢ διὰ πρέσβεων, ἢ διὰ γραμμάτων ἀληθέστερόν τε καὶ καθαρώτερον. Τοιαῦτα μὲν οὖν πρὸς πάππαν Κλήμεντα ἔκτον ὁ Βαρθολομαῖος ἔγραψε περὶ τῶν βασιλέων. Ἰνιμπέρτῳ δὲ Δελφίνῳ Ντεβιάνᾳ παρ' οὗ καὶ πρεσβευτὴς πρὸς Ἄνναν ἦκε τὴν βασιλίδα, οὕτως· Ἀλαλαξάτωσαν ἅσμενοι τῶν πιστῶν ἅπας ὁ δῆμος· ψαλλάτωσαν ὁ χορὸς τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως· ἀνακαινιζέσθωσαν ἐν ταῖς ἱεραῖς καὶ ἁγίαις ἐκκλησίαις περιφανεῖς ἑορταί· ἠχείτωσαν εἰς τὸ ὕψος αἱ ψαλμῳδίαι· τὰ τῶν μοναχῶν ὄργανα πληττέτωσαν τὸν ἀέρα, καὶ διὰ στόματος ἴτωσαν πάντων, καὶ πᾶσαν τὴν περίχωρον διατρεχέτωσαν αἱ προσηνεῖς αὗται πανηγύρεις, ὅπως ἡ τῶν χαιρόντων κραυγὴ μὴ μόνον παρὰ τῶν ἐπιγείων, ἀλλ' ἔτι καὶ παρὰ τῶν οὐρανίων ἀκούηται πολιτῶν. Ἀκούσατε τοίνυν, οὐρανοί, καὶ λαλήσω, καὶ ἀκουέτω γῆ ῥήματα ἐκ στόματός μου. Ἀλλὰ τίς οὐκ ἂν ἀσμένως ἀκούσαι, τίς οὐκ ἡκριβωμένως προσέξοι τοῖς λεγομένοις, ὅτι χεὶρ Κυρίου ἐγένετο ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων, ἐπὶ τῷ τὴν ἡμέραν καταφωτίσαι τὴν νύκτα, καὶ τὴν λαμπρότητα πόῤῥω τὸ σκότος ποιήσασθαι, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν σκότει καὶ σκιᾷ τοῦ θανάτου φῶς ἐξ οὐρανῶν ἀτεταλκέναι; Ὁρᾶτε γοῦν ὅπως τουτὶ τὸ φῶς ἀνατέτακεν ἄνωθεν, ὡς τῇ μεγάλῃ τῶν ὅπλων κατασκευῇ τὸν ἐπὶ πάντας καθήμενον ὕψιστον τῇ οἰκείᾳ δυνάμει παρεσχηκέναι τῷ μεγάλῳ περιφανεστάτῳ βασιλεῖ κυρίῳ Ἰωάννῃ τῷ Καντακουζηνῷ, τῷ καὶ τῆς βασιλείας καὶ τοῦ βασιλέως πατρὶ, τὴν ἁπασῶν βασιλευούσαν ταυτηνὶ πόλιν, καὶ μέχρι καὶ εἰς δεῦρο διατηρεῖσθαι τὸν τοῦ δικαίου κριτὴν τῷ τοιούτῳ βασιλεῖ τὸ παρὸν τῆς ἀρχῆς δώρημα, ἵνα γνῶσι σαφῶς ἅπαντες τοῦτο παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ γεγονὸς, καὶ οὐ παρὰ ἀνθρώπου. Φησὶ γὰρ ὁ σοφώτατος Σολομών· « Καιρὸς τῷ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν παντὶ πράγματι, καὶ πάντα καλὰ ἐν καιρῷ αὐτῶν. Καιρὸς θρήνου, καὶ καιρὸς χαρμονῆς. » Οὕτως εἴρηκέ ποτε καὶ ὁ Χριστὸς, « Οὐκέτι ἦλθεν ἡ ὥρα μου. » Καὶ ἀλλαχοῦ λέγει, « Πάτερ, ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱός σου· » καὶ παραχρῆμα ἡ πατρικὴ φωνὴ τῷ Υἱῷ ἀπεκρίνατο, « Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω. »

[1] Eccle. III, 1 seqq. [2] Joan. II, 4. [3] Joan. XVII, 1. [4] Joan. XII, 28. [5] Matth. III, 14. [6] ibid. 15.

Digitized by Google

A καὶ αὐθωρόν· ὅσοι δὲ ἐπὶ δυσὶν ἀντεῖχον ἢ τρισὶν ἡμέραις, πρῶτα μὲν πυρετῷ κατείχοντο λαβροτάτῳ· καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν τοῦ νοσήματος ἐμπίπτοντος, ἀφωνίᾳ κατείχοντο καὶ ἀναισθησίᾳ πρὸς πάντα τὰ γινόμενα, καὶ ὥσπερ πρὸς ὕπνον κατεφέροντο βαθύν· ἦν δέ που ἀνανήψειαν, φθέγγεσθαι μὲν ἐβούλοντο, δυσκίνητος δὲ ἡ γλῶσσα ἦν, καὶ ἀδιάρθρωτα τὰ πολλὰ ἐφθέγγοντο, τῶν περὶ τὸ ἰνίον νεύρων νεκρωθέντων, καὶ τάχιστα ἀπέθνησκον. Ἑτέροις δὲ οὐκ εἰς τὴν κεφαλὴν, ἀλλ' εἰς τὸν πνεύμονα ἐμπίπτον τὸ κακὸν, φλόγωσίς τε ἦν αὐτίκα πρὸς τὰ ἔνδον, καὶ δριμείας ἐνεποίει ἀλγηδόνας περὶ τὰ στήθη· ὕφαιμόν τε πτύελον ἀνέπεμπον, καὶ πνεῦμα ἄτοπον ἀπὸ τῶν ἔνδον καὶ δυσῶδες· ἥ τε φάρυγξ καὶ ἡ γλῶσσα, καταξηραινόμενα ὑπὸ τοῦ καύσωνος, μέλανα καὶ αἱματώδη ἦσαν· καὶ ποτὸν τό τε πλέον καὶ τὸ ἔλαττον ἐν ὁμοίῳ καθειστήκει· καὶ ἡ ἀγρυπνία ἐπέκειτο διὰ παντὸς, καὶ ἀπορία πανταχόθεν ἦν, ἔπί τε ταῖς ὠλέναις ταῖς ἄνω καὶ κάτω, οὐκ ὀλίγοις δὲ καὶ πρὸς τὰς σιαγόνας, καὶ ἑτέροις ἐν ἑτέροις μέρεσι τοῦ σώματος ἀποστάσεις ἐγίνοντο, τοῖς μὲν μείζους, τοῖς δὲ ἐλάσσους, καὶ μέλαιναι φλυκτίδες ἀνεφύοντο. Ἑτέροις δὲ ὥσπερ στίγματα μέλανα κατὰ παντὸς τοῦ σώματος ἐξήνθει· τοῖς μὲν ἀραιά τε καὶ διαφανέστερα, τοῖς δ' ἀμυδρότερα καὶ συνεχῆ· καὶ πάντες ὁμοίως ὑπὸ πάντων ἔθνησκον. Τοῖς μὲν γὰρ τὰ πάντα ἐπεγίνετο, τοῖς δὲ πλείω ἢ ἐλάσσω, οὐκ ὀλίγοις δὲ καὶ ἐν τῶν πάντων ἦρκεσε πρὸς θάνατον· ὅσοι δὲ ἐκ πολλῶν ὀλίγοι ἠδυνήθησαν διαφυγεῖν, οὐκέτι ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ κατείχοντο κακοῦ, ἀλλ' ἐν τῷ θαρσαλέῳ ἦσαν ἤδη· οἷς γὰρ οὐκ ἐπελάμβανεν, ὥστε καὶ κτείνειν. Ἀποστάσεις δὲ ἐγίνοντο μεγάλαι πρὸς τοῖς μηροῖς, ἢ ἐν ταῖς ὠλέναις· ὧν τεμνομένων, σφάκελος ἐξέρρει δυσώδης καὶ πολὺς, καὶ τὸ νόσημα διεφορεῖτο εἰς ἐκεῖνο, τὴν διενοχλοῦσαν ὕλην ἀποῤῥίπτον. Πολλοὶ δὲ καὶ ὑπὸ πάντων κατασχεθέντες, παρὰ δόξαν διεσώζοντο. Ἦν δὲ ἐπικουρία οὐδαμόθεν. Ὁ γὰρ ἑτέρῳ συνήνεγκε, τοῦθ' ἑτέρῳ τὰ ἴσα πάσχοντι δηλητήριον ἐγίνετο· καὶ ἕτερος ἀφ' ἑτέρου θεραπείας ἀνεπίμπλαντο τῆς νόσου, καὶ τὴν πλείστην φθορὰν τοῦτο ἐνεποίει, καὶ πολλαὶ οἰκίαι ἐκενώθησαν τῶν οἰκητόρων, καὶ τῶν ἀλόγων τοῖς κυρίοις συναποθανόντων. Δεινότατον δὲ ἦν ἡ ἀθυμία. Ὑπότε γάρ τις αἴσθοιτο κάμνοντος ἑαυτοῦ, ἐλπὶς οὐδεμία σωτηρίας ὑπελείπετο, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀνέλπιστον τραπόμενοι, προΐεντο σφᾶς αὐτοὺς, καὶ ἀπέθνησκον ἐν τῷ αὐτίκα, μεγάλην ῥοπὴν τῷ νοσήματι τὴν ἀθυμίαν προστιθέντες. Τὸ μὲν οὖν τῆς νόσου εἶδος τοιοῦτον κρεῖσσον λόγου ἦν· ὅθεν καὶ μάλιστα ἐδεδήλωτο, οὐ τῶν συντρόφων καὶ τῇ φύσει προσηκόντων τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἕτερόν τι ὂν ὑπὸ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἐπενηνεγμένον πρὸς σωφρονισμόν· καὶ πολλοὶ ἐκ τοῦ τοιούτου βελτίους τὴν ψυχὴν ἐγένοντο σωφρονισθέντες, οὐ μόνον οἱ τελευτήσαντες, ἀλλὰ καὶ ὅσοι περιεγένοντο τῆς νόσου. Πάσης γὰρ ἀπέσχοντο κακίας ἐν τῷ τότε χρόνῳ, καὶ ἀρετῆς ἐπεμελοῦντο· καὶ πολλοὶ τὰ ὄντα πένησι διένειμον, καὶ πρὶν τὴν νόσον εἰς αὐτοὺς ἐγκατασκῆψαι· εἰ δέ ποτε καὶ αἴσθοιντο αὐτοὺς κατεχομένους, οὐδεὶς ἦν

Digitized by Google

οὕτω; ἀναλγήτως ἔχων, ὥστε μὴ μετάνοιαν ἐνδείξασθαι τῶν πεπλημμελημένων, καὶ πρὸς τὰ ἐκεῖ δικαιωτήρια μὴ πρόφασίν τινα παρασχεῖν τοῦ σωθήσεσθαι ὑπὸ Θεοῦ, εἰ μὴ πάνυ ἀνιάτως εἶχε καὶ ἀθεραπεύτως τὴν ψυχήν. Ὑπὸ τῆς τοιαύτης νόσου, πλεῖστοί τε ἀπέθανον ἐν Βυζαντίῳ τότε, καὶ ὁ βασιλέως παῖς Ἀνδρόνικος, κατασχεθείς, ἐτελεύτησε τριταῖος. Βασιλὶς δὲ ἡ μήτηρ ἐπεὶ ἐπύθετο τοῦ παιδὸς τὴν τελευτὴν, ὑπὸ σφοδροτάτης ἀλγηδόνος πληγεῖσα τὴν καρδίαν, διὰ βίου ἀνεξάλειπτον ἔσχε τὴν μνήμην τοῦ παιδός. Ἦν γὰρ οὐ μόνον ἀγαθὸς ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ πρὸς πάντα μάλιστα, ὅσα νέον οἶδε κοσμεῖν, ἔχων εὐφυῶς, καὶ μεγάλας ἐλπίδας ὑποφαίνων τοῦ τῶν γεγεννηκότων ἄξιον ἑαυτὸν ἀποφανεῖν. Μετὰ τοῦτο δὲ ὁ βασιλεὺς βασιλέα τὸν γαμβρὸν ἔχων, πρὸς τὰς τῆς Θρᾴκης ἐξῆει πόλεις, καὶ πάσας περιῆλθε· τοῦτο μὲν βασιλέα πᾶσιν ἐμφανίζων ἄχρι τότε ἀγνοουμένοις ταῖς πόλεσι, καὶ πᾶσιν ἔργοις αὐτοῖς κατάδηλον ποιῶν, ὡς τὴν πατρῴαν βασιλείαν ὁ νέος διαδέξοιτο βασιλεὺς, τοῦτο δὲ πρὸς πόνους στρατιώτῃ πρέποντας ἀσκῶν· ἥδετό τε κατάκρας ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς ὁρῶν τὸν νέον ἐπιτηδείως ἔχοντα πρὸς τὰς στρατείας, καὶ μεγάλα ἐπαγγελλόμενον ἐκ τῶν παρόντων. Ἀλύπως γὰρ καὶ ἥρῳως τούς τε πόνους ἔφερε καὶ τῆς διαίτης τὴν ἐναλλαγὴν, καὶ πάντα ἔπρατταν ὁμοίως τοῖς εἰθισμένοις ἐκ πολλοῦ.

A salvandi aliquam occasionem daret. Hac pestilentia Byzantii quam plurimi, et filius imperatoris Andronicus tertio die interiit. Imperatrix mater ubi de obitu filii comperit, **732** vehementissimo dolore animum percussa, quandiu superavit, infixam in medullis ejus memoriam circumtulit. Erat quippe non solum forma liberali, sed ad omnia item, quæ nosset adolescentiæ ornamenta, natura habilis in primis et idoneus, imitandorumque parentum spem non modicam sustinebat. Posthæc imperator cum genero imperatore urbes Thraciæ singulas obivit, partim ut eum hactenus ignotum omnibus ostenderet, et ipso opere palam declararet, juniorem imperatorem paternum excepisse imperium, partim ut eumdem ad laborem militarem assuefaceret : quem cum militiæ aptum, et e præsentibus indiciis magna in futurum pollicentem animadverteret, gaudio exsultabat incredibili. Etenim citra molestiam hilariterque labores et mutationem victus tolerabat, et omnia quasi ex diuturna consuetudine faciebat.

CAPUT IX.

Legatio imperatoris ad Clementem Papam; legationis capita duo, amolitio opinionis falsæ, et promissio auxilii contra Barbaros, Christianorum hostes. Papa gnarus omnium bello transactorum, eum miris laudibus celebrat. Duo episcopi cum ejus legatis a papa remissi. Aguntur ei gratiæ de cura adolescentis imperatoris et matris, et de animo in Barbaros. Cohortatio additur de Ecclesiarum concordia curanda. Iterum ardorem contra Barbaros, et studium pacis Ecclesiarum ostentat. Imperator conditionem provenit de concilio. Laudatur a papa. Promittitur conventus; sed bellum inter principes Italiæ negotium totum dissipat.

Αὖθίς τε εἰς Βυζάντιον ἀναστρέψας ὁ βασιλεὺς, πρὸς τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον Κλήμεντα τόν τε Σπανόπουλον Γεώργιον τὸν πρωτοβεστιαρίτην, καὶ Σιγηρὸν τὸν πραίτωρα τοῦ δήμου, καὶ ἐκ τοῦ Λατίνων γένους Φρανσὲς ὀνομά τινα πολὺν ἤδη χρόνον δεδουλευκότα βασιλεῖ, τῶν ἐπιτηδείων δ' ὄντα καὶ γνωρίμων πάπα πρέσβεις ἤρεῖτο. Ἡ πρεσβεία δὲ ἦν, ἅμα μὲν ἀπαλείφουσα τῆς πάπα ψυχῆς τὰς περὶ βασιλέως προσπεσούσας φήμας. Ἴδει γὰρ αὐτὸν περὶ αὐτοῦ ἀκηκοότα, ὡς κατὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον Βαρβάροις χρήσαιτο συμμάχοις ἀναιροῦσι, καὶ ἐξανδραποδιζομένοις ὁσημέραι τοὺς Ῥωμαίους. Διὸ περὶ πλείονος ἐποιεῖτο τὰς αἰτίας τῶν συμβεβηκότων πάπαν καταμαθεῖν, καὶ ὡς ἀνάγκη διὰ τὸν περισχόντα πόλεμον ἐπὶ τοιαῦτα ἔλθοι, ἀλλ' οὐ τὴν κοινωνίαν τῶν Βαρβάρων ἀσπαζόμενος. Ἔπειτα ἐδεῖτο καὶ τὴν μελετωμένην ὑπ' αὐτοῦ πάπα, καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν, καὶ τὴν ἄλλην ἑσπέραν κατὰ τῶν Βαρβάρων ἐφοδον τῶν πολεμίων τῷ στρατηγῷ ἐπ' αὐτοῦ νυνὶ γεγενῆσθαι· ἥδεσθαί τε γὰρ μάλιστα ἐπὶ τῇ ἐκείνων ἀπωλείᾳ, καὶ αὐτὸν τὰ μέγιστα συνεργήσειν, οὐ μόνον διάβασιν παρέχοντα τῇ στρατιᾷ πρὸς τὴν Ἀσίαν ἄπονον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν συμπαρόντα μετὰ τῆς στρατιᾶς, καὶ συν-

Reversus Constantinopolim imperator, ad Clementem episcopum urbis Romæ Georgium Spanopulum protovestiarium, et Sigerum prætorem populi, et de Latinis Franciscum quemdam nomine, veterem ministrum suum, papæ notum ac familiarem legatos deligit (87). Legationis capita erant, ut deleret ex animo ejus, quam de eo opinionem ille conceperat. Non enim ignorabat auditum a Romano pontifice, quomodo belli tempore Barbarorum usus esset auxilio, qui Romanos occidissent, et captivos rapuissent quotidie. Idcirco nimiopere desiderabat papam causas eorum quæ gesta erant, edocere, nempe bello premente necessario id fecisse, non quod communionem Barbarorum amplecteretur. Deinde rogabat, quam ipse papa, et cum eo Italiæ et Occidentis principes contra Barbaros crucis hostes expeditionem meditati essent, se nunc imperatore susciperent. **733** Plurimum enim se illorum peste et internecione lætari, seque adjutorem fore maximum, non solum transitum expeditum exercitui in Asiam concedendo, sed cum suis quoque copiis proficiscendo, et una certamen cupide obeundo. Aliis enim prærogativis

Jacobi Pontani notæ.

(87) De tam nobili legatione imperatoris ad pontificem Romanum, et hujus ad imperatorem Cantacuzenum : de rebus tanti momenti inter eos actis, Platina in Clemente VI nullum plane verbum habet, quod quis non injuria miretur.

Digitized by Google

antecessoribus suis imperatoribus libentissime cedere, alacritate autem ad res honestas, et desiderio videndi Barbaros eadem pati, quæ Christianis tamdiu nefarie intulissent, nulli cedere. Legatic ita se habebat, et ibant ex sententia imperatoris omnia. Cum enim legati exposuissent papæ, quorum gratia venerant, ille exorsus, omnia bello gesta tam exacte, quam si coram adfuisset, recensebat. Mirantibus legatis, ac percunctantibus, unde hæc illi tam certa notitia, a Zampæa Sabaudiensi femina, quæ in comitatu imperatricis inde ab exordio belli usque ad extremum versata esset, se accepisse dixit : quæ capto Byzantio in patriam remigrans, penitus omnia sibi uti contigissent, diligenter enarrasset : laudabatque et in cœlum tollebat imperatorem, qui adeo injuste armis oppugnatus, et calumniis ita vexatus, et bello tam multa indigna perpessus, post devictos hostes nihil parum ingenuum, aut pusilli animi præ se tulisset : neque malus sibi malis ac præsertim antea tot a se beneficiis affectis fuisset, sed cum Augusta et filiis ejus cum ut semet, tum ut studio illo imperatoris amici erga se dignum erat, egisse visus esset : et in alios omnes similiter sese mitem ac placidum, non solum commissorum pœnas a nemine reposcendo, sed contra studiose benefaciendo præstitisset. Illud vero in prima laude ducebat, quod imperatori adolescenti filiam copulasset, paternumque imperium ei restituisset. Tractatis autem legatis honorificentissime, in primis sedibus, in deductionibus, in decessionibus de via, et aliis quibus decuit, eos tandem dimisit, cum duobus episcopis, quorum unus (88) erat ordinis Minorum, Guilielmus nomine, alter ex Prædicatorum familia, Hugo de Spert vocabatur, uterque virtuti deditissimus, et in profanis litteris apprime versatus. Quare et in congressu erant festivissimi et poterat multum eorum ad persuadendum sermo. Quos imperator perbenevole et magno cum honore excepit, quotidieque cum illis jucunde collocutus est; ipsique operæ pretium maximum duxerunt omnia, quæ is in dies singulos proposuisset, **734** et super propositis disseruisset, toto illo tempore, quo apud eum mansissent, litteris consignare, ne e memoria elaberentur. Quæ in Italiam secum portantes, ibique et papæ, et viris sapientibus exhibentes, quantus vir esset, ostendebant, et ore ipsi nihilominus ejus laudes prædicabant. Verum hæc posterius facta sunt. Tum vero sub adventum suum legationem explicant, cujus hæc erat summa. Primum cum bonis omnibus gratias agunt, quod junior imperator ejusque mater illi curæ sint : cum, quæ nemo unquam exspectasset, post tam sævum bellum, et inimicitias implacabiles, et criminatorum in illum scelus, non ad præterita respexerit, sed satis esse existimarit, si tantum belli causarum purus videretur, et quasi nihil novi intervenisset,

A ἀγωνιζόμενον προθύμως. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων πλεονεκτημάτων τοῖς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκόσι ῥᾷστα ἂν παρεχωρήσειε, προθυμίας δὲ τῆς περὶ τὰ καλὰ καὶ τοῦ βούλεσθαι τοὺς Βαρβάρους ἐπιδεῖν πάσχοντας ἀντίρροπα τοῖς τολμηθεῖσι κατὰ Χριστιανῶν ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον, οὐδενί· ἡ μὲν οὖν πρεσβεία τοιαύτη ἦν, καὶ πάντα ἐτελεῖτο κατὰ γνώμην βασιλεῖ. Διαλεγομένων γὰρ τῶν πρέσβεων τῷ πάπᾳ περὶ ὧν ἦκον, ἐκεῖνος τὸν λόγον ἀναλαβών, πάντα διηγεῖτο ἀκριβῶς, ὥσπερ ἂν αὐτὸς παρὼν τοῦ πολέμου τελουμένου. Θαυμαζόντων δὲ τῶν πρέσβεων καὶ πυνθανομένων ὅθεν εἰδείη ταῦτα ἀσφαλῶς, παρὰ Ζαμπαίας τῆς ἐκ Σαβωΐας ἔφασκεν ἀκηκοέναι βασιλίδι συμπαρούσης ἐν Βυζαντίῳ ἀπ' ἀρχῆς μάλιστα τοῦ πολέμου ἄχρι τέλους. Ἡ μετὰ τὸ βασιλέα Βυζάντιον ἑλεῖν, B ἀπαίρουσα εἰς τὴν οἰκίαν, πάντα διηγεῖτο ἀκριβῶς, τῷ πάπᾳ συντυχοῦσα, ὡς ἐγένετο, μηδὲν ἀποκρύψασα τῆς ἀληθείας. Ἐπῆνει τε ὁ πάπας βασιλέα, καὶ ὑπερηύχετο αὐτοῦ, ὅτι πολεμηθεὶς ἀδίκως οὕτω, καὶ διαβληθεὶς ὑπὸ συκοφαντῶν, καὶ τοσαῦτα ἐνεγκὼν δεινὰ κατὰ τὸν πόλεμον, ἐπειδὴ τοῖς ὅπλοις περιεγένετο τῶν ἀντισχόντων, οὐδὲν μικρόψυχον ἔπαθεν, οὐδ' ἀγεννές· οὐδὲ ἐμνησικάκησε τοῖς κακοῖς περὶ αὐτὸν γεγενημένοις, καὶ ταῦτα ὑπ' ἐκείνου πρότερον πολλὰ εὐεργετηθεῖσιν, ἀλλὰ βασιλίδι τε καὶ τοῖς παισὶν ἄξιος ὤφθη ἑαυτοῦ, καὶ τῆς βασιλέως τοῦ φίλου περὶ αὐτὸν σπουδῆς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὁμοίως ἥμερος καὶ προσηνής, οὐ μόνον τῶν τετολμημένων δίκας μηδένα ἀπαιτήσας, ἀλλὰ καὶ φιλοτίμως εὐεργετῶν ἐξ ἀντιστρόφου. Μάλιστα δὲ ἐπῆνει τὸ τὴν C θυγατέρα συναρμόσαι βασιλεῖ τῷ νέῳ, καὶ τὴν πατρῴαν ἀποδοῦναι βασιλείαν. Φιλοτιμότατά τε ὁ πάπας περὶ τοὺς βασιλέως πρέσβεις διατεθεὶς ἐν προεδρίαις, καὶ προπομπαῖς, καὶ ὑπαντήσεσι, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς προσήκουσιν, ἔπειτα ἀπέπεμπε, καὶ πρέσβεις δύο τῶν ἐπισκόπων συνεκπέμψας, ὧν ὁ ἕτερος τοῦ μενουρίων τάγματος ἦν, Γελίελμος προσαγορευόμενος, Οὔγγα δὲ Σπὲρτ ὁ λοιπὸς ἐκαλεῖτο ἐκ τῶν κηρύκων προσαγορευομένων ὤν· ἀρετῆς τε μάλιστα ἀντιποιούμενοι, καὶ τὴν θύραθεν σοφίαν εἰς ἄκρον μεμελετηκότες. Δι' ἃ καὶ μάλιστα ἡδεῖς ἦσαν ἐν ταῖς συνουσίαις, καὶ πιθανοὶ πρὸς διαλέξεις. Οὓς ὁ βασιλεὺς μετὰ πολλῆς ἐδέξατο τῆς εὐμενείας καὶ τῆς D τιμῆς, καὶ ἡδέως ὡμίλει ὅσημέραι καὶ συνῆν, αὐτοί τε προὔργου παντὸς ἐποιοῦντο τὸν χρόνον, ὃν αὐτῷ συνῆσαν ὅσα ἐπ' ἐκείνου προβληθείη καθημέραν, καὶ οἷα περὶ τῶν προβλημάτων διαλεχθείη γράφειν, ἵνα μὴ λάθῃ τῆς μνήμης ἐκρυέντα. Ἃ εἰς Ἰταλίαν ἀγαγόντες, καὶ πάπᾳ τε καὶ τοῖς ἐκεῖσε διαδόντες σοφοῖς μέγαν ἐκ τούτων ἀπεδείκνυον βασιλέα, καὶ ἀπὸ γλώττης οὐκ ὀλίγα ἐξηγούμενοι αὐτοί. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον. Τότε δὲ μετὰ τὴν ἄφιξιν μικρὸν ἀπήγγελλον βασιλεῖ τὰ περὶ τῆς πρεσβείας. Τὰ δὲ ἦν πρῶτα μὲν εὐχαριστίαι καὶ εὐχαὶ τῆς περὶ βασιλέα τὸν νέον κηδεμονίας, καὶ βασιλίδα τὴν μητέρα· ὅτι ἃ μηδ' ἄν τις προσεδόκησε μετὰ τὸν τοσοῦτον πόλεμον, καὶ

Jacobi Pontani notæ.

(88) Gregoras quoque de his duobus episcopis, qui sub Andronico missi sint, confundit tempora, et rem totam imperfectissime negligentissimeque, ut solet, exponit lib. x.

Digitized by Google

τὴν ἄσπονδον ἐκείνην ἔχθραν, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγνωμοσύνην τῶν διαβαλόντων, οὐ πρὸς τὰ γεγενημένα εἶδεν, ἀλλ' ἀρκεῖν ἠγήσατο τὸ τῶν πρὸς τὸν πόλεμον αἰτίων ὀφθῆναι μόνον καθαρόν. Αὐτὸς δὲ ὥσπερ οὐδενὸς μεταξὺ καινοῦ γεγενημένου τὸ ἀρχαῖον ἦθος διεσώσατο, καὶ τὴν περὶ τοὺς βασιλέως παῖδας εὐγνωμοσύνην καὶ κηδεμονίαν, ἣν εἶχεν ἐξαρχῆς εὐθὺς μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτήν. Ἔπειτα δὲ καὶ τὴν κατὰ τῶν Βαρβάρων ἐφοδον ἐμήνυε, καὶ τοῖς ἄλλοις μὲν τοῖς πρὸ αὐτοῦ Ῥώμης ἐπισκόποις εἶναι περισπούδαστον· μᾶλλον δὲ αὐτῷ τῶν ἄλλων εἶναι κατὰ γνώμην, καὶ πολλοῖς πολλάκις περὶ τούτου διειλέχθαι τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν δυναστῶν, καὶ πάντας παρακαλεῖν ἐπὶ τὸ ἔργον κοινῇ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ἀπὸ τῶν Βαρβάρων τῶν Χριστιανῶν ἐσόμενον, καὶ αὐτὸν ἕτοιμον εἶναι καὶ χρήματα παρέχειν, καὶ στρατιὰν ὅσην ἂν μάλιστα ἐξῇ, καὶ μεγίστην πρὸς τὸν πόλεμον παρέχεσθαι συντέλειαν. Νυνὶ δὲ καὶ μᾶλλον ὑπὸ τῶν αὐτοῦ λόγων, καὶ τῆς πρεσβείας ἐξωρμῆσθαι, καὶ χάριν αὐτῷ εἰδέναι ὑπὲρ τῆς προθυμίας ἧς ἐνδείκνυται τοῖς Βαρβάροις ὑπὲρ τῶν τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἐλομένων τὸν πόλεμον ἐπεγείρων. Εἰ δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς, ὧν αἴτιος σπουδάζει Ῥωμαίοις καταστῆναι, καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν πραγματεύσαιτο τὴν ἕνωσιν, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ διεστηκότα τοῦ Χριστοῦ μέλη συναφθείη, οὐκ ἀνθρώποις μόνον πᾶσιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς οὐρανίοις δυνάμεσι, καὶ αὐτῷ Θεῷ μεγάλης ἂν εὐφροσύνης αἴτιος κατασταίη. Τοιαῦτα μὲν ὁ πάπας διὰ τῶν ἐπισκόπων ἐπρεσβεύετο. Βασιλεὺς δὲ καὶ αὐτὸς πρῶτα μὲν τῷ πάπᾳ χάριτας ὡμολόγει τῆς τε περὶ αὐτὸν εὐνοίας, καὶ τοῦ κατὰ Βαρβάρων τῶν Χριστιανοῖς ἐχθρῶν ῥᾳδίως ἐξωρμῆσθαι, αὐτόν τε διπλῇ διὰ τὸν κατὰ τῶν Βαρβάρων ἔλεγε χαίρειν πόλεμον· τοῦτο μὲν ὡς ὑπὲρ τῆς κοινῆς τῶν ἀπὸ Χριστοῦ καλουμένων ὠφελείας ἔσοιτο· τοῦτο δ' ὅτι κοινωνὸς ἔσται καὶ αὐτὸς τοῖς τὸν καλὸν ἀγῶνα τοῦτον ἀγωνισομένοις. Οὕτω γὰρ εἶναι παρεσκευασμένος, ὡς καὶ ναυσὶ καὶ χρήμασι καὶ ὅπλοις καὶ ἵπποις, καὶ πᾶσιν οἷς ἔχει κατ' ἐκείνων ἐξορμήσων, κέρδος μέγιστον ἡγούμενος τὸ ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἀγωνιζόμενος ἀποθανεῖν. Περὶ δὲ τῶν διεστηκότων τοῦ Χριστοῦ μελῶν τῆς ἑνώσεως καὶ ἁρμονίας, καὶ τῆς εἰρήνης τῶν Ἐκκλησιῶν ὅσην ἔχει τὴν ἔφεσιν καὶ τὴν σπουδήν, οὐδὲ λόγοις δύνασθαι καταφανὲς ποιεῖν. Πλὴν οὕτως εἶναι καὶ πρὸς ταῦτα παρεσκευασμένον, ὥστ' εἰ δεήσειεν αὐτὸν ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας ἀποσφαγῆναι, οὐ μόνον ἐμπαρέξειν ἑαυτὸν προθύμως, ἀλλὰ καὶ μάχαιραν προσεπιδοῦναι· ἢ εἰ δόξειε καυθέντα διὰ τῆς τέφρας τοῦ ἐκείνου σώματος τὴν ἕνωσιν ταῖς Ἐκκλησίαις βραβευθῆναι, αὐτὸν ἐπὶ τὴν πυρὰν πρῶτον ἐπιθεῖναι ξύλα, δι' ὧν ἐκτεφρωθῆναι περιέστατο. Δέον μέντοι τοῦτο τὸ μέγα τε καὶ θαυμάσιον, καὶ τῶν ἄλλων ἀντάξιον πάντων ἔργον, μὴ ἁπλῶς οὕτω καὶ εἰκῇ καὶ ἀπερισκέπτως γίνεσθαι· ἀλλὰ πολλῆς

A pristinis moribus vixerit; statimque a morte imperatoris Andronici benignam voluntatem ac sollicitudinem erga ejus filios susceperit. Præterea quod de bello Barbaris inferendo animum suum significarit. Et aliis quidem ante ipsum Romanis episcopis fuisse id optatissimum, sibi tamen longe magis, crebroque ac multum super eo cum Italiæ dynastis egisse, omnesque hortatum communiter ad opus, unde Christianorum libertas a Barbaris asseratur; et quod ad se attineat, ad pecuniam et copias, quantas maximas possit, omninoque ad sumptus non modicos pro sua parte conferendos paratum esse. Nunc etiam amplius ejus legatorumque verbis exarsisse : et gratias agere, cum se ad Barbaros pro Christi fidelibus expeditione lacessendos adeo B propensum demonstret. Quod si præter alia bona, quæ Romanis conciliare enitatur, etiam Ecclesias concordia devincire conetur, ut divulsa Christi membra per eum conglutinentur, non hominibus duntaxat universis, sed cœlestibus etiam potestatibus, ipsique Deo id magnæ voluptati futurum. Hactenus papa per legatos episcopos. Imperator illi gratias agere de benevolentia, et quod ultro contra Barbaros Christianorum inimicos exarsisset, seque dupliciter hoc bello lætum esse : tum quia pro communi Christianorum utilitate gerendum sit : tum quia et ipse tam pulchrum hoc certamen certantium socius et commilito futurus sit. Sic enim se statuisse, et classe, et sumptibus, et ar- C mis, et equis, et quibuscumque possit rebus illos invadere : putareque se fore beatissimum, si in tali causa oppetere mortem contingat. **735** Quanto autem distractorum Christi membrorum conjunctio, atque concentus, et pax Ecclesiarum sibi desiderio ac studio sit, verbis se effari haud posse. Enimvero ad hoc tantopere ferri sese, et incitari, ut si pro concordia interfici oporteret (89), non solum interficienti jugulum, sed et gladium alacriter ipse porrigere vellet : aut si putaretur ipse exustus per cineres corporis sui Ecclesiis consensum conspirationemque tributurus, ipsum se ante alios ligna in pyram, qua in cinerem redigeretur, impositurum. Attamen tale, tam- que magnum, et admirabile, et unum instar D omnium opus non ita indiligenter, ac temere, et inconsulto fieri, sed antegressa indagatione multa, omnique sedulitate ad vere bonum cognoscendum adhibita, sic demum ea eligere oportere, quæ fidem germanam et tutam complecti videantur. Ineptum quippe ac turpe videri, de quibusdam fluxis, et caducis consilia agitantes, quæ et adeptis haud ingens emolumentum, et frustratis leve damnum pariunt, in illis nullam diligentiæ partem omittere, ne, quod bonum apparet amittatur : cum de cœlestibus, et de veritate dogmatum fidei

Jacobi Pontani notæ.

(89) Parem **Constantinus** præ se tulit, cujus hoc dictum in *Annal.* tomo proditum est a Zonora, imperatorem nemini omnium, ac ne suis quidem membris propriis parcere debere, publicæ tranquillitatis conservandæ causa.

Digitized by Google

quæstio est, parva tangi sollicitudine, et fidere tibi soli, perinde ac si per te ad tam sublimem cognitionem sis idoneus. Hoc enim, hoc esse, unde a primordio in Ecclesia dissensio manaverit. Si enim, qui primi doctrinam (*m*), quæ nunc apud Roma-

A πρότερον ἐρεύνης ἐξιώσαντας, καὶ πᾶσαν σπουδὴν ἐνδειξαμένου; περὶ τοῦ ὄντος ἀγαθοῦ, οὕτω χωρεῖν ἐπὶ τὴν αἵρεσιν τῶν δοκούντων ὀρθῶν καὶ ἀσφαλῶν περὶ τὴν πίστιν· ἄτοπον γὰρ περὶ ἐπιγείων μέν τινων βουλευομένους, ὧν μικρά τε ἡ δύησις ἐπιτυ-

Jacobi Gretseri notæ.

(*m*) Inanes sunt istæ, ne dicam vanæ, Cantacuzeni excusationes et tergiversationes, quarum similes adducit Nilus in suo libro de causis dissidii inter Latinos et Græcos. Quid enim à Latinis, præsertim a pontificibus Romanis, præstitum non est, ut Græci a pernicioso schismate revocarentur et ad ovile Christi redirent? Jure prædicet Ecclesia Latina suum erga Græcos studium illis verbis, quibus Ecclesiæ sponsus Christus sedulitatem suam, et desiderium juvandi Israeliticum populum declaravit. *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas? et noluisti* Quid subditur? *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Græciæ in solitudinem redactæ testem habemus experientiam. Testes sollicitudinis qua Latina Ecclesia Græcam ad avia errorum deflectentem in viam reducere studuit, laudare possumus, præter alios innumerabiles, duos summos pontifices Nicolaum hoc nomine primum, et Leonem IX, quorum scripta ad Græcos planum testatumque faciunt, quantopere Græciæ salutem quæsierint et procurarint. Sed Cantacuzenus desiderat synodum. Eadem sunt Nili et aliorum vota. At vix ignorare poterat Cantacuzenus, quoties propter controversias Græcos inter et Latinos excitatas synodi coactæ sint. Annon apud Barum celebratum est concilium a Græcis simul et Latinis tempore Urbani secundi, circa annum Domini 1090 in quo sanctus Anselmus evidentissimis rationibus Græcos convicit? Cujus concilii meminit ipse Anselmus libro *De processione sancti Spiritus*, et fusius rem narrat auctor Vitæ Anselmi, lib. II, qui eidem synodo interfuit. An non jam celebratum fuerat concilium Lateranense sub Innocentio tertio, anno Domini 1215 in quo definitum, Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere, consentientibus, approbantibus et subscribentibus ipsismet Græcis? Quid dicam de concilio Lugdunensi sub Gregorio decimo, cui similiter Græci interfuerunt, et omnibus consentientibus cantatum est Symbolum cum additione : *Filioque :* ter Græce, ter Latine. Taceo concilium Florentinum, quia Cantacuzenus diu ante illud vivere desiit. Taceo tot summorum pontificum super his quæstionibus responsa; ut proinde minime audiendus sit, qui post tot judicia aliud judicium quærit. Præclare Capreolus, episcopus Carthaginensis, in epistola ad Patres magni concilii Ephesini : *Si quis in ea quæ jam olim dijudicata sunt, denuo inquirere tentaverit, is sane aliud nihil facere censebitur, quam de fide, quæ hactenus valuit, aperte dubitare. Unde ad posteritatis exemplum, tum ut ea quoque, quæ jam olim pro Catholica fide definita et constituta sunt, perpetuam firmitatem obtinere valeant, oportet ea omnia inconcussa, immotaque conservare, quæ superioribus temporibus a sanctis Patribus constituta sunt;* quia, ut Martianus imperator recte ait, *injuriam facit judicio reverendissimæ synodi, si quis semel judicata et recte disposita revolvere et publice disputare contenderit.*

De indesinenti studio Latinæ Ecclesiæ revocandi Græcos ab errore hæc Gennadius, libro pro Concilio Florentino, cap. 5, sect. 16 : *Post inobedientiam et schisma Nicolaus primus ipsemet Constantinopolim profectus est, Photii tempore, ut tolleret schisma, quem cum non recepissent, excommunicationi ab eo subjecti sunt. Post hunc summi pontifices per temporum vices non destiterunt scribere et hortari Græcos ad Ecclesiæ conversionem et obedientiam, quousque concta est synodus apud Lugdunum, quam Græci octavam vocant; cujus auctor exstitit Gregorius papa decimus, et unio est subsecuta. Sed iterum defecerunt, et iterum legatos Ecclesiæ receperunt. Cogitur synodus Constantinopolitana cum papæ legatis, Joannis Becci temporibus Constantinopolitani patriarchæ; et unionem amplexi sunt ad breve tempus, obedientiam ostendentes et pacem, sed postea rursus ad suum et proprium vomitum reverterunt. Sed nec rursus defatigati sunt Ecclesiæ catholicæ præsides eos ad obedientiam et pacem excitare. At illi, cum semel obsurduissent, non paruerunt. Protracta est igitur res usque ad nos, aspeximusque nostris oculis, quod multi ante nos patriarchæ et reges videre exoptarunt, nec viderunt. Nos vero vidimus beatissimum Eugenium IV Romanæ Ecclesiæ pontificem summum quanto studio in hoc sanctum opus incubuerit, triremibus missis et sumptibus, ut hoc magnum vulnus sanaretur, celebrataque est synodus ingens et admirabilis Ferrariæ et Florentiæ insignibus Italiæ urbibus, magna doctorum et sapientum virorum frequentia, et theologiæ scientia ac virtute illustrium. Tandem decretum sancitum est omni sapientia et veritate conspicuum, quod ubique est promulgatum, et ab omnibus gentibus receptum. Græci vero et ex iis qui pejoris sunt conditionis, vulgares quidam homines et indocti huic contradicunt, ac si quis rationis particeps decreto contradicit, id non a doctrina proficiscitur, sed ab animi pravitate, falsa et stulta præsumptione et gloria inani, quam ex vulgi imperitia aucupantur.* Ita pro Latinis Gennadius patriarcha Græcus.

Cæterum non modo res toties discussa, disceptata et dijudicata, sed etiam summa obstinatio, pertinacia, levitas, et arrogantia Græcorum, et ipse etiam schismaticorum genius, Latinos a concilio rursus cogendo absterrere merito poterat. *Cum multitudo ita confirmata et in fide defixa sit,* inquit schismaticus Gregoras, qui hoc ipso tempore vivebat, *ut ferri naturam facilius mutes, quam eos paululum a patriis dogmatibus abducas : quid opus est disputationibus* (et Conciliis) *nihil profuturis? Ut enim et ipse Apostoli verbis opportune utar, persuasum habeo, neque mortem, neque vitam, neque angelos, neque principatus, neque potestates, neque præsentia, neque futura, neque altitudinem, neque profunditatem, neque ullam aliam creaturam posse populum a patriis institutis et decretis abducere.* Hæc Gregoras ad finem lib. X *Hist. Byzantinæ.*

Levitatem Græcam arguit tam crebra ad vomitum reversio. Quoties ab erroribus extracti, in errores reciderunt? Vix domum venerant ex concilio Florentino, et mox fidem Latinis datam violarunt : *Græci domum reversi,* inquit Laonicus, lib. VI, *non amplius his, quæ convenerant in Italia stare voluerunt : sed apprehendentes sententiam diversam, noluerunt amplius in religionis negotio adhærere Romanis. Hinc motus pontifex Romanus viros quosdam doctos Byzantium ad Græcos misit, ut cum his in colloquium venirent, qui quidem synodum et concordiam, in Italia factam, non admittebant. Nam Marcus Ephesi episcopus, et Scholarius Græcorum doctissimus, ne quidem ab initio Latinorum dogmati consensum præstare voluerunt. Ubi ad colloquium et disputationum ventum est, Romani nihil efficere potuerunt, verum re infecta domum reversi*

Digitized by Google

χοῦσι, καὶ ἡ ζημία σφαλεῖσι φαυλοτέρα, περὶ ταῦτα μὲν πᾶσαν ἐνδείκνυσθαι σπουδὴν, μὴ τοῦ δοκοῦντος A nam Ecclesiam viget, intulerunt, non sibi tantum arrogassent, neque alios villipendissent, sed in me-

Jacobi Gretseri notæ.

sunt. Hæc de Græcorum levitate et versatili ingenio Laonicus, Græcus ipse. Quod scribit de Georgio Scholario, qui postea patriarcha Constantinopolitanus factus Gennadii nomen assumpsit, id falsum est, si velit Laonicus Scholarium decretis synodi Florentinæ nunquam assensum esse instar Marci illius Ephesini; non enim satis habuit assensum præbuisse, sed et insuper doctissimam et validissimam apologiam pro decretis concilii illius adversus Græcos edidit, quæ Latine exstat. Nec probabile est, quod auctor Turco-Græciæ sine auctore prodidit, Scholarium postea improbasse decreta synodi. Unde enim hoc constat illi sectario? Nam Laonicus, quem citat, non dicit eum dissensisse, postquam assensus fuerat, sed ab initio non B assensum esse, quod qua ratione verum sit, paulo antea explicatum est. Imo Gennadius apologiam pro concilio non conscripsit in ipso concilio, sed postea, cum Græci a recto tramite resilirent.

Fastus, arrogantia, et ambitio Græcorum, vel inde potissimum elucet, quod nihil non tentarunt, ut patriarchæ Constantinopolitano primas vindicarent, tametsi legibus divinis humanisque invitis. Quare cum inficiari non possent Romanum pontificem in ecclesiastica hierarchia supremum esse, duplici commento hoc supremæ dignitatis fastigium ad se transferre conati sunt; primo enim dixerunt, pontificii non competere primas, divino instituto et concessu, sed imperatorum nutu, dono et privilegio, ac proinde in imperatoris manu esse, primas Romano pontifici adimere, iisque Constantinopolitanum præsulem insignire, imo et reipsa insignivisse tunc, cum Roma Constantinopolim imperium transtulit. Ita sentit et scribit Anna Comnena C filia Alexii Comneni imperatoris lib. 1 *Alexiadis:* cum enim nescio quæ de pontifice Romano recensuisset, et hæc, inquit, perpetrat ille, qui universo orbi præsidet: Ὥσπερ οὖν καὶ οἱ Λατῖνοι λέγουσι καὶ οἴονται. Ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἀλαζωνείας αὐτῶν. Μεταπεπόντων γὰρ τῶν σκήπτρων ἐκεῖθεν ἐνθάδε εἰς τὴν ἡμετέραν βασιλίδα πόλιν, καὶ δὴ καὶ τῆς συγκλήτου, καὶ τῆς ὅλης βασιλικῆς τάξεως, μεταπέπτωκε καὶ ἡ τῶν θρόνων ἀρχιερατικὴ τάξις, καὶ δεδώκασιν οἱ ἀνέκαθεν βασιλεῖς τὰ πρεσβεῖα τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ μάλιστα ἡ ἐν Καλχηδόνι σύνοδος εἰς περιωπὴν πρωτίστην τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀναβιβασαμένη τὰς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην διοικήσεις ἁπάσας ὑπὸ τοῦτον ἐποίησεν· *Quemadmodum Latini dicunt et opinantur. Est enim et hoc arrogantiæ illorum argumentum. Inde namque in hanc regiam urbem translatis imperio, senatu, totoque imperatorio ordine, translatus itidem est episcopalium sedium ordo, et superiores imperatores primas tribuerunt sedi Constantinopolitanæ, et maxime synodus Calchedonensis, quæ Constantinopolitano antistiti ad summam et primam speculam evecto, omnes totius orbis diœceses subjecit.* Hæc Anna, vel schismaticus, cui Anna Cæsarissa nomen suum supposuit: quæ verba adducit Illyricus in catalogo testium veritatis, et auctor Turco-Græciæ, qui Annæ codicem ex bibliotheca Augustana nactus videtur; quos talibus mendaciis et imperitiis in cathedram Petri, Christique vicarium insurgere, nil mirum: validiora enim arma non habet falsitas, quam mendacia et inscitiam. Quid imperitius, quam existimare primatum ecclesiasticæ hierarchiæ pendere ab imperatoris arbitrio, et a loci urbisve amplitudine et majestate? Quid mendacius quam imperatores Constantinum Magnum, alioque, qui sceptra potiti sunt usque ad exortum schisma, Constantinopolitanam Ecclesiam superiorem fecisse Romana, vel etiam parem? Vel unica Justiniani Novella de ecclesiast. tit. et privileg. mendacium hoc evidenter coarguit, ubi primæ deferuntur Romano pontifici; secundæ Constantinopolitano: *Sacrorum conciliorum dogmata, sicuti sanctas Scripturas accipimus,* inquit imperator, *ideoque sancimus secundum earum definitiones sanctissimum senioris Romæ papam primum esse omnium sacerdotum; beatissimum autem Constantinopoleos novæ Romæ secundum habere locum post sanctam apostolicam senioris Romæ sedem.* Et in Novella, *ut Ecclesia Romana centum annorum gaudeat præscriptione,* sic loquitur idem imperator. *Ut legum originem anterior Roma sortita est, ita et summi pontificatus apicem apud eam esse, nemo est qui dubitet.*

Falsissimum porro est, quod Anna addit de synodo Calchedonensi; nullum enim verbum in tota illa synodo, quo principatus ecclesiasticus et cura omnium Ecclesiarum episcopo Constantinopolitano deferatur. Conatus quidem est Anatolius Constantinopolitanus antistes canonem quemdam in concilio Calchedonensi condere in gratiam, commodum et præeminentiam suæ sedis: verum in eo canone non tribuit Anatolius cum suis asseclis primas episcopo Constantinopolitano, sed Romano: secundas defert Constantinopolitano, nec defert illi curam omnium Ecclesiarum totius mundi, ut Anna comminiscitur, sed Ponti, Asiæ, Thraciæ. Deinde canon ille plane subrepti jus est, nullius momenti et roboris; quippe apostolicæ sedis legatis absentibus non sine astu conditus in præjudicium præcipue Alexandrinæ Ecclesiæ. Quocirca altero a condito canone die, statim reclamarunt apostolicæ sedis legati, neque ullo modo, quod per summam fraudulentiam et injuriam actum fuerat, suffragiis et assensu suo comprobarunt: de quo consulat, qui plura cupit, illustrissimum cardinalem Baronium, tom. VI *Annalium*, anno Christi 451. Nec refert, quod Anatolius in subscripto illo canone se relert ad Canonem concilii Constantinopolitani centum quinquaginta episcoporum sub Theodosio Magno; nam neque iste canon largitur tantum episcopo Constantinopolitano, quantum fabulatur Anna, secundas enim concedit, non primas. Deinde quia et iste canon ex eodem ambitionis fonte manavit; et vel in illo concilio non est conditus, vel si in illo conditus est, a paucis, non sine fraude et fallacia conditus est, neque unquam a tota synodo aut pontifice Damaso probatus, ut copiose ostendit Baronius tom. IV *Annal.*, anno Christi 381. Et tamen Græci, et in his præcipue Nilus, arcem suæ causæ in his figmentis et imposturis collocant. Nec ideo Romanus pontifex primatum a conciliis aut ab imperatoribus habet, quia concilia et imperatores, nominatim Justinianus, testantur et definiunt D in suis decretis et Legibus Romanum pontificem esse omnium primum, quia his sanctionibus non tribuunt illi primam et supremam potestatem, sed declarant et definiunt, quid illi jure divino competat; idque quod jure divino illi competit, competere etiam volunt jure suo, hoc est, ecclesiastico et civili, tanquam juris divini interprete; ut eo minus auctoritas et potestas illius primaria in dubium ab improbis revocari possit. Non enim pontifex Romanus accepit primatum a conciliis aut imperatoribus, sed ab illo, qui Petro et successoribus sancti Petri in Petro dixit: *Tu es Petrus et super hanc petram*, etc.; et, *Pasce oves meas.* Quod nulli ex Constantinopolitanis patriarchis dictum. Hæc si Nilus advertisset, minus fortassis ineptiarum in libello suo de primatu pontificis effudisset.

Alii Græci alia via et ratione primatum ad se rapere tentarunt; conspicati, opinor, se apud per-

Digitized by Google

dium ab aliarum Ecclesiarum rectoribus discutiendam proposuissent, tantum mali non vidissemus, A ἀγαθοῦ διακρατεῖν, περὶ οὐρανίων δὲ τοῦ λόγου ὄντος, καὶ τῶν περὶ τὴν πίστιν ἁπλανῶν δογμάτων,

Jacobi Gretseri notæ.

spicaciores parum effecturos, si primam illam viam inirent et tenerent; quid enim insulsius et stolidius, quam asserere, primam et supremam dignitatem in ecclesiastica hierarchia pendere ab arbitrio imperatoris? Aliam ergo rationem ambitiosæ suæ cupidini satisfaciendi excogitarunt: Romanam enim Ecclesiam passim apud suos traduxere, quasi in nonnullis fidei capitibus a sacris Litteris, et ab apostolicis traditionibus penitus deviet, perniciososque errores foveat, tueatur, et omnibus amplectendos obtrudat. Quapropter eam primæ sedis honore et culmine excidisse, hancque dignitatem ad Constantinopolitanum præsulem transiisse dictitabant. Primi, qui hanc viam paulo expressiore pede presserunt et institerunt videntur fuisse Patres illi B Trullani; qui ut turpissimam ambitionem, qua æstuabant, honestatis quasi velo obnuberent, varia in Latinorum Ecclesia carpere, imo et damnare ingressi sunt: ut continentiam seu cælibatum ministrorum Ecclesiæ, jejunium Sabbati; ipsi enim Sabbato non jejunant. Missam perfectam et completam in Quadragesima; ipsi enim excepto die Dominico, Sabbato, et festo Annuntiationis, cæteris Quadragesimæ diebus celebrant Missam, quam vocant, τῶν προηγιασμένων, id est, *ex præsanctificatis*, ad eum fere modum, quo Latini die sacro Parasceves ex præsanctificatis offerunt; etsi Græci non unam tantum speciem, ut Latini, sed utramque adservant, et in hac sua Missa adhibent. Accusarunt etiam Latinos, quod a sanguine et suffocato non abstineant, quod aditum ad sacrum altare laicis non intercludant, ut id genus alia præteream: quibus accusationibus viam non sibi, sed aliis munierunt, ut pontificem Romanum de sua dignitate C excidisse publice prædicarent. Nam ipsis satis fuit in præsenti ova posuisse, quæ alii excluderent, canonemque de episcopo Constantinopolitano condidisse longe impudentiorem, quam impostores tempore Concilii primi Constantinopolitani et Calchedonensis; de quo plura Franciscus Turrianus lib. de sexta, septima, et octava synodo. Secutus est Photius, qui quæ Trullani isti legislatores inceperant, perficeret, ambitione throni Constantinopolitani simul et furore in Nicolaum primum pontificem, et in cæteros Romanos præsules incensus, quod obstarent, ne sedem Constantinopolitanam contra jus et fas occupatam quiete possideret. De Photio dici potest, quod Tertullianus libro contra Valentinianos, cap. 4, de Valentino: *Speraverat episcopatum Valentinus* (Photius) *quia et ingenio poterat, et eloquio. Sed alium ex martyrii prærogativa loci potitum indignatus, de Ecclesia authenticæ regulæ abrupit (ut solent animi pro prioratu exciti præsumptione ultionis accendi) ad expugnandam conversus veritatem, et cujusdam veteris opinionis semini actu colubroso viam delineavit.* Hæc Tertullianus de Valentino, ego de Photio; qui ira exasperatus adversus Latinos insurrexit objectans cum ea, quæ Patres Trullani, tum præsertim processionem Spiritus sancti e Patre et Filio, et additionem illam ad Symbolum: *Filioque.* Exstat hoc argumento liber Photii in bibliotheca Bavarica.

Tandem Leone IX pontifice maximo, Græci omnis jugi jam impatientes in perpetuum et generale schisma erupêrunt, ducibus Michaele episcopo Constantinopolitano, et Leone episcopo Achridano in Bulgaria, contra quos ut longissimam, ita et doctissimam epistolam scripsit Leo IX pontifex, accurate omnes eorum querelas seu potius criminationes refellens, qui Romanæ Ecclesiæ pertissimum crimini dabant, quod in azymis rem divinam faceret. Addiderunt postea alii Græci alia, ut communionem sub una tantum specie; morem semel duntaxat mergendi vel tingendi eos qui baptizantur; morem non præbendi Eucharistiam, aut confirmationem administrandi infantibus; purgatorium, sanctorum beatitudinem; verba consecrationis in sacrificio Missæ, et hujus generis plura, quibus Græci in eum fastum superbiæque typhum elati sunt, ut Romanæ Ecclesiæ non modo vale, sed et anathema dicerent, suamque, hoc est Constantinopolitanam, quasi omnium principem, jactitarent et venditarent. Hinc illa plena insolentiæ oratio Jeremiæ patriarchæ Constantinopolitani in censura ad Lutheranos cap. 15: Ἐπεὶ τοίνυν ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία πατρὶς τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ ἡγεμονεῖ ἐν τῇ γνώσει τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἄσπιλον αὐχεῖ ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἀποστολικῶν καὶ πατρικῶν διαταγμάτων, καὶ ἤδη ἡ νέα τὰ πρεσβεῖα τῆς ὀρθοδοξίας εἴληφε, καὶ εἰς κεφαλὴν τέτακται, δέον ἐστὶ καὶ πᾶσαν Χριστιανῶν Ἐκκλησίαν οὕτω τὰ τῆς λειτουργίας ἱερουργεῖν· *Quoniam igitur quæ apud nos est sancta Dei Ecclesia, patria ecclesiarum est, et per gratiam Dei excellit cognitione: de sinceritate gloriatur in claritate apostolicorum et paternorum institutorum: et jam hæc nova* (Roma) *principatum rectæ doctrinæ, capitisque locum obtinet, par est, ut omnes Christianorum Ecclesiæ ad hunc modum sacras liturgias celebrent.* Ita cæci isti de sua impietate et mendicitate sibi blandiuntur, et se principes esse somniant, cum sint omnium mortalium abjectissimi et miserrimi. Sed satis de arrogantia Græcorum, quæ, ut supra dicebam, Latinos merito remorari poterat, ne cum Græcis synodice convenirent, non modo sine fructu, sed et sine ulla spe fructus; præsertim cum isto etiam concilio concilium petere soliti fuerint, ut Romanum pontificem in ordinem cogerent: hocque concilii conventu indicarent, supremam controversias dijudicandi et definiendi potestatem non esse penes Romanum pontificem, sed penes solam synodum, quidquid pontifex contra sentiat aut decernat. Adde, quod concilium petebant; sed eo modo, quo nunc Lutherani, liberum, ut loquuntur, et Christianum, hoc est, quale ipsi postulant, et in quo ea duntaxat sanciantur et constituantur, quæ ipsi postulant, et prout ipsi postulant. Hoc scilicet liberum est et Christianum concilium.

Restat ipse schismaticorum genius, cui solemne judices petere, sed ubi dati fuerint, a sententia eorum alio appellare: testes sunt, ut alios non nominem, Donatistæ, qui controversiæ cum Cæciliano judicem flagitarunt. Datus est a Constantino imperatore Melchiades pontifex Romanus. Absolutus est Cæcilianus. Damnati Donatistæ. Num acquieverunt? Postularunt alios judices. Dati sunt et isti, eodem rursus eventu. Num acquieverunt Donatistæ? Minime vero. Aliud tribunal quæsiverunt, a quo denuo condemnati sunt. Sed frustra. Damnari potuit pertinacia, vinci aut frangi non potuit: *Puto quod ipse diabolus*, inquit sanctus Augustinus, epist. 167, *si auctoritate judicis, quem ultro elegerat, toties vinceretur, non esset tam impudens, ut in ea causa persisteret.* Non aliter egissent Græci toties antea damnati: licet Clemens pontifex, Cantacuzeni rogatu, synodum convocasset, quod aliquot post annis in concilio Florentino manifestum evasit. Itaque vana est querela Cantacuzeni, cum ait Latinos sua dogmata ab aliarum Ecclesiarum rectoribus discutienda non proposuisse, nimiumque sibi arrogasse, contemptis cæteris. Vanitatis redarguunt dictum hoc scripta Nicolai primi et Leonis IX, ut sileam concilia ante Canta-

Digitized by Google

τούτων ὀλίγην τινὰ πτοιεῖσθαι τὴν φροντίδα, καὶ μόνοις ἑαυτοῖς θαῤῥεῖν πρὸς τοσοῦτον γνώσεως ὕψος ἐξαρκέσειν. Τοῦτο γὰρ εἶναι τρῦτο, ὃ καὶ τὴν διάστασιν ἐνεποίησε ταῖς Ἐκκλησίαις ἐξαρχῆς. Εἰ γὰρ οἱ πρώτως τὰ νῦν ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας πρεσβευόμενα δόγματα ἐξενεγκόντες μὴ ἐθάῤῥησαν ἑαυτοῖς, μηδὲ τῶν ἄλλων κατεφρόνησαν, ἀλλ' εἰς μέσον προῦθηκαν τοῖς ἄλλοις τῶν Ἐκκλησιῶν προστάταις ἐξετάζειν, οὐκ ἂν ἄχρι τοσούτου τὸ κακὸν προὐχώρησεν, οὐδὲ τὰ Χριστοῦ διῃρητο μέλη, καὶ ἐκπεπολέμωτο ἀλλήλοις· ἢ γὰρ εἰ κακῶς εἶχεν ὑπὸ πάντων ἂν ἐστέρχθη, καὶ οὐδεμία ἀμφισβήτησις ἐγίνετο περὶ τῶν πᾶσιν ὁμοίως ὡμολογημένων, ἢ εἴ τι τοῦ καλῶς ἔχοντος ἐφαίνετο ἐκπίπτοντα, πᾶσιν ὁμοίως λῆθης παρεπέμφθη καὶ σιγῆς βυθῷ. Ἀρχαῖος δὲ ὁ τρόπος, καὶ τοῖς πρώτοις τοῦ Εὐαγγελίου κήρυξι τετιμημένος. Καὶ γὰρ καὶ Παῦλος ἐκοινοῦτο τοῖς ἀποστόλοις τὸ Εὐαγγέλιον, δεδοικὼς, φησὶ, μὴ εἰς κενὸν τρέχει, ἃ μὴ φίλα καταγγέλλων Θεῷ· καί τοί γε εἰς τρίτον οὐρανὸν ἁρπαγείς, καὶ μυσταγωγηθεὶς τὰ ἄῤῥητα. Καὶ βασιλεῖ γὰρ τῷ πρώτῳ

A neque distracta Christi membra sibi bellum intestinum indixissent. Aut enim ut pura puta ab universis, absque refragatione accepta fuisset (quippe quam communis consensus approbasset), aut si a recto nonnihil devia, ab omnibus æqualiter oblivioni altoque silentio mandata fuisset. Vetus est hic mos, et a primis Evangelii præconibus in pretio habitus. Nam et Paulus quantumvis in tertium cœlum raptus, et arcana mysteria edoctus, Evangelium suum cum apostolis communicavit, timens, inquit, ne in vacuum curram, annuntians, quæ Deo non placent. Quin et primo ex Palæologis (90) imperatoribus Michaeli hic ausus non profuit : deterius enim schisma, et perniciosius consecutum est dissidium. Quare nec

B mihi aliquando persuaderi patiar, ut antequam congregata synodus œcumenica, **736** quæ secure credenda sint decernat, etiam ipse novitates consecter, et alios ad id cogam : idque non propter Ecclesiam et universitatem Christianorum modo, sed et propter me ipsum. Etenim sic sum compa-

Jacobi Pontani notæ.

(90) Hic in concilio Lugdunensi sub Innocentio tertio novam et solemnem cum Latina Ecclesia concordiam inivit, ut tradit Georgius Pachymerius, lib. v, cui ideo vel a sacerdotibus, vel ab Andronico filio sepultura negata, quod cum Latinis consensisset.

Jacobi Gretseri notæ.

cuzeni ætatem super his ipsis controversiis celebrata. Et quibusnam proponenda fuerunt dogmata Latinorum, hoc est, ipsius veritatis? An Græcis, qui a veritate aversi, ad fabulas toti jam conversi erant? Sed facile erat divinare, quæ sententia secutura esset, si litis hujus decisio Græcis commissa fuisset. Et quid sibi volunt illa verba : *Doctrina, quæ nunc apud Romanam Ecclesiam viget?* Significat nimirum antea non viguisse : quæ accusatio omnium novatorum est. Novitatis accusant orthodoxam Ecclesiam, ne ipsi novitatis auctores et sectatores existimentur. Quoties Latini demonstrarunt, et quidem evidenter, omnia dogmata, de quibus Græci Latinis diem dicunt, ab apostolicis temporibus semper in Ecclesia Romana viguisse, neque nudiustertius nata esse, ut sunt Græcorum placita et decreta, quæ quibus auctoribus et quando proseminata sint, Latini adamussim ostendere possunt, et sæpius jam ostenderunt. Ut enim tantum nominem quinque illa capita, de quibus Gennadius patriarcha Constantinopolitanus adversus Græcos pro concilio Florentino accuratissime disputat, *Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere, purgatorium esse, in azymis Eucharistiam* rite et legitime celebrari ; *animas justorum*, quibus nihil maculæ in purgatorio expiandæ inest, statim ab excessu Deum videre, *Romanumque pontificem* omnium Ecclesiarum principem et caput esse, semper credidit et docuit Romana Ecclesia. Quare licet sine concilii decreto his dogmatis Cantacuzenus se adduxisset, minime novitates, sed venerandam vetustatem sectatus fuisset.

Sed Cantacuzenus cætera felix et magnus, hoc uno miser et minutus fuit, quod a schismaticis episcopis et monachis in præceps agi se permisit, nec unde tam ipse, quam reliqui Græci exciderint, attendit : Palamæ enim et Philotheo potissimum adhæsit, quorum utrumque fortassis ideo præcipue coluit, quod indefessi Latinorum adversarii et oppugnatores essent. Apud Græcos enim in sanctissimis numeratos esse illos, qui Latinos vehementissimis et dictis et scriptis incesserent, testatur Gennadius patriarcha Constantinopolitanus, qui allo-

C quens Græcos : *Vos*, inquit, *Latinos tanquam a fide alienos existimatis, et ab eis refugere, tanquam a facie serpentum simpliciores edocetis, idque liquido patet. Ac si quis ex Latinis videtur sanctus, vos hunc salutare non vultis, imo vero maledicta ingeritis. Græcos quamvis flagitiosissimos et stultissimos, si solum adversus Latinos dicant, omnium sanctissimos arbitramini : inter alios quidem multos quemdam, qui vocatur Palamas, et Ephesi Marcum, hominem nec satis mentis compotem, sed tumidum sapientiæ ostentatorem, nulla virtute vel sanctitate subnixos : quia loquuntur solum et scribunt contra Latinos, extollitis et celebratis, eorumque imagines exornatis, festumque agentes diem colitis, ac veluti sanctos adoratis. Latinos vero quamvis jampridem Ecclesia pro sanctis colendos duxerit, vos incessanter blasphematis, ita et de summo pontifice facitis ; nam illum omnino Christianum esse non existimatis, quia Latinus.* Hæc Gennadius, et patriarcha Constantinopolitanus, quæ lucem accendent illis, quæ passim

D de Gregorio Palama in hac historia feruntur, cui Cantacuzenus addictissimus erat, tanquam insigni sanctimonia prædito, cum talis esset, qui ab Gennadio vere describitur.

At quod Cantacuzenus ait, si Asia et Europa quemadmodum olim in Romanorum imperio censerentur, synodum cogendam esse apud Græcos, id secus habet. Nam summi pontificis munus est, ut synodum indicere et convocare, ita et locum præstituere. De quo vide cardinalem Bellarminum, lib. I *De conciliis*, cap. 12 et 13. Denique ut locum hunc concludam, Cantacuzeno tergiversanti morasque nectenti, dici et poterat et debebat, quod postea teste Gennadio, legatus pontificis dixit Græcis post varias disputationes cum monacho quodam Barlaamo habitas : *Mihi libet tibi dicere breve et verum verbum, quod et aliis Græcis mihi injunctum est dicere : Si volueritis et audieritis me, bona terræ comedetis, secundum prophetam ; si vero nolueritis, neque audieritis me, gladius vos devorabit. Num pontificis os locutum est hæc*, ait Gennadius. *Num habes huic, quod contradicas? Lege et expende, an evenerit, sicut ipse dixit.*

Digitized by Google

(98) Hujus epistolæ principium, id est, tituli, quibus Cantacuzenum imperatorem colonestat, lingua Græca veteri scripti sunt, reliqua tota, lingua, quam nunc vulgare Græcum appellant. Itaque studio D. Marci Velseri factum, ut ea nobis ab homine utriusque sermonis Græci, et scholastici, inquam, et vulgaris periti Græco puro puto redderetur, quo eam convertere in Latinam possemus. Est autem sultani Ægypti Mahumetani.

Jacobi Gretseri notæ.

cæca et obstinata dementia permanentes non potuerit ad viam salutis consilium revocare : cæteri tamen vel simplicitate capti, vel errore inducti, vel aliqua fallentis astutiæ calliditate decepti, a fallaciis vos laqueis solvite, vagantes gressus ab erroribus liberate, iter rectum viæ cœlestis agnoscite.

Digitized by Google

Christianorum fidei atque dogmatis, omnium sacro fonte initiatorum columnæ immobilis, doctrinæ Christi propugnatoris, gladii Macedonum, regis Græcorum, regis Bulgarorum, Asaniorum, Blachorum, Rhossorum et Alanorum, ornamenti dogmatis Iberorum et Syrorum, hæredis imperii regnorum ejus, marium et magnorum fluminum et insularum, domini Angeli Comneni Palæologi Cantacuzeni (99). Majestas tua, quod ei placitum est, a sultanica potentia nostra, et sanctificata atque illuminata domo nostra semper requirat. Nam pro eo amore, quo amborum majores inter se conjuncti fuerunt, et nos erga te sumus, quantum viribus possumus, tantum tibi gratificabimur. Ut quemadmodum patrum tuorum desiderio a nostra auctoritate respondebatur, nobisque illi gratias habebant, et ad nos legatos mittebant, et commercium inter nos erat : sic iterum quæ tibi grata sunt, fiant, et voluntati tuæ ad nos provocanti a nostra potestate satisfiat. Et quoniam consuetudo illa interrupta, et in longum dilata est, denuo a me mittuntur istæ litteræ, ut coram magno imperatore legantur, ad laudem veteris amicitiæ, et ad invitamentum petendi, utpote nobis omnia libenter cum auctario præstituris. Quidquid autem a vobis ad honestatis dulcissimam propagationem pertinens venerit, id omne animo benevolentissimo suscipimus : quomodo et nunc de manu præfecti Manuelis vestræ majestatis legati, mira cum lætitia et pace ejus litteras suscepimus, et quam continebant petitionem legimus. Aio igitur, charitate et amicitia colligatos fuisse magnum sultanum patrem meum, **757** cujus animæ Deus excelsus sit propitius, et majestatis tuæ fratrem Romanorum imperatorem, ut propter consuetudinem amborum domus una, ut dicis, esset, et inde legationes ad nos, et rursum hinc illuc mitterentur, et fierent quæ ille vellet. Præterea de sacris Hierosolymæ sanctæ templis petebat, quod etiam legimus, et ecclesiis, de quibus significastis, curam adhiberi jussimus. Quod autem apposuistis, ut copiam fandi daremus Manueli præfecto legato, ut conficeret, quorum causa veniret, invenit quod optavit; nam eum audiri jussimus. Post hæc petivit legatus vester, ut quoddam veteris templi ruinosum ædificium, vicinum Romanis, sancti Georgii renovaretur; id etiam fecimus. Insuper sacram a nobis facultatem petebat, ut cum sociis a tua majestate illi attributis, ad sanctam resurrectionem adorandi causa proficisci posset; quod permisimus, et libenter ejus voluntati respondimus. Nam de eo quod legatus petebat, ut fieret, quod ad sanctam resurrectionem pertinet scriptum est mandatum, et roganti illuc proficisci, comitem præfectum adjunximus, adoravitque quantum voluit, et cum gratiarum actione reversus est. Etiam hoc idem legatus adjecit ut edictum se-

A λέοντος, τοῦ ἀνδρείου, τοῦ ἐν πολέμοις ὁρμητικοῦ, εἰς ὃν οὐ δύναταί τις σταθῆναι ἔμπροσθεν αὐτοῦ, τοῦ σοφωτάτου εἰς τὸ δόγμα αὐτοῦ, τοῦ δικαιοτάτου εἰς τὸν τόπον καὶ τὴν χώραν αὐτοῦ, τοῦ θεμελίου τῆς πίστεως καὶ τοῦ δόγματος τῶν Χριστιανῶν, τοῦ κίονος τοῦ ἀσείστου ἁπάντων τῶν βεβαπτισμένων, τοῦ βοηθοῦ τῶν δογμάτων τοῦ Χριστοῦ, τῆς σπάθης τῶν Μακεδόνων, τοῦ Σαμψὼν, τοῦ βασιλέως τῶν Ἑλλήνων, τοῦ βασιλέως τῶν Βουλγάρων, τῶν Ἀσανίων, τῶν Βλάχων, τῶν Ῥώσων καὶ τῶν Ἀλανῶν, τῆς τιμῆς τοῦ δόγματος τῶν Ἰβήρων καὶ τῶν Σύρων, τοῦ κληρονόμου τῆς βασιλείας τῆς γῆς αὐτοῦ, τοῦ αὐθέντου τῶν θαλασσῶν, καὶ τῶν ποταμῶν τῶν μεγάλων, καὶ τῶν νήσων, Ἀγγέλου Κομνηνοῦ Παλαιολόγου τοῦ Καντακουζηνοῦ. Πάντοτε ἡ βασιλεία σου τὸ θέλημα αὐτῆς νὰ τὸ ζητῇ ἀπὸ τὴν σουλτανικὴν ἐξουσίαν μου, καὶ ἀπὸ τὸ ὀσπήτιόν μας τὸ ἡγιασμένον καὶ πεφωτισμένον, καὶ ὡς ἔχομεν πᾶσαν δύναμιν νὰ πληρῶμεν τὴν ἀγάπην τῆς βασιλείας σου, καὶ καθὼς εὑρίσκετο τῶν προγόνων τῆς βασιλείας σου μετὰ τῶν προγόνων τῆς σουλτανικῆς ἐξουσίας μου, καὶ καθὼς ἐπληροῦτο ἡ δρεξις τῶν βασιλέων τῶν προγόνων τῆς βασιλείας σου ἀπὸ τῆς αὐθεντίας μας, καὶ ηὐχαρίστουν μας πάντοτε ἐκεῖνοι, καὶ ἔπεμπαν εἰς τὴν ἡγιασμένην αὐλήν μας, καὶ συνετύγχαινάν μας, οὕτως πάλιν νὰ εὐεργετῆται ἡ ἀγάπη τῆς βασιλείας σου, καὶ νὰ πληροῦται ἡ δρεξις αὐτῆς ἀπὸ τῆς αὐθεντίας μας. Καὶ διότι ἀπεκόπη καὶ ἐμάκρυνεν ἡ συνήθεια ἐκείνη, ἀπεστάλη ἡ γραφὴ αὕτη ἀπ' ἐμᾶς νὰ ἀναγνωσθῇ ἔμπροσθεν εἰς τὸν μέγαν βασιλέα, εἰς ἔπαινον τῆς προτέρας φιλίας, καὶ εἰς παρακίνησιν τῶν ζητημάτων, ὅτι πάντοτε μετὰ χαρᾶς νὰ ἦναι πεπληρωμένα, καὶ περισσότερα νὰ γίνωνται, καὶ τὸ ἦλθεν ἀπ' ἐσᾶς εἰς τὸν πλατυσμὸν τῆς καλοσύνης μας τὸν γλυκύτατον, νὰ τὸ δεχώμεθά με τὴν καλογνωμίαν, καθὼς τὰ ἐδεξάμεθα, καὶ τῶρα καλὰ ἀπὸ τὰ χέρια τοῦ ἀποκρισιαρίου τῆς βασιλείας σου τοῦ ἄρχοντος τοῦ Μανουὴλ, καὶ παρελάβομεν αὐτὰ μετὰ εἰρήνης, καὶ ἐγνωρίσαμεν τὸ ἔγραφεν ἀπέσω. Ἐκεῖνο τὸ ἐζήτει, ὅ τινα ἦναι ἀγάπη, καὶ φιλία τὸ ἦτον μέσον εἰς τὸν πατέρα μου τὸν σουλτάνον τὸν μέγαν, ὁ Θεὸς ὁ ὑψηλὸς νὰ ἁγιάσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸν βασιλέα τῶν Ῥωμαίων τὸν ἀδελφὸν τῆς βασιλείας σου, ὡς εἶχον συνήθειαν καθὼς λέγεις νὰ ἦναι τὰ δύο ὀσπήτια ἕν, καὶ ἤρχοντο ἀπ' αὐτοῦ ἐδῶ ἀποκρισιάριοι, καὶ ἀπ' ἐδῶ πάλιν αὐτοῦ, καὶ τὸ θέλεις νὰ γίνεται, καὶ νὰ ὑπαγαίνουν, καὶ νὰ ἔρχωνται κατὰ τὴν πρώτην συνήθειαν. Πάλιν ἐζήτησε διὰ τὰς ἐκκλησίας τῶν Ῥωμαίων ἐκείνας ὅπου ἦναι εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα τὰ ἅγια, καὶ ἐγνωρίσαμεν καὶ αὐτό. Καὶ ὡρίσαμεν νὰ προσέξουν τὰς ἐκκλησίας, ὁπού ἂς ἐμηνύσατε, καὶ ἐκεῖνο τὸ ἐζητήσατε νὰ ἀκούσωμεν τὸν λόγον τοῦ ἄρχοντος τοῦ ἀποκρισιαρίου τοῦ Μανουὴλ, καὶ νὰ τὸν ἀπολογηθῶμεν, καὶ νὰ πληρώσωμεν τὰς δουλείας του, ἐπληρώσαμεν τὸ ἤθελεν

B

C

D

Jacobi Pontani notæ.

(99) Non fuit Comnenus, nec Palæologus, nisi a materna linea. Sed Barbarus ei honorem habere voluit, quantum maximum potuit.

Digitized by Google

αὐτοῦ, καὶ ὡρίσαμεν ἵνα ἀκουσθῇ ὁ λόγος του. Πάλιν ἐζήτησεν ὁ ἀποκρισιάριος, ὅτι χάλασμα ἦν παλαιᾶ; ἐκκλησίας εἰς τὴν γειτονίαν τῶν Ῥωμαίων ὁ ἅγιος Γεώργιος, νὰ ὁρίσωμεν νὰ κτισθῇ, καὶ ἠκούσαμεν τὸν λόγον του, καὶ ἐπληρώσαμέν τον. Πάλιν ἐζήτησεν οὗτος τὸν ὁρισμόν μας τὸν ἅγιον νὰ ὑπάγῃ εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν, νὰ προσκυνήσῃ καὶ ἐκεῖνος, καὶ οἱ εὑρισκόμενοι μετ' ἐκείνου ἀπὸ τῆς βασιλείας σου, καὶ ἠγαπήσαμεν εἴ τι ἐζήτησες, καὶ ἐπληρώσαμέν τε, καὶ ἐγράφη ὁρισμὸς εἴ τι μᾶς παρεκάλεσεν ὁ ἀποκρισιάριος νὰ πληρωθῇ εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν. Καὶ ὡς ἐζήτησεν νὰ ὑπάγῃ, ἐδώκαμεν ἄρχοντα μετ' αὐτοῦ, καὶ ἀπέσωσέν τον ἐκεῖ, καὶ προσεκύνησεν ὡς ἤθελε, καὶ ἐγύρισε μετ' εὐχαριστίας. Πάλιν ἐζήτησεν ὁ ἀποκρισιάριος νὰ γένηται ὁρισμός μας ὑψηλὸς, νὰ φυλάσσωνται οἱ εὑρισκόμενοι Χριστιανοὶ εἰς τὸν ἁγιώτατον τόπον τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ τὰ μοναστήρια, καὶ αἱ ἐκκλησίαι, καὶ νὰ ἔχωσιν ἀγάπην, καὶ δεφένδευσιν ἀπὸ τὸν ἀμηρᾶν τὸν εὑρισκόμενον ἐκεῖ, καὶ οὐ μόνον οἱ τοπικοὶ, ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ καιροὺς ἐρχόμενοι εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ἁγίας ἀναστάσεως, καὶ οἱ κατὰ καιροὺς εὑρισκόμενοι δουλευταὶ Μουσουλμάνοι εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν, νὰ μηδὲν ἀφήνουν, νὰ καταφρονοῦν, καὶ νὰ δέρνουν, καὶ νὰ ὀχλοῦσι τοὺς κατὰ καιρὸν ἐρχομένους, εἰς τὸ αὐτὸ ἅγιον προσκύνημα, ἢ εἰς τοὺς τοπικούς· ἀλλὰ μᾶλλον νὰ τιμῶσι, καὶ νὰ ἀναδέχωνται, καὶ νὰ κυβερνῶσιν αὐτούς. Καὶ ὡρίσαμεν καὶ ἐπληρώθη ὑψηλότατος ὁρισμὸς διὰ τὰ ζητήματα αὐτὰ εἰς τὸν τόπον ἐκεῖνον. Πάλιν εἰς τὸ ἐνεθύμιζεν ἡ βασιλεία σου ἡ μεγάλη διὰ τὴν ὑπόθεσιν τοῦ πατριάρχου τοῦ Λαζάρου ὅτι εἶχεν ἀποστείλειν αὐτὸν ὁ ἡγιασμένος σουλτὰν ὁ Μελὴκ Νάσαρ. Ὁ Θεὸς συγχωρήσοι τὰ κρίματά του εἰς τὰς ἡμέρας τὰς ἁγίας αὐτοῦ. Ὁ ἀποκρισιάριος νὰ δείξῃ, καὶ νὰ πληροφορήσῃ τὴν μεγάλην βασιλείαν σου διὰ τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν ὅπως ἐγένετο, καὶ ἀπεπληρώθη ἕνεκεν τοῦ τοιούτου πατριάρχου, ἀπελύθη γοῦν ὁρισμὸς ὑψηλὸς εἰς τὰ ἅγια Ἱεροσόλυμα, νὰ στέργωσιν τὸν πατριάρχην τὸν Λάζαρον, καὶ νὰ τὸν φυλάσσωσι καλὰ καθὼς καὶ τοὺς πρώην πατριάρχας. Καὶ ὡρίσαμεν καὶ ἐγένετο ἡ κατάστασις τοῦ τοιούτου πατριάρχου, καὶ ἀπεστάλη καὶ αὐτὸς εἰς τὰ ἅγια Ἱεροσόλυμα μετὰ τοῦ ἀποκρισιαρίου. Πάλιν ἐζήτησεν ὁ ἀποκρισιάριος διὰ τοὺς αἰχμαλώτους, οἵ τινες εὑρίσκονται ἀπὸ τὴν χώραν τῆς Ῥωμανίας, ἵνα ἐλευθερώσωμεν αὐτούς. Καὶ ἡμεῖς νὰ γνωρίσῃ ἡ βασιλεία σου, ὅτι τοιαύτην συνήθειαν ἀρχαίαν εἴχομεν διὰ τὰ αἰχμάλωτα, ὅτι νὰ γίνεται ἀνταλλαγὴ, καὶ νὰ ἀπολύωμεν ἡμεῖς ἐξ ὧν ἔχομεν, καὶ ἡ βασιλεία σου πάλιν ἐξ ὧν ἔχει ἀπ' ἡμῶν σκλάβων νὰ πέμπῃ πρὸς ἡμᾶς, ὅμως ὡρίσαμεν καὶ ἐπληρώθη, καὶ τὸ ζήτημα τοῦτο, καὶ ἠλευθερώσαμεν ὅσους ἐζήτησεν ὁ ἀποκρισιάριος,

A rium eleremus, quo qui in sanctissimis Hierosolymæ locis habitant Christiani, item monasteria et ecclesiæ ne violarentur, et per charitatem conjungerentur, qui illic est ameræ (1) seu præfecto, ejusque auxilio defenderentur. Nec solum indigenas, sed et qui distinctis temporibus ad sanctam resurrectionem adorandam eo venirent, et præcipue qui illic serviunt Musulmanos (2), ne sineret conviciis lacerare ac verberare, aut ulla molestia afficere, tum eos qui sanctam adorationem certo tempore adveniunt, tum eos qui in loco illo habitant; sed potius in honore illos haberent, eosque susciperent, iisdemque ministrarent. Ita mandatum a nobis, pront petebatur, super illo loco sacrosanctum est editum. Quod vero postea nos majestas tua de causa Lazari patriarchæ admonuit, quem sanctæ memoriæ sultanus Melec Nasar dum viveret (propitius sit peccatis ejus Deus) throno depulit, ut legatus docebit, ac plenam fidem faciet, quomodo res acta sit et quem finem habuerit, missum est a nobis mandatum Hierosolymam, **758** ut Lazarum patriarcham libenter recipiant, eumque velut antegressos patriarchas observent; qui etiam ipse cum legato Hierosolymam missus et restitutus est. Præterea et hoc legatus vester petebat, qui invenirentur ex imperio Romano captivi, libertate eos ut donarem. Nos autem (ut et istud majestas tua noverit) jam pridem in captivis morem hunc habemus, ut eos permutemus et dimittamus, quos a vobis habemus, vicissimque majestas tua, quos a nobis habet. Quin etiam de hoc consilio certiorem te fieri jussimus, et quotquot legatus petivit, eos manumisimus, quos et secum abduxit. Apposuit et hoc rogatis legatus, ut mercatoribus inde huc venientibus tuto commorari liceat. Cui aures præbuimus, ediximusque publice, ut hujusmodi mercatores admittantur et defendantur, quemadmodum legatus rogaverat. Sic cum gravissimo edicto et responsione legatum dimisimus, et hoc tuæ majestati, ut verissimum, notum esse cupimus. Quod si quid aliud voluerit, nobis indicet, et voluntati ejus satisfaciemus. Nos te post tuum in urbem, Dei nutu, cum robusta manu ingressum, malorum tibi irrogatorum oblitum esse, imperatoris filium conservasse, inimicis misericordiam tribuisse antehac cognovimus. Ex quo magnam cepimus delectationem, teque commendavimus. Id modo fusius et clarius a patriarcha Lazaro et præfecto Manuele didicimus, ut etiam illud, te data in matrimonii societatem adolescenti filia tua et generum tibi et filium cooptasse; unde etiam uberiore gaudio perfusi sumus. Deus dilatet cor tuum atque imperium tuum, ac pro uno centum

Jacobi Pontani notæ.

(1) **Vox Arabica est amira, seu amiras, summus præfectus, qua utuntur sæpe Zonoras, Cedrenus, Nicetas.** Hinc Ameralius vocabulo composito ex Arabico et Græco, præfectus maris, θαλασσίαρχος.

(2) **Musulmanos dici se volunt Mahumetani recte** credentes, ut Arianicis temporibus cæteri Christiani, quotquot abominabantur eorum furores, orthodoxorum nomen profitebantur. Leunclavius. Quidam eo nomine Christianos ad Turcarum religionem transeuntes accipiunt.

Digitized by Google

tribuat, gladiumque tuum hostibus formidabilem efficiat, et te conservet, misericordiaque ac beneficentia sua beatum reddat. Etiam ita fiat, precor, Deus altissime. Scripta est epistola die decimo quinto mensis Saapan, septingentesimo quinquagesimo anno Mahometi (3). Et scripta est ex summo Dei mandato. Gloria magnæ gloriæ unius Dei. Vota et adorationes nostro illi auctori Mahometo, simul et discipulis ejus, honorabiliori plasmati Dei. Gratias ago Deo omnipotenti, in quem spero. Hactenus sultanus.

A καὶ παρέλαβεν αὐτούς. Πάλιν ἐζήτησεν ὁ ἀποκρισιάριος νὰ ἔναι ἀσφάλεια, εἰς τοὺς ἐρχομένους ἐδῶ ἀπ' αὐτοῦ πραγματευτὰς, καὶ ἐγροικίσαμέν το, καὶ ἐγένετο ὁρισμὸς, ἵνα ἀναδέχωνται τοὺς τοιούτους πραγματευτὰς, καὶ φυλάσσωσιν αὐτοὺς, καθὼς ἐζήτησεν ὁ ἀποκρισιάριος. Καὶ μετὰ τὸν ὑψηλότατον ὁρισμὸν, καὶ μὲ τὴν ἀπολογίαν ἐγυρίσαμεν τὸν ἀποκρισιάριον, καὶ ἂς γινώσκῃ τοῦτο ἀληθινὰ ἡ βασιλεία σου. Καὶ ὅταν ἔχῃ θέλημα ἂς μας φθάνῃ μανδάτον, νὰ πληρώσωμεν τὸ θέλημα τῆς βασιλείας σου. Ἡμεῖς πρότερον ἐγνωρίσαμεν ὅπως ὡς εἰσῆλθεν ἡ βασιλεία σου μὲ τὸν ὁρισμὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ μετ' ἰσχύος μεγάλης εἰς τὴν πόλιν οὐδὲν ἐμνήσθης κακῶν, ἀλλὰ ἐφύλαξες τὸν υἱὸν τοῦ βασιλέως καὶ ἐσυνεπάθησες τοὺς ἐχθρούς σου, καὶ ἐχάρημεν εἰς τοῦτο πολλὰ, καὶ ἐπαινέσαμεν τὴν βασιλείαν σου. Τῶρα πάλιν ἐμάθαμεν τοῦτο πλατύτερα, καὶ καθαρώτερα, καὶ ἀπὸ τὸν πατριάρχην τὸν Λάζαρον, καὶ ἀπὸ τὸν ὄρχοντα τὸν ἀποκρισιάριον τὸν Μανουὴλ, καὶ τὸ πῶς τὸν ἔδωκες τὴν θυγατέρα σου, καὶ ἐποίησες αὐτὸν υἱόν σου καὶ γαμβρόν σου, καὶ εἰς αὐτὸ πλεότερον ἐχάρημεν, καὶ ὁ Θεὸς τὴν καρδίαν σου, νὰ τὴν πλατύνῃ, καὶ τὴν χώραν σου, εἰς τὸ ἓν ἑκατὸν νὰ τὴν ποιήσῃ, καὶ τὸ σπαθίν σου εἰς τοὺς ἐχθρούς σου φοβερὸν νὰ τὸ ποιήσῃ. Ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος νὰ σὲ διακρατῇ, καὶ νὰ εὐτυχῇς ἀπὸ τοῦ ἐλέους του, ναὶ ἄμποτε Θεὲ ὑψηλέ. Ἐγράφη εἰς τὰς δεκαπέντε τοῦ Σααπὰν, τῷ ἑπτακοσιοστῷ πεντηκοστῷ ἔτει τοῦ Μαχούμετ. Ἐγράφη κατὰ τὸν ὁρισμὸν τὸν ὑψηλόν. Δόξα τῇ μεγάλῃ δόξῃ τοῦ μόνου Θεοῦ. Εὐχαὶ καὶ προσκυνήματα εἰς τὸν αὐθέντην ἐκεῖνον τὸν Μαχούμετ, μετὰ τῶν μαθητῶν του τὸ ἐντιμότερον πλάσμα τοῦ Θεοῦ. Εὐχαριστῶ τὸν Θεὸν παντοκράτορα ὁποῦ ἐλπίζω εἰς ἐκεῖνον. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ τοῦ σουλτάν.

759 CAPUT XV.

Gerasimus novam accusationem parans moritur. Sultani successor Christianorum persecutor. Cur Sichun archisatrapa Jacobitis pepercerit. Martyria et apostasiæ Christianorum. Lazari patriarchæ supplicium; episcopi in eum humanitas. Sultanus a persecutione cessans, Christianos ignominia damnat. Isidorus patriarcha episcopos creat, et Thessalonicæ Palamam, quem præfectis commendat imperator. Illorum inobedientia, et novitatis studium, cum fallacia. Palamas exclusus in Lemno manet. Andreæ Palæologi insolentia et audacia.

Gerasimus throno ejectus, rursum ad sultanum venire mendaciisque patriarchæ depositionem ei persuadere properavit. Cæterum profectus ex urbe sancta (4), post diem tertium in itinere spiritum edit: sic Deo judicante, ut justa illius morte tentationibus injustis justus liberaretur. Atque ita diu satis patriarcha suos honores gessit. Porro, sultano illo mortuo, alius in principatu suffectus est, quem nulla causa manifesta ad Christianos persequendos commovit, sed quidam Sichun archisatrapa plurimum gratia et auctoritate apud illum valens, incitavit: homo Christianis omnibus infensissimus, præterquam Jacobitis hæreticis (5), quorum in sancta civitate præsertim, ac per Ægyptum et Syriam magna multitudo cum episcopo proprio visebatur: quibus non tam propter bonitatem, quam metum parcebat. Fertur enim gens magna, Jacobi hæresin pertinacissime complexa, Nilum accolere, quam sultanus Ægypti officiis demereri necesse habet, propterea quod illa Nilum alio

B Γεράσιμος δὲ ἐπεὶ ἐξηλαύνετο τῶν θρόνων, ὥρμητο μὲν αὖθις, ὡς ἐπὶ σουλτὰν ἐλθὼν, καταψεύσοιτο τοῦ πατριάρχου, καὶ πείσει τοῦ θρόνου ἐξελαύνειν. Μετὰ τρίτην δὲ ἡμέραν τῆς ἐκ τῆς ἁγίας πόλεως ἀποδημίας, ἐτελεύτα κατὰ τὴν ὁδὸν, οὕτω τοῦ Θεοῦ δικάσαντος, ὡς ἂν δικαίῳ θανάτῳ πειρασμῶν ἀδίκων ὁ δίκαιος ἀπαλλαγείη. Χρόνον μὲν οὖν οὕτως οὐ μικρόν τινα ὁ πατριάρχης διήγαγεν ἐπὶ τῶν θρόνων. Τοῦ δὲ σουλτὰν ἐκείνου τετελευτηκότος, ἄρχων ἕτερος ἀνεδείκνυτο, ὃς ὑπ' οὐδεμίας αἰτίας προφανοῦς πρὸς τὸν κατὰ Χριστιανῶν κεκίνητο διωγμὸν, Σειχοῦν τινος τῶν παρ' αὐτῷ δυνατωτάτων ἀρχισατράπου πρὸς τὸ ἔργον μάλιστα ἐνάγοντος, καὶ χαλεπωτάτου Χριστιανοῖς γεγενημένου

C πᾶσι, πλὴν τῶν ἐκ τῆς αἱρέσεως Ἰακώβου πολλῶν ὄντων μάλιστα ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει, καὶ κατ' Αἴγυπτον, καὶ Συρίαν, καὶ ἀρχιερέα ἰδίᾳ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως ἐχόντων. Ἐφείδετο δὲ αὐτῶν οὐ μᾶλλον δι' εὐγνωμοσύνην, ἢ δέος. Λέγεται γὰρ ὡς πρὸς τὴν Νείλου δίοδον μέγα ἔθνος ἐστὶ κατῳκισμένον, τὴν Ἰακώβου

Jacobi Pontani notæ.

(3) Sicut nos ab ortu Christi, ita Mahumetani ab ortu sui prophetæ annos numerant.

(4) Ex Evangelio aliisque locis utriusque Testamenti ita, et merito vocatur. Congerere huc testimonia nihil attinet, sicut nec causam afferre hujus appellationis, cum eas nemo nescire possit, qui quidem Christianus sit.

(5) Dicti sunt a quodam Jacobo, genere Syro, qui tempore Mauritii imperatoris et Pelagii II pontificis maximi emerserunt, circa annum Domini 584. Dicebant non esse necessarium sacerdoti confiteri peccata, sed Deo soli. Parvulos circumcidebant, adustione quadam in fronte vel genis impressa, hinc putantes orginale peccatum expiari, propter illud Christi Matth. III: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni.* Unam tantum in Christo naturam profitebantur. Non credebant sanctam Trinitatem, sed unitatem solum, *etc.* Vide Gabrielem Prateolum, *De vitis, sectis et dogmatibus omnium hæreticorum*, et Jacobi de Vitriaco lib. I *Historiæ orientalis*, cap. 76.

Digitized by Google

πρεσβεῦον αἵρεσιν καθάπαξ. οὓς ἀνάγκην ἔχει θε- A ραπεύειν ὁ σουλτὰν Αἰγύπτου, διὰ τὸ δύνασθαι τὸν Νεῖλον ἐπ' ἄλλην γῆν μετοχετεύειν. Ὅ εἰ γένοιτο, σύμπασα ἂρδην Αἴγυπτος, καὶ ἡ ἄλλη Συριὰ ἀπολοῦνται τρεφόμεναι ὑπ' ἐκείνου φιλοτίμως. Δι' ἣν αἰτίαν καὶ τότε οἱ βάρβαροι τοῖς Ἰακώβου αἱρεσιώτας μόνοις ἦσαν εὐμενεῖς. Τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν οὕτως ἐπετέθησαν σφοδρῶς, ὡς πολλοὺς μὲν τῷ διὰ μαρτυρίου τέλει παραπέμψαι ποικίλαις καὶ διαφόροις κολάσεων ἰδέαις, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ τῆς εἰς Χριστὸν ἀποστῆσαι πίστεως, καὶ τῆς σφετέρας πεῖσαι ἐχεσθαι θρησκείας, ὃ καὶ μάλιστα δακρύων ἄξιον, ὅσοι δῆτα καὶ μετὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως συνεπήγοντο τῷ πονηρῷ διὰ τῶν ἔργων, καὶ τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ γεέννης ἦσαν κληρονόμοι. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι τὸν ὀρθοῦ βίου μετὰ τῆς πίστεως B ἐχόμενον, ναυαγῆσαί ποτε περὶ τὴν πίστιν, τῆς παρὰ Θεοῦ ἐπικουρίας ἔρημον γενόμενον. Ὅτε δὴ καὶ Λάζαρον τὸν πατριάρχην συλλαβόντες, πρῶτα μὲν πολλαῖς ὑπήρχοντο θωπείαις, καὶ παραλύειν τὸν τόνον ἐπειρῶντο, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν ἀπάγειν πίστεως· νομίζοντες ἂν τοῦτον ἕλωσι, πάντας ὑπάξεσθαι Χριστιανοὺς πρὸς ἄρνησιν αὐτίκα τοῦ Χριστοῦ, τῷ σφετέρῳ προστάτῃ τῆς πίστεως ἑπομένους, καὶ μὴ ἀναγκασθήσεσθαι ἀποκτιννύναι. Μᾶλλον γὰρ ἠβούλοντο μεταστήσαντες τῆς πίστεως ζῶντας ἔχειν,

potest derivare. Quod si fiat, tota Ægyptus, et Syria, quæ inde affatim aluntur, fame funditus interearit. Hac de causa et tunc Barbari solis Jacobitis erant propitii : reliquos Christianos omnes sic premebant, ut complures variis tormentorum generibus excruciatos e medio tollerent, non paucos etiam a fide in Christum ad sua s era pellicerent. Dignum sane lacrymis, adeo multos cum fide Christi per opera ad cacodæmonem abripi, et ejusdem gehennæ coharedes illi evadere. Non enim est, non, inquam (*p*), est vitæ integritatem cum vera fide sectantem, aliquando circa fidem, divino auxilio destitutum, naufragari. Tum igitur et Lazarum patriarcham (*q*) comprehendentes, primum quidem blanditiis eum captabant, ejusque invictam constantiam labefactare, et a religione Christiana abstrahere nitebantur : confisi, si hunc expugnassent, **760** universos statim Christianos ducis sui exemplum sequentes, ad Christum negandum adacturos : nec ad eos mactandos compulsum iri, siquidem eos a sacris ipsorum dimotos, habere vivos, quam nullo cum fructu occidere malebant. Ubi adulatio frustra fuit, omnia siquidem ille potius pro fide Christiana perpeti paratus erat carnificumque in se manus provocabat, et laniatus, ac membrorum distorsiones exoptare magis vide-

Jacobi Gretseri notæ.

(*p*) Significare videtur Cantacuzenus, eum qui semel veram fidem adeptus est, vitæque et morum honestati et probitati studet, non posse a fide excidere, quod dogma Calvini est et Calvinistarum, licet, ut consideranti manifestum erit, verba Cantacuzeni in bonum sensum accipi possint; non enim quemquam fide et charitate præditum destitui Deus auxilio necessario ad hoc, ut fidem et charitatem conservet, sed si amittit, culpa et negligentia sua amittit, non defectu et penuria cœlestis subsidii ad conservationem gratiæ necessarii. Similes sententiæ occurrunt aliquando in *Monumentis Patrum*, ex quorum numero sanctus Cyprianus libro *De unitate Ecclesiæ : Nemo existimet bonos de Ecclesia posse discedere. Triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice fundatam procella subvertit. Inanes paleæ tempestate jactantur, invalidæ arbores turbinis incursione evertuntur.* Hoc ideo dicit, quia sæpe fit, ut qui in hæresin aut aliam infidelitatis speciem labuntur, prius sceleratam vitiisque contaminatam vitam duxerint : *Neque enim fieri potest*, inquit Damascenus, lib. 1 *Parad.*, cap. 12, *ut quisquam hæreticus fiat, nisi prius vel in verbis, vel in actionibus rationes vitæ suæ male compararit.* Interim certum fixumque maneat, eum, qui vere stat, vere cadere, et eum qui vere cecidit, vere iterum resurgere, atque adeo vere stare posse. *Quam multi modo luxuriantur*, inquit sanctus Augustinus tractat. 45, *in Joan., casti futuri. Quam multi blasphemant Christum, credituri in Christum; quam multi se inebriant, futuri sobrii; quam multi rapiunt res alienas, donaturi suas*, etc. *Item quam multi intus laudant, blasphematuri; casti sunt, fornicaturi; sobrii sunt, se vino postea sepulturi; stant, casuri.*

(*q*) De carcere cæterisque molestiis et ærumnis, quas Lazarus iste perpessus est a Sarracenis, nihil aliud habeo dicere, quam illud sancti Cypriani, libro *De unitate Ecclesiæ : Tales* (schismatici) *si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis et gravis culpa discordiæ nec passione purgatur. Esse martyr non potest, qui in Ecclesia non est, ad eum pervenire non poterit, qui eam quæ regnatura est, derelinquit*, etc. *Exhibere se non potest martyrem, qui fraternam non tenuit charitatem. Docet hoc et contestatur Paulus apostolus dicens* : « *Et si habuero fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si in cibos pauperum distribuero omnia mea, et si tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil proficio*, » etc. *Cum Deo manere non possunt, quia esse in Ecclesia Dei unanimes noluerunt; ardeant licet flammis et ignibus traditi vel objecti bestiis animas suas ponant, non erit illa fidei corona, nec religiosæ virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. Occidi talis potest, coronari non potest. Sic se Christianum esse profitetur, quomodo et Christum diabolus sæpe mentitur, ipso Domino præmonente et dicente* : « *Multi venient in nomine meo dicentes : Ego sum Christus, et multos fallent.* » *Sicut ille Christus non est, quamvis fallat in nomine illius, ita nec Christianus videri potest, qui non permanet in Evangelii ejus et fidei veritate.*

Sanctus Augustinus lib. 1 *Contra Parmenianum*, cap. 7 : *Non quisquis in aliqua religionis quæstione fuerit punitus ab imperatore (sultano) martyr efficitur*, etc. *Non ergo ex passione certa est justitia, sed ex justitia passio gloriosa est; ideoque Dominus, ne quisquam in hac re nebulas offunderet imperitis, et in suorum damnatione meritorum laudem quæreret martyrum, non generaliter ait* : « *Beati qui persecutionem patiuntur;* » *sed addidit magnam differentiam, qua vera a sacrilegio pietas secernatur. Ait enim* : « *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* » *Nullo modo autem (patiuntur) propter justitiam, qui Christi Ecclesiam diviserunt* (ut fecerunt schismatici Græci), *et cum ea, quasi simulata justitia conantur ante tempus a palea separari, ac frumenta ejus falsis criminationibus insectantur, dum ipsi ab ea potius, tanquam levissima palea, variis rumorum flatibus sevarati sunt.*

Digitized by Google

batur : et, Nihil, inquit, me a fide Christi separare poterit, desperata viri mutatione, Barbari blandimenta ut supervacanea omittunt, ad ingenitam et amicam sibi immanitatem se convertunt. Et Sichun quidem statim illum morte damnat. Sultanus autem, ut accepimus, ne occidatur, rogat, sed alio quodam modo de inobedientia puniatur. Non enim ille tam infestus erat Christianis (imo vero eorum neces dolenter ferre dicebatur) quam Sichun, mali illius pejus domicilium : hoc est, ipso dæmone pejor, filius perditionis, qui homicidæ patri suo obsequentissimus, Christianorum cædibus saturari nequibat, sed cruciabatur potius, quod non celeriter Christi nomen e terris eradere posset. Sententia igitur mortis inhibebatur ; plagas autem quinquaginta, nervis bubulis nudato corpori Sichun jubebat imponi, quod ad tot verbera minime duraturum putaret, sed ante finem animam emissurum, ad vires humanas videlicet respiciens. Carnifices postquam seductum flagellarunt, et illi quidem plagarum, quas inferebant, numero defecerunt ; athleta vero mentem in Deo quem desiderabat, defixam habens, cœleste auxilium imploravit, nihil abjectum nec dicens, nec faciens ob acerbitatem verberum, tyrannus magis accensus furiis et ira, quasi seipsum mollitiei et timiditatis coarguens, totidem alias infligi mandavit. Quod cum illi dicto citius exsequerentur, totum pavimentum sanguine rubescebat, et carnes dilaceratæ defluebant, fatiscentibusque compagibus, ossa putescebant. Patriarcha tanto cruciamento deficiens, et num. collabens jacebat, paulum adhuc spirans, et Barbaris tolerantia tam diræ verberationis stuporem commovebat. Deinde iterum quærunt, num sultani mandatis obtemperans, Christi fidem deserere, et cum ipsis communicare velit : libereque recusantem, ac dicentem, Nihil me a fide in Christum separare poterit, **761** in carcerem quemdam morte damnatis destinatum asportantes projiciunt, ut si non ex plagis, certe post gladio moriturum. Socii autem carceris (quorum erant non pauci ex Barbaris, alii alias ob causas capite damnati) humanitate quadam et miseratione ob naturæ consortium, non modica eum cura dignabantur, peritique hujusmodi affectuum medendorum, paulatim eum persanatis plagarum vulneribus restituerunt. Adhuc sub judicio mortis erat, cum Jacobitarum episcopus, quanquam prius ob sacrorum diversitatem eum odisset, interfectumque cupivisset, præter opinionem servatum conspiciens, nec humanæ id, sed divinæ virtutis monumentum existimans, ex eo ut athletam complecti omnique honore et observantia colere, et studiose victum quandiu in vinculis fuit, subministrare cœpit. Ac post intervallum longius Sichunti abrupta anima, ipse patriarcham a sultano impetratum e carcere eduxit, qui et Christianæ religionis colendæ potestatem dedit. Erat namque sultanus (ut docuimus) non sua sponte ad persecutionem propensus,

A ἢ ἀναιρεῖν, ἐξ ὧν περ οὐδεμία δύησις. Ὁ δὲ οὐδεμία τις αὐτοῖς ἐκ τοῦ ἐκεῖνον κολακεύειν ὑπεφαίνετο ἐλπὶς, πάντα γὰρ ἐκεῖνος μᾶλλον ἕτοιμος ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὑπομένειν ἦν, καὶ δημίων ἐξεκαλεῖτο χεῖρας, καὶ ξεσμοὺς, καὶ στρεβλωτήρια ἐδόκει μᾶλλον ποθεῖν, καὶ, Οὐδὲν τῶν ὄντων, ἔλεγε, τῆς εἰς Χριστόν με δυνήσεται πίστεως ἀποστῆσαι · ἀπεγίνωσκον μὲν οἱ βάρβαροι τὴν μετάθεσιν, καὶ τὸ κολακεύειν ὥσπερ τι τῶν ἀχρήστων ἀπετίθεντο, ἐχώρουν δὲ ἐπὶ τὴν σύντροφον ὠμότητα καὶ φίλην, καὶ Σειχοῦν μὲν θάνατον εὐθὺς κατεψηφίζετο τοῦ πατριάρχου. Σουλτὰν δὲ ὡς ἐλέγετο, ἐδεῖτο μὴ ἀποκτιννύναι · ἀλλὰ τρόπον ἕτερόν τινα τῆς ἀπειθείας ἕνεκα κολάζειν. Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἦν βαρὺς Χριστιανοῖς ἐκεῖνος, μᾶλλον δὲ ἐλέγετο καὶ ἄχθεσθαι ἀναιρουμένων, ὅσον Σειχοῦν, τὸ τοῦ πονηροῦ πανηρότερον οἰκητήριον, ὁ τῆς ἀπωλείας υἱός · ὃς τῷ ἀνθρωποκτόνῳ πατρὶ πειθόμενος κατάκρας, κόρον οὐδένα κτεινομένων ἐλάμβανε Χριστιανῶν · ἀλλ' ἤχθετο μᾶλλον, ὅτι μὴ ταχέως τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα τῆς γῆς ἠδύνατο ἐξελαύνειν. Ἡ μὲν οὖν τοῦ ἀποκτείνειν ψῆφος ἐκωλύετο, πληγὰς δὲ ἐκέλευε Σειχοῦν ἐπὶ γυμνῶν τῶν σαρκῶν βουνεύροις ἐντείνειν πεντακοσίας. Ὥστο γὰρ οὐκ ἀντισχήσειν πρὸς τοσοῦτον πλῆθος, ἀλλὰ πρὶν εἰς τέλος ταύτας ἧκειν ἀπολείψειν αὐτὸν τὸ ζῆν, ὅσον εἰς τὴν ἀνθρωπίνην δύναμιν ἀποσκοπῶν. Ἐπεὶ δὲ οἱ δήμιοι διαλαβόντες ἦχιζον, καὶ οἱ μὲν πρὸς τὸ πλῆθος ἐκαμνον τῶν πληγῶν, ὁ ἀθλητὴς δὲ τὸν νοῦν πρὸς ὃν ἐπόθει Χριστὸν εἶχε, καὶ τὴν ἐκεῖθεν βοήθειαν ἐξεκαλεῖτο, οὐδὲν ἀγεννὲς οὔτε πράττων, οὔτε φθεγγόμενος πρὸς τὰς πληγὰς, ὁ τύραννος ἔτι μᾶλλον ἐξαπτόμενος ὑπὸ θυμοῦ, καὶ ὥσπερ ἑαυτοῦ μαλακίαν καὶ μικρολογίαν καταγνούς, καὶ ἑτέρας τοσαύτας ἐκέλευεν ἐντείνειν. Θᾶττον δὲ ἡ λόγος τὰ κεκελευσμένα πραττόντων τῶν δημίων, αἵμασι μὲν τὸ ὑποκείμενον ἅπαν ἔδαφος ἐφοινίσσετο, σάρκες δὲ κατέῤῥεον ἀποσπώμεναι, καὶ νεῦρα κατελείπετο καὶ ὀστέα γυμνὰ σαρκῶν. Ὁ πατριάρχης δὲ πρὸς τοσαύτην ἀπειπὼν τῶν δεινῶν ἐπιφορὰν, ἔκειτο μικρὸν ἐμπνέων, καὶ τοῖς Βαρβάροις ἔκπληξιν ἐνεποίει, ὅτι πρὸς τοσαύτας διαρκέσειεν αἰκίας. Ἔπειτα ἠρώτων αὖθις, εἰ μὴ τοῖς σουλτὰν προστάγμασιν εἴκων, τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἀποστῆναι βούλοιτο, καὶ συμμετέχειν αὐτοῖς πρὸς τὴν θρησκείαν · ὡς δ' ἐκεῖνος μετὰ παῤῥησίας ἀπηγόρευε, καὶ, Οὐδέν με τῆς εἰς Χριστὸν, ἔφασκε, πίστεως δυνήσεται ἀποστῆσαι, ἐπί τι δεσμωτήριον, ὃ τοῖς ἐπὶ θάνατον ἐξῄρητο κατεγνωσμένοις, φέροντες ῥιπτοῦσιν, ὡς εἰ μὴ νῦν ἐκ τῶν πληγῶν, ἀλλ' ὕστερον τὴν διὰ ξίφους σφαγὴν ὑποστησόμενον. Οἱ συνδεσμῶται δὲ, ἦσαν γὰρ οὐκ ὀλίγοι ἐκ βαρβάρων ἐφ' ἑτέραις δή τισιν αἰτίαις κατεψηφισμένοι ἀποθνήσκειν, φιλάνθρωπόν τι παθόντες, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν κατοικτείραντες, πρόνοιάν τε ἐποιήσαντο αὐτοῦ οὐ τὴν τυχοῦσαν · καὶ πρὸς θεραπείας τοιούτων παθημάτων ἐμπείρως ἔχοντες, ἀνεκτήσαντό τε διὰ χρόνου, καὶ τῶν ἐκ τῶν πληγῶν ἀπήλλαξαν τραυμάτων. Ἦν δὲ ἔτι ὑπὸ τὴν θανατηφόρων δίκην. Ὁ δὲ τῶν Ἰακώβου αἱρεσιωτῶν ἀρχιερεὺς, καίτοι πρότερον διὰ

Digitized by Google

τὸ περὶ τὴν δόξαν διαφέρεσθαι ἀπεχθῶς πρὸς ἐκεῖνον ἔχων, καὶ ἡδέως ἂν ἰδὼν διεφθαρμένον, ὡς παρὰ δόξαν εἶδεν ὕστερον διασωθέντα, οὐ δυνάμεως ἀνθρωπίνης, θείας δὲ εἶναι τὰ γεγενημένα οἰηθείς, ὡς ἀθλητῇ τε προσεῖχεν ἐξ ἐκείνου, καὶ πᾶσαν προσῆγε τιμὴν καὶ θεραπείαν, καὶ τῶν ἐπιτηδείων τὴν χορηγίαν ἐποιεῖτο φιλοτίμως καθ' ὅσον χρόνον ἐδεσμεῖτο. Καὶ μετὰ χρόνον οὐκ ὀλίγον, Σειχοῦν τὴν ψυχὴν ἀπορρήξαντος βιαίως, αὐτὸς τὸν πατριάρχην ἐξῆτεῖτο παρὰ σουλτὰν, καὶ ἐξῆγε τοῦ δεσμωτηρίου, καὶ τὴν ἄδειαν τοῦ ἐμπολιτεύεσθαι τῷ Χριστιανῶν θρησκεύματι παρεῖχετο. Ἦν γὰρ δή, ὥσπερ ἔφημεν, ὁ σουλτὰν οὐκ οἰκοθεν ἐπὶ τὸν διωγμὸν κεκινημένος, ἀλλ' ὑπὸ Σειχοῦν καὶ παρὰ γνώμην ἐναγόμενος. Διὸ καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν εὐθὺς ἐπέπαυτο, ἀτιμίαν μόνον Χριστιανῶν κατεψηφισμένος, τῆς τε ἄλλης ἰσοπολιτείας τοῖς βαρβάροις οὐ μεταδιδοὺς, ἀλλ' ἐν δοριαλώτων ἄγων μοίρᾳ, καὶ ἐπίσημόν τι χρῶμα φέρειν ἐν ταῖς στολαῖς προστεταχὼς, ἵν' εἶεν ἐκ τοῦ χρώματος κατάδηλοι ὄντες Χριστιανοὶ, τινὰ ὀνειδισμὸν ἐκ τούτου προστρίβεσθαι οἰόμενος αὐτοῖς. Τοῖς δὲ οὐκ ἀτιμότερον ἐκεῖνο δοκεῖ τὸ χρῶμα, ἢ τῶν Παύλου διὰ Χριστὸν στιγμάτων, οἷς αὐτὸς ἐκαλλωπίζετο, « Τὰ στίγματα τοῦ Κύριου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ σώματί μου, λέγων, περιφέρω. » Λάζαρος δὲ ὁ πατριάρχης τῆς ἁγίας πόλεως οὐκ ὀλίγον χρόνον μετὰ τὰς αἰκίας τὴν πιστευθεῖσαν ποίμνην διῴθύνας, πρεσβευτὴς ὑπὸ σουλτὰν ἐπέρῳθη πρὸς βασιλέα Ἰωάννην τὸν Παλαιολόγον ὕστερον. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὸν Ἱεροσολύμων ἱεράρχην οὕτως ἔσχεν ὄχρι τέλους ἀπ' ἀρχῆς. Ἰσίδωρος δὲ ὁ τὴν Βυζαντίων Ἐκκλησίαν μετὰ Ἰωάννην λαχὼν ἰθύνειν, ἄλλους τε οὐκ ὀλίγων πόλεων ἀρχιερεῖς ἐχειροτόνει, καὶ Γρηγόριον τὸν Παλαμᾶν, Θεσσαλονίκης. Ὃν ἐπεὶ εἰς τὴν λαχοῦσαν ἔδει στέλλεσθαι, ὁ βασιλεὺς γράμμασιν ἐφωδίαζε πρὸς τοὺς ἐν Θεσσαλονίκῃ ἄρχοντας, οἵ ἦσαν πρωτοσέβαστός τε ὁ Μετοχίτης Ἀλέξιος, καὶ Ἀνδρέας ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης Παλαιολόγος, κελεύοντα τὸν ἀρχιερέα μετὰ πάσης εὐνοίας δέχεσθαι καὶ τιμᾶς. Οἱ δὲ οὔτε τοῖς βασιλέως γράμμασιν ἐπείθοντο, οὔτε τὸν ἀρχιερέα εἰσεδέχοντο· ἀλλ' ἀναφανδὸν ἀπεῖπον τὸ ὑπὸ βασιλέα εἶναι· πρόφασιν μὲν ὡς τῷ Παλαιολόγῳ βασιλεῖ προσκείμενοι, καὶ διὰ τοῦτο Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ πολεμοῦντες, ἐκεῖνον ἀφῃρημένῳ τὴν ἀρχήν· τῇ δ' ἀληθείᾳ, ἑαυτοῖς ἰδίᾳ τὴν Θεσσαλονικῆς ἀρχὴν περιποιοῦντες. Συνιδόντες γὰρ ὡς οὔτε βασιλεῖ ῥᾴδιον αὐτοῖς ἐπιέναι διὰ τὸ Μακεδονίαν πλὴν Θεσσαλονίκης ἤδη πᾶσαν ὑπὸ Κράλη ἔχεσθαι, καὶ μεγάλης δεῖσθαι τῆς παρασκευῆς, εἰ μέλλοι διὰ πολεμίας τε ἰέναι, καὶ ἐν μέσῃ στρατοπεδεύεσθαι πολεμίᾳ αὐτοὺς πολιορκοῦντα, ἃ ἐνόμιζον ἀδύνατα, τόν τε Κράλην οὐ χρήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν, εἰ οἷόν τε εἰπεῖν, τὴν φίλην προησόμενον ζωὴν ὑπὲρ τοῦ κύριον Θεσσαλονίκης εἶναι, ἐσκέψαντο βασιλέα μὲν ἀπωθεῖσθαι, καὶ μὴ ὑπ' αὐτὸν τελεῖν, ἀπειλεῖν τε, εἰ μὴ ἐᾷ ἡσυχάζειν, ὡς παραδώσουσι Τριβαλοῖς τὴν πόλιν. Κράλην δὲ φε-

A sed a Sichunte vel nolens eo inducebatur; idcirco et post obitum illius statim cessavit, et infamia duntaxat Christianos damnavit. Nam civilibus eos functionibus excludens, atque in captivorum loco habens, certi coloris vestitum pro signo gestare jussit, unde pro Christianis agnoscerentur, quoddam probrum illis hac ratione se inusturum arbitratus. Verum ipsis color ille non est visus ignominiosior, quam Paulo propter Christum stigmata, quibus condecorabatur. « Ego, inquit, stigmata Domini nostri Jesu Christi in corpore meo porto[1]. » Lazarus porro sanctæ civitatis patriarcha, cum post flagellationem creditum sibi gregem diu pavisset, a sultano postea legatus ad imperatorem B Joannem Palæologum missus est. Res igitur Hierosolymorum antistitis ab initio ad finem ejuscemodi fuerunt. Isidorus vero, qui Ecclesiam Byzantinam post Joannem moderandam accepit, et alios non paucarum urbium, et Gregorium Palamam Thessalonicæ episcopum consecravit. Quem ad Ecclesiam quam sortitus erat, profecturum, imperator litteris ad præfectos Thessalonicenses Alexium Metochiten protosebastum, et Andream Palæologum mensæ imperatoriæ præfectum, tanquam viatico instruxit. **762** His mandabatur, uti episcopum summa benevolentia summoque honore susciperent. Ast illi nec litteris imperatoriis paruerunt, nec episcopum susceperunt, palam negantes, se imperatori obstrictos: in speciem quidem ac si Palæologi C partium essent, atque ideo Cantacuzeno, qui eum imperio spoliasset, rebellarent: vere autem, ut Thessalonicam sibi acquirerent. Nam cum scirent, nec imperatori expeditum esse, eorum conatus armis comprimere (quando jam Macedoniam universam, Thessalonica excepta, Crales occupasset), et requisitum iri apparatum ingentem, si per terram hostilem transiens, in ejus medio castrametaretur, ipsosque obsideret, quæ fieri non possint: Cralem insuper non pecuniam modo, sed ipsam quoque, si dici potest, animam, qua nihil ei charius, præ Thessalonica spreturum, imperatoris jugum excutere, ac nisi eos missos faceret, Triballis urbem addicturos minari decreverunt. Crali autem verba dare, nempe cum a Romanorum imperatore desciverint, facile ad illum transituros: et idcirco suadere illi, ne se armis potius cogere, quam æquitate animi et lenitate allicere conetur. Sic cum utrumque, alterum per alterum repulerint, ipsi civitatem sibi vindicare, eaque frui. Et processerunt illis ad tempus doli. Gregorius Palamas Thessalonicensium episcopus a præfectis non admissus, revertens in Lemno insula consedit; cui ab imperatore qua par fuit cura prospectum est. Præfecti vero Thessalonicæ, in primisque Palæologus, Zelotas circum se habens, civibus propter exempla præcedentia terrori erat, omnesque præ metu illi se submittentes, contra mussitare non audebant. Hinc etiam paulo

[1] Galat. VI, 17.

Digitized by Google

post, cum imperator humanitate et beneficentia urbem sibi conciliare cuperet (armis enim compelli non poterat), et super beneficiis publice privatimque conferendis edicta mitteret, Palæologus Zelotis, quorum audacia a nullo facinore abhorrebat, adjuvantibus, ea in foro combussit; qua de re paulo infra disseretur.

A ναχίζειν, ὡς ἐπειδὴ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ἀφεττήκασι, ῥᾳδίως προσχωρήσουσιν αὐτῷ· καὶ διὰ τούτου πείθειν μὴ μᾶλλον πολεμεῖν, ἢ εὐγνωμοσύνῃ καὶ ἐπιεικείᾳ προσάγεσθαι πειρᾶσθαι, καὶ οὕτως ἑκατέρους δι' ἀλλήλων ἀποκρουομένους, τὴν πόλιν αὐτοὶ καρποῦσθαι· ἃ ἀπέβαινεν αὐτοῖς κατὰ γνώμην ἐπὶ χρόνον. Γρηγόριος μὲν οὖν ὁ Θεσσαλονίκης ἀρχιερεὺς, ἐπεὶ μὴ εἰσεδέχετο παρὰ τῶν ἀρχόντων, εἰς Λῆμνον διέτριβεν ἀναστρέφας, καὶ προνοίας παρὰ βασιλέως τῆς δεούσης ἠξιοῦτο. Οἱ δὲ ἐν Θεσσαλονίκῃ ἄρχοντες, καὶ μάλιστα Παλαιολόγος, τὸ ζηλωτικὸν ἔχων περὶ ἑαυτὸν, φοβερὸς τοῖς ἄλλοις πολίταις ἦν ἐκ τῶν πρότερον παραδειγμάτων, καὶ πάντες ὑπεπτήχεσαν, καὶ οὐδὲν ἐτόλμων ἀντιτρύζειν. Διὸ καὶ μετὰ μικρὸν βασιλέως ἐπιεικείᾳ καὶ εὐεργεσίαις προσάγεσθαι τὴν πόλιν βουλομένου, βιάζεσθαι γὰρ τοῖς ὅπλοις οὐκ ἐξῆν, καὶ θεσπίσματα πέμψαντος ἐπ' εὐεργεσίαις κοιναῖς τε καὶ ἰδιωτικαῖς, ὁ Παλαιολόγος τῶν πάντα τολμώντων συνεφαπτομένων ζηλωτῶν, ἐπὶ μέσης κατέκαυσε τῆς πόλεως. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον εἰρήσεται ὀλίγῳ.

763 CAPUT XVI.

Callistus fit patriarcha; approbatur ab episcopis. In gratiam imperatoris electio. Imperator monachismum cum uxore meditatur. Philotheo Heracleensi episcopo in monasterio Mamantis se subjicere cogitat. Duo se illi socii adjungunt. Monasterium in Manganis eligunt. Litteræ supplices Thessalonicensium. Protosebastus a Palæologo discedit, quem cives urbe pellunt. Zelotæ conantur urbem Crali prodere, qui ipsos et cives corrumpit. Imperator auxilium promittit. Barbarorum mos. Mertzianes submissus ab Orchane ad cædem Palæologi imperatoris deprehenditur. Imperatrix filium Thessalonicæ relinqui non vult.

Per id tempus Isidoro patriarcha rebus mortalibus exempto, qui thronum annis decem tenuerat (6), et gregem divino ardens amore paverat, imperator Callistum in ejus sede collocat. Hic post secessum a mundana vita, in monasterium Iberorum apud montem Atho se abdiderat. Quem ut virtutis æmulum, et ad ministerium tale idoneum audivit, missa triremi Byzantium adduxit. Eam electionem episcopis indigne patientibus, quanquam non omnibus, et aliis alium nominantibus, data sollicite opera, imperator ad consensum omnes impulit; ita Callistus cæteris omnium calculis prælatus est. Verum enimvero imperator et alias, et per tempus belli, cum seditionibus Romanorum exagitatus haud volens, sed necessitate adactus arma tractaret, et direptionibus vacaret (aliter quippe servare se cum suis nequaquam potuisset), molestiis exsolvi cupiens, et vitam procul negotiis beatissimam reputans, tandemque post adeptum imperium nascentes inde turbas et curarum moles intoleranter sustinens; ac genus vivendi placidum minimeque negotiosum suspirans, cum Irene uxore sensa sua communicat; statuuntque ambo, translato in generum imperio, nuntium rebus humanis mittere, monachorumque instituta sectari. Et convenit, ipsam quidem ad monasterium Marthæ (ea Michaelis primi Palæologi soror fuit) ut imperatori ex hæreditate materna debitum (7) concederet, et illic monacharum indutam habitu, quod restaret vitæ consumere: ipsum autem Philotheo Heracleæ in Thracia episcopo

B Τότε δὲ ἐπεὶ Ἰσίδωρος ὁ πατριάρχης ἐτεθνήκει, τοῖς θρόνοις ἐπ' ἔτεσι ἐνδιατρίψας, καὶ τὸ ποίμνιον ποιμάνας θεοφιλῶς, τὸν Κάλλιστον ὁ βασιλεὺς τοῖς πατριαρχικοῖς θρόνοις ἐφιστᾷ, τῇ κατὰ τὸν Ἄθω μονῇ τῶν Ἰβήρων μετὰ τὴν ἐκ τοῦ κόσμου ἀναχώρησιν ἐνδιατρίψαντα. Ὃν ἐπεὶ ἐπύθετο ἀρετῆς ἀντιποιεῖσθαι, καὶ πρὸς τὴν τοιαύτην διακονίαν εἶναι ἐπιτήδειον, ἦγεν εἰς Βυζάντιον τριήρη πέμψας. Ἀχθομένων δὲ τῶν ἀρχιερέων πρὸς τὴν αἵρεσιν, οὐ πάντων, καὶ ἄλλων ἄλλον προβαλλομένων, σπουδὴν πολλὴν εἰσενεγκὼν, πάντας ἔπεισεν ὁ βασιλεὺς συνθέσθαι, καὶ ἐχειροτονεῖτο τῶν ἄλλων προκριθείς. Ὁ βασιλεὺς δὲ καὶ πρότερον, καὶ κατὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον, ἐπεὶ ὑπὸ Ῥωμαίων κατεστασιάσθη, ἄκων μὲν καὶ πρὸς ἀνάγκην πολέμοις προσέχων καὶ λεηλασίαις, ἄλλως γὰρ αὐτόν τε καὶ τοὺς συνόντας οὐδαμῶς διασώζεσθαι ἐνῆν, ἡδέως δὲ ἔχων πραγμάτων ἀπαλλάττεσθαι, καὶ τοῦ παντὸς τιμώμενος τὸ συζῆν ἀπραγμοσύνῃ, καὶ ὕστερον μετὰ τὸ τῶν πραγμάτων ἄρξαι ἀχθόμενος; πρὸς τὸν θόρυβον τὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, καὶ βίου γαληνοῦ, καὶ ἀπράγμονος ἐρῶν, ἐσκέψατο μετὰ Εἰρήνης βασιλίδος τῆς γυναικὸς, τὴν μὲν βασιλείαν γαμβρῷ τῷ βασιλεῖ παραδοῦναι, αὐτοὺς δὲ ἀναχωρεῖν τῶν πραγμάτων, καὶ μοναχῶν ἑλέσθαι βίον. Καὶ βασιλίδα μὲν συνέθεντο τὴν Εἰρήνην πρὸς τὸ τῆς Μάρθας προσαγορευόμενον μοναστήριον, ἡ βασιλέως ἦν ἀδελφὴ τοῦ πρώτου τῶν Παλαιολόγων Μιχαὴλ, γενέσθαι ὡς βασιλεῖ προσῆκον ἐκ πρώτου κλήρου, καὶ μοναχῶν ἐνδυσαμένην σχῆμα, τὸν ἐπίλοιπον βίον διανύειν· βασιλέα δὲ τῷ τῆς Ἡρακλείας ἐπισκόπῳ τῆς ἐν Θρᾴκῃ Φιλοθέῳ ὑποτάξαντα ἑαυ-

Jacobi Pontani notæ.

(6) Lacuna est in Græco longior quam opus videatur. Nam quod sequitur, ἐνδιατρίψας, declarat nihil omissum, præter annorum numerum, quibus Isidorus patriarcha sedem Byzantinam obtinuit.

(7) Cum in Græco sit, ἐκ πατρῴου κλήρου, *ex paterna sorte, seu hæreditate*, legendum puto, ἐκ μητρῴου κλήρου, *ex materna hæreditate*; fuit enim Martha hæc soror Michaelis primi Palæologi, proavia Cantacuzeni materna.

Digitized by Google

τὸν, οὐ μόνον διὰ τὴν ἄλλην σύνεσιν καὶ παιδείαν τήν τε ἔξω καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὅτι καὶ τῷ μονήρει βίῳ ἐκ πρώτης ἡλικίας ὡς εἰπεῖν ἐκδοὺς, τῇ τε σπουδῇ καὶ τῷ περὶ τὴν ἄσκησιν χρονίῳ πολλὴν περὶ τὰ τοιαῦτα πεῖραν ἔσχεν, ὡς καὶ τῆς ἱερᾶς ἐξηγεῖσθαι λαύρας τῆς ἐν Ἄθῳ παρὰ τῶν ἐκεῖ Πατέρων ἐγκριθῆναι, καὶ πρὶν ἐπίσκοπον γενέσθαι, καὶ ἑτέροις ἐδόκει τὰ τοιαῦτα παιδοτριβεῖν εἶναι ἱκανός παρὰ τὸ τοῦ ἁγίου Μάμαντος φροντιστήριον θέσεως ἔχον εὐφυῶς, καὶ ἐρημίας ἀπολαῦον ὡς ἐν πόλει μάλιστα, τῆς ψυχῆς ἐκεῖ φροντίζειν γενομένους, καὶ περὶ τῶν τῇδε πεπραγμένων ἐξιλάσκεσθαι Θεόν. Συνείποντο δὲ αὐτῷ πρὸς τὴν ἐκ τοῦ βίου ἀναχώρησιν καὶ Καβάσιλας Νικόλαος, καὶ Δημήτριος ὁ Κυδώνης, σοφίας μὲν εἰς ἄκρον τῆς ἔξωθεν ἐπειλημμένοι, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἔργοις φιλοσοφοῦντες, καὶ τὸν σώφρονα βίον, καὶ τῶν ἐκ τοῦ γάμου κακῶν ἀπηλλαγμένον ἡρημένοι. Δι' ἃ καὶ πολλῆς αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς ἠξίου εὐμενείας, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις μάλιστα τῶν φίλων ἦγε καὶ τῶν ὁμιλητῶν. Πρῶτα μὲν οὖν ἔδοξε πᾶσι κοινῇ βουλευσαμένοις, παρὰ τὸ τοῦ ἁγίου Μάμαντος φροντιστήριον τὴν κατὰ τὸν βίον φιλοσοφίαν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ τὸν ἀκύμαντον καὶ θορύβων ἀπηλλαγμένον βίον διανύειν. Ἔπειτα μεταβουλευσάμενοι, τὴν Μαγγάνων μᾶλλον εἵλοντο μονήν, καὶ ἐκεκύρωτο τὸ δόξαν. Διὸ καὶ ὁ βασιλεὺς κτήσεις πολλὰς προσῆγε τῇ μονῇ, καὶ ὡς μάλιστα ἐπεμελεῖτο, ἵν' ἐκεῖθεν τὴν εὐπορίαν τῶν ἐπιτηδείων ἔχοιεν· ἦσαν μέντοι τὰ πραττόμενα οὐδένες πλὴν τῶν κεκοινωνηκότων τῆς βουλῆς. Ἐπεὶ δὲ πάντα παρεσκευασμένα ἦσαν, καὶ ἔδει μόνον εὖ τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν διαθέμενον, ἵνα μηδεμία τοῖς παισὶν ἀμφισβήτησις ἐκείνου τῶν πραγμάτων ἀπολείποιτο ἀναχωρήσαντος, μηδὲ πρόφασιν πολέμου αὖθις σχοῖεν ἐμφυλίου διὰ τὸ αὐτὸν ἀναχωρεῖν, καὶ ἔμελλεν ἤδη ἔργου ἔχεσθαι, γράμματα ἀφῖκτο ἐκ Θεσσαλονίκης, τῶν τε ἄλλων πολιτῶν, καὶ πρωτοσεβαστοῦ τοῦ Μετοχίτου, τὴν μὲν προτέραν ἀγνωμοσύνην καὶ ἀναισχυντίαν Ἀνδρέᾳ προσάπτοντα, ὡς πάντων αἰτίῳ τῷ Παλαιολόγῳ· αὐτοῦ δὲ δέομενα τὴν δυνατὴν καὶ ταχίστην πρόνοιαν ὑπὲρ τῆς πόλεως ποιεῖσθαι, καὶ μὴ περιορᾷν ὑπὸ Τριβαλλοῖς ὅσον οὐδέπω ἐσομένην, ἢν μὴ αὐτὸς ἐπικουροίη· μηδ' ἑτερόφθαλμον τὴν Ῥωμαίων γεγενημένην ἀνέχεσθαι ἰδεῖν ἀρχήν, μάλιστα Παλαιολόγου ἐξεληλαμένου, καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν ἁπάντων, πλὴν τῶν μάλιστα πονηροτάτων Ζηλωτῶν, προθύμως δεχομένων, καὶ τὴν πόλιν παραδιδόντων. Ὡς γὰρ ἐν μέσῃ πόλει, ὥσπερ ἔφημεν, τὰ βασιλικὰ γράμματα, δι' ὧν κοινῇ τε καὶ ἰδίᾳ πολλὰ τὴν πόλιν εὐηργέτει, κατεφλέχθη ὑπὸ Ζηλωτῶν καὶ Παλαιολόγου, πρωτοσεβαστὸς ὁ Μετοχίτης ἐν δεινῷ ἐτίθετο, καὶ ἀποστασίαν ᾤετο παντάπασι τῆς Ῥωμαίων βασιλείας εἶναι. Διὸ καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις

A se subjicere (non solum quia prudentia et eruditione qua profana, qua Christiana excelleret, sed etiam quia vitæ solitariæ, prope dixerim a puero addictus, diligentia et diuturnitate in sanctimonia vivendi, harum rerum sane quam experiens erat: ut et moderator sacræ lauræ in Atho monte a Patribus ibidem jante episcopatum deligeretur, **764** atque ad alios in his instruendos idoneus apparebat), in monasterio Sancti Mamantis situ opportuno, et loco, ut in urbe, maxime solitario, atque ideo ad curandam animam, atque ad Deum propter contractas in vita maculas propitiandum apposito. Addebant se ad hanc secessionem socios Nicolaus Cabasilas, et Demetrius Cydones, qui externæ sapientiæ fa- B stigium attigerant, et moribus philosophantes, vitam cælibem conjugaliumque perturbationum expertem amplexi fuerant. Quocirca præcipuum gratiæ, amicitiæ et familiaritatis locum apud imperatorem obtinebant. Primum igitur re inter illos deliberata, placuit omnibus in monasterio sancti Mamantis tranquillum istuc, et a strepitu curarum alienum, ac philosophicum vitæ genus actitare. Deinde mutata sententia, monasterium Manganicum (8) maluerunt, idque ratum fuit. Quare et imperator multas ei possessiones dicabat, curabatque diligentissime, ut inde ad usus vitæ necessarios copiæ suppeditarent. Atque hæc præter ejusdem consilii populares nemo noverat. Paratis omnibus, cum id unum restaret ut imperium recte C constitueret, quo filiis defuncti imperatoris nulla ejus recessu controversia de principatu relinqueretur, neque novam belli civilis occasionem inveniret, et jam opus inchoaturus esset, litteræ Thessalonica cum aliorum civium, tum Metochitæ protosebasti redduntur: quibus prior illa nequitia et impudentia Andreæ Palæologo, tanquam capiti et auctori omnium tribuebatur. Et rogabatur ut quantum posset, et quidem quam primum, urbi consuleret, neu pateretur primo quoque tempore sub Triballis futuram, nisi succurreret, neve Romanum imperium altero oculo privari (9) sustineret; cum præsertim ejecto Palæologo cives omnes, præter sceleratissimos Zelotas, cum gaudio D eum accepturi urbemque tradituri sint. Ut enim in foro, quod diximus, imperatoriæ litteræ, quibus ille publice privatimque beneficia distribui mandabat, a Zelotis et Palæologo crematæ sunt, Metochites protosebastus id facinus pro indigno habuit, nihilque aliud, quam absolutam a Romano imperio defectionem esse censuit. Quamobrem clam cum civibus ea de re sermocinatus, cum omnes æque stomachantes re-

Jacobi Pontani notæ.

(8) **Mangani** campus est extra Byzantium, in quo **monasterium** istuc ædificavit Constantinus Monomachus, **occasione** parum laudabili, de qua vide Zonaram, *Annal.* III.

(9) Vide, Constantinopolin et Thessalonicam Romani, quod tunc erat, imperii duos oculos appellat. Lib. III, cap. 93, de eadem Thessalonica, μετὰ τὴν μεγάλην Ῥωμαίοις πρώτη πόλις, *post magnam* (subaudi Constantinopolin) *prima urbs.*

Digitized by Google

perisset, teneretque auctoritate sua præsidium, aperte se a Palæologo et Zelotis sejunxit. Palæologus cives in se conspirantes animadvertens, **765** parathalassios (id est ad mare, seu in littore habitantes) ut etiam ante, occupavit, et arma capere jussit, contra protosebastum aliosque cives se defensurus videlicet. Qui ex præterito casu facti cautiores, non jam otio et cunctationi indulgebant, sed simul ac eum senserunt noctu cum parathalassiis in armis esse, non exspectata luce in illum invaserunt, victum urbe pepulerunt. Ejus et parathalassiorum domos populus diripuit, in pugna tamen eorum nemo cecidit. Palæologus confestim rebus suis diffisus, ad Cralem, inde postea ad sanctum montem Atho venit. Zelotæ cum populum amplius concitare non possent, nec divitum ædes diripere, abjecta persona, qua se pro juniore imperatore contendere simulabant, ut civitas Triballis proderetur, laborarunt. Crales enim ob id grandem pecuniam effundebat, grandiorem promittebat : homo, qui etiam alioqui ex largitionibus famam aucuparetur. Verum nihil erat, quod ei præ Thessalonica non sorderet : quam si occupasset, impensam se refecturum, nec pusillam Romani imperii partem tam spatiosa urbe ad cæteras jam ante occupatas adjuncta habiturum sciebat. Itaque profusis donationibus et Zelotas, et per illos non paucos cives ad se traduxit, ut etiam palam affirmaret, juste ac merito ad se transiri, qui quando totam provinciam obtineret, urbem obsidere, et detrimenta inferre quam gravissima posset, et si se dederent, illis commodare vellet. Quibus conditionem rejicientibus, urbem cinxit atque obsedit. Quod cum protosebastus et cives Romanorum studiosi cernerent, neque proditoribus prævalere poterant, propter vim, quæ foris instabat (cum præsertim et populus obsidionem ægre ferens, Triballis subjici, fore malis liberari putaret), neque tam amplam urbem Romanis eripi, et se Barbaris servitutem servire æquis animis patiebantur. Quapropter imperatorem obsecrabant, ne sui esset immemor, sed quam citissime opem ferret. Nam si moraretur, urbem paucis diebus in hostium potestatem venturam. Hæc illi scripserunt. Imperator tam præclaræ urbi, tam periculose laboranti non venire auxilio, inhumanum existimabat : et tamen deponere, quod animo constitutum habebat, et ad bella ductandosque exercitus redire gravabatur. Nihilominus utilitatem suam communibus Romanorum commodis postponens, iterum satagebat, ne Thessalonica periret. **766** Rescribit igitur illis, segnitiem ab se amoveant, proditoribus se opponant, auxilia propediem missurum. Mittit etiam ad Orchanem generum, et copias ab eo subsidiarias petit. Is subito Sulimano filio mandat, cum viginti equitum millibus imperatori militet. Volens autem imperator etiam imperatorem generum in expeditionem Thessalonicensem secum educere, triremes arma-

A κρύφα διαλεχθεὶς περὶ τοῦ πεπραγμένου, καὶ συναγανακτοῦντας πάντας εὑρηκὼς, ἔχων καὶ τὴν στρατιὰν αὐτῷ προσέχουσαν, διηνέχθη φανερῶς πρὸς Παλαιολόγον καὶ τοὺς Ζηλωτάς. Παλαιολόγος δὲ ὁρῶν ἐπ' αὐτὸν συνισταμένους τοὺς πολίτας, τοὺς παραθαλασσίους κατελάμβανεν, ὥσπερ καὶ τὸ πρότερον, καὶ πρὸς ὅπλα ἐκέλευε χωρεῖν, ὡς πρωτοσεβαστῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀντικαταστησόμενος πολίταις. Ἐκεῖνοι δὲ ἐκ τῶν προτέρων τὰ δέοντα δεδιδαγμένοι, οὐ πρὸς ἀσχολίας ἐτράποντο καὶ μέλλησιν· ἀλλ' ἅμα τε ἠσθάνοντο μετὰ τῶν παραθαλασσίων ὁπλιζόμενον νυκτὸς, καὶ αὐτοὶ ἐπῆσαν, μὴ περιμείναντες τὴν ἡμέραν, καὶ περιγενόμενοι, ἐξέωσαν τῆς πόλεως· τήν τε οἰκίαν ἐκείνου διήρπασεν ὁ δῆμος καὶ τὰς παραθαλασσίων, ἀπέθανε δὲ οὐδεὶς
B κατὰ τὴν μάχην. Ὁ μὲν οὖν Παλαιολόγος εὐθὺς πρὸς πᾶσαν πεῖραν ἀπειπὼν, ἐπεὶ ἐξηλαύνετο τῆς πόλεως, πρὸς Κράλην ἦλθεν· ἔπειτα ἐκεῖθεν εἰς Ἄθω τὸν ἱερόν. Οἱ Ζηλωταὶ δὲ ἐπεὶ τὸν δῆμον ἄγειν ἐδύναντο οὐκέτι, οὐδὲ διαρπάζειν τὰς οἰκίας τῶν ἐχόντων, τὴν προτέραν ἀποθέμενοι ὑπόκρισιν, ὡς ὑπὲρ βασιλέως ἀγωνίζονται τοῦ νέου, ἔπρασσον ὅπως ἡ
oras sponte profecti, barbaris plagiariis lucrum se gratuitum prostituerent, obsecrantes in alias terras transferri, ibique servire tota vita potius, quam præsenti inedia contabescere. Postea Angelo consobrino meo demortuo, quem ego prætorem eo miseram, tu provincias tibi vindicasti, et præterea urbes Macedoniæ non paucas, quæ, quando vicissim jurabamus, sub imperio Romano censebantur. Utrum igitur hæc amantis, et juramenti sanctitatem custodientis, habendique inexplebilem aviditatem et rapinas odientis sunt, an plane secus? **787** A quibus vitiis nos procul absumus. Quin imo cum Amurius hic ad me juvandum cum quatuor et viginti barbarorum millibus adesset, qui universum principatum tuum concutere ac destruere poterant, cavi diligentissime, ne quid damni provincia tua pateretur: quanquam belli honestam occasionem haberem, priores insidias, quodque opere ipso apertum te hostem profitebare, et hisce litteris, quas ad me misisti, pacem et juramentum rescindebas et id a me barbari etiam atque etiam flagitarent. Tamen absurdum nimis et personæ meæ indecorum duxi, propter minutum abjectumque animum tuum, et in rebus honestis inconstantiam, ingratum erga amicos atque infidelem videri, si qui tanta in me prior bona contulisset, ei nihil rependerem, sed propter culpas quasdam tolerabiles, in omni vita mea reliqua hostis loco eum ducerem. Post id tempus cum sæpius ulcisci me possem, nolui, verum missis oratoribus, etiam ante captum Byzantium, ut tandem amici officium sequerere, neve juramenta violares, rogavi. At tu quid jus fasque postularent non curabas: sermonibusque fallacibus et curiosis circumscribere me attentabas. Ego, tametsi id nossem planissime, non statim in te arma movi, sed enitebar semper, ne timiditate quadam ad bellum tibi inferendum prosiluisse existimarer. Cum cernerem autem incassum me laborare, cunctationemque meam non magnitudinem animi et æquitatem, sed morum civilium neglectum, ac propemodum proditionem esse, ne sic quidem in provinciam tuam irrui, sed ademptas urbes nitor recipere, quarum causa tu me avaritiæ iniquitatisque insimulas: tale quiddam faciens, quale est in proverbio, fures insuper accusant: et cupiditatem quasi merito mihi objectas, quod cum ipse amplissimam Romani imperii partem obtineam, tibi minorem invideam. Atqui, bone vir, hoc justum et decorum esse difficulter probaveris. Non enim sane Mœsorum, aut Pæonum aliorumve regnum, quod neutrius erat, divisimus, sed cum tu de Romano imperio, cujus penes me jus et auctoritas est, non exiguam portionem detraxeris, adhuc de reliqua tibi gratias agi postulas. Me vero etiam ante hunc habitum, quem gesto, Romanis imperasse, docere nihil attinet, quando id omnibus notissimum est. At enim etsi antea in tenebris vivens, repente imperator prodiissem, **788** tamen sic me in antecedentium imperatorum

A πέμπων στρατιάν, καὶ τοὺς ἔνδον οὐκ ἡμέλεις διαφθείρων χρήμασιν, ἄχρις οὗ πείσας ἐκείνῳ δυσνοεῖν, ἐκεῖνον μὲν ἐξήλασας εἰς Θετταλίαν, αὐτὸς δὲ τὴν πόλιν εἶχες, καὶ Φερὰς ὁμοίως ἐπὶ συχνὸν πολιορκήσας χρόνον, ἐμοῦ δεομένου, καὶ τῶν ὅρκων ἀναμιμνήσκοντος, ἐπεὶ μὴ ταῖς πόλεσιν εἶχον ἐπιδημεῖν ὑπὸ τοῦ ἐμφυλίου κατεχόμενος πολέμου, οὐδένα λόγον ἐποιοῦ, ἀλλ' ἐνδείᾳ πιέσας καὶ συχνῇ πολιορκίᾳ, τέλος ἔπεισας προσχωρεῖν, κἀκεῖ τοὺς δυνατωτέρους διαφθείρας χρήμασι· καὶ μετὰ τοῦτο, Θετταλίᾳ καὶ Ἀκαρνανίᾳ ἐπεστράτευσας Ῥωμαίοις οὔσαις ὑπηκόοις, πλῆθος πεζῶν τε καὶ ἱππέων ἄγων, καὶ τὴν μνημονευομένην ἐκείνην φθορὰν εἰργάσω, ὑφ' ἧς εἰς τοσαύτην ἀνάγκην Ἀκαρνᾶνες ἦλθον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, ὡς ἐκάστοτε πρὸς τὰ B παράλια γινόμενοι, προσκεῖσθαι τοῖς ἀνδραποδισταῖς βαρβάροις κέρδος ἄπονον, καὶ δεῖσθαι ἐφ' ἑτέραν γῆν μετενεχθέντας δουλεύειν μᾶλλον διὰ βίου, ἢ ἐν τῷ αὐτίκα διαφθείρεσθαι ὑπὸ λιμοῦ. Ὕστερον δὲ Ἀγγέλου τοῦ ἐμοῦ τετελευτηκότος ἀνεψιοῦ, ὃς ἦρχεν ὑπ' ἐμοῦ πεμφθείς, ἁρπάσας τὰς ἐπαρχίας ἔχεις· καὶ πρὸς τούτοις ἑτέρας πόλεις τῆς Μακεδονίας οὐκ ὀλίγας, αἳ ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἦσαν, ὅτε πρὸς ἀλλήλους ἡμῖν ἐγίνοντο οἱ ὅρκοι. Πότερον οὖν ταῦτα φιλοῦντος, καὶ εὐορκοῦντος, καὶ μισοῦντος τὴν ἁπλη-στίαν καὶ τὴν ἁρπαγήν, ἢ τοὐναντίον ἅπαν; Ἀλλ' οὐ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ Ἀμοὺρ ἐν-ταῦθα πρὸς ἐμὴν ἐπικουρίαν γενομένου, τετρακισχι-λίους ἐπὶ δισμυρίοις ἄγοντος βαρβάρους, οἳ τὴν σὴν C ἡγεμονίαν πᾶσαν ἀνατρέπειν ἦσαν δυνατοί, αὐτὸς ἐποιησάμην πᾶσαν πρόνοιαν, μηδὲν τὴν ὑπὸ σὲ ζημιωθῆναι χώραν· καίτοι πρόφασιν εὐπρόσωπον ἔχων τοῦ πολέμου, τὰς προτέρας ἐπιβουλάς, καὶ τῷ φανερῶς ἐκπεπολεμῶσθαι, καὶ ἔργοις, καὶ τούτοις δὴ τοῖς παρὰ σοῦ πεμφθεῖσι γράμμασιν ἐπὶ ἀπαγορεύσει τῆς εἰρήνης, καὶ τῶν ὅρκων μάλιστα, καὶ τῶν βαρβάρων δεομένων. Ἀλλ' ἄτοπον ἐνόμισα δεινῶς, καὶ οὐδὲ ἐμοὶ προσῆκον διὰ τὴν σὴν μικροψυχίαν, καὶ τὴν ἀστασίαν περὶ τὰ καλὰ, ἀχάριστον καὶ ἄπι-στον φανῆναι πρὸς τοὺς φίλους, εἰ τῷ τοσούτων ἀγαθῶν ὑπάρξαντι μηδεμίαν ἀποδοίην ἀμοιβήν· ἀλλ' ἀνεκτῶν τινων χάριν αἰτιῶν οἷα πολεμίῳ χρη-σαίμην διὰ βίου. Καὶ μετὰ ταῦτα πολλάκις δυνηθεὶς D ἀμύνεσθαι, οὐκ ἠθέλησα, ἀλλὰ πρεσβείας πέμπων, καὶ πρὶν Βυζάντιον ἑλεῖν, καὶ μετὰ ταῦτα τὰ δί-καια ποιεῖν ἐδεόμην οἷα φίλον, καὶ μὴ τοὺς ὅρκους παραβαίνειν. Σὺ δὲ τῶν μὲν δικαίων καὶ προσηκόν-των ἔπραττες οὐδέν· λόγοις δὲ ἀπατηλοῖς καὶ πε-ριέργοις παράγειν ἐπειρῶ. Ἐγὼ δὲ καίτοι σαφέ-στατα εἰδὼς ὡς ἀπατῶμαι, οὐκ αὐτίκα ἐπεστρά-τευον· ἀλλ' ἐπειρώμην ἀεὶ, μὴ αὐτὸς ὑπὸ μικροψυ-χίας ὡρμημένος πρὸς τὸν κατὰ σοῦ πόλεμον φανῆ-ναι. Ἐπεὶ δὲ ἐώρων ἀνήνυτα πονῶν, καὶ μὴ μεγα-λοψυχίαν ἤδη καὶ εὐγνωμοσύνην, ἀλλ' ἀμέλειαν τῶν ὁμοφύλων, καὶ προδοσίαν οὖσαν τὴν μέλλησιν σχεδὸν, οὐδ' οὕτως ἐπὶ τὴν σοὶ προσήκουσαν ἦκω γῆν· ἀλλὰ τὰς ἀφῃρημένας πόλεις ἀνασώζεσθαι πειρῶ-μαι, ἐφ' αἷς αὐτὸς ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν ἐγκα-

Digitized by Google

λεῖς· παραπλήσιον ποιῶν τῇ παροιμίᾳ, ἣ φησι προσεγκαλεῖν τοὺς φῶρας· καὶ ὥσπερ τι τῶν δικαίων προβαλλόμενος, ἁπληστίαν ὀνειδίζεις, ὅτι τὸ πλεῖστον τῆς ἀρχῆς Ῥωμαίων ἔχων αὐτὸς, σοὶ τοῦ ἐλάττονος οὐ βούλομαι παραχωρεῖν. Τοῦτο δὲ, ὦ βέλτιστε, οὐδὲ ὀλίγου δεῖ τοῦ λόγον ἔχειν πρὸς τὸ εἶναι εὐπρεπὲς καὶ δίκαιον. Οὐ γὰρ δὴ τὴν Μυσῶν ἀρχὴν, ἢ Παιόνων, ἢ τινων ἄλλων διειλόμεθα, ἢ προσῆκεν οὐδ' ἑτέρῳ· ἀλλὰ τῆς ἐμοὶ προσηκούσης Ῥωμαίων ἡγεμονίας οὐκ ὀλίγον μέρος ἀφελόμενος, καὶ χάριν ἀξιοῖς εἰδέναι περὶ τοῦ ὑπολειφθέντος. Ἐγὼ δ' ὅτι μὲν καὶ πρὶν εἰς τοῦτο ἥκειν σχήματος Ῥωμαίων ἦρχον, ἀποφαίνειν οὐκ ἀνάγκη, πάντων σαφέστατα εἰδότων. Πλὴν ἀλλ' εἰ καὶ ἀφανείᾳ πολλῇ τὸ πρότερον συζῶν, ἀθρόον ἐωρώμην Ῥωμαίων βασιλεὺς, οὕτως ἂν ἠξίουν τῶν πρόσθεβασιλευκότων ἔχειν τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ τινὰ πατρῷον κλῆρον, καὶ παντί τῳ δίκαιος ἂν ἦν, περὶ τοσούτων μόνον ὅσων ἀπεστέρησας αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ περὶ ἐλαττόνων, καὶ τῶν τυχόντων ἀμφισβητεῖν, καὶ πόλεμον κινεῖν, εἰ μὴ ἐβούλετο τὰ δίκαια πονεῖν. Ἐμοὶ δὲ οὐ τοῦτο μόνον πρόσεστι δικαίωμα, ἀλλὰ καὶ οἱ ὅρκοι, οὓς αὐτὸς ἐποιήσω πρὸς ἐμὲ, καίτοι μηδέπω τὴν ἡγεμονίαν πᾶσαν ἔχοντα Ῥωμαίων. Ἄτοπον γὰρ τότε μὲν μήτε τὴν περισχοῦσαν δυσπραγίαν, μήτε τὸ Ῥωμαίους ἐμοὶ τοσοῦτον ἐκπεπολεμῶσθαι, μήθ' ὅτι πρὸς τὴν σὴν ἐπικουρίαν ἀφεώρων, ὥστε δυνήσεσθαι τῶν ἄλλων εἶναι κύριος, μήτ' ἄλλο μηδὲν τῶν φαινομένων τότε δυσχερῶν, σοὶ πεῖσαι τῶν Ῥωμαίοις ὑπηκόων πόλεων παρακεχωρηκέναι, ἀλλ' αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἀποθνήσκειν, ἢ τι πράττειν ἀγεννὲς, σὲ δὲ μᾶλλον τὰς Ῥωμαίοις ὑπηκόους πόλεις ἐμοὶ πεῖσαι ψηφίσασθαι προσήκειν· νυνὶ δ' ὅτε τῆς ἀρχῆς ἁπάσης κύριος αὐτὸς κατέστην, καὶ δύναμιν ἀνακαλεῖσθαι τὰ ἀφῃρημένα ἔχω, ἢ φρονήσειν οὕτω δοῦλα, ὥσθ' ἑκόντι παραχωρεῖν τῶν πόλεων, ἢ σὲ λόγον οἴεσθαι λέγειν ἔχοντα τοιαῦτα ἀξιοῦντα. Ὡς μὲν οὖν οὐκ ἀδικῶν, οὐδὲ ἐπιορκῶν αὐτὸς οὔτε πρότερον φαίνομαι, οὔτε νῦν, ἐκ τῶν εἰρημένων πᾶσιν εἶναι οἶομαι καταφανές. Εἰ μὲν οὖν, εἰ καὶ μὴ πρότερον, ἀλλὰ νῦν γοῦν, τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλεις καὶ αὐτὸς, καὶ Ἀκαρνανίαν ἀποδιδόναι, καὶ Θετταλίαν, καὶ τὰς ἄλλας ἃς ἔχεις τῆς Μακεδονίας πόλεις, τῆς προτέρας ἀδικίας ὀλίγον ποιήσομαι τὸν λόγον, τῆς φιλίας ἀμειβόμενος, καὶ τῆς φιλοτιμίας, ἧς ἡνίκα ἐδεόμην ἐπεδείξω, καὶ τὰς προτέρας ἀνανεωσάμενος σπονδὰς, καὶ τοὺς ὅρκους, αὖθις σύμμαχον καὶ φίλον ἕξω, καὶ πειράσομαι ἐμαυτὸν ἀποδεικνύναι αὖθις ἐξαρχῆς ἄξιον τῆς παρὰ σοῦ φιλοτιμίας καὶ σπουδῆς. Εἰ δ' αὖθις οὐδὲν δίκαιον ποιεῖν διανοῇ, ἀλλ' ἀδικεῖν εἰσάπαξ ἔγνως καὶ ἐπιορκεῖν, ἐγὼ μὲν, τῶν προσηκόντων τῇ Ῥωμαίων βασιλείᾳ οὐδενὸς παραχωρήσω· Θεὸν δὲ μαρτυράμενος τὸν ἔφορον τῶν ὅρκων, καὶ ἀνθρώπους, οἳ τότε τε παρῆσαν ἐν τοῖς ὅρκοις, καὶ νῦν πάρεισιν, ἐμοῦ τὰ δίκαια προκαλουμένου, καὶ καταλύειν τὸν πόλεμον ἐθέλοντος, ἂν τυγχάνω τῶν δικαίων, πειράσομαι τοῖς ὅπλοις τήν τε οὖσαν διασώζειν, καὶ τὴν ἀφῃρημένην ἀρχὴν ἀνακαλεῖσθαι. Ἢν δέ τινα συμβαίνῃ δυσχερῆ διὰ τὸν πόλεμον, μὴ ἐμοὶ τὴν αἰτίαν, ἀλλὰ σαυτῷ τῶν γινομένων μὴ εὔορκα ποιεῖν προσλογίζεσθαι ἐθέλοντι.

principatum, quemadmodum in hæreditatem quamdam paternam successisse arbitrarer, totisque viribus debere, et verissime posse, non solum de iis quæ tu avellisti, sed de minoribus quoque et parvi momenti cum quovis contendere, illumque ni justitiæ munus præstare velit, bello aggredi. Non solum autem hoc firmamento causa mea nititur, sed juramento insuper, quo te mihi, et quidem nondum totius Romanorum imperii compoti obstrinxisti. Parum enim consentaneum esset, tum neque circumstantes me undique casus, neque Romanorum tantum in me odium, neque quod opem tuam implorabam, quo aliorum dominus evaderem, neque aliud quippiam eorum, quæ tunc adversa nobis videbantur, mihi persuasisse, ut urbibus Romanis tibi cederem, sed mori præoptasse, quam indignum quidquam admittere, et te potius permovisse, ut Romanorum civitates mihi deberi decerneres: nunc quando totum in manu habeo imperium, et ea sum potentia, ut ablata recuperare queam, aut ita summisso ac servili esse animo, ut urbes tibi volens relinquam, aut putare, te istuc postulantem, rationi convenienter loqui. Me igitur nec injurium, nec perjurum vel ante fuisse, vel modo esse, ex dictis patere omnibus opinor. Quare si vel nunc servire justitiæ et æquitati est animus, et Acarnaniam, Thessaliam, atque urbes quas habes in Macedonia, restituere, præteritas injurias haud in magno ponam discrimine: quando eas amore et honore mihi temporibus meis exhibito compensas, instauratoque fœdere et sacramento, de integro ut amicum et socium te amplectar, rursumque studio atque observantia tua dignum me ab initio ostendam. Sin autem jus fasque contemnis, et injuriam inferre ac pejerare imbibisti, ego de Romano imperio nihil dimittam: Deum vero jurisjurandi præsidem, et homines, qui tunc aderant, cum juraretur, et nunc adsunt, dum ad æquitatem provoco, et bello supersedere cupio, Deum, inquam, hominesque testor, nisi jus meum consequar, me armis, et quæ habeo conservare, et quæ ablata sunt recipere conaturum. Quod si inde evenerint, quæ tu minime velles, ne mihi, sed tibi irascare, qui juratis manere nolueris.

789 CAPUT XXI.

Crales obmutescit, perjurium confitetur; ablata restituere non vult; re non composita discceditur. Quantopere imperatorem timeat. Ejus pertinacia, quamvis timidi. Quare urbes retinere cupiat. Testatur imperator se ad bellum ejus improbitate cogi. Terretur Crales, et pudori suo consuli rogat. Iniquitatem ei rursum imperator objicit; cum eo urbes partitur, ac pacem facit, atque ad epulas adhibet.

Τοιαῦτα μὲν Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς ἐφ' οἷς

Hæc imperatoris ad Cralis criminationem respon-

Digitized by Google

sio fuit : cui cum ille opponere nihil posset (quippe quem injuriarum atque perfidiæ conscientia stimularet) paulum conticuit : deinde imperatorem rogavit, uti secedentes de controversia sua sine arbitris colloquerentur. Annuit, secedunt. Ibi tum Crales confiteri, se fidem parum sanctam habuisse, contraque fœdus Romanorum oppida occupasse : nec tamen ad reddendum propendere, sed orare, collata in se beneficia apud animum recoleret, et hanc sibi gratiam persolveret, ut ambobus retinentibus quod haberent, ita demum fœdus ferirent. Cum nihil vel minimum concederetur, re imperfecta, Crales in castra, imperator in urbem rediit. Postridie denuo, ut inter se polliciti erant, conveniunt, eademque iterantur, et neque imperator de repetitione urbium occupatarum quidquam remittere, neque Crales eas reddere, quanquam diceret, tantum se timorem imperatoris concepisse, ut etiam si per somnium eum videret, statim expergisceretur : et, si de bello cum eo gerendo cogitaret, antequam somno consopiretur, præ metu anxio noctem insomnia traducere. Neque vero morbum celabat suum : quin palam apud Romanos, et Triballos narrabat, se in omni anteacta vita nullum perinde mortalem, ut Cantacuzenum timuisse, horruisseque. Et in illa congressione quærente imperatore, quid ita tandem dedecus tantum conscivisset, dum in senatum Venetorum se allegisset, qui majus et illustrius, quam ipsi, imperium haberet, respondit, ejus metu adactum id fecisse : et adjecit, nihil mirum, quod se huc demisisset, mirum magis non vilius atque despectius aliquid ausum. At enim cum tali timore laboraret, nec eum propalam confiteri erubesceret, nihilo minus urbes reddere detrectabat : rogabatque, uti tantum fœdus iceret, contentus Berrhœa duntaxat, et Edessa, 790 castellisque, et oppidulis aliis, quæ ad eum defecissent. Et juratus affirmabat, non se urbes cupidinis potius quam pudoris ergo affectare : quem pudorem non apud domesticos modo, sed alios quoque ubicunque dynastas sibi incutiat, si metu imperatoris adeo perculsus dejectusque videatur, ut tot oppida sine pugna deserat, quæ post tantam impensam tamdiu possederit, quorumque causa cum exercitu tot labores et discrimina pertulerit. Obstinationem viri cernens imperator, Mei quidem candoris erga te, inquit, et quod nullum unquam amici officium a me desiderari passus sim, cum præteritum, tum maxime præsens tempus idoneo possunt esse testimonio. Quia nihil tibi facere allubescit, quod justum honestumque sit, venire me ad arma oportebit, feras imitantem, quæ venatorum jaculis appetitæ, et per silvas agitatæ, primum quidem fugiunt, et certamen cum hominibus quantum valent devitant, ad necessitatem autem redactæ, periculoque jam proximæ, se convertunt : et dum vitam suam vehementissime defendunt, ipsi vitæ nullo modo parcunt. Idem sane ego nunc faciam. Nihil

A ἐγκαλεῖν ὁ Κράλης ἐπεχείρει, ἀπεκρίνατο· ὁ Κράλης δὲ ἀντειπεῖν οὐκ ἔχων πρὸς οὐδέν, συνῄδει γὰρ αὐτῷ καὶ ἀδικίαν, καὶ παράβασιν τῶν ὅρκων, ὀλίγον ἐπέσχε σιωπήσας. Ἔπειτα ἐδεῖτο βασιλέως, τῶν ἄλλων ἀποστάντας μόνοι διαλέγεσθαι ἐφ' ἑαυτοὺς περὶ τῶν διαφορῶν. Ἐπεὶ δὲ ἐπείθετο ὁ βασιλεύς, καὶ ἀφίσταντο τῶν ἄλλων, ἐπιορκεῖν μὲν ὁ Κράλης ὡμολόγει, καὶ παρασπονδεῖν τὰς Ῥωμαίων κατέχων πόλεις οὐκ ἐβούλετο δὲ ἀποδιδόναι· ἀλλ' ἐδεῖτο βασιλέως τῶν εἰς αὐτὸν γεγενημένων ἀπομνημονεύοντα, ταύτην τὴν χάριν καταθέσθαι, τὸ ἔχοντας ἑκάτερον, ἃ ἔχουσιν ἐν τῷ παρόντι, τίθεσθαι σπονδάς. Βασιλέως δὲ οὐδὲ τῶν φαυλοτάτων οὐδενὸς παραχωροῦντος, διελύθησαν ἀσύμβατοι. Καὶ Κράλης μὲν εἰς τὸ στρατόπεδον, βασιλεὺς δὲ εἰς τὴν πόλιν
B ἐπανῆλθον, εἰς τὴν ὑστεραίαν αὖθις ἐπαγγειλάμενοι ἀλλήλοις συντυχεῖν· καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν συνελθόντες, λόγους ἐποιοῦντο περὶ τῶν ὁμοίων, καὶ οὔτε βασιλεὺς περὶ τῶν κατεχομένων ἐνεδίδου πόλεων, οὔθ' ὁ Κράλης ὑπέμενεν ἀφίστασθαι, καίτοι γε ἔλεγε Κράλης, ἐς τοσοῦτον δέους πρὸς βασιλέα καθεστάναι, ὡς καὶ ἐν ὀνείροις εἴ ποτε ὁρᾷν συμβαίη, τοῦ ὕπνου ἀφίστασθαι αὐτίκα, καὶ πρὶν ληφθῆναι ὕπνῳ, ἄϋπνον διανυκτερεύειν, εἰ λογίζοιτο περὶ ἐκείνου ὅπως χρὴ πολεμεῖν, ἐν ἀπόροις ὑπὸ δέους καθεστώς. Οὐ μὲν οὐδὲ πρὸς τοὺς ἔξω τὸ πάθος ἀπεκρύπτετο, ἀλλ' ἀναφανδὸν καὶ πρὸς Τριβαλοὺς καὶ Ῥωμαίους τοὺς συνόντας, μηδένα ἀνθρώπων ἔλεγε διὰ βίου, μήτε πρότερον μήθ' ὕστερον ὥσπερ Καντακουζηνὸν
C τὸν βασιλέα ἐκπεπλῆχθαι καὶ δεδοικέναι. Καὶ ἐν τῇ συνουσίᾳ δὲ ἐκείνῃ, ἐρομένου βασιλέως, ὅτου χάριν τοσαύτην ὑπομείνειεν αἰσχύνην τοῖς τῆς Βενετίας βουλευταῖς συγκαταλέξας ἑαυτὸν, μείζονα καὶ περιφανεστέραν συμπάντων ἐκείνων ἔχων αὐτὸς ἀρχήν, διὰ τὸν ἐκείνου φόβον ἀπεκρίνατο. Καὶ προσετίθει, μηδὲν εἶναι θαυμαστὸν, εἰ τοιαῦτα ὑπομείνειε· τοὐναντίον μὲν οὖν, ὅτι μὴ καὶ πρός τι χεῖρον καὶ πολλῷ φαυλότερον ἐξετράπη. Καίπερ δὲ οὕτω δέους ἔχων, καὶ οὐδὲ πρὸς πάντας αἰσχυνόμενος ὁμολογεῖν, ὅμως ἀφίστασθαι τῶν πόλεων οὐκ ἤθελεν· ἀλλ' ἐδεῖτο μόνον βασιλέως χωρεῖν πρὸς τὰς συμβάσεις, Βέρροιαν μόνην ἔχοντα, καὶ Ἔδεσσαν, καὶ τὰ ἄλλα φρούρια, καὶ τὰς πολίχνας, ὅσαι προσχώρησαν. Ἰσχυρίζετο δὲ καὶ ὅρκους τοῖς λόγοις προστιθείς,
D ὡς οὐ πλεονεξίας μᾶλλον, ἢ αἰσχύνης ἕνεκα τῶν πόλεων ἀντιποιοῖτο· αἰσχύνεσθαι γὰρ οὐ τοὺς οἰκείους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλου, ὁπουδήποτε δυνάστας, εἰ φαίνοντο τοσοῦτον ἡττημένος πρὸς τὸν βασιλέως φόβον, ὥστε τοσούτων πόλεων ἀμαχεὶ παραχωρεῖν, ἃς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον κτώμενος, χρήματά τε ἀναλώκει πλεῖστα, καὶ τοσούτους πόνους καὶ κινδύνους ὑπομεμενήκει μετὰ τῆς στρατιᾶς. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐώρα ἀσυμβάτως ἔχοντα, Τὴν μὲν ἐμὴν, εἶπε, πρὸς σὲ εὐγνωμοσύνην, καὶ ὡς οὐδὲν τῶν φίλῳ προσηκόντων, οὔτε πρότερον, οὔθ' ὕστερον ἐνέλιπον, καὶ ὁ παρελθὼν μὲν χρόνος, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὁ νυνὶ παρὼν ἀξιόχρεως συμμαρτυρεῖν. Σοῦ δὲ μηδὲν ἐθέλοντος τῶν δικαίων ποιεῖν καὶ προσηκόντων, ἀνάγκη πρὸς τὸν πόλεμον χωρεῖν, ταυτὸν τοῖς θηρίοις

Digitized by Google

πάσχοντα, καὶ γὰρ ἐκεῖνα βαλλόμενα, καὶ ἐλαυνόμενα ὑπὸ τῶν θηρευτῶν, πρῶτα μὲν φεύγουσι, καὶ τὴν πρὸς ἀνθρώπους μάχην ὅση δύναμις ἐκκλίνουσιν. Ἐπειδὰν δὲ εἰς ἀνάγκην καταστῶσι, καὶ τὸν κίνδυνον αἴσθωνται ἐφεστηκότα, στρεφόμενα ἀμύνονται, καὶ οὕτω μετὰ σφοδρότητος, ὡς τῆς σφετέρας ἀφειδεῖν παντάπασι ζωῆς. Τοῦτο δὴ καὶ αὐτὸς νυνὶ ποιήσω· μάλιστα μὲν γὰρ ἐβουλόμην μὴ πόλεμον κινεῖν πρὸς σέ, ἀλλὰ φίλον καὶ σύμμαχον ἔχειν, ὥσπερ δίκαιον, καὶ τῶν ὑπηργμένων ἀγαθῶν, ἃ ἂν μάλιστα δυναίμην, ἐκτίνειν ἀμοιβάς. Ἐπεὶ δ' αὐτὸς τῶν δικαίων ἤρησαι ποιεῖν οὐδέν, οὐδὲ τῶν Ῥωμαίοις πόλεων ἀφίστασθαι, ἃς ἔχεις ἀδίκως κατασχών, ἀνάγκη καὶ αὐτὸν ἃ νομίζω συμφέρειν Ῥωμαίοις, πράττειν, καὶ μὴ περιορᾷν ἀδίκως οὕτω καταδουλωθέντας Τριβαλοῖς· ἀλλὰ νῦν μὲν ἐπεὶ μὴ καὶ ἡ παρεσκευασμένη στρατιὰ ἀφῖκτο, εἰς Βυζάντιον καὶ αὐτὸς ἐπανελεύσομαι, καὶ παρασκευασάμενος τοῦ χειμῶνος, ἅμα ἦρι ὡς μάλιστα ἔχω μετὰ πολλῆς δυνάμεως, καὶ μεγάλης τῆς παρασκευῆς ὑμῖν ἐπιστρατεύσω· γνώμην ἔχων, ὡς ἢ μαχόμενος πεσεῖσθαι, ἢ πρὸς τῷ Ῥωμαίους ἐλευθεροῦν, καὶ αὐτὸν καὶ ὑπηκόους ἐξανδραποδίζεσθαι, καὶ διαφθείρειν καὶ καταδουλοῦσθαι. Ἃ εἰδότα καὶ αὐτὸν ὡς ἀληθῆ, παρασκευάζεσθαι ὡς ἀμυνούμενον, καὶ διαγωνούμενον περὶ τῶν ὅλων. Κράλης δὲ ἀκούσας βασιλέως οὕτως ἐμβριθῶς διειλεγμένου περὶ τοῦ πολέμου, καὶ ὁρῶν ἀμετάθετον τὴν γνώμην ἔχοντα, καὶ γενόμενος περιδεής, ἐδεῖτο βασιλέως μὴ οὕτω πρὸς ὀργὴν ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξάπτεσθαι· ἀλλὰ λύσιν τινὰ ἐξευρίσκειν τῶν κακῶν, ὅθεν ὅ τε πόλεμος καταλυθήσεται, καὶ μηδ' αὐτὸς παντάπασι μηδὲν τῶν τε πόνων, καὶ τῶν κινδύνων, ὧν ὑπέμεινε τὰς πόλεις κτώμενος, ἀπόναιτο. Ἐπέτρεπέ τε πάντα βασιλεῖ, καὶ συνετίθετο στέργειν πᾶν, ὅ τι ἂν αὐτῷ δοκοίη βέλτιον, καὶ λυσιτελοῦν ἑκατέροις. Βασιλεὺς δὲ τό τε πάντα ἔχειν ὁρῶν ἀπονητὶ ἀδύνατον, καὶ τὸ τινῶν ἀποστερούμενον ὀλίγων μὴ συγκατατίθεσθαι πρὸς τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ περὶ τῶν ὅλων διακινδυνεύειν βούλεσθαι ἀβουλίας, ἀδήλου μάλιστα τοῦ μέλλοντος ὄντος, καὶ τοῦ πολέμου πολλὰς ἐν τῷ μεταξὺ δυναμένου δέχεσθαι μεταβολάς, ἄλλως θ' ὅτι καὶ βαρβάρους ἐμελλεν ἐπάγειν ἐνθυμούμενος, οἳ πλεῖστα καὶ Ῥωμαίους βλάπτουσιν, οἷς δοκοῦσι συμμαχεῖν, καὶ τὴν ἐσομένην Τριβαλῶν φθορὰν, καὶ τοὺς φόνους, καὶ τοὺς ἀνδραποδισμοὺς, ὧν ἐκήδετο, καί τοι πολεμίων ὄντων διὰ τὴν θρησκείαν, τὸ μὲν ἀληθὲς εἶπε, καὶ δίκαιον, πρὸς Κράλην, καὶ ὃ πᾶς ὁστισοῦν ἂν ἐπιψηφίσαιτο δικαίως διαιτῶν, οὐδὲν εἶναι ἕτερον, ἢ ἐξίστασθαι Ῥωμαίους τῶν πόλεων τῶν τοῖς ὅρκοις περιειλημμένων. Ἐπεὶ δ' αὐτὸν ὁρᾷ πάνυ περιεχόμενον τῶν πόλεων, καὶ τῆς ζωῆς οὐ μικρὸν μέρος ἡγούμενον ἀφαιρεθήσεσθαι, εἰ τούτων ἀποστερηθείη, ἀδικήσειν μὲν Ῥωμαίους, πλὴν διελόμενον τὰς πόλεις ὡς ἂν αὐτῷ δοκοίη, καὶ παραχωρήσαντα ὅσων ἂν ἐθέλοι, εἰ μὲν αὐτῷ δοκοίη, καὶ πείθοιτο αὐτοῦ τῇ ψήφῳ, τίθεσθαι εἰρήνην ἐπὶ τούτοις καὶ σπονδάς· εἰ δὲ μὴ βούλοιτο, ἐξεῖναι αὖθις πολεμεῖν τὰς πάσας ἔχοντι. Καὶ αὐτίκα Ἀχαρνανίαν μὲν καὶ Θετταλίαν, Σέρβιά τε καὶ τὰς

A enim minus cupiebam quam bello te persequi : sed ut æquum erat, amicum et socium habere, tuisque meritis ultro mihi præstitis, quantas maximas possem, gratias referre. Quoniam tamen nihil rectum, ac probum agere, neque ab urbibus quas contra fas occupatas retines discedere decrevisti, opus est et me aggredi, quæ ex Romanorum repu- B blica fore sentio, et excutere jugum, quod eorum cervicibus Triballi per nefas injunxerunt. Verum nunc quidem cum insuper conscriptæ copiæ nondum adsint, Byzantium revertar, instructusque hibernis mensibus, primo vere cum quam ingenti potero exercitu, magnoque apparatu in vos movebo : ea mente ut aut præliando occumbam, aut præter libertatem mea opera Romanis restitutam, teque populumque tuum cædibus ac servituti subjiciam. Et cum tu quoque scias me vera loqui, ad resistendum, et decertandum de summa rerum te compara. Crales, auditis tam graviter ac serio de bello dictis, cum voluntatem imperatoris immutabilem videret, admodum extimescens, precabatur, ne sic iratus ad arma ferveret; quin potius viam aliquam in his malis inveniret, qua et bello supersederetur; **791** ipse pro laboribus, atque periculis, quæ urbibus acquirendis tolerasset, non omnino nihil reciperet : remque totam ejus arbitrio permittebat, æqui bonique se facturum promittens, quidquid ipse utrisque melius, commodiusque futurum judicasset. Imperator, intelligens et omnia citra molestiam, laboremque haberi non C posse, et paucis quibusdam privatum paci repugnare, ac de summa jacere aleam velle, dementis esse, cum futura incertissima sint, et anceps, ac dubia fortuna belli : ad hæc barbaros se introducturum cogitans, qui et Romanis, quorum videntur socii, plurimum noceant; et Triballorum futuram cladem, cædes, servitutes (de quibus quanquam hostibus, nihilominus, ut Dei cultor erat, sollicitus), Cralem compellans ait, veritatem, et justitiam, et quod quilibet bonus æstimator calculo suo approbarit, nihil esse aliud, quam Romanis urbibus juramento comprehensis se abdicare. Cæterum quia ipsum tantopere urbibus inescatum videat, et arbitrantem vitæ partem non modicam cum illis D amissurum, injuriam quidem Romanis se irrogaturum, verumtamen judicio suo urbes partiturum, et cessurum, quot sibi placuerit, si illi etiam videatur, et suæ stet sententiæ, pacem super his, et fœdus faciendum. Si recuset, licere illi se omnes habentem de integro armis lacessere, et mox Acarnaniam, Thessaliam, Servia, et intra has ad mare sitas, et Berrhœam cum Edessa, Gynæcocastrum, et Mygdoniam, cum instauratis oppidis et circum Strymonem vicos, usque ad terminos Pherarum, et Tantessani montes appellatos Romanis attribuit. Zichna, Pheras, Melenicum, Strombitzam, Castoriam, aliosque vicos, et oppidula Macedonica, quæ extra dictos montes erant, Cralem retinere voluit, et super his fœdus, societa-

Digitized by Google

temque inire, et abstinere damnis mutuis. Sic imperator urbes distribuit; quæ distributio etiam Crali placuit, et ita inter illos convenit, paxque confecta Triballis juxta ac Romanis gaudio fuit. Atque eodem in loco Cralem, ejusque comitatum imperator ad epulas magnificas invitavit, juniore imperatore præsente, et cum socero pariter ex ea munificentia gloriam aucupante.

A ἐντὸς τούτων πρὸς θάλασσαν πολίχνας, καὶ Βέρροιαν, καὶ Ἔδεσσαν, Γυναικόκαστρόν τε καὶ Μυγδονίαν μετὰ τῶν κατῳκισμένων πόλεων, καὶ τὰς περὶ Στρυμμόνα κώμας; ἄχρι τῶν Φερῶν ὁρίων, καὶ Ταντεσάνου ὄρη προσαγορευόμενα, ἀπένεμε Ῥωμαίοις· Ζίχνα δὲ καὶ Φερὰς, καὶ Μελενίκον, καὶ Στρύμβιτζαν, καὶ Καστορίαν, καὶ τὰς ἄλλας Μακεδονικὰς κώμας καὶ πολίχνας, αἳ τῶν εἰρημένων ὅρων ἐκτὸς ἦσαν, Κράλην ἔχειν, καὶ συμμαχίαν ἐπὶ τούτοις ποιεῖσθαι καὶ σπονδὰς, καὶ μηδὲν ἀλλήλους ἀδικεῖν· οὕτω μὲν ὁ βασιλεὺς διῆρει τὰς πόλεις· καὶ ἐδόκει καὶ Κράλῃ καλῶς ἔχειν, καὶ συνέβησαν ἐν τούτοις, καὶ πάντες ἥδοντο, καὶ Τριβαλοὶ καὶ Ῥωμαῖοι πρὸς τὴν εἰρήνην. Ὅ τε βασιλεὺς εἰστία φιλοτίμως Κράλην, καὶ τοὺς συνόντας ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τόπου οὗ αἱ συμβάσεις ἐγεγένηντο, παρόντος καὶ τοῦ ἑου βασιλέως, καὶ συμφιλοτιμουμένου βασιλεῖ τῷ κηδεστῇ.

792 CAPUT XXII.

Pactum de eligendis proceribus, qui urbes utriusque nomine tradant, et accipiant. Crales seducitur, fœdus renuntiat, suos in Cantacuzenum animat. Copiæ utrimque educuntur. Neuter pugnam incipit, uterque se excusat. Imperator Byzantium abiturus imperatorem juniorem monet, a Crale caveat, qui Edessam proditione capit. Lyzicus præfectus punitur, in via moritur, Edessa evertitur, incolarum pars major nuda dimittitur. De incursu barbarorum. Mœso regi se purgat imperator. Consilium de barbaris Thracia et Mœsia arcendis. Prodigium, quo Alexander contra Cralem confirmatur. Imperator navale purgat. Mœsus fidem fallit. Eum imperator ad officium reducere frustra nititur.

Secundum prandium pacti sunt, ut postridie imperator Romanos principes viros quinque deligeret, qui suo nomine urbes acciperent, Crales de suis totidem destinaret, qui illas pro eo traderent, finitisque conventis, et salute dicta, hic ad castra, ille in urbem se retulit. Jam nox erat, cum quidam ex comitibus imperatorum clam ad Cralem adeunt, hortanturque urbes ne tradat, sed bellum adversus Cantacuzenum malit, qui cum in præsentia exercitu inferior sit, parum, aut nihil obesse possit. Si Byzantium redeat, ut illic se comparet, Palæologum imperatorem permoturos, ut cum eo quibus videbitur optatissimis conditionibus paciscatur, conjunctimque bellum contra illum suscipiat. Sibi enim intolerabile videri, imperare eum qui hæredem imperii legitimum hæreditate sua dejecerit. Crales statim lætitia ebrius, multas suasoribus gratias agit, seque imperatori Palæologo contra socerum prompte affuturum, et omnem ei benevolentiam, studiumque spondet. Postquam luxit, pacem certa lege constitutam renuntiavit. Sed si velit urbes nuper occupatas solas habere, imo vero, si etiam de iis adhuc quasdam reddat, sic persuasurum sibi, ut bello abstineat: si nolit, paratus ad prælium exeat, se totis viribus contra pugnaturum. Imperator Cralis verba parvi ducere; norat enim, se illum cogere in gyrum posse. Vehementer autem Romanis insidiatoribus succensebat; non enim ignorabat, unde hæc ejus mutatio, et rerum emendationem desperabat, ratus, bellorum rursus civilium, magnarumque seditionum hæc esse præludia. Tamen quamvis sic affectus, postridie se ad dimicationem exiturum denuntiavit. Crales contra **793** se parare, et suos confirmare: Cantacuzenum non esse timendum, quandiu a suis oppugnetur, sed constanter sperandum victoriam, quasque Romanis ademerint urbes, retenturos. Similem enim esse homini aquis submerso, quem sui

B Μετὰ δὲ τὸ ἄριστον συνέθεντο, ὥστε εἰς τὴν ὑστεραίαν, βασιλέα μὲν ἐπιλέξασθαι πέντε Ῥωμαίων τῶν ἐν τέλει, καὶ τούτοις ἐπιτρέψαι τὴν παράληψιν τῶν πόλεων· Κράλην δὲ ἐκ τῶν οἰκείων ἴσους παρασχεῖν, ὥστε παραδοῦναι, καὶ συνταξάμενοι ἀλλήλοις, ἐπεὶ τέλος εἶχον συμβάσεις, ὁ μὲν εἰς τὸ στρατόπεδον, οἱ βασιλεῖς δὲ εἰς τὴν πόλιν ἀπεχώρουν. Ἐπελθούσης δὲ νυκτὸς, τινὲς τῶν συνόντων βασιλεῦσι κρύφα ἐλθόντες πρὸς τὸν Κράλην, συνεβούλευον τὰς πόλεις μὴ παραδιδόναι, ἀλλὰ πόλεμον αἱρεῖσθαι μᾶλλον πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα, ὡς βλάπτειν δυνησόμενον ὀλίγα, ἢ οὐδέν· νῦν μὲν γὰρ ἀξιόμαχον οὐκ ἔχειν στρατιάν. Ἂν δὲ ἐπανέλθῃ εἰς Βυζάντιον ὡς παρασκευασόμενος, τὸν Παλαιολόγον C βασιλέα πείσειν συνθήσεσθαι πρὸς αὐτὸν, ᾗ ἂν μάλιστα δοκῇ καθ' ἡδονὴν, καὶ κοινῇ τὸν πόλεμον πρὸς ἐκεῖνον ἀνελέσθαι, ἡγεῖσθαι γὰρ αὐτοὺς οὐκ ἀνεκτὸν ἐκεῖνον ἄρχειν, βασιλέα τῆς πατρῴας ἀποστερήσαντα ἀρχῆς· καὶ ὁ Κράλης αὐτίκα ἔνθους ἦν ὑφ' ἡδονῆς, καὶ πολλὰς ὡμολόγει χάριτας τοῖς ἀπαγγείλασι, βασιλεῖ τε ἐπηγγέλλετο προθύμως τῷ Παλαιολόγῳ συμμαχήσειν κατὰ κηδεστοῦ τοῦ βασιλέως, καὶ πᾶσαν ἐπιδείξεσθαι σπουδὴν καὶ εὔνοιαν πρὸς αὐτόν· ἅμα τε ἕῳ, ἐπεὶ ἡμέρα ἦν, πέμψας πρὸς βασιλέα, ἀπηγόρευε τὴν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις εἰρήνην· ἀλλ' εἰ βούλοιτο τὰς ἅρτι ληφθείσας πόλεις μόνας ἔχειν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐξ ἐκείνων ἀποδόντα, οὕτω πείθειν αὐτὸν μὴ πολεμεῖν· εἰ δὲ μὴ βούλοιτο, παρασκευασάμενον πρὸς μάχην ἐξελθεῖν· αὐτὸν D γὰρ παντὶ σθένει πολεμήσειν. Τῶν μὲν οὖν Κράλη λόγων ὁ βασιλεὺς ὀλίγον ἐποιεῖτο λόγον. Ἤδει γὰρ ὡς δυνησόμενος αὐτὸν καταναγκάζειν, καὶ ἄκοντα τὰ δίκαια ποιεῖν. Σφόδρα δὲ ἤχθετο κατὰ Ῥωμαίων τῶν ἐπιβουλευόντων· οὐ γὰρ ἠγνόησεν, ὅθεν ἡ μεταβολή· καὶ τὴν διόρθωσιν τῶν πραγμάτων ἀπεγίνωσκε, πολέμων αὖθις ἐμφυλίων, καὶ στάσεων μεγάλων τὰ τοιαῦτα οἰόμενος ἀρχήν. Ὅμως καὶ οὕτως ἔχων, ἐπηγγέλλετο εἰς τὴν

Digitized by Google

ὑστεραίαν ἐξελεύσεσθαι πρὸς μάχην. Κράλης δὲ καὶ αὐτὸς παρεσκευάζετο, καὶ παραθαρρύνων τοὺς οἰκείους πρὸς τὸν βασιλέως πόλεμον· οὐ χρὴ δεδοικέναι, ἔφασκε, Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα ἄχρις ἂν ὑπὸ τῶν οἰκείων πολεμῆται· ἀλλὰ βεβαίας ἔχειν ἐλπίδας τοῦ περιέσεσθαι, καὶ τὰς ἡρπασμένας Ῥωμαίων πόλεις καθέξειν ἀσφαλῶς. Ἐοικέναι γὰρ ἔφασκεν ἐκεῖνον, ἐν ὕδασιν ἀνθρώπῳ καταβεβαπτισμένῳ, τοὺς οἰκείους δὲ ἐφεστῶτας, εἴ ποτε δυνηθείη ἀνακύψαι, πιέζοντας αὖθις καταβαπτίζειν, καὶ μηθ' ἑαυτῷ χρήσιμον, μήτ' ἐκείνους γίνεσθαι ἐᾷν· ἂν μέν τοι τῶν οἰκοι διαφορῶν ποτε ἀπαλλαγείη, τότ' ἤδη πάντων αὐτῷ ἐξίστασθαι ἑκόντας, καὶ πολλὴν πρόνοιαν ποιεῖσθαι φίλον ἔχειν. Ἀντικαθίστασθαι γὰρ πρὸς πόλεμον, ἂν τῶν οἰκοι δυσχερῶν ἀπαλλαγείη, οὔτ' αὐτὸν λυσιτελεῖν ἡγεῖσθαι, οὔτ' ἐκείνους συμβουλεύειν. Οὕτω μὲν ὁ Κράλης οὐ τῇ σφετέρᾳ μᾶλλον θαρρῶν δυνάμει, ἢ ταῖς διχοστασίαις, καὶ διαφοραῖς Ῥωμαίων, αὖθις ὥρμητο πρὸς πόλεμον, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν ἅμα ἕῳ συντάξας ἐπὶ φάλαγγας τὴν στρατιὰν, ἐχώρει πρὸς Θεσσαλονίκην ἐκ τοῦ στρατοπέδου. Καὶ ὁ βασιλεὺς ὁμοίως τήν τε πεζὴν, καὶ ἱππικὴν δύναμιν ἀντιπαρέταττεν ἐξαγαγών· οὐδέτερος δὲ ἐπεχείρει πολέμου ἄρχειν, ἀλλ' ἐπιπολὺ ἀτρεμοῦντα ἀντικαθίστατο ἀλλήλοις τὰ στρατόπεδα. Κράλης δὲ πρὸς βασιλέα πέμψας, ἢ τὴν εἰρήνην ἔφασκεν αἱρεῖσθαι, ἂν ἐθέλῃ ἔχοντας ἃ ἔχουσιν ἑκάτερον, ἢ μὴ μέλλειν, ἀλλ' ἄρχειν συμβολῆς. Βασιλεὺς δὲ τὰ τῇ προτεραίᾳ εἰρημένα, καὶ αὖθις ἔφασκεν αἱρεῖσθαι, καὶ φίλον ἐθέλειν μᾶλλον ἔχειν, ἢ πολέμιον, τὰς πόλεις ἀποδόντα· ἂν δ' αὐτὸς τὸν πόλεμον αἱροῖτο, πρῶτον μᾶλλον αὐτὸν ἄρχειν συμβολῆς μικρὸν προβάντα, ὡς οὕτω καὶ αὐτὸν ὡς ἀμυνόμενον, καὶ οὐκ ἄρχοντα πολέμου ἀγωνιούμενον προθύμως. Ἐπιμαρτυρόμενον καὶ ἀνθρώπους καὶ θεὸν, ὡς οὐκ ἀδικεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον ἀδικεῖται· οὐδὲ ἐπιορκεῖ, καὶ κακὸς εἶναι βούλεται περὶ τὸν φίλον, ἀλλ' ἀνάγκῃ ἑῷ' ἃ μὴ βούλοιτο χωρεῖ. Ἂν δ' αὐτοῦ κινουμένου πρώτου, ἔφασκε, μὴ τὸ στράτευμα ἀντεπάγῃ καὶ αὐτὸς, τὴν νίκην ἐκεῖνον ἔχειν, ὡς αὐτοῦ φυγομαχήσαντος. Κράλης δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο τοὺς βασιλέως λόγους, πέμψας αὖθις, ἔφασκε μηδ' αὐτὸν βούλεσθαι τὴν μάχην· ἂν δὲ φαίνοιτο κινῶν τὰς φάλαγγας μετὰ μικρὸν, μὴ νομίζειν ἐπιέναι, ἀλλ' ἀναχώρησιν εἶναι τὴν κίνησιν πρὸς τὸ στρατόπεδον. Τοιαῦτα ὁ Κράλης εἶπε· καὶ μετὰ μικρὸν ἀναστρέψας αὖθις ἠλίσατο πρὸς τὸ στρατόπεδον τὴν νύκτα. Καὶ βασιλεὺς ὁμοίως εἰσήλαυνεν εἰς τὴν πόλιν μετὰ τῆς στρατιᾶς. Κράλης δὲ εἰς τὴν ὑστεραίαν διεβὰς τὸν Ἀξειὸν, τὰ περὶ Ἔδεσσαν κατέδραμε, καὶ περιστρατοπεδευσάμενος ἐπολιόρκει. Βασιλεύς τε ἐπεὶ μὴ ἐδόκει ἔτι μέλλειν ἐν Θεσσαλονίκῃ, πράττειν γὰρ ἔτι ἀξιόλογον οὐδὲν ἐξῆν, παρεσκευάζετο, ὡς εἰς Βυζάντιον πλευσούμενος. Μέλλων δὲ ἀπαίρειν ἤδη, πολλὰ βασιλεῖ τῷ νέῳ περὶ τοῦ μὴ πείθεσθαι παρήνει Κράλῃ. Ἤδει γὰρ ἐπιχειρήσοντα ἐκεῖνον, αὖθις τὸν πρὸς ἀλλήλους πόλεμον κινεῖν Ῥωμαίων, ἵν' αὐτῷ ἐξῇ τὰς πόλεις ἔχειν, ἐκείνων ἀσχολουμένων πρὸς ἀλλήλους, καὶ συνεβούλευε φυ-

A astantes, si quando emerserit, iterum sub aqua deprimunt, et neque sibi, neque ipsis commodare sinunt. Sin domesticis discordiis, ac dissidiis aliquando expeditus fuerit, tum jam omnibus illi cedendum benter, ambiendamque studiose ejus amicitiam. Nam tum illi armis adversari, nec se putare conducere, nec ipsis hoc suadere. Sic Crales non sua magis potentia, quam seditionibus, ac dissensionibus Romanorum confisus, de integro bellum parturiebat, et die altero prima luce per phalangas disposito exercitu, et castris Thessalonicam procedebat: similiterque imperator pedestres, et equestres copias educens, in acie adversa constituebat. Neuter autem prælium ordiebatur, stabantque diu, nec se exercitus commovebant. Crales tandem imperatori nuntiat, aut pacem componendam, si utrumque retinere velit, quæ habet; aut sine mora pugnam incipiendam. Renuntiare jubet imperator, se hesterno die pacta præferre et amicum ipsum quam hostem malle, si urbes restituerit. Sin bellum ei optatius sit, prior paulum progressus, pugnæ det initium: tum enim se non ut conflictus auctorem, sed ut sui defensorem alacriter dimicaturum, Deum atque homines testantem, non se dare, sed accipere, ac perpeti injuriam: neque fidem frangere, et male mereri de amico, sed necessitatem a se exprimere, quæ ipse nolit. Quod si prior ille se moverit, nec ipse contra gradiatur, victoriam sibi quasi de fugitivo habeat. His acceptis, Crales nec se pugnæ avidum esse dixit. Si phalangas paulo post moveri viderit, ne putet motum illum sui invadendi, sed in castra revertendi causa exsistere. Hæc Crales. Nec diu post in castra se recipiens, ibi pernoctavit. Imperator quoque cum cohortibus suis urbem repetivit. Crales Axio transmisso, et finitimos Edessæ locos deprædatus, ipsam obsidere instituit. Imperator cum diutius Thessalonicæ commorandum non putaret, quod nihil memorabile agendum restaret, Byzantium navigationem comparabat. **794** Discessurus, juniorem imperatorem majorem in modum hortabatur, ne Crali fideret. Jam enim rursus aggressum bello civili Romanos implicare, ut iis inter se dimicantibus, ipse urbes sibi habeat, et monebat caveret insidias, quæ non res parvas, sed imperium ipsum attingerent: unde non ad ipsum duntaxat, sed ad alios quoque Romanos calamitas redundaret. Tametsi is aliud quam res est loquens, et mentiens, dicat, impigre se ipsum adjuturum, quo paternum imperium a raptore recuperet, eumque ulciscatur: cum dubitetur, an non solum ei imperium non restituturus, quod tamen polliceatur, sed etiam vitæ ejus insidias instructurus sit. Nullam ei fidem horum commodet, certoque sciat, omnia hæc artificiose strui, ut potius ipse quod reliquum est imperii secure devoret. Si spretis admonitionibus Crali crediderit, tunc cogniturum esse, quantum damni fecerit, quando nec ipsi, nec aliis ullum fructum

Digitized by Google

ea cognitio datura sit. Neque enim protoplastis paradiso ejectis a serpente deceptos esse cognoscere profuisse. Hæc, et plura cum admonuisset, Andronicum Asanem socerum cum juniore imperatore relinquens, dicto vale, solvit. Crales paulo post ejus Thessalonica discessum, quibusdam de factione sua prodentibus, Edessam cepit, captam evertit : cum quibus pepigerat, ut paratis scalis signum de muro ipsis sustollentibus, accederet. Tum iidem arcentes, qui intus propugnarent, securitatem facerent, ut ita urbs facilius caperetur. Res secundum pacta transigitur. Nam cum in eo essent, ut muros oppugnarent, proditoresque signum inde dedissent, Crales scalas admovit, milites impune ascenderunt, statimque irruentes ita eos diruerunt (non enim erant alti) ut equis pervios redderent. Lyzicus præfectus urbem proditam conspiciens, cum præsidio contra vidit, sed muris jam prostratis actum agere se intelligens, in arcem festinus recurrit. Similiter Byzantii ducenti, ab imperatore in præsidio relicti, ubi urbem captam senserunt, ipsi quoque in arcem refugerunt. Crales urbe potitus, in illos adhuc ex fuga pavitantes tetendit. Cum e turri se tuerentur (arx enim nondum reparata erat) et Lyzicus femur sauciatus esset, subito præsidiarii arma tradiderunt, fide accepta, nihil incommodi perpessuros. **795** Ut autem et arx in potestatem venit, præsidium, et Macroducam præfectum Crales, ut jurarat, armis tantum ablatis, dimisit : Lyzico in conspectu suo barbam velli jussit, non solum quia tum restitisset, sed quia etiam Andronico vivo apud Castoriam non parvæ calamitatis ipsi auctor fuisset. Deinde vinctum Scopiam, ibi pœnas audaciæ excepturum duci mandavit. Qui et propter neglectam curationem vulneris, et alioqui propter hunc casum suum in ipsa via decessit. Crales militi urbem diripiendam, incendendam, evertendamque permisit. Incolarum pars maxima, et præcipua, summa hieme, novo nimirum Januario, nuda expellitur, perque Berrhœam, et alias urbes dissipatur. Egentissimus quisque ad ædes relictas confugiens, ibi relinquitur. Crales hieme sæviente, imposito in arcem præsidio domum redit. Fama vulgavit, milites, et animalia vectoria plurima, frigoris acerbitate in castris emortua. Byzantium reversus imperator, de Mœsorum rege Alexandro quærit ; singularem quippe ex eo mœstitudinem capiebat, quod Persæ in ejus regnum inopinato irruentes, cladem ei gravissimam intulerant. Incesserat enim Alexandrum suspicio, non suopte nutu, sed missu imperatoris irrupisse barbaros : quæ res vehementissime illum cruciabat, quia cum ei nullam ansam hostilia machinandi præbuisset, tamen contempto fœdere ab eo vexaretur. Missa igitur legatione, primum quidem de incursione barbarorum respondit, non eam sua voluntate factam, sed ipsos per se potentes, cupiditatibus suis morem gerere. Nec tamen magis istuc propter illorum

A λάττεσθαι τὴν ἐπιβουλήν. Οὐδὲ γὰρ εἶναι περὶ μικρόν· ἀλλὰ περὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῆς ἐπιβουλεύειν, καὶ τὴν βλάβην οὐκ αὐτῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔσεσθαι Ῥωμαίοις. Καί τοι γε ἐκεῖνον τῶν ὄντων τὰ ἐναντία καταψεύσεσθαι, φάσκοντα προθύμως συμμαχήσειν ἐπὶ τὸ τὴν πατρῴαν ἀνασώζεσθαι ἀρχὴν ἀφῃρημένην, καὶ ἀμύνεσθαι τὸν ἠδικηκότα, ἄδηλον ὃν εἰ μὴ μόνον οὐκ ἀποδώσει τὴν ἀρχήν, ὥσπερ ἐπαγγέλλεται, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ζωῆς ἐπιβουλεύσει. Τούτων δὲ αὐτῷ πείθεσθαι μηδὲν, σαφῶς εἰδότα, ὡς ἀπάτῃ πάντα συσκευάζεται, ἵνα μᾶλλον ἀφέληται αὐτὸς τὴν οὖσαν ἀσφαλῶς. Εἰ δ' ἀμελήσας τῶν παραινέσεων πείθοιτο αὐτῷ, τότε εἴσεται τὴν βλάβην, ὅτε μήτ' αὐτῷ μηδὲν, μήτε τοῖς ἄλλοις ὄφελος ἐκ τοῦ εἰδέναι ἔσται. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῖς

B πρωτοπλάστοις συνήνεγκε τοῦ παραδείσου ἐκβληθεῖσι τὸ εἰδέναι, ὡς ἠπάτηνται τῷ ὄφει. Τοιαῦτα καὶ ἕτερ' ἄττα πλείω παραινέσας, καὶ συνταξάμενος, ἀπέπλει, Ἀσάνην Ἀνδρόνικον τὸν κηδεστὴν μετὰ βασιλέως τοῦ νέου καταλιπών. Κράλης δὲ ὀλίγῳ ὕστερον ἢ ὁ βασιλεὺς ἀπῆρεν ἐκ Θεσσαλονίκης, Ἔδεσσαν ἐπόρθησεν ἐλών, τινῶν προδοσίᾳ τῶν τἀκείνου ἠρημένων. Συντέθειτο γὰρ αὐτοῖς κλίμακας κατασκευασάμενον, ἐπὶ τειχομαχίαν ἥκειν, αὐτοὺς δὲ σημεῖον ἄραντας ἐπὶ τῶν τειχῶν, ἐφ' ὧν ἑστᾶσιν, ἥκειν ἐπ' ἐκείνους μετὰ τῶν κλιμάκων. Ἄδειαν δὲ ἐκείνων παρεχομένων, καὶ ἀμυνομένων τοὺς ἔνδον μᾶλλον, ῥᾳδίαν ἔσεσθαι τὴν ἅλωσιν. Ὅπερ δὴ καὶ ἐγίνετο κατὰ τὸ σύνθημα· καταστάντων γὰρ εἰς τὴν

C τειχομαχίαν, τοῖς τε προδιδοῦσιν ἤρετο τὸ σημεῖον ἀπὸ τῶν τειχῶν, καὶ ὁ Κράλης τὰς κλίμακας ἔχων, ἐχώρει πρὸς ἐκείνους. Ἀδείας δὲ τυχόντες, ἀνέβαινον ἐπὶ τὰ τείχη, καὶ καθῃροῦν αὐτίκα προσπεσόντες, ἕως ἐποίησαν, καὶ ἵπποις βάσιμα· ἦν γὰρ οὐδὲ ὕψους ἔχοντα ἱκανῶς. Λυζικὸς δὲ, ὁ τῆς πόλεως ἄρχων, αἰσθόμενος τὴν προδοσίαν, ἐχώρει μὲν ἐπ' ἐκείνους ἔχων τοὺς περὶ αὐτὸν, ἦνυε δὲ οὐδὲν καθῃρημένων ἤδη τῶν τειχῶν· ἀλλ' ἀναστρέψας ἔσπευδεν ἐπὶ τὴν ἄκραν. Καὶ οἱ ἐκ Βυζαντίου παρὰ βασιλέως καταλελειμμένοι διακόσιοι φρουροὶ, ὡς ᾐσθάνοντο τὴν πόλιν ἁλωκυῖαν, ἀνεχώρουν καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τὴν ἄκραν. Κράλης δὲ ἐπεὶ τὴν πόλιν εἶχεν, ἐχώρει ἐπ' ἐκείνους τεθορυβημένους ἔτι ἀπὸ τῆς τροπῆς. Καθισταμένων τε πρὸς μάχην, ὁ Λυζικὸς

D ἐτέρωτο βέλει τὸν μηρὸν ἀμυνόμενος ἀπὸ τοῦ πύργου· ἦν γὰρ ἀνεπισκεύαστος ἡ ἄκρα. Καὶ αὐτίκα ἡ φρουρὰ τὰ ὅπλα παρεδίδουν, πίστεις λάβοντες ἐπὶ τῷ μηδὲν ἀνήκεστον παθεῖν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ ἄκρα εἶχετο, τὴν μὲν φρουρὰν καὶ Μακροδούκαν τὸν ἄρχοντα, ἀπέλυεν ὁ Κράλης κατὰ τοὺς ὅρκους, καὶ τὰ ὅπλα μόνον ἀφελόμενος. Λυζικοῦ δὲ τὸ γένειον ἐπ' αὐτοῦ τίλλεσθαι ἐκέλευεν, οὐ μόνον διὰ τὸ ἀντιστῆναι τότε, ἀλλ' ὅτι καὶ βασιλέως Ἀνδρονίκου περιόντος ἐν Καστορίᾳ μεγάλων αἴτιος κατέστη συμφορῶν. Ἔπειτα ἐκέλευε δεθέντα, ἄγεσθαι τὴν ἐπὶ Σκοπιὰν, ὡς ἐκεῖ τῶν τολμημάτων δίκας δώσοντα. Ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ τραύματος ἀμεληθέντος, καὶ τῆς ἄλλης δυσπραγίας, ἐτελεύτησε μεταξὺ ἀγόμενος. Κράλης δὲ ἐφῆκε τὴν πόλιν τοῖς στρατιώταις

Digitized by Google

διαρπάζειν. Καὶ ἐπόρθησάν τε καὶ ἐνέπρησαν τὰς οἰκίας, τῶν οἰκητόρων δὲ τὸ μὲν πλεῖστον καὶ ἄριστον ἐξήλασε γυμνὸν μάλιστα ἐν ἀκμῇ τοῦ χειμῶνος, Ἰανουαρίου ἄρτι ἱσταμένου, καὶ διεσκεδάσθησαν κατὰ Βέρροιαν, καὶ τὰς ἄλλας πόλεις. Ὁ δὲ ἄπορος παντάπασι καταλέλειπτο ἐκεῖ ἐπὶ τὰς ὑπολειπομένας καταφυγὰς οἰκίας. Αὐτὸς δὲ ἐπεὶ καὶ χειμὼν ἐπεγένετο ἐξαίσιος, φρουρὰν ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν καταλιπὼν, πρὸς τὴν οἰκίαν ἀνεχώρει. Ἐλέγετο δὲ ὑπὸ χειμῶνος στρατιώτας τε, καὶ τῶν σκευοφόρων ὑποζυγίων πλεῖστα τῷ στρατοπέδῳ ἀναποθανεῖν. Βασιλεὺς δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπανελθὼν ἐπυνθάνετο περὶ τοῦ Μυσῶν βασιλέως Ἀλεξάνδρου, ὅτι πλεῖστα ἀνιῶτο διὰ τὴν τῶν βαρβάρων ἔφοδον ἀπροσδόκητον γεγενημένην, καὶ μέγιστα κακώσασαν τὴν γῆν αὐτοῦ. Ὑπώπτευε δὲ οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν τοὺς βαρβάρους ἐπελθεῖν, ἀλλὰ βασιλέως πέμψαντος, ὃ καὶ μάλιστα ἠνία, ὅτι μηδεμίαν πρόφασιν αὐτοῦ πρὸς τὸν πόλεμον παρεσχημένου βασιλεῖ παρασπονδῶν αὐτὸς, κακῶς ποιεῖ τὴν χώραν. Πέμψας δὲ ὁ βασιλεὺς πρεσβείαν πρὸς αὐτὸν, πρῶτα μὲν περὶ τῶν βαρβάρων τῆς ἐφόδου ἀπελογεῖτο, μὴ κατὰ γνώμην ἐκεῖνο γεγενῆσθαι, ἀλλ' αὐτοὺς ἀφ' ἑαυτῶν μεγάλα δυναμένους, ἅττα ἂν δοκῇ ποιεῖν. Τοῦτο δὲ συμβαίνειν, οὐ μᾶλλον διὰ τὴν ἐκείνων δύναμιν, ἢ διὰ τὸ μὴ αὐτοὺς ἐθέλειν τῆς πλεονεξίας ἀποστάντας, καὶ τῶν ἀλλοτρίων τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλήλοις ὅση δύναμις ἐπιμαχεῖν, καὶ ἀνείργειν τοὺς βαρβάρους ῥᾷστα δυναμένους, εἰ συμφωνήσαιεν. Εἰ γὰρ ἐδούλετο Κράλης τὰς ἡρπασμένας πόλεις ἀποδιδόναι, καὶ τὰ δίκαια ποιεῖν κατὰ τοὺς ὅρκους, οὐκ ἂν αὐτῷ ἐδέησε βαρβάρων πρὸς τὴν συμμαχίαν πάντων μάλιστα ἀπεχθῶς πρὸς αὐτοὺς διακειμένῳ· ἀνάγκη δὲ χρωμένῳ, ἵνα τά τε ὄντα διασώζοι, καὶ τὰ ἡρπασμένα, εἰ δύναιτο, ἀνακαλοῖτο. Πρὸς μὲν οὖν ἐκεῖνον, ποιήσειν, ὅ τι ἂν δοκῇ μάλιστα λυσιτελεῖν. Αὐτῷ δὲ συμβουλεύειν, συναίρεσθαι αὐτῷ πρὸς τὸ κωλύειν τοὺς βαρβάρους ἀδεῶς, ὅταν δοκῇ πρὸς τὴν Θρᾴκην περιοῦσθαι. Τοῦτο δ' ἂν γένοιτο, εἰ χρήματα παρέχοιτο τακτὰ πρὸς τῶν τριήρεων τὴν παρασκευήν. Αὐτὸν μὲν γὰρ εὐπορεῖν τῆς ναυτικῆς δυνάμεως· δεῖσθαι δὲ χρημάτων ἐξ ὧν ἂν τραφείη· ὧν εἰ καὶ αὐτὸς παράσχοιτο ὅσα δυνατά, τριήρεις ἐπιστήσει κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον· αἱ παραπλέουσαι, οὐκ ἐάσουσι τοὺς βαρβάρους περαιουμένους βλάπτειν. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τῆς ἐκείνων ἀπηλλάχθαι περιέσται βλάβης. Ἂν δὲ μὴ Κράλης ἐθέλῃ ποιεῖν τὰ δίκαια πρὸς ἀμφοτέρους, εἰδέναι γὰρ καὶ αὐτὸν ὑπ' ἐκείνου ἀδικούμενον οὐ μικρά τινα, εἰ μὴ ἡ παροῦσα δύναμις ἐξαρκεῖ ἐκεῖνον καταναγκάζειν τὰ δέοντα ποιεῖν, τότε χρήσεσθαι καὶ τοῖς βαρβάροις τοσούτους ὑπ' αὐτῶν περαιουμένους, ὅσους ἄγεσθαι οἱ ἂν ἐθέλωσι, καὶ μὴ πολλοὺς ὄντας, ἀφοβίᾳ τρέπεσθαι ἐπὶ σφᾶς καὶ διαφθείρειν. Τοιαῦτα μὲν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον ἐπρεσβεύετο. Καὶ ἐδόκει κἀκείνῳ ἡ βασιλέως παραίνεσις λυσιτελεῖν, καὶ συνετίθετο πρὸς τὴν πρᾶξιν· συμβάν δέ τι καὶ νεοῦτον, ἐπέῤῥωσε μᾶλλον πρὸς τὸ ἔργον. Ἑορτῆς γάρ τινος δημοσίας ἀγομένης ἐν Τριν6δῳ τοῖς αὐ-

A potentiam evenire, quam quod ipsimet nollint avaritia, et appetitione rerum alienarum desistentes, pro virili juvare mutuum, et coercere barbaros, quod facile possent, si conspirarent. Etenim si Crales ereptas urbes restituere, et ut juraverat, conservare justitiam voluisset, non sibi societatem barbarorum requirendam fuisse, quos pessime oderit : necessario autem iis uti, quo et præsentia tueatur, et abrepta, si possit, recuperet. Adversus Cralem igitur se facturum, quod in primis commodaturum videatur : ipsi autem se hoc dare consilii, uti ad barbaros in Thraciam nullo metu, ac pro libidine trajicientes prohibendos, secum vires conjungat. Hoc fieri posse, si pecuniæ ad apparatum triremium constitutæ pendantur : **796** sibi
B navales copias non deesse: deesse autem pretium, unde alimenta provideantur; quod si ille pro facultate eroget, triremes in Hellespontum deducturum, quæ oras præternavigando, barbaros trajicere, ac nocere continenti non sinant. Et hoc modo eorum vexationes licere effugere. Quodsi Crales præstare se ambobus, qualem decet, noluerit (constare enim sibi, eum quoque læsum ab illo graviter), si præsens cum copia ad officium cogere nequiverit, tunc et barbarorum ope usuros, trajecta eorum auctoritate tanta multitudine, quantam ducere quocunque voluerint : et ita in hostes paucos intrepide facto impetu, eis vitam
adempturos. Hæc fuit legationis sententia. Regi
C cohortatio imperatoris visa est conducibilis, reique gerendæ societatem pactus est. Evenit autem quiddam, quod ei ad hoc operis animos addidit. Cum enim Trinobi, ubi sedes illi, publica lætitia dies festus ageretur, plurimique mortales aliunde concurrissent, dum per eos transit, legatis imperatoris prosequentibus, omnes, sua quique lingua acclamarunt, Cantacuzeno gratificandum per omnia, et omnimodis pacem cum eo conficiendam : ne si is ad bellum irritetur, ipsi barbarorum gladiis intereant, et orabant voti compotes fieri. Alexandro autem legatos interrogante, ecquid audita intelligerent, cum negassent, Græce illis interpretatus est, populique petitionem pro augurio maximo habuit, bene ipsis rem processuram : quod etiam
D a nemine interrogatus, quæ sibi expedirent, suasisset, statimque et ipse petitis suffragatus, legatos dimisit. Imperator, cognoscens Alexandrum hortationi suæ benignas aures commodasse, et velle pecuniam ad apparatum conferre, mirabiliter gavisus est, ratus se posse barbaros reprimere, no Romanos, Et Mœsos incursando vastarent, et accingi ad expeditionem navalem barbaris prohibendis constituit, navaleque in Heptascalo pluribus annis luto ibidem exaggerato, ut onerariam cum onere haud commode posset excipere, illo anno expurgavit : potuitque magnum, et civitati utilissimum opus multo labore, multoque ære feliciter conficere. Cæterum Mœsi promissa venti rapuerunt; non diu enim post per legatos de pecunia collatitia

Digitized by Google

retractavit. Cralem quippe re audita non leviter reprehendisse, **797** quod tributa Romanis ultro promisisset, et quæ armis obtinere Cantacuzenus nequiret, hæc sibi dolo persuaderi sustinuisset. Quare se promissa tantum dedecus sibi, ac generi suo inurentia, persolvere non posse. Hac de causa non parum indignatus imperator, docere aggressus est suam quam Cralis admonitionem illi fructuosiorem fore; qui, ut homo invidus et insidiosus, semper ea disturbare nitatur, quæ ipsi Alexandro ejusque populo valde conductura sint. Non enim Alexandrum tributa pendere, ut ille fraudulentus comminiscatur, sed in rebus imperio necessariis collocare pecuniam, nisi quæ suis ipsemet militibus stipendia solvit, tributa nominet. Verum nihil horum ad Alexandrum inducendum satis valebat. Imperator imminentem a Barbaris cladem ei prædicens, et testificans, tunc propter istam amentiam pœnitudine tactum iri, quando pœnitere nihil proderit, hortatione destitit. Quæ omnia postmodum ita acciderunt.

A τοῦ βασιλείοις, καὶ ὄχλου πλείστου συνερρυηκότος, ἐπεὶ παρῆει δι' ἐκείνων καὶ τῶν βασιλέως ἐπομένων πρέσβεων, τῇ σφετέρᾳ διαλέκτῳ πάντες ἐπεβόων, ὡς δεῖ Καντακουζηνῷ τῷ βασιλεῖ πάντα ποιεῖν τὰ κατὰ γνώμην, καὶ τὴν εἰρήνην ἐκ παντὸς τρόπου τὴν πρὸς αὐτὸν αἱρεῖσθαι, ἵνα μὴ ἐκπολεμωθέντες, ἀπόλωνται αὐτοὶ διαφθαρέντες ὑπὸ τῶν βαρβάρων, καὶ ἐδέοντο πείθεσθαι αὐτοῖς. Ἀλεξάνδρου δὲ τῶν πρέσβεων πυνθανομένου, εἰ τῶν εἰρημένων ἐπαίουσιν, ἐπεὶ ἀγνοεῖν ἐκεῖνοι ἔφασαν, ἡρμήνευεν αὐτὸς ἑλληνιστί, καὶ τεκμήριον ἐποιεῖτο μέγιστον τοῦ ὄχλου τὴν ἀξίωσιν, τοῦ σφίσι μάλιστα λυσιτελεῖν τὴν πρᾶξιν, ὅτι καὶ μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἐρωτώμενοι, τὰ σφίσι συμβουλεύουσι συνοίσοντα. Αὐτίκα τε ἐπιψηφισάμενος, καὶ αὐτὸς ἐξέπεμπε τοὺς πρέσβεις. Βασιλεὺς δὲ πυθόμενος ὡς προθύμως δέξαιτο Ἀλέξανδρος τὴν παραίνεσιν, καὶ βούλοιτο παρέχεσθαι χρήματα πρὸς τὴν παρασκευήν, ὑπερήσθη τε, δυνήσεσθαι νομίσας ἀπείργειν τοὺς βαρβάρους, τοῦ μὴ Ῥωμαίους καὶ Μυσοὺς ἐπιόντας διαφθείρειν, καὶ ὥρμητο παρασκευάζεσθαι ἤδη πρὸς τὸ ναυτικὸν

B

συστήσασθαι ἐπὶ κωλύσει τῶν βαρβάρων. Τό τε νεώριον τὸ πρὸς τῷ Ἑπτασκάλῳ ἐν ἐκείνῳ τῷ ἔτει ἐξεκάθηρεν, ὑπὸ πολλῶν ἐτῶν ἰλύος ἐπιγενομένης προσχωσθὲν, καὶ μὴ δυνάμενον εὐπετῶς εἰσδέχεσθαι ὁλκάδα φόρτον ἄγουσαν· μέγα ἔργον καὶ πλεῖστα λυσιτελοῦν τῇ πόλει, καὶ πολλῷ πόνῳ, καὶ ἀναλώμασι κατορθῶσαι δυνηθείς. Ἔλεγον δὲ εἰς οὐδὲν αἱ τοῦ Μυσοῦ ἐπαγγελίαι. Ὕστερον γὰρ ὀλίγῳ πρὸς βασιλέα πρεσβείαν πέμψας, ἀπηγόρευε τὴν εἰσφοράν. Κράλην γὰρ ἔφασκε πυθόμενον, οὐ μετρίως αὐτοῦ κατηγορεῖν, ὅτι φόρους Ῥωμαίοις παρέχειν ὑποσταίη ἑκοντὶ, καὶ ἃ μὴ τοῖς ὅπλοις δύνηται βιάζεσθαι βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς, ταῦτα πείσειε παραγαγών. Δι' ἃ μηδ' αὐτὸν τὰ ὑπεσχημένα δύνασθαι ποιεῖν, τοσαύτην αἰσχύνην προστριβόμενα αὐτῷ καὶ γένει. Ἐφ' οἷς οὐ μετρίως ἀγανακτῶν ὁ βασιλεὺς, ἐπεχείρει πείθειν, ὡς μᾶλλον αὐτῷ λυσιτελοίη, ἡ αὐτοῦ παραίνεσις, ἢ Κράλη. Φρονοῦντα γὰρ ἐκεῖνον, καὶ ἐπιβουλεύοντα ἀεὶ, ταῦτα πειρᾶσθαι διαλύειν, ἃ πολλὴν αὐτῷ καὶ τοῖς ὑπηκόοις οἴσει τὴν ὠφέλειαν. Οὐ γὰρ παρέχειν φόρους ὥσπερ ἐκεῖνος ἀπατᾷ, ἀλλ' ἀναλίσκειν εἰς δέον ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς· πλὴν εἰ μὴ καὶ τὰ τοῖς σφετέροις στρατιώταις παρεχόμενα, φόρους ὀνομάσει. Ἀλλ' ἦν οὐδὲν ἀξιόχρεων τῶν λεγομένων εἰς πειθώ. Βασιλεὺς δὲ τὴν ἐσομένην αὐτῷ φθορὰν ὑπὸ τῶν βαρβάρων προειπὼν, καὶ διαμαρτυράμενος, ὡς τότε τῆς νυνὶ μεταμελήσει ἀβουλίας, ὅτε μηδὲν ἀπόνασθαι ἐξέσται τῆς μεταμελείας, ἐπέπαυτο πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν καὶ αὐτός. Ἃ εἰς ὕστερον ἅπαντα ἐξέβαινε.

CAPUT XXIII.

Propter Barlaami et Acindyni hæresin synodus ab imperatore conceditur, et ejus in ea re diligentia. Cur Acindynus se occultarit. Dissidium eo mortuo ejus sectatores excipiunt. Quatriduum in disceptationibus ponitur. Ephesi et Gani episcopi exauctorantur. Barlaamus et Acindynus post mortem excommunicantur. De tomis conscriptis. Barlaamitis et Acindynianis silentium indicitur, et in custodia habentur.

Posthæc imperator confusionem horribilem et turbas in Ecclesia excitatas intuens, atque a communione reliquorum discessisse Barlaami et Acindyni sectatores, multosque ab iis seductos, et illos Ecclesiam perversorum dogmatum accusare, et judicium postulare, tumultuantes quotidie, rogantesque ad rationem reddendam se vocari, Callisto patriarcha, et aliis episcopis, monachorumque primariis, quod seditiosis ac distractoribus illis contraria sentirent, similiter orantibus synodum congregari et dogmata examinari, æquum existimans, non hæc vilipendere, sed quantum posset, Ecclesiæ paci consulere, synodum agi permisit: et cum alios episcopos, tum Gregorium Palamam Thessalonicensem litteris accersivit. Quanquam statim ab initio, postquam fluctus belli

septuaginta navibus (28) Calchedone e regione Byzantii et ante, et tum quoque se contra instruebat: cum adventantibus tamen confligere non audebat. Sed cum eos ad Byzantium navale videret properare, ordines servabat, sperans ventis erumpentibus improvisum aliquid hostes passuros, mutuaque navium collisione interiturus, quod ferme accidit. Austro enim die illo furente, multo nixu, laboreque cursum ex insula Principis (29) ad vesperam tandem compleverunt. Ut navali appropinquarunt, venti vehementia repulsi, propemodum in brevia inciderunt (30) quæ ante muros sparsim sunt, et inde fluctus insanos defendunt. **829** Constantinus Tarchaniota, imperatoriarum triremium dux, tum maxime qui esset se demonstrans, nempe vir bonus, fidentia, ac spiritu excelso plenus, e statione erumpit, et cum suis triremibus directo in hostes, contraque prætoriam navim currit. Secundum quem Catalanorum dux: tertius animo jam confirmato Nicolaus ibat. At vero Genuenses vento validius incumbente, et prementibus hostibus conflictum declinarunt, et iis persequentibus, Galatam ut reverterentur anniti cœperunt. Sed quoniam illic vadosum est pelagus, et fugere amplius non dabatur, Brachophago, ut vocant (ubi complura sub undis saxa latentia), ipsi priores, ut locorum gnari occupato, in ipso aquarum impetu naves jactis anchoris firmantes, non magis navale, quam terrestre prælium habebant. Cum autem Veneti, et Catalani cum Romanis advenirent, Genuenses, ut indigenæ, cæca illa saxa devitabant, periteque certabant, et hostes devincebant, nec minus Veneti. At Catalani, locorum minime omnium periti, et fervore quodam mentis in hostes citatissimo cursu invecti, alii quidem in brevia offendentes, triremes bene armatas diffringebant: alii undarum impetu aversi, non a prora, sed transversis triremibus pugnabant, et præ confusione tumultuantes, non parum lædebantur. Nihilominus imperterriti animi ac fortitudinis exempla edebant admiranda, interfectis plurimis, ac victis pene adversariis omnibus. Tametsi plures eorum non tam hostium armis, quam imperitia loci in brevia incidentes interierunt. Sed quominus Genuenses ad unum perimerentur, nox interveniens prohibuit, qua jam intempesta, invicem dissipati sunt, qui superfuerunt: atque ita quo quemque sors tulit navim applicantes, dispersi usque ad lucem manserunt. Ex eo longe maximam cladem Catalani acceperunt. In brevia

Jacobi Pontani notæ.

(28) Negat tamen Leunclavius olim dictam Chalcedonem, et in eo alios reprehendit, sed Chrysopolim: *Nam Chalcedonis rudera*, inquit, 10 *miliaribus ab angulo sultanini saraii, versus Astacenum sinum, ad promontorium Damalicum, juxta portum Eutropii sita sunt.*

(29) Nominata est a frequenti habitatione filiarum principum, virginitatem solitariam profitentium. Cedrenus ait, Justinum nepotem Justiniani ædificasse solitariam vitam agentium domicilium, nominatum Principis, suburbanum Constantinopoleos. Zonaras scribit Nicephorum, *etc.* Vide cætera apud Petrum Gyllium, *De Bosphoro Thracio*, lib. III, cap. 15.

(30) Græci βράχεα vocant, Latini *brevia*. Sunt autem vadosa quædam in mari spatia. Vide *Miscellan.* Brodæi lib. VI, cap. 24; Virgil. I *Æneid.*:

. . . . . *tres Eurus ab alto*
In brevia et syrtes urget, miserabile visu.

Digitized by Google

enim impacti, dilaceratis triremibus, cum armorum pondere prægravati ad littus enare non possent, alii quidem in profundum hausti : eorum autem qui effugere potuerant, plures a Galatæis per fallaciam capti sunt. Qui suspicione præcipientes id quod evenit, cum luminibus exibant, et æstu maris ejectis tanquam Byzantium præibant. Illi dolum haud subodorati, sequebantur. Ita multitudo Catalanorum nesciens quo duceretur, Galatam venit. **830** Cœlo retecto mare occisorum, naufragorumque cadaveribus opertum apparuit : castra autem utraque (31) non leve illa concertatione detrimentum passa sunt; perierunt enim triremes Genuensium cum ipsis vectoribus octo et viginti : quod in cæteris fuit militum, plus dimidio partim in conflictu cecidit, partim vulneratum est. E Venetorum, Catalanorumque triremibus, sedecim cum classiariis absumptæ sunt, imperatoriarum nulla desiderata est. Ex earum classiariis aliquot pugnantes ceciderunt, non pauci vulnera acceperunt; obtinuerunt tamen cum auxiliariis apertam victoriam. Sic porro finita est pugna cum Genuensibus, ut postridie multitudo Byzantio superveniens, duas eorum triremes, quæ fugere manus eorum non poterant, invaserit, occisisque vectoribus easdem navigiolis quidam, nemine adversante, Byzantium pertraxerint. Qui superfuerunt, et in cæteris Galatam venerunt, Venetis, et sociis recedentibus, ut domum renavigarent, oppidum intrarunt, et naves omnes hostibus reliquerunt. Solus dux intus remansit, quod idem cum militibus gregariis facere, et relictas adhuc spes salutis projicere erubesceret. Præstare namque arbitrabatur, si ita necesse esset, capi, quam ut ipse quoque desertis navibus fuga salutem petere contenderet. Tam illustrem porro, admirabilemque victoriam timiditas, et ignavia Nicolai corrupit. Si enim imperatori suadenti, ut postridie hostes aggrederetur, dicto audiens fuisset, nihil vetuisset, et naves eorum omnes capere, et ipsos obsidione ac fame perdere. Sed tantum non præ metu omittens tropæum erigere, in quemdam portum ad angustias, Therapea ab accolis cognominatas venit. Paganus, Genuatium dux, neminem hostium adventantem cernens, hortatur milites, naves iterum conscendant, nec ita percellantur, ut etiam absentes pertimescant, et turpiter fugiant : sed nunc quidem repetitis navibus ita maneant, ne omnimodis desperasse videantur : si hostem accedentem conspicabuntur, nec se interdicturum, quin mœnibus salutem suam credant. Ilis verbis commoti, ad naves redierunt, quas ante castellum in statione habebant, eo fine, ut si hostes ingruerent, non pugnarent, sed ipsis eas

μάλιστα βαρείας οὔσας. Οἱ δ' ὑπὸ τοῦ ῥεύματος ἐκβιαζόμενοι, οὐ κατὰ πρώραν συνέβαλον τοῖς πολεμίοις, ἀλλ' ἐγκαρσίαις ταῖς τριήρεσι. Καὶ ἐβλάπτοντο οὐκ ὀλίγα ὑπὸ τῆς ἀταξίας θορυβούμενοι τῆς πρὸς τὰς ἐμβολάς· τόλμης μέν τοι καὶ ἀνδρίας ἔργα ἐπεδείξαντο θαυμαστὰ, καὶ πλείστους ἀπέκτειναν τῶν πολεμίων. Σχεδόν τε οὐδένες τὴν αὐτῶν ὁρμὴν ὑπέμειναν οἷς συμμίξειαν, ἀλλ' ἡττῶντο κατακράτος. Διεφθάρησαν δὲ καὶ αὐτῶν οἱ πλείους οὐ μᾶλλον ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἢ τῆς ἀπειρίας τοῖς βράχεσι περιπεσόντες, νύξ τε ἤδη ἐπιγενομένη διέσωσε τοὺς ἐκ Γεννούας τοῦ μὴ παντάπασι διαφθαρῆναι. Διεκρίθησαν γὰρ ἀπ' ἀλλήλων βαθείας ἤδη νυκτὸς ὅσοι μὴ αὐτίκα διεφθάρησαν, καὶ διέμειναν ἄχρις ἡμέρας δ'εσκεδασμένοι, ἢ ἕκαστος ἔτυχεν ὁρμισάμενοι τὴν νύκτα. Ὁ πλεῖστος δὲ φθόρος συμπέπτωκε τοῖς Κατελάνοις ἀπὸ τούτου. Τοῖς βράχεσι γὰρ ἐμπίπτοντες καὶ καταῤῥηγνύντες τὰς τριήρεις, οἱ μὲν ἀπεπνίγοντο ὡπλισμένοι, διανήχεσθαι μὴ δυνάμενοι πρὸς τὴν χέρσον. Τῶν δυνηθέντων δὲ διαφυγεῖν οἱ πλείους ὑπὸ τῶν Γαλατίων συνελήφθησαν ἀπατηθέντες· ὑποπτεύσαντες γὰρ ἐκεῖνοι τὸ συμβὰν, φῶτα ἔχοντες, ἐξῆεσαν ἐπὶ τοὺς ἐκβρασθέντας, καὶ ἠγοῦντο ὡς ἐπὶ Βυζάντιον. Οἱ δ' εἵποντο ἀπειρίᾳ· καὶ πλῆθος ἦλθε Κατελάνων εἰς τὸν Γαλατᾶν, ἀγνοοῦντες ὅποι ἄγονται. Ἅμα δὲ ἡμέρᾳ, θάλασσα μὲν νεκρῶν καὶ ναυαγίων περίπλεως ἐωρᾶτο. Τὰ στρατόπεδα δὲ ἀμφότερα οὐκ ὀλίγην κατὰ τὴν μάχην ἐκείνην ὑπέμεινε τὴν βλάβην· ἀπώλοντο γὰρ Γεννουΐτῶν μὲν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τριήρεις αὐτανδροι. Ἐκ δὲ τῶν ὑπολειφθεισῶν, ὑπὲρ ἡμίσεις ἔπεσον ἐν τῷ πολέμῳ καὶ ἐτραυματίσθησαν. Βενετικῶν δὲ καὶ Κατελάνων, ἐκκαίδεκα μὲν αὐτανδροι ἀπώλοντο· οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ ἐκ τῶν περιλειφθεισῶν ἦσαν τραυματίαι καὶ νεκροί. Τῶν δὲ βασιλικῶν ἀπώλετο οὐδεμία. Ἔπεσον δέ τινες κατὰ τὴν μάχην, καὶ ἐτραυματίσθησαν πολλοί. Εἶχον δὲ ὅμως τὴν νίκην περιφανῶς αἱ βασιλικαὶ μετὰ τῶν συμμαχίδων. Οὕτω δὲ τοὺς ἐκ Γεννούας κατειργάσατο ἡ μάχη, ὡς εἰς τὴν ὑστεραίαν δύο τριήρεις αὐτῶν τὸν ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου ὅλον ἐπελθόντα, διεφθαρκέναι ἐκ χειρὸς, ἀδυνάτως ἔχοντας ἀνάγεσθαι, ἃς καὶ καθείλκυσάν τινες ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἀκατίοις, οὐδενὸς ἀμυνομένου. Ταῖς δὲ λοιπαῖς οἱ περιλειφθέντες εἰς Γαλατῶν ἐλθόντες, ἐπεὶ οἱ ἐκ Βενετίας μετὰ τῶν συμμάχων ἐπὶ τὸν ἀνάπλουν ἀνεχώρησαν πάσας ἐκλιπόντες, ἐπὶ Γαλατᾶν εἰσῆεσαν τοῖς πολεμίοις τὰς ναῦς καταλιπόντες. Μόνος δὲ ὁ στρατηγὸς ὑπελείπετο ἐντὸς, ὥσπερ αἰσχυνόμενος τοῖς πολίταις ταυτὸν παθεῖν, καὶ τὰς ὑπολειπομένας ἔτι τῆς σωτηρίας ἐλπίδας καταπροέσθαι. Βέλτιον ἡγούμενος; εἰ δέοι συλλαμβάνεσθαι ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἢ καὶ αὐτὸν καταλι-

Jacobi Pontani notæ.

(31) Τὰ στρατόπεδα δὲ ἀμφότερα. Nota catachresin, castra pro numero navium. Sic supra cap. 4, ubi Orchanes gener ad socerum visendum venit Scutarium. Sic Virgil. in *Æneid.* :

Postquam cuncta videt cœlo constare sereno,
Dat clarum e puppi signum : nos castra movemus,
Tentamusque viam, et velorum pandimus alas.

Sicut autem hoc loco castra dixit pro classe, ita lib. II classes dixit pro castris :

Classibus hic locus, hic acies certare solebant.

Digitized by Google

πεῖν τὰς ναῦς, καὶ χρήσασθαι φυγῇ πρὸς σωτηρίαν. Τοιαύτην δὲ περιφανῆ καὶ θαυμασίαν νίκην, ἡ ἀνανδρία Νικολάου διέφθειρε καὶ ἀτολμία. Εἰ γὰρ ἐπείθετο βασιλεῖ συμβουλεύοντι τοῖς πολεμίοις ἐπελθεῖν κατὰ τὴν ὑστεραίαν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυε, τάς τε ναῦς τῶν πολεμίων λαβεῖν ἁπάσας, καὶ αὐτοὺς πολιορκίᾳ διαφθείρειν καὶ λιμῷ. Ὑπὸ δειλίας δὲ τὸ τρόπαιον στῆσαι μονονουχὶ καταλιπὼν εἰς τινα λιμένα, ἦλθε κατὰ τὸ στενὸν, θεραπεύειν προσαγορευόμενον ἐγχωρίως. Παγανὴς δὲ ὁ τῶν Γεννουΐτων στρατηγὸς, οὐδένα ἐπιόντα πολέμιον ὁρῶν, παρεκάλει τὴν στρατιὰν ἐμβαίνειν αὖθις εἰς τὰς ναῦς, καὶ μὴ τοσοῦτον καταπεπλῆχθαι τοὺς πολεμίους, ὥστε καὶ ἀπόντας ὁρᾶν καὶ φεύγειν ἀγεννῶς· ἀλλὰ νῦν μὲν ἐμβάντας εἰς τὰς ναῦς καθῆσθαι, ἵνα μὴ πανταπασι δοκοῖεν ἀπηγορευκέναι. Ἂν δ' ἐπιόντας ἴδοιεν τοὺς πολεμίους, οὐδ' αὐτὸν κωλῦσειν σώζεσθαι γενομένους ἐντὸς τειχῶν. Οὕτω μὲν αὖθις ἔπειθε, καὶ εἰσῄγοντο ἐν ταῖς τριήρεσιν, ὠρμίσαντό τε πρὸ τοῦ φρουρίου γνώμην ἔχοντες ὡς ἦν ἐπίοιεν οἱ πολέμιοι, οὐ ναυμαχήσοντες, ἀλλὰ προησόμενοι τοῖς πολεμίοις τὰς τριήρεις. Βασιλεὺς δὲ τὴν ἀτολμίαν καὶ ἀσθένειαν οὐκ ἀγνοῶν τῶν πολεμίων, πέμπων τε παρεκάλει τὸν Νικόλαον ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἥκειν αὖθις, ὡς ἀναιμωτὶ τῆς νίκης ἐσομένης, καὶ αὐτὸς γενόμενος πρὸς τῷ λιμένι ᾧ ὡρμίζετο, πείθειν ἐπεχείρει, τὴν ἀσθένειαν τῶν πολεμίων ἐκδιδάσκων. Ὁ δ' ἀήττητος ἦν πρὸς πᾶσαν ἀγχιν τὴν ἐκ λόγων· ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἐσκόπει, ὅπως μὴ αὖθις συμμίξειε τοῖς πολεμίοις, τῆς ἀτολμίας δὲ καὶ φαυλότητος ὥσπερ προκάλυμμα καὶ τραῦμά τι μικρὸν εἶχεν, ὃ κατὰ τὴν μάχην ἐτραυματίσθη. Βασιλεὺς δὲ ἠνιᾶτο μὲν οὐκ ἀνεκτῶς, καὶ ὠργίζετο τοιαύτης νίκης ἀπολλυμένης ὑπὸ Νικολάου, πεῖθειν δὲ οὐκ εἶχε πολλὰ παρακαλῶν. Οὐχ ἧττον δὲ καὶ ὁ τῶν Κατελάνων ἡγανάκτει ἡγεμὼν συνορῶν οἷα ὑπὸ τοῦ συνάρχοντος τροπαίων ἀποστεροῦνται, ἔφασκέ τε πρὸς βασιλέα ἀνάγκην ἔχειν ἔπεσθαι Νικολάῳ, καὶ μηδὲν ὃ μὴ κἀκείνῳ δοκεῖ ἐξεῖναι πράττειν. Οὕτω γ' εἶναι προστεταγμένον αὐτῷ παρὰ ῥηγὸς τοῦ σφῶν δεσπότου. Εἰ δὲ μὴ ταύτην εἶχε τὴν ἀνάγκην, οὐκ ἂν ἐδεήθη Νικολάου πρὸς τὴν κατὰ τῶν πολεμίων ἔφοδον· ἀλλ' ἅμα ταῖς βασιλέως μόναις ἂν ἐπεχείρησε καὶ κατώρθωσε τὸ ἔργον, τῇ τε τῶν σφετέρων εὐτολμίᾳ πεποιθὼς, καὶ ἀρετῇ, καὶ τῇ Ῥωμαίων· εὐτολμότατοι γὰρ ἐφάνησαν αὐτῷ καὶ ἐμπειρότατοι κατὰ τὴν μάχην. Αἰσθόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς, καὶ αὐτὸν ὠρμημένον πρὸς τὴν μάχην, μᾶλλόν τε ἐπέῤῥωσε λόγοις παρακλητικοῖς, καὶ Νικόλαον αὖθις ἐπεχείρει πείθειν, καὶ τοῦ Κατελάνων ἄρχοντος τὴν γνώμην ἐπαινοῦντος, καὶ δεομένου πείθεσθαι τῷ βασιλεῖ τὰ βελτίω συμβουλεύοντι. Ὁ δὲ πᾶσι λόγοις μᾶλλον, ἢ τοῖς περὶ μάχης ὑπεῖχεν ἀκοάς· ἀλλ' ἀπηγόρευε φανερῶς, καὶ διῆγεν οὕτως ἀπρακτῶν ὀλίγω πλείους ἡμερῶν τριάκοντα. Κατελάνοι δὲ εὐθὺς μετὰ τὴν μάχην, τούς τε τραυματίας, ὅσοι ἦσαν, καὶ τοὺς νενεκρωκότας, παμπόλλους ὄντας, ἤγαγον εἰς Βυζάντιον.

A fugiendo relinquerent. Imperator eorum ignaviam, et imbecillitatem non ignorans, ad Nicolaum mittit, hortatur hostes rursum invadat, victoriam incruentam fore. **831** Quin ipsemet ad portum, quem ille tenebat, profectus, fractas, et debilitatas hostium vires demonstrans, eo illum perducere nitebatur. Sed nulla erat tam evidens ac necessaria probatio, quæ hominem convinceret: cujus cogitatio in hoc solum consumebatur, quomodo conflictum effugeret, imbellis et alieni animi sui velut quoddam mantellum habentis vulnusculum, quod in certamine acceperat. Imperator intolerabili dolore et iracundia exardescere, tam præclaram victoriam per Nicolaum amitti, quem precibus, quamvis multis, expugnare non potuisset. Nec minor erat ducis Ca-
B talanorum indignatio, quod talibus tropæis a collega privaretur: dicebatque imperatori, cogi se Nicolaum sequi, nec posse quidquam facere illo non probante. Sic enim sibi a rege suo imperatum. Quæ necessitas nisi intercessisset, Nicolao ad hostes aggrediundos opus non fuisse, voluisse se una cum imperatoriis tantum triremibus in eos incurrere, et secundo marte rem gerere, suorum virilitate, et Romanorum virtute confisum, quos animosissimos, belloque exercitatissimos judicabat. Sentiens igitur imperator pugnæ avidum, currenti calcar addit, et Nicolaum denuo flectere attentat. Cumque etiam Catalanorum ductor imperatoris sententiam laudaret, rogaretque ut bene suadenti obsecundaret,
C ille cuivis sermoni potius, quam de pugna aures adhibebat, palamque detrectans, sic otiosus paulo plus triginta dies transigebat. Catalani finito prælio, vulneratos, quotquot erant, et ægros plurimos statim Byzantium deduxerunt, quos Byzantii mira humanitate exceperunt, et fame, ac frigore pene mortuos, singulari benignitate curaverunt, suppeditatis necessariis indumentis et auxiliis ad sanitatem omnibus, qui non jam confecti ac perditi ibidem exstinguebantur. Nicolai vero tantam inhumanitatem, crudelitatemque detestabantur, quod exercitum robore florentem, pugna tritissimum, et a suis strenuitate plurimum differentem cum absumpsisset, velut voluntaria eum negligentia enervasset, ac perdidisset. Per æstatem enim e sua
D regione profecti, opinatique brevi tempore aut cæsuros hostem, si in eum inciderent, aut ab eo cæsum iri (tali quippe spiritu militatum ibant), neque vestes crassas ad frigus hiberna expeditione defendendum, neque commeatum sufficientem sibi providerant, sed tenuius ab utroque instructi, mare conscenderant. **832** Nicolaum autem tempus male ferentem, insulasque circumnavigantem, et præ ignavia pugnam devitantem, cum impensius orantes, obtinere ab eo nequirent, ut ipsos in hostem, validos adhuc et vigentes, duceret (qui pe spem longe superaturos) et alimenta jam deesse inciperent, ille necessitate constrictus, metuensque ne præ egestate interirent prorsus, jussit cuique, et militi, et remigi dimidium alimentum præberi,

Digitized by Google

per diem non plus quam mazam scilicet (32). Victu adeo parco subministrato, ut eo vitam vix retinerent, asperæ insuper tempestates eos nudos, et esuritione emaciatos omnino fregerunt, ac deartuarunt. Horum nihil curæ erat Nicolao, sed ad emporia amica navibus accedens, suis quantum poterat prospiciebat : sociis autem, quantum dici non potest, melioribus, ne hilum quidem, tam se erga amicos improbe gerebat. Quem jure accusantes Byzantii plane alios se Catalanis, tam gravem eorum ærumnam miserati, exhibebant. Non enim duntaxat omnino nudi erant, sed et luce hominum simulacra carentum (33), ut cum poeta loquar, paulum adhuc spirantes et se moventes, unde vivere etiamnum credebantur. Multi porro se nec movere poterant, membris algoris sævitia præmortuis. Tam sollicite autem, tam diligenter ægrotantibus inserviebant, quam vel propinquissimis. Atque hoc insigne et humanitatis plenum opus non modo potentiores cives, et sacra monasteria, et domus hospitales exercebant, sed plebeii quoque plurimi, et opifices : imo vero omnes contendebant, ut alter alterum miseris sedulitate ministrandi vinceret. Cum eos convenienti cura hunc in modum refocillassent, atque incolumitati restituissent, ad triremes eorum jam solventes, mitis laudibus Romanos extollentes, et de curatione amplissime gratias agentes remittebant. Sed quibus naves perierant, et Byzantii necessario relinquebantur, circiter duo millia, eos imperator per continentem in sedes suas remittendos putavit. Remanserunt tamen sponte plus trecentis, quorum mercenaria opera in expeditione postea usus est imperator : et sane bellatores sese fortes demonstrarunt. Verum hæc postea contigerunt.

A Καὶ φιλοφρόνως ἄγαν οἱ Βυζάντιοι ἐδέξαντο, καὶ ἐθεράπευσαν μάλα φιλανθρώπως, ὑπὸ λιμοῦ καὶ κρύους μάλιστα κακῶς διακειμένους. Καὶ τά τε ἀναγκαῖα τῶν ἐνδυμάτων ἐχορήγουν, καὶ πρὸς τὴν νόσον ἦρκεσαν ἑκάστῳ ὅσοι μὴ ἀπέθνησκον κατεργαοθέντες. Πολλὴν τε κατεγίνωσκον ὠμότητα, καὶ ἀφιλανθρωπίαν Νικολάου, ὅτι στρατιὰν ἀκμάζουσαν, καὶ πρὸς μάχας κάλλιστα ἐξησκημένην, καὶ πλεῖστα διαφέρουσαν ὧν αὐτὸς ἦγε πρὸς ἀνδραγαθίας λόγον παραλαβὼν, ὥσπερ ἐξεπίτηδες διέφθειρε καταμελήσας. Θέρους γὰρ ὥρᾳ τῆς πατρίδος ἐξορμηθέντες, καὶ νομίσαντες ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἢ διαφθερεῖν τοὺς πολεμίους προστυχόντες, ἢ αὐτοὶ διαρθαρήσεσθαι, τοιαύτῃ γὰρ ἐξεστράτευσαν ὁρμῇ, οὔθ' ἱματίων πρόνοιαν

B πρὸς τὴν χειμῶνι στρατείαν ἀρκεσόντων ἐποιήσαντο, οὔτε τῶν λοιπῶν ἐπιτηδείων · ἀλλὰ μέτρι' ἄττα ἔχοντες, ἐξῆσαν ἐν ταῖς ναυσί. Νικολάου δὲ τὸν χρόνον τρίβοντος κακῶς, καὶ νήσους περιπλέοντος, καὶ φυγομαχοῦντος ὑπ' ἀνανδρίας, ἐπεὶ πεῖθειν οὐκ εἶχον πολλὰ δεόμενοι ἐπάγειν σφᾶς τοῖς πολεμίοις ἕως ἐρρώσθη ἡ στρατιὰ, ὡς πολλῷ τῶν ἐλπίδων βελτίους ἐσομένους, τά τε ἐπιτήδεια ἐπιλείπειν ἤδη ἤρχετο, ἀνάγκῃ περισχεθεὶς ὁ στρατηγὸς, καὶ δείσας μὴ παντάπασιν ἀπόλωνται ὑπὸ ἐνδείας, ἐκέλευε τὴν ἡμίσειαν τροφὴν ἑκάστῳ καὶ ὁπλίτῃ παρέχειν τῆς ἡμέρας, οὐδὲν πλέον ἢ μάζης οὖσης. Γλίσχρως δὲ αὐτοῖς χορηγουμένης τῆς τροφῆς ὡς μόλις ἀποζῇν, καὶ χειμῶνες ἐπιγενόμενοι ἐξαίσιοι, διέφθειραν παντάπασι γυμνοῖς καὶ πεινῶσιν ἐπιθέ-

C μενοι. Νικολάου δὲ οὐδενὸς ἐμέλησε τῶν τοιούτων, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐμπορίοις τοῖς σφίσι φιλίοις προσίσχων ταῖς ναυσὶ, τῶν μὲν ἰδίων ἐποιεῖτο πρόνοιαν ὅση δυνατή · τῶν δὲ συμμάχων, οὐδ' ὅσον εἰπεῖν, ὄντων βελτιόνων, κατημέλει · Τοιαύτην ἐνεδείξατο ἀγνωμοσύνην πρὸς τοὺς φίλους. Ὃν δικαίως πολλὰ καταμεμφόμενοι Βυζάντιοι τοὐναντίον ἅπαν ἐπεδείκνυντο πρὸς Κατελάνους, τῆς τοσαύτης οἰκτείροντες κακοπραγίας. Οὐ μόνον γὰρ ἦσαν παντάπασι γυμνοὶ, ἀλλὰ καὶ νεκρῶν εἴδωλα καμόντων ποιητικῶς εἰπεῖν, ὀλίγον ἐμπνέοντες ἔτι, καὶ ζῇν πεπιστευμένοι τῷ κινεῖσθαι. Οἱ πλείους δὲ οὐδὲ κινεῖσθαι ἦσαν δυνατοὶ, ὑπὸ τοῦ ψύχους τῶν μελῶν ἠκρωτηριασμένων, καὶ τοσαύτης ἠξίωσαν ἐπιμελείας, ὅσης ἄν τινας καὶ τῶν οἰκειοτάτων. Οὐ μόνον οἱ δυνατοὶ τῶν πολιτῶν καὶ φροντιστήρια ἱερὰ, καὶ οἱ πρὸς κοινὴν ὑποδοχὴν τῶν ξένων κατεσκευασμένοι οἶκοι τὸ θαυμαστὸν τοῦτο παρὰ Ῥωμαίοις ἔργον, καὶ πολλῆς φιλανθρωπίας γέμον, ἀλλὰ καὶ τῶν τοῦ δήμου πλεῖστοι, καὶ τῶν ἐργαστηρίοις καὶ τέχναις προσεχόντων, μᾶλλον δὲ σύμπαντες ἐφιλονείκουν, ἄλλος ἄλλον ὑπερβαλέσθαι τῇ περὶ τοὺς δυσπραγοῦντας φιλοτιμίᾳ, καὶ οὕτω καλῶς ἀνακτησάμενοι, καὶ προνοίας τῆς δεούσης ἀξιώσαντες, ἐξέπεμπον ἐπὶ τὰς σφῶν τριήρεις πρὸς τὴν οἰκίαν ἀπαιρούσας ἤδη, πολὰ Ῥωμαίους εὐφημοῦντας, καὶ τῆς περὶ σφᾶς προνοίας μεγάλας χάριτας ὁμολογοῦντας. Ὅσοις δὲ ἀπώλοντο αἱ νῆες, ἐν Βυζαντίῳ κατελείποντο ἀνάγκῃ περὶ δισχιλίους ὄντες. Ὧν τοὺς πολλοὺς δεηθέντας ὕστερον πολλῆς προνοίας ἀξιώσας ἐξέπεμψεν ὁ βασιλεὺς, πρὸς τὴν οἰκίαν διὰ τῆς ἠπείρου. Κατελείποντο δὲ ἐκόντι ὑπὲρ τριακοσίους, οἷς ἐχρῆτο πρὸς στρατείας ὁ βασιλεὺς μισθοφοροῦσι. καὶ πολλὴν ἀνδραγαθίαν ἐπεδείκνυντο κατὰ τὰς μάχας. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον.

Jacobi Pontani notæ.

(32) Vilior fuit μᾶζα, quam ἄρτος, cum hic ex tritico, illa ex hordeo pleruмque conficeretur. Multis eam describit in *Thesauro* suo Stephanus. Xenophon, I *Pædiæ Cyri* : Εἰ δέ τις αὐτοὺς οἴεται ἢ ἐσθίειν ἀηδῶς, ὅταν κάρδαμον μόνον ἔχωσιν ἐπὶ τῷ σίτῳ, ἢ πίνειν ἀηδῶς, ὅταν ὕδωρ πίνωσιν · ἀναμνησθήτω, πῶς μὲν ἡδὺ μᾶζα, καὶ ἄρτος πεινῶντι φαγεῖν, πῶς δὲ ἡδὺ ὕδωρ διψῶντι πιεῖν · *Si quis autem est, qui putet eos injucunda edere, vel bibere, cum ad panem nihil adhibeant, præter nasturtium, et aquam potent, recordetur is, quam suavis sit esurienti placenta ac panis, et quam dulcis sitienti aqua.*

(33) Ex Homero *Odyss.* λ, Βροτῶν εἴδωλα καμόντων, ad cujus νεκυίαν alludit, de qua M. Tullius lib. I *Tusculan.*

Digitized by Google

833 CAPUT XXXI.

Genuenses ultro hostes lacessere statuunt. Orchanes cur Venetis infensus; Genuensibus mittit auxilia. Imbellis animus Nicolai, cui irascitur maxime Catalanorum dux, ac præ dolore correptus morbo decedit, cui Monean subrogatur. Nicolaum imperator ad pugnam frustra sollicitat; et tandem ut mentis experiem missum facit; cum Genuensibus fœdus jungit.

Τότε δὲ ἐπεὶ οἱ ἐκ Γενούας οὐδένα πολεμίων ἐν A ἡμέραις πλείοσιν ἑώρων ἐπιόντα, ὅπερ ἦν, τὴν πρὸς αὐτοὺς μάχην ὀρρωδεῖν τοὺς πολεμίους ὑποπτεύσαντες, ἀνεθάρσησάν τε, καὶ δεῖν ἔγνωσαν αὐτοὶ ἐκείνοις ἐπιέναι, ὡς μᾶλλον καταπλήξοντες. Καὶ αὐτοί τε παρεσκευάζοντο ὅσα ἔδει πρὸς τὴν μάχην, καὶ πρὸς Ὀρχάνην πρεσβείαν πέμψαντες, ἐδέοντο σφίσι συμμαχεῖν, χρήματά τε οὐκ ὀλίγα παρεχόμενοι, καὶ τὴν χάριν ἐσαεὶ ἀνάγραπτον τῷ Γενούας δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ ἔσεσθαι ἐπαγγελλόμενοι. Ὁ δ' ἐπείθετο προθύμως, οὐ μόνον τῶν χρημάτων ἕνεκα, ἀλλ' ὅτι καὶ τοὺς ἐκ Βενετίας ἐν αἰτίαις εἶχεν, ὅτι πρὸς τοὺς ὅρους τῆς ἐκείνου ἡγεμονίας ἀφιγμένοι στόλῳ τοσούτῳ, οὐ μόνον σύμμαχον καὶ φίλον ἔχειν, ἀλλ' οὐδὲ προσρήσεως γοῦν τινος ἠξίωσαν ψιλῆς. Καὶ πέμψας στρατιὰν πολλὴν πεζήν τε καὶ ἱππικὴν πρὸς τὴν ἀντιπέρας Βυζαντίου ἤπειρον, ἐκεῖθέν τε ἐκέλευε τοὺς ἐκ Γενούας ὠφελεῖν, ὅ τι ἂν δύναιντο, καὶ πρὸς Γαλατᾶν περαιουμένους. Καὶ ὠφέλησε τὰ μέγιστα κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ τὸ Περσικὸν αὐτούς. Ὡς γὰρ ἤδη παρεσκευασμένοι ἦσαν, καὶ οὐδὲν ἐνέδει ἔτι, καὶ ὁλκάδας δύο μεγάλας ἐπαγόμενοι, ἐφ' αἷς ἦσαν ξύλινοι πύργοι κατεσκευασμένοι οἷς ἐπέστησαν πολλοὺς ὁπλίτας, πρὸς τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον ἐπεραιώθησαν ταῖς ναυσὶν ἁπάσαις ὅσαις εἶχον. Παρεπομένων δὲ ἐκ τῆς ἠπείρου καὶ τῶν Περσῶν, καταντικρὺ τῶν πολεμίων ὡρμίσαντο ἐλθόντες. Καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτίκα πολλὴν ἄγων στρατιὰν πεζήν τε καὶ ἱππικὴν ἐκ Βυζαντίου, συστρατευομένου καὶ Παλαιολόγου τοῦ νέου βασιλέως, ἄρτι γὰρ ἀφῖκτο ἐκ C Θεσσαλονίκης ὥσπερ ὕστερον εἰρήσεται ὀλίγῳ, πρός τε τὰς σφετέρας καὶ τὰς συμμαχίδας ἀφίκοντο τριήρεις, καὶ παρώρμων τὸν Νικόλαον ἐπὶ τὴν μάχην. Ὁ δὲ τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πεισθήσεσθαί ποτε, ὥσθ' ὑπ' ἄκρας ἀθλιότητος, μηχανὰς διενοεῖτο πετροβόλους ἀχθησομένας ἐκ Βυζαντίου καθιστᾶν ἐπὶ τῆς χέρσου, ὡς ἀμυνουμένας ἀπὸ γῆς, ἂν οἱ πολέμιοι ἐπίωσιν. Ἄ εἰ καί τινα ὠφέλειαν συνοίσειν ἐνομίζετο, οὐκ ὀλίγου ἂν ἐδεήθη χρόνου πρὸς κατασκευήν, τῶν πολεμίων μάλιστα ἐφεστηκότων, καὶ πολλάκις τῆς αὐτῆς ἡμέρας δυναμένων ἐπιέναι. Οὕτως οὔτε ἔπραττεν, οὔτε διενοεῖτό τι τῶν ἐμφρονι στρατηγῷ καὶ τὰ δέοντα συνεῖναι δυναμένῳ προσηκόντων ὑπὸ τῆς προσούσης ἐμπληξίας καὶ δειλίας. Πούνσων δὲ Ντεσάντα παῖς, οὕτω γὰρ ὁ τῶν Κατελάνων ἄρχων D ἐκαλεῖτο, διερρήγνυτο ὑπὸ θυμοῦ, καὶ διασπᾶν, εἰ οἷόν τε ἦν τὸν συνάρχοντα Νικόλαον διενοεῖτο, τὴν ὕβριν τῶν πολεμίων, καὶ τὴν καταφρόνησιν ἐννοῶν, ἣν πάσχουσι διὰ τὴν φυλότητα τοῦ στρατηγοῦ, τοσοῦτον ἐν ἅπασι τῶν πολεμίων ὑπερέχοντες· πολλήν τε τοῦ σφετέρου ῥηγὸς κατεγίνωσκεν ἀπραγμοσύ-

Tum vero postquam Genuenses diebus pluribus nullum accedere hostem viderunt, conjectantes rem ipsam, se timeri videlicet, sumpserunt animos, et in illos, quo amplius terrerentur, eundum decreverunt. Cumque ipsi pugnæ necessaria pararent, missis etiam ad Orchanem legatis, ejus auxilium implorabant, immanem pecuniam largientes, ac promittentes, beneficium id, populi, et senatus Genuensium pectoribus perpetuo inscriptum fore. Orchanes lætus annuit, non solum pecunia illectus, sed quod Venetis quoque erat offensus: quia nimirum ad fines principatus sui cum tanta classe venientes, non modo amicum, et socium ipsum habere, sed nec affatu saltem dignati fuissent, missisque in continentem e regione Byzantii magna pedi- B tum equitumque vi, mandavit, ut Genuenses adjuvarent, quantum possent, et Galatam trajicerent. Conduxit illis eo tempore vehementer Persicum auxilium. Cum enim jam parati plane essent, et onerarias duas magnas cum turribus ligneis, in quibus stabant, deducerent, ingentem insuper armatorum multitudinem in adversam continentem, navibus omnibus quotquot habebant, trajecerunt, Persisque eodem per terram sequentibus, ex adverso hostium applicuerunt. Imperator statim numerosas copias pedestres et equestres Byzantio adducens, comite Palæologo juniore imperatore (recens enim Thessalonica redierat, ut paulo post dicetur), ad suas et socias triremes adventare, et Nicolaum ad pugnam extimulare. Qui usque eo non movebatur, C ut homo miserrimus de machinis lapidum jaculatricibus Byzantio adducendis, et in terra constituendis cogitaret, ut inde hostes instantes repelleret. Quæ etsi aliquid profuturæ videbantur, non pauco tamen tempore ut fabricarentur, indiguissent, cum hostes jam adessent, eodemque die possent sæpius invadere. Sic erat, ac præ metu, et vecordia nihil quod ducem cordatum, et quid res posceret, intelligentem deceret, versabat animo. **834** Punson vero Nisantæ filius (sic enim Catalanorum dux appellabatur) præ ira Nicolaum collegam vel dilaniare cupiebat, si posset, insolentiam hostium contemptumque considerans, quem ob ducis ignaviam pertulissent, cum tantum D rebus omnibus eis antecellerent: magnæque regem suum imprudentiæ notabat, quod ipsum et exercitum tali mancipio, quique a vilissimis et ignavissimis nihil differret, subjecisset. Cum autem febrim haberet, principium morbi fœda Nicolai facta, e quibus mala semper augescerent (34), exstitisse et se inde moriturum affirmabat, ut paulo post

Jacobi Pontani notæ.

(34) **Deesse videtur aliquid ad sententiam, quod respondeat illi particulæ τε· τὴν ἀρχὴν τε ἔφασκεν** ὑπὸ τῶν ἀτόπων ἔργων ἀεὶ προστιθεμένων τῶν δεινῶν. Sequi debuit, καὶ, *et*, cum ea particula, *qui-*

Digitized by Google

contigit. Sive enim acerbitate animi, et ira adversus collegam, sive alia ratione adjuvante, morbo confectus interiit : vir domi suæ nobilis, et prudentia arteque imperatoria nullo inferior, quique in prælio præclare stetit. In ejus locum dux electus est Monean de Scoltis, Catalanus, non ille quidem clarus, neque nobilis, sed intelligentia et usu aliis præstans, et bellicosissimus. Nicolaus e statione solvens, retro relictis hostibus, cum omnibus triremibus, Byzantium venit. Illi metuentes ne Galatam invaderet (in qua parati tum propugnatores visebantur, quod omnes in navibus essent) cum sunt insecuti. Quem imperator rursum rogavit, uti cum eis appellentibus confligeret, quoniam indubitatam cernebat victoriam, nec permovit, omnia scilicet potius quam pugnam cogitantem. Imperator perplexus, ac nescius quo se verteret, Monean Catalanorum ducem hortatur, cum imperatoriis triremibus in hostes procedat. Putabat enim præ pudore Nicolaum ei non defuturum, illumque apud regem honestam defensionem habiturum, si a Nicolao inobedientiæ postuletur, mortuum esse videlicet illum, cui ipse mandaverit Nicolao per omnia subesse. Monean confirmare, sibi et suis prælium in optatissimis esse, et timiditatem nimiam Nicolai vituperare, qui præsentem victoriam ex humilitate animi volens e manibus dimiserit. Non posse tamen nec se contra placitum Nicolai facere. Eodem enim modo pendere ab illo, quo antegressus dux pependerit. Prorsus autem stultum videri, si victores, et victi æque inobedientiæ pœnas suo principi se daturos suspicantes, nihilominus dimicationem subeant, utrinque tam manifesto periculo. **835** Sive enim vincant, ultima supplicia cum dedecore passuros, quia non obedierint (sic enim esse apud eos in more positum), sive ab hostibus vincantur (ancipites enim sunt exitus prœliorum) [35] mori oportere, quibus bellum pepercerit. Quocirca, nisi permittente Nicolao, se cum hostibus congredi non posse. Imperatore circa pugnam sic maxime occupato, et ob sociorum pertinaciam stomachante (Romani enim soli tantæ hostium classi resistere nequibant), visæ sunt adnare ex Catalanis tres triremes, magnitudine præcipuæ, et reliquo toto apparatu decenter instructæ, in quibus bellicosissimi fortissimique milites. Ratus igitur, hac accessione Nicolaum excitatum, in hostes incursurum, lætabatur, et spem meliorem concipiebat, proindeque illum statim eo impellere instituit. Qui facto ipso declarans non se pugnaturum, statione relicta (stabat autem ad portam Eugenii) et arce circumnavigata, ad portam Barbaræ martyris nominatam, in æstu undarum maximo constitit,

A νην, ὅτι φέρων αὐτόν τε καὶ τὴν στρατιὰν ὑπέταξε τοιούτῳ ἀνδραποδῳ, τῶν πολλῶν καὶ φαυλοτάτων οὐδὲν ἀμεινον διακειμένῳ· πονήρως δὲ καὶ τὸ σῶμα ἔχων ὑπὸ πυρετῶν, τὴν ἀρχὴν τε ἔφασκεν ὑπὸ τῶν ἀτόπων ἔργων τοῦ συνάρχοντος νενοσηκέναι, καὶ τελευτήσειν ἀεὶ προστιθεμένων τῶν δεινῶν. Ὅπερ καὶ μικρὸν ὕστερον ἐγίνετο. Εἴτε γὰρ ὑπὸ πικρίας καὶ ὀργῆς τῆς πρὸς τὸν συνάρχοντα, εἴτε καὶ ἄλλως κατεργασθεὶς, ὑπὸ τῆς νόσου ἐτελεύτησεν, ἀνὴρ ἐπιφανὴς ἐν τοῖς ὁμοφύλοις, καὶ πρὸς σύνεσιν καὶ στρατηγίαν οὐδενὸς ἀπολειπόμενος, καὶ ἀγαθὸς ὀφθεὶς κατὰ τὰς μάχας. Ἡρεῖτο δὲ ἀντ' ἐκείνου στρατηγὸς Μονενάν τε Σκολτοῖς Κατελάνης, οὐκ ἐπιφανὴς μὲν, οὐδὲ ἐκ τῶν εὐπατριδῶν· ὅμως δὲ συνέσει καὶ πείρᾳ τῶν ἄλλων ὑπερέχων, καὶ πρὸς μάχας
B κάλλιστα ἐξησκημένος. Νικόλαος δὲ ἅρας ἐξ οὗπερ ὡρμίζετο λιμένος ἅμα πάσαις ταῖς τριήρεσιν εἰς Βυζάντιον ἀφῖκτο, ὀπίσω καταλιπὼν τοὺς πολεμίους. Δείσαντες δὲ κἀκεῖνοι μὴ ἐπίθωνται Γαλατᾷ ὀλιγανδροῦντι, πάντες γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς ναυσὶ, κατέπλεον μετ' ἐκείνους. Καὶ αὖθις ὁ βασιλεὺς ἐδεῖτο Νικολάου συμβαλεῖν τοῖς πολεμίοις καταπλέουσιν· ἑώρα γὰρ περιφανῆ τὴν νίκην ἐσομένην. Ὁ δ' οὐδὲν ἧττον ἢ πρότερον πάντα μᾶλλον ἢ μάχεσθαι διενοεῖτο· βασιλεὺς δὲ ὑπ' ἀμηχανίας ἀπορῶν, ὅ τι χρήσαιτο τοῖς πράγμασι, Μονενὰν τῷ τῶν Κατελάνων ἄρχοντι συνεβούλευε μετὰ τῶν βασιλικῶν παρασκευασάμενον τριήρεων χωρεῖν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Οἴεσθαι γὰρ καὶ Νικόλαον αἰσχυνθέντα οὐκ ἀπολειφθήσεσθαι
C τῆς μάχης, πρός τε τὸν ῥῆγα σφῶν εὐπρόσωπον ἀπολογίαν ἕξεσθαι, εἰ παρὰ Νικολάου διὼκοιτο ἀπειθείας· τετελευτηκέναι γὰρ ἐκεῖνον, ᾧ προσέταττεν ὁ ῥὴξ πάντα Νικολάῳ πείθεσθαι. Μονενὰν δὲ αὐτῷ τε καὶ τοῖς ὁμοφύλοις μάλιστα τὴν μάχην εἶναι κατὰ γνώμην ἔφασκε, καὶ πολλὴν καταγινώσκειν ἀτολμίαν Νικολάου, οὕτως ἑτοίμην νίκην ὑπὸ φαυλότητος ἐκόντι προϊεμένου· μὴ δύνασθαι δὲ μηδ' αὐτὸν παρὰ τὰ δοκοῦντα πράττειν Νικολάῳ· τὸν γὰρ αὐτὸν εἶναι λόγον πρὸς αὐτὸν ὄνπερ καὶ τῷ στρατηγοῦντι πρὸ ἐκείνου. Εἶναι δὲ ἀνόητον παντάπασιν, εἰ νικῶντες καὶ ἡττώμενοι ὁμοίως εὐθύνας ὑποπτεύοντες τῆς ἀπειθείας τῷ σφῶν ἄρχοντι παρέχειν, ἔπειτα διακινδυνεύειν ὑποσταῖεν ἐφ' οὕτως ἑκατέρωθεν ἐσομένοις φανεροῖς κακοῖς. Ἂν τε γὰρ
D νικῷεν, κολάζεσθαι ἀνάγκη, καὶ τὰ ἔσχατα ὑπομένειν, καὶ ἀτίμους εἶναι διὰ τὴν ἀπείθειαν, οὕτω γὰρ εἶναι παρ' αὐτοῖς νενομισμένον· ἂν θ' ἡττῶνται παρὰ τῶν πολεμίων, ἄδηλον γὰρ ὅπη ἀποβήσεται, ἀνάγκη ἀποθνήσκειν τοὺς περισωθέντας ἀπὸ τοῦ πολέμου· δι' ἃ μὴ δύνασθαι, εἰ μὴ Νικόλαος ἐπιτρέπει, συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις. Οὕτω δὲ περὶ τὴν μάχην μάλιστα ἠσχολημένου βασιλέως, καὶ ἀγα-

Jacobi Pontani notæ.

bus significaretur, eum sibi mortem vaticinatum. Cui apte respondet, quod subjungitur, ὅπερ καὶ μικρὸν ὕστερον ἐγίνετο. Εἴτε γὰρ ὑπὸ πικρίας, etc. *Quod et paulo post factum est. Sive enim propter acerbitatem*, etc. Itaque nos quæ deesse videbantur, adjicienda putavimus ad implendam sententiam

(35) Cic., *pro Milone: Adde casus, adde incertos exitus prœliorum Martemque communem: qui sæpe spoliantem jam et exsultantem everlit, et perculit ab abjecto.* Homerus, *Iliad.* VI :

Ξυνὸς Ἐνυάλιος, καίτοι κτανέοντα κατέκτα.
Communis Mars, inque vicem perimit perimentem.
Vide proverb. *Mars communis.*

Digitized by Google

νακτοῦντος, ὅτι μὴ πείθοιντο οἱ σύμμαχοι, ταῖς γαρ σφετέραις μόναις ἀδύνατοι ἦσαν οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς τοσοῦτον στόλον ἀντικαθίστασθαι τῶν πολεμίων, ἀθρόον ἐωρῶντο ἄρτι ἥκουσαι ἐκ Κατελάνων τρεῖς τριήρεις μέγισται μεγέθει, καὶ πρὸς τὴν ἄλλην ἅπασαν παρασκευὴν διαπρεπῶς κεκοσμημέναι, ὁπλίτας ἄγουσαι μαχιμωτάτους πολλοὺς καὶ ἀγαθούς. Νομίτας δὲ διὰ τὴν προσθήκην τῶν τριήρεων ἀναθαρσήσαντα Νικόλαον χωρήσειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἤδετό τε καὶ ἐν ἐλπίσι χρηστοτέραις ἦν, καὶ αὖθις ἐπεχείρει παρορμᾷν. Ὁ δ' ἔργοις αὐτοῖς ὡς οὐ μαχεῖται φανερὸν ποιῶν, τὸν ναύσταθμον καταλιπὼν, ὡρμίζετο γὰρ ἐπὶ τὰς Εὐγενίου πύλας, καὶ περιπλεύσας τὴν ἀκρόπολιν, ἐπὶ τὸ ἀκμαιότατον τοῦ ῥεύματος ἐλθὼν, ἐφώρμει πρὸς τὴν τῆς μάρτυρος Βαρβάρας καλουμένην πύλην· συνείποντο δὲ ἀνάγκῃ καὶ Κατελάνοι καὶ Ῥωμαῖοι. Βασιλεὺς δὲ εἰδὼς ἀλίμενον τὸ χωρίον ὄν, ὡς τὰ πολλὰ ἂν ἐκ πόντου, ἢ τῆς ἕω πνεύματα προσπέσωσιν· ὀγκουμένη γὰρ ἡ θάλασσα τοῖς τείχεσι προσπίπτει, πέτραι τε πολλαὶ καὶ ὕφαλοι καὶ φαινόμεναι τῶν τειχῶν προβέβληνται πανταχοῦ πρὸς ἄμυναν τῶν κυμάτων, ὑπὸ τῶν πρώτας τειχισάντων τὸ Βυζάντιον ἐκ προνοίας ὠκοδομημέναι· συνεβούλευεν ἀφίστασθαι τοῦ τόπου, καὶ μὴ σφᾶς αὐτοὺς ἀπροσδοκήτοις κινδύνοις περιβάλλειν ἑκόντι. Νικολάου δὲ σφίσι μᾶλλον τῆς περὶ τὰ ναυτικὰ πείρας δεῖν εἶναι παραχωρεῖν εἰπόντος πρὸς βασιλέα, ὥσπερ αὐτοί τε καὶ πάντες αὐτῷ τῶν κατὰ τὴν ἤπειρον ἐξίστανται, καὶ πολυπραγμονεῖν μηδὲν ὡς σὺν ἐπιστήμῃ πολλῇ τὰς ναυλοχίας ποιουμένων, τοῦτον μὲν ὡς ἀπεστερημένον παντάπασι κατελίμπανε φρενῶν. Ταρχανειώτην δὲ τὸν τῶν σφετέρων ἄρχοντα τριήρεων τάχιστα ἐκέλευεν ἀναχωρεῖν, ὅπου μάλιστα ἐν ἀσφαλεῖ διανυκτερεύσει, καὶ μὴ τοῖς ἀναισθήτοις ἐκείνοις συγκινδυνεύειν. Ταρχανειώτης μὲν οὖν ἐποίει κατὰ τὰ κεκελευσμένα. Πνευμάτων δὲ ἀθρόον ἀκρίτων προσπεσόντων τῆς νυκτὸς, καὶ τῆς θαλάσσης ἐξοιδησάσης, ὀλίγου ἐδέησαν αἱ Βενετικαὶ τριήρεις, καὶ αἱ συμμαχίδες πᾶσαι διαφθαρῆναι ὑπὸ τῶν κυμάτων πρὸς τὰ τείχη ἐξωθούμεναι. Ὅμως μέντοι ἐναυάγησαν τέτταρες ἐκ τῶν Βενετικῶν, καὶ τρεῖς τῶν συμμαχίδων. Ἄνθρωποι δὲ καὶ ὅπλα, καὶ αἱ λοιπαὶ ἀποσκευαὶ διεσώθησαν, πολλὰ καὶ τῶν Βυζαντίων συνεφαπτομένων, καὶ συναλγούντων πρὸς τὸν κίνδυνον· αἱ βασιλικαὶ δὲ διενυκτέρευσαν ἐν ἀσφαλεῖ, οὐδ' ἐν αἰσθήσει τοῦ κλύδωνος γεγενημέναι. Οὕτω φαύλως ὁ τῶν ἐκ Βενετίας στρατηγὸς ἠγωνίσατο κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καὶ ὥσπερ ἑκόντι μετὰ τοὺς κινδύνους προεῖτο τὴν νίκην τοῖς πολεμίοις, πολλῆς τε ἀηδίας καὶ λύπης ἐνέπλησε, καὶ οἷς ἔλεγε, καὶ οἷς ἐποίει βασιλέα. Μετὰ δὲ τὸν κλύδωνα ἐκεῖνον, καὶ τὰς ναυαγίας, παραινοῦντος βασιλέως ἔτι περιμένειν, αὐτὸς μηδὲ συνταξάμενος, ἀνεχώρει, μόνον τὸν βασιλέα πρὸς τὸν πόλεμον καταλιπών. Ὁ δὲ οὐδ' οὕτως ἀπείπατο τὴν συμμαχίαν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν τῶν συμμάχων ἀναχώρησιν, ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις διέφερε τὸν πόλεμον, ἐλπίζων ἐπανήξειν τοὺς συμμάχους. Ὡς δὲ ἠγγέλλοντο ὑπερβαλόντες τὸν Αἰγαῖον, οὐδένα ἂν δικαίως οἰηθεὶς ἔχειν αἰτίαν ἐπενεγκεῖν εἰ σπένδοιτο τοῖς πολεμίοις θαλασσοκρατοῦσιν, ἀπολιπόντων τῶν συμμάχων, καὶ καταπροδόντων ἄντικρυς, ἐσπείσατο πρὸς τοὺς ἐκ τῆς Γενούας προθυμότατα δεξαμένους· τὴν τοῦ πρὸς βασιλέα κατάλυσιν πολέμου. Μετὰ τοῦτο δὲ καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν οἰκίαν ἀνεχώρουν.

A Catalanis et Romanis, vellent, nollent, sequentibus. Imperator locum importuosum esse sciens (nam sæpe si vel a ponto, vel ab oriente ventus incideri, tumescens mare muros verberat, saxaque multa sub aquis latentia, et eminentia ante muros jacta sunt, quæ fluctus arceant, providentia eorum qui primi Byzantium muris sepserunt), monebat uti recederent, ne se ipsos improviso periculo ultro ingererent. Nicolao autem respondente, ipsis credendum potius in nautica peritia, quemadmodum ipsi, et omnes in rebus continentis ei credant, ponendasque curas supervacuas, cum ipsi perfecte norint, ubi navibus eligenda statio, eum ut fatuum plane missum fecit; Tarchaniotam vero, suarum triremium præfectum, celerrime recedere jussit, B ubi tutissime pernoctaret, ne cum stolidis illis in discrimine versaretur. Ille jussa facit, ventisque noctu repente crebrescentibus et mari surgente, parum aberat, quin Venetæ, et auxiliares fluctibus ad mœnia allisæ, omnes simul submergerentur. Quatuor certe Venetorum, et tres sociorum eversæ sunt salvis hominibus, vasis, et armis, multum in id Byzantiis ex commiseratione eos adjuvantibus. **836** Imperatoriæ vero in tuto pernoctantes, fluctus nullos sentiebant. Adeo timide et ignave dux Venetus illo tempore pugnavit, et quasi volens, atque ultro post pericula superata, victoriam hostibus prodidit, dictisque et factis suis imperatorem multa molestia et ægrimonia implevit. Post fluctus illos, et C naufragium hortante imperatore, uti adhuc exspectaret, ipse ne salute quidem dicta discessit, ac solum bello reliquit. Qui ne sic quidem auxilium desperans post sociorum recessum quadraginta diebus, eos redituros confidens, pugnam differebat. Ut porro nuntius venit, eos Ægæum superasse, justa reprehensione carituros se existimans, si sociis deserentibus palamque prodentibus pacem eum dominis maris componeret, cum Genuensibus libentissime bellum hoc ponentibus fœdus fecit. Tum demum et ipsi domum renavigarunt.

CAPUT XXXII.

Nicolaus classem in hostes reparat. Pagano succedit Antonius Grimoaldus. Hostes apud Sardiniam invadit, et vincitur a Venetis. Genuenses afflicti, Mediolanensium principi se dedunt cum conditionibus. Paganus iterum classi præficitur. Vincuntur Veneti apud Methonen a Genuensibus. Pax inter Venetos et Genuenses. Paganus cum optimatibus pellitur in exsilium, ad pristinum statum reditur. Palæologus Byzantium

Digitized by Google

venit. Inde Didymotichum cum uxore, et altero filiorum abit. Eodem Irene imperatrix generum filio conciliatura mittitur. Præscribuntur conditiones.

Eodem anno Nicolaus triremibus, quæ supererant, refectis, et aliis Venetiis adjunctis, et Catalanis numero auctis, iterum ad hostes quærendos cursum instituit. Genuenses cum duce suo Paganum optime functum officio, quod ad se attinebat, et per quem potissimum steterat, quo minus omnino perirent, in crimen vocantes, potestate exuerunt, Antoniumque Grimoaldum classi præfecerunt. Qui aliis triremibus supra priores instructis, et aliis, quibus egebat, paratis, apud Sardiniam insulam in hostes irruit : quorum virtute victus, duas ac triginta triremes amisit. Catalani tum præcipue Nicolaum incusare, quod imperatori apud Byzantium ad navale certamen cohortanti, non paruisset; ubi major eorum potentia fuisset, quando et imperatoria classis accedebat, et hostes victi nullum perfugium habuissent, expugnatique omnino nibil de cætero potuissent. **837** Genuenses tanta clade fractis animis (pecunia enim ad aliam classem ædificandam carebant : et populus annonaria difficultate conflictabatur, cum Veneti post victoriam mari dominarentur, nec frumentum subvehi paterentur : et agrum, cujus fructibus victum tolerarent, non habebant), operæ pretium censuerunt, Mediolanensium principi potentissimo (36) submittere ac subjicere sese, qui eorum inopiæ in primis posset consulere. Pecuniæ namque ditissimus erat, nec modo equestribus, sed et pedestribus copiis, quibus illi egebant, abundabat. Præterea ampla illi et fertilis regio, qua eos undecunque frugibus importandis alere poterat. Hoc decreto ei per legatos urbem tradunt. Quæ res illi pergrata accidit. Nam et ante beatum se fore judicabat, si Genuæ, utpote vicinæ, dominus fieret : sancitumque fœdus, ut is illis et pecunia, et armis, et militibus, et quibus demum posset, contra hostes adjumento esset : ipsi eum, quoad viveret, dominum agnoscerent, nec unquam rebellarent, præfectum ab eo acciperent totaque politia commutata, ejus arbitrio regerentur. Sic

A Τοῦ αὐτοῦ δὲ ἔτους Νικόλαός τε τὰς οὔσας τριήρεις ἐπισκευασάμενος, καὶ ἑτέρας προσλαβὼν ἐκ Βενετίας καὶ Κατελάνων πρὸς τοῖς οὔσι καὶ ἑτέρων ἐπιγενομένων, ὥρμηντο αὖθις ἐπὶ ζήτησιν τῶν πολεμίων. Γενουάς δὲ ὁ δῆμος καὶ ὁ δοὺξ, ἐν αἰτίαις ποιησάμενοι Παγανὴν τὸν στρατηγὸν, ἄριστα τότε εἰς αὐτὸν ἥκον ἐστρατηγηκότα, καὶ μόνον αἰτιώτατον γεγενημένον τοῦ μὴ παντάπασι διαφθαρῆναι, ἀπεχειροτόνησαν. Ἀντώνιον δὲ Γριμάρδον ἐπέστησαν τῷ στόλῳ στρατηγόν. Ἐφοπλίσας δὲ καὶ αὐτὸς πρὸς ταῖς οὔσαις καὶ ἑτέρας, καὶ τἆλλα ἐπισκευασάμενος ὧν ἐδεῖτο, ἐν Σαρδοῖ τῇ νήσῳ προσέβαλε τοῖς πολεμίοις· καὶ μάχης γενομένης, ἡττᾶτο κατακράτος, καὶ δύο καὶ τριάκοντα ἀπέβαλε τριήρεις. Κατελάνοι δὲ τότε μᾶλλον Νικόλαον ἐμέμψαντο, ὅτι
B μὴ πεισθείη βασιλεῖ ναυμαχεῖν περὶ Βυζάντιον, ὅπου πλείων τε αὐτοῖς ἡ δύναμις παρούσης καὶ τῆς βασιλικῆς, καὶ τοῖς πολεμίοις οὐδεμία ἠττηθεῖσιν ἦν ἀποφυγή· ἀλλ' ἀνάγκη ἦν παντάπασιν ἐκπολιορκηθέντας διαφθαρῆναι. Οἱ ἐν Γενουάᾳ δὲ ἀπειρηκότες πρὸς οὕτω μεγάλην ἥτταν, χρήματά τε γὰρ αὐτοῖς οὐ παρῆν πρὸς ἑτέρου στόλου παρασκευὴν, καὶ ὁ δῆμος ἐπιέζετο ἐνδείᾳ πολλῇ τοῦ σίτου, τῶν ἐκ Βενετίας μὲν θαλασσοκρατούντων μετὰ τὴν νίκην, καὶ οὐκ ἰόντων σῖτον ἐκ θαλάττης ἄγεσθαι, γῆς τε οὐκ ἄρχοντες ἐξ ἧς τραφήσονται γεωργοῦντες, δεῖν ἔγνωσαν τῷ τῶν Μεδιολάνων ἄρχοντι ὑπάγειν ἑαυτοὺς καὶ καταδουλοῦν ὠφελεῖν τὰ μέγιστα δυναμένῳ. Χρημάτων τε γὰρ ἐς τὰ μάλιστα εὐπόρει, καὶ στρα-
C τιᾶς οὐχ ἱππικῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ πεζῆς, ἧς ἐδέοντο ἐκεῖνοι· πρὸς τούτοις δὲ καὶ χώρας ἄρχων πολλῆς καὶ ἀγαθῆς τρέφειν ἠδύνατο σῖτον πανταχόθεν ἄγων· οὕτω δὲ δόξαν διεπρεσβεύοντο πρὸς αὐτὸν, καὶ τὴν πόλιν παρεδίδουν. Ὁ δ' ἐδέχετο ἀσμένως. Καὶ πρότερον ποιούμενος περὶ πλείστου Γενουάς δεσπότης εἶναι οὔσης ὁμόρου· καὶ ὅρκοι πρὸς ἀλλήλους ἐγίνοντο καὶ συμβάσεις, ὥστ' αὐτὸν μὲν ἐκείνοις, καὶ χρήμασι, καὶ ὅπλοις, καὶ στρατιώταις, καὶ πᾶσιν οἷς ἔχει βοηθεῖν ἐπὶ τοὺς πολεμίους· αὐτοὺς δ' ἐκεῖνον διὰ βίου παντὸς δεσπότην ἔχειν, καὶ μηδέ

Jacobi Pontani notæ.

(36) Is fuit Joannes vicecomes, idem archiepiscopus quoque Mediolanensium. Hic, ut scribit Paulus Jovius, Ligustici belli causam secutus, captis armis, adeo Murtham, Genuensium ducem, terruit, ut, abdicato principatu, sese civitatemque ad ejus auctoritatem contulerit, et præsidium prætoremque a Joanne delectum acceperit. Sed non multo post defuncto Murtha, populus, ut semper, factiosus, et mutandis consiliis repentinus et levis, Valentem ducem creavit. Ea contumelia permotus Joannes, arma parat, et bellum indicit : qua periculi fama Ligures terrentur, vel ob id maxime quod tum mari magnis classibus cum Venetis et Catalanis contendentes, circa Sardiniam infeliciter conflixerant. Itaque supplex civitas, et opem implorans, ad pristinam fidem rediit, et Valens suscepto temere principatu se abdicare cogitur : recipiturque Genuæ Gulielmus Pallavicinus, qui reipublicæ præsit, ad id unus cum præsidio equitum et peditum a Joanne missus. Nec mora, Genuenses novam classem
D exornant, Joanne in eam delectos milites, pecuniam, et commeatum abunde conferente, addentque duodecim triremes sumptu suo, suoque milite egregie instructas. Eam classem Paganus curiæ præfectus, cum viperæ insigne in vexillis præferret, cum Venetis ad Sphragiam insulam, quæ Sapientiæ nomen habet, contra Methonen usque adeo aeriter et feliciter conflixit, ut debellata hostium classe, Nicolaus Pisanus, qui Sardoo in mari cladem intulerat, cum quinque millibus Venetorum militum captus, Genuam in triumphum duceretur. Genuenses autem liberati ope Joannis se victoria potitos grato animo confitentes, novo decreto deditæ civitatis jura, quæ Joannis morte finirentur, ad Galeacium pariter, et Barnabam transtulerunt : ita ut toties Liguriæ urbes a Corvo Lunensi promontorio ad Herculis Monœci portum vicecomitum imperio subderentur. Vide præterea Petri Bizari *Genuensis Historiæ* lib. VI, haud procul a fine.

Digitized by Google

ποτε ἀγνωμονήσειν, ἄρχοντά τε δέχεσθαι τῇ πόλει παρ' ἐκείνου, καὶ τὴν πολιτείαν καθάπαξ μεταβαλόντας, ὑπ' ἐκείνου ἄγεσθαι ὅπῃ ἂν δοκῇ. Οὕτω μὲν οὖν οἱ ἐν Γεννούᾳ πιεσθέντες ὑπὸ τοῦ πολέμου, πράττειν ἠναγκάσθησαν ἀγεννῆ καὶ ἀνελεύθερα, τὸν πρότερον κόμπον, καὶ τὸ φύσημα ἀποβαλόντες, καὶ Σίμωνα Μπουκανέγρα τὸν σφῶν ἄρχοντα παραλύσαντες τῆς ἀρχῆς, ἄρχοντα πάλιν τῇ πόλει εἰσεδέχοντο παρὰ τοῦ τῶν Μεδιολάνων δεσπότου. Ὁ δ' ὡς οἰκείων ἤδη πρόνοιαν ποιούμενος, σῖτόν τε ἀφθόνως ἐχορήγει, καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια. Καὶ χρήματα εἰς τοῦ πολέμου τὴν παρασκευὴν καὶ ὁπλίτας, ἐκέλευέ τε αὖθις τριήρεις πληροῦν κατὰ τῶν πολεμίων. Ἐπεὶ δὲ ὁ στόλος παρεσκεύαστο, τὸν Παγανὴν ἐπέστησαν αὖθις στρατηγὸν, Ἀντωνίου πολλὴν καταγνόντες ἀπειρίαν περὶ στρατηγίας. Καὶ οἱ ἐκ Βενετίας ὡς ἐπύθοντο τοὺς πολεμίους αὖθις στόλῳ ἐκπόντας, ἀντεπεξῆσαν καὶ αὐτοὶ Νικολάου στρατηγοῦντος· ἐπαρθέντες δὲ τῇ προτέρᾳ νίκῃ, καὶ τῆς Κατελάνων συμμαχίας ἀμελήσαντες, ὥσπερ καὶ πρότερον τῆς βασιλέως, κατεναυμαχήθησαν ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων πρὸς τῇ Μεθώνῃ, καὶ τάς τε ναῦς ἁπάσας οἱ ἐκ Γεννούας ἔλαβον τῶν πολεμίων πλὴν ὀλίγων, καὶ τὸν στρατηγὸν αἰχμάλωτον· ὃς καὶ ἐν Γεννούᾳ ἐτελεύτησε δεσμωτήριον οἰκῶν. Μετὰ δὲ τὴν πληγὴν ἐκεῖνοι, καὶ οἱ ἐκ Βενετίας, ἀτονοῦντες πρὸς τὸν πόλεμον, διεπρεσβεύσαντο ἀλλήλοις περὶ εἰρήνης καὶ κατέλυσαν τὸν πόλεμον, μικρᾶς ἕνεκα αἰτίας μέγαν γεγενημένον, καὶ τὰ μέγιστα ἑκατέρους βλάψαντα. Ἐπεὶ δὲ εἰρήνη ἦν, καὶ δεινὸν οὐδὲν προσεδοκᾶτο, ἀνάξιον εἶναι σφῶν ἡγούμενοι οἱ ἐν Γεννούᾳ μηδὲν ἀγνωμονεῖν περὶ τοὺς εὐηργετηκότας, πρῶτα μὲν Παγανὴν τὸν στρατηγὸν λαμπρὸν γεγενημένον ἐν ταῖς στρατηγίαις ἀμφοτέραις ἐξήλασαν τῆς πόλεως, ἀειφυγίαν κατακρίναντες, καὶ σὺν ἐκείνῳ πάντας τοὺς ἀρίστους οὐδὲν ἔχοντας ἐγκαλεῖν. Ἔπειτα καὶ τοῦ Μεδιολάνων ἀφίσταντο δεσπότου, καὶ Μπουκανέγραν αὖθις τὸν Σίμωνα, ἄρχοντα τῶν πραγμάτων ἀποδείξαντες, τῶν παρ' ἐκείνου καθεστῶτα ἐξήλασαν ἀτίμως· καὶ τοῦτον τρόπον ἐκεῖνον τῆς πολλῆς περὶ αὐτοὺς ἠμείψαντο κηδεμονίας. Ὁ μὲν οὖν τῶν Λατίνων πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς Ῥωμαίους πόλεμος ἐνταῦθα ἐτελεύτησε. Βασιλεὺς δὲ ὁ Παλαιολόγος, βασιλίδος τῆς μητρὸς μάλιστα ἐναγούσης, ἦλθεν εἰς Αἶνον ἐν Θεσσαλονίκῃ τὴν μητέρα καταλιπών, ὡς ἐκεῖθεν διὰ τῆς Θράκης εἰς Βυζάντιον ἀφιξόμενος, πρὸς βασιλέα τὸν κηδεστήν. Οἱ δὲ ἐν Διδυμοτείχῳ ἄρχοντες, Ἀρσένιός τε, μέγας καπίας ὁ Τζαμπλάκων, καὶ πρωτοστράτωρ ὁ Ταρχανειώτης, ὑποπτεύσαντες διὰ Διδυμοτείχου βασιλέα τὸν Παλαιολόγον παρελθεῖν ἄν, οὐκ ἀνήκοοί τε τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ γεγενημένων πρὸς Κράλην τῷ βασιλεῖ συμβάσεων περὶ συμμαχίας ὄντες, καὶ ὡς κοινῇ συνέθεντο πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα πόλεμον κινεῖν ἔδεισαν, μὴ εἰσδεξάμενοι τῇ πόλει μὴ κατὰ γνώμην πράττωσι βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ, καὶ πρὸς ὀργὴν διαρθίσωσι δοκοῦντες ἀγνωμονεῖν περὶ αὐτὸν καὶ τοῖς ἐναντία πράττουσι προστίθεσθαι ἀφιστάμενοι αὐτοῦ. Καὶ πέμψαντες,

A Genuenses bello afflictati, abjecta pristina jactantia depositaque superbia, rem nec ingenuam, nec liberalem admittere compulsi sunt, et Simoni Buccanegræ duci suo abrogato magistratu, præfectum a Mediolanensium domino receperunt. Qui, ut suis jam, providens, frumenta et reliquum victum, pecuniam quoque in apparatum belli, et militem suppeditabat affatim, jubebatque denuo triremes contra hostes instrui. Parata classe, Paganum rursus ducem creant, Antonii exercitus ductandi damnata inscitia. Veneti ut hostium classem rursus adventare audierunt, contra et ipsi Nicolao duce navigant; elatique præcedente victoria, et societate Catalanorum (ut antea imperatoris) neglecta, navali certamine ab adversariis prope Methonen superati, eorumque naves paucis demptis, una cum duce a Genuensibus captæ sunt: et is postmodum Genuæ in carcere diem postremum confecit. Post hanc plagam ipsi et Veneti ad arma torpentes, inter se legatos de pace miserunt, bellumque ex parva causa tantopere auctum, et utrique parti tam detrimentosum, valere jusserunt. Pace firmata, cum nihil jam exspectaretur mali, indignum rati Genuenses, nihil sceleris contra benemeritos machinari, **838** primum quidem Paganum ducem, utraque expeditione illustratum, in perpetuum exsilium ejiciunt, et cum eo optimates omnes, cum tamen nihil esset quod eis criminis loco objicerent. Postea etiam a Mediolanensi principe deficiunt, et ab illo sibi constitutum præfectum, rursus Simonem Buccanegram reipublicæ caput designantes, cum ignominia expellunt; atque isto modo egregiam ejus pro ipsis sollicitudinem curamque compensant. Latinorum igitur inter se et cum Romanis bellum ita desiit. Imperator autem Palæologus, impulsu matris potissimum, ea Thessalonicæ relicta, Ænum venit, inde per Thraciam Byzantium ad socerum profecturus. Qui Didymotichi erant præfecti Arsenius, magnus pappias Zamplaco, Tarchaniota protostrator, suspicati Didymoticho transiturum, memores Thessalonicæ facti ab eo cum Crale fœderis de societate, et eos bellum adversus Cantacuzenum pepigisse, communiter veriti sunt, ne si eum intromitterent, præter Cantacuzeni voluntatem agerent, eumque ad iram provocarent: ut qui a se nefarie desciscentes adversariæ factioni adhærescerent. Quamobrem interrogatum mittunt, quo pacto se erga imperatorem juniorem gerant. Respondet ille, quemadmodum se gerere deceret famulos erga dominum, et omnem ei aditum liberum concedendum, obediendumque ut imperatori, non ab ipsis modo, sed ab aliis item civitatibus universis. Itaque Æno venientem libenter acceperunt. Cum diebus paucis Didymotichi substitisset, inde Byzantium discessit: ubi cum socero imperatore, bello Latino tunc maxime fervente, diutius vixit. Cantacuzenus, haud nescius, inter Matthæum filium et generum intercedere dissidium, illum quoque accersendum, et eden-

Digitized by Google

τοῦ νέου βασιλέως Ἰωάννου τῆς ἀρχῆς ἐξίστασθαι τῷ ἀδελφῷ, παρέχειν δὲ ἀντ' ἐκείνης τῷ δεσπότῃ Λῆμνον τὴν νῆσον, ὥστε ἀνυπεύθυνον ἔχειν παρὰ πάντα τὸν βίον τὴν ἀρχὴν αὐτῆς, καὶ ἐκ τῶν ἐν Βυζαντίῳ δημοσίων φόρων τὴν τοπικὴν ὠνομασμένην, μυρίων χρυσῶν ὀλίγῳ πλείους ἐτησίως φέρουσαν. Τὸν χρόνον δὲ ἄχρις οὗ δεσπότης ἀποστῇ Πελοποννήσου, τὴν Λῆμνον ἔχειν τὸν Ματθαῖον βασιλέα, βασιλέως Ἰωάννου παραδόντος, καὶ περαιωθέντα, διατρίβειν ἐν τῇ νήσῳ, κατέχειν μέντοι φρουραῖς καὶ τὰς κατὰ τὴν Θρᾴκην πόλεις. Ἐπεὶ ἂν δὲ εἰς Λῆμνον ἐκ Πελοποννήσου ὁ δεσπότης γένηται, τὰς μὲν κατὰ τὴν Θρᾴκην πόλεις βασιλεῖ τῷ νέῳ Ἰωάννῃ παραδιδόναι, καὶ δεσπότῃ τἀδελφῷ τὴν νῆσον· αὐτὸν δὲ εἰς Πελοπόννησον ἀπαίρειν. Τοιαύτας μὲν συνθήκας πρὸς ἀλλήλους ἐποιήσαντο, καὶ ἔδοξεν ὁ πόλεμος καταλελύσθαι· συνταξάμενοι δὲ ἀλλήλοις, ὁ μὲν ἀνέστρεφεν εἰς τὴν Γρατιανοῦ, Ἰωάννης δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς Περιθεώριον ἐλθών, ἐπεὶ Ματθαῖος ὁ βασιλεὺς ἔπεμπε τοὺς παραλῃψομένους, καὶ φρουρήσοντας τὴν Λῆμνον, συνεξέπεμπε καὶ αὐτὸς τοὺς παραδώσοντας, περιμένῃ τε πρὸς τῇ πόλει, ἄχρις οὗ τῶν εἰς τὴν Λῆμνον ἀφιγμένων ἐπανήκοντων, καὶ βασιλεὺς ὁ Ματθαῖος εἰς τὴν νῆσον ταῖς τριήρεσι παραιωθῇ. Ἐν τούτοις δὲ τοῦ χρόνου τριβομένου, ἐκ τῶν Παλαιολόγῳ βασιλεῖ συνόντων κρύφα πέμψαντές τινες πρὸς τὸν Ματθαῖον βασιλέα, μὴ πάνυ θαῤῥεῖν παρῆνουν τοῖς συντεθειμένοις, ἀλλὰ πρόνοιαν αὐτοῦ πολλὴν ποιεῖσθαι, καὶ μὴ ἀπερισκέπτως ἑαυτὸν ἐπὶ τοῖς πολεμίοις καθιστᾷν. Τοὺς γὰρ ὑπὸ βασιλέως ἠρημένους πρὸς τὴν αὐτοῦ παραίωσιν ναυάρχους αἰνίττεσθαί τινα ἐπιβουλὴν πρὸς οὓς μάλιστα θαῤῥοῦσι τὰ τοιαῦτα. Λέγουσι γὰρ ὡς ἀνθρωπίνων τοὺς ἰχθῦς ἐμπλήσουσι σαρκῶν. Ἃ μάλιστα αὐτὸν προσῆκον ἐρευνᾶν, μὴ εἰς ἀνηκέστους ἐκπέσῃ συμφορὰς ἀπατηθείς. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς Λήμνου κεναῖς, ὡ φασι, χερσὶν ἐπανῆκον πρὸς αὐτόν. Οἱ γὰρ ὑπὸ βασιλέως τοῦ Παλαιολόγου τὰς πόλεις πεμφθέντες παραδιδόναι, πρότερον τὰς οὔσας ἐξελαύνοντες φρουρὰς, οὐδὲν ἐποίουν τῶν κεκελευσμένων· ἀλλὰ πρὸς τοῖς οὖσι πρότερον καὶ αὐτοὺς ἐκέλευον ὀλίγους τινὰς εἰσάγειν, ὥστε μηδὲν ἧττον ἢ πρότερον κατέχεσθαι τὰς πόλεις ὑπ' ἐκείνων πολλαπλασιόνων ὄντων, ἢ ὧν ἐκέλευον αὐτοὺς εἰσάγειν. Ἃ τοῖς ἐκ Ματθαίου βασιλέως οὐκ ἐδόκει ἀνεκτά· ἀλλὰ παντάπασι τὰς ἐγκαθιδρυμένας ἐκέλευον φρουρὰς ἐκβάλλειν. Ὡς δ' οὐκ ὑπήκουον ἐκεῖνοι, ἀνεχώρουν ἄπρακτοι. Ἐκ δὲ τῶν κατὰ τὴν νῆσον εἰργασμένων, καὶ ὧν ἐμήνυον οἱ φίλοι, φενακίζεσθαι πεισθεὶς, ἐπεὶ καὶ Περσικὴ κατὰ συμμαχίαν ἦκε πρὸς ἐκεῖνον στρατιὰ, καὶ ἡ ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ, καὶ τῶν περὶ ἐκείνην πολιχνίων, ἐπῆλθε Κουμουτζηνοῖς, καὶ ἄχρι Περιθεωρίου ἦλθεν, ἡγούμενος μὴ παραβεβηκέναι τὰς σπονδὰς αὐτὸς, ἀλλὰ μᾶλλον ἠδικῆσθαι, οὔτε τῆς νήσου ἀποδιδομένης κατὰ τὰς συνθήκας, καὶ μεγάλης ἐπιβουλῆς ὥστε ἀποκτείνειν συσκευαζομένης. Βασιλεύς τε ὁ Παλαιολόγος ὁμοίως διετείνετο ἠδικῆσθαι, καὶ παρεσπονδῆσθαι τοῦ πολέμου κεκινημένου πρὸς αὐτὸν, οὐδεμίαν πρόφασιν παρεσχημένον. Οὐ γὰρ αὐτῷ λογίζεσθαι προσῆκον, εἴ τι τινὲς ἐγνωμονήκασιν, αὐτοῦ μὴ συνειδότος· ἀλλ' ἐχρῆν ἐμμένοντας ταῖς συνθήκαις ἐπανορθοῦσθαι τὰ ἡμαρτημένα. Ὅμως αὖθις ὁ πόλεμος ἀνήπτετο σφοδρὸς, καὶ Κουμουτζηνὰ ταῖς συχναῖς ἐφόδοις πιεσθέντα, προσεχώρουν αὖθις Ματθαίῳ τῷ βασιλεῖ. Παλαιολόγος δὲ ὁ βασιλεὺς, ἐπεὶ τὴν διατριβὴν ἐώρα πρὸς οὐδὲν λυσιτελοῦσαν, Ἀσάνην δεσπότην τὸν Ἰωάννην Περιθεωρίου καταστήσας ἄρχοντα, αὐτὸς εἰς Βυζάντιον ἀπῆρεν.

A hostibus suis se misceat. Quos enim imperator navarchos ad eum trajiciendum delegisset, insidias quasdam sub verborum involucro iis quibus maxime fidant, aperire: propter quas cum admonere nihil dubitent. Dicere enim, se pisces humanis carnibus saturaturos. Quæ quid sibi velint, ipsum decere et oportere scrutari, ne circumventus in atrocissimam calamitatem incidat. Interim Matthæiani e Lemno vacuis, quod aiunt, manibus revertuntur. Qui enim a Palæologo ad urbes tradendas, ejectis præsidiis, quæ tum erant, missi fuerant, nihil mandatorum peragebant: sed præter illa volebant Matthæi paucos quosdam præsidiarios induci, ut nihilo minus quam antea urbes tenerentur ab illis longe pluribus, quam a vicariis Matthæi induci voluissent. Quibus cum intoleranda B res videretur, censerentque omnia prorsus, quæ invenissent præsidia dimittenda, re infecta, ut dixi mus, reverterunt. Matthæus vero cum ex iis quæ acta fuerant in insula, tum ex iis quæ amici significaverant, se deludi arbitratus, quoniam et Persica ad eum adjuvandum manus veniebat, et alia ex Adrianopoli, vicinisque oppidis, in Cumutzenates infestus ibat. Jamque Peritheorium attigerat, non se fœdus transgredi, sed a fœdifragis potius lædi existimans: quando neque insula secundum pacta conventa adjiceretur, et magnæ ad se interficiendum insidiæ struerentur. Imperator Palæologus æque pertendebat affirmare se lædi, et ab illo fœdus violari, qui bellum non provocatus instauraret. Non enim sibi ascribendum, si C quidam se ignorante in illum injustos se præbuissent. Sed fœdus conservandum, et delicta corrigenda. Nihilo minus bellum grave denuo inflammatum est, et Cumutzenates crebris vexati incursionibus, ad Matthæi se auctoritatem retulerunt. Palæologus ut suam Peritheorii moram inutilem vidit, Joanne Asane præfecto instituto, Byzantium rediit.

882 CAPUT XLIII.

Mors Cralis. Simon ejus frater provinciam vindicat contra filium. Helena uxor defuncti dominatur. Factiones nobilitatis. Nicephorus dux Thessaliam citra vim obtinet. Famulus classiarios ad despotam deserendum incitat. Ejusdem Æni insolentia et tyrannis. Arcem frustra oppugnat. Regina Byzan

Digitized by Google

discedit : ad maritum proficiscitur. Consilium domesticorum de uxore illi superinducenda. Fugit ad fratrem in Peloponnesum securitatis causa. Inde a marito revocatur, qui in pugna ab Albanis occiditur. Uxor Byzantium veniens cum matre monacham agit.

Sub idem tempus Crales Triballorum princeps A obiit (43), et exorta est inter Triballos non levis seditio. Nam et Simon Cralis frater, tum Acarnaniæ dominus, totam Triballorum provinciam ut ad se pertinentem affectabat, cui ex Triballica nobilitate multi dabant operam, et Ouresis Cralis filius, propter paternum principatum adversus patruum in armis erat. Helena vero ejus mater æque diffidens filio, et Simoni leviro, compluribus ad se urbibus traductis, nec contemnendis septa viribus per se regnabat, neutrum bello lacessens, nec adjuvans. Porro potentissimi apud ipsos nobilium unusquisque infirmioribus subactis oppidis, alii quidem Crali, non ut domino obediebant, sed ut socio, et amico auxilia submittebant : alii contra, Simoni ejus patruo opitulabantur; alii neutrarum B partium, quod habebant, conservabant, eventumque præstolabantur, prævalentiorem secuturi, et omnino in mille factiones distracti, seditionibus agitabantur. Romani a Triballis tandiu, tamque multis et magnis affecti detrimentis, tempus nacti opportunum ablata recuperandi, et facinorum pœnas a Barbaris expetendi, propter civile bellum et seditiones quibus conflictabantur, id ipsum tempus sine fructu conterebant. Cæterum Nicephorus despota dux, Triballos discordiis intestinis laborare intelligens, facillimeque provinciam paternam se recuperaturum sperans, cum præsertim et Prealimpus, qui Thessaliam regebat, diem obiisset, instructis triremibus Æno, ubi uxorem reliquit, in C Thessaliam navigavit, quam descendens, nemine resistente, Thessalis promptis se dedentibus, ac velut ex immenso fluctu Triballici dominatus, ad Romanorum mansuetum et tranquillitatis plenum imperium confugientibus, brevi totam in potestatem redigit. **883** Ille igitur urbibus recipiendis distentus erat. At Limpidarius quidam de ejus famulis, quem navibus præfectum reliquerat, in dominum sceleratissimus, classiariis persuasit, ut ab ipso desciscentes, Ænum redirent : ingens inde, et duplex commodum percepturos. Nam et tam longinqua expeditione liberatum iri, temere, et frustra delassatos, et afflictos in extera regione, ut alii eorum laboribus ampliissime fruantur : et onerosa servitute, quam domi despotæ ipsi serviant : cum D ex duobus alterum sit necessarium, aut, si hostes vincat, navibus careat quibus ad ipsos revertatur, aut ab illis victus intereat. Postquam ejus verbis inescati, inde solventes Ænum redierunt, Limpidarius primum quidem per se urbem regebat, eratque unus omnia, et imperator, et dux, et omnium simul rerum dominus, populoque in despotæ fautores exstimulato, hos in carcerem contrudebat; hos omnibus bonis spoliatos urbe pellebat; alios etiam plebi

Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ Κράλης ὁ τῶν Τριβαλῶν δυνάστης ἐτελεύτησε, καὶ στάσις οὐ μικρὰ ἀνερρίπισθη Τριβαλοῖς. Σίμων τε γὰρ ὁ Κράλη ἀδελφὸς, Ἀκαρνανίας τότε ἄρχων, τῆς ὅλης Τριβαλῶν ἀρχῆς ἀντεποιήθη, ὡς αὐτῷ διαφερούσης μᾶλλον, καὶ πολλοὺς τῶν παρὰ Τριβαλοῖς ἐπιφανῶν συναιρομένως εἶχε πρὸς τὸ ἔργον· καὶ Οὔρεσις ὁ Κράλη παῖς τῆς πατρῴας ἕνεκα ἀρχῆς ἐπολέμει πρὸς τὸν θεῖον. Ἑλένη τε ἡ τούτου μήτηρ ὁμοίως ἀπιστοῦσα τῷ τε υἱῷ, καὶ Σίμωνι τῷ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφῷ, πόλεις πολλὰς ὑποποιησαμένη, καὶ δύναμιν ἑαυτῇ οὐκ εὐκαταφρόνητον περιστήσασα, καθ' ἑαυτὴν εἶχε τὴν ἀρχὴν μηδετέρῳ πολεμοῦσα, μήτε μὴν συναιρομένη πρὸς τὸν πόλεμον. Οἵ τε δυνατώτατοι τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπιφανῶν, τοὺς ὑποδεεστέρους ἀπελάσαντες ἐκ τῶν ἀρχῶν, καὶ τὰς ὁμόρους ἕκαστος πόλεις ὑφ' ἑαυτῷ πεποιημένος, οἱ μὲν τῷ Κράλῃ συνεμάχουν, οὐκ αὐτοὶ παρόντες οὐδ' ὡς δεσπότῃ πειθαρχοῦντες, ἀλλὰ πέμποντες ἐπιμαχίαν οἷα δὴ σύμμαχοι καὶ φίλοι, οἱ δὲ Σίμωνι τῷ θείῳ. Ἔνιοι δὲ αὐτῶν προσεῖχον οὐδετέρῳ· ἀλλὰ τὴν οὖσαν δύναμιν συνέχοντες, τὸ μέλλον ἀπεσκόπουν ὡς ἐκείνῳ προσθησόμενοι, ὃς ἂν τὸ πλέον ἔχῃ, καὶ εἰς μυρία τμήματα διαιρεθέντες ἐστασίαζον. Ῥωμαῖοι δὲ πολλὰ, καὶ μεγάλα ὑπὸ Τριβαλῶν ἐπὶ τοσοῦτον ἠδικημένοι χρόνον, καιροῦ τυχόντες, τά τε ἡρπασμένα ἀνασώσασθαι, καὶ δίκας τοὺς βαρβάρους ἀπαιτῆσαι τῶν τετολμημένων διὰ τὸν κατέχοντα συγγενικὸν πόλεμον, καὶ τοὺς στασιασμοὺς, εἰς οὐδὲν χρήσιμον ἀνάλωσαν τὸν καιρόν. Νικηφόρος δὲ δεσπότης ὁ δοὺξ, τὴν κατέχουσαν τὰ Τριβαλῶν πράγματα στάσιν ὁρῶν, καὶ ῥᾳστα τὴν πατρῴαν ἐλπίσας ἀνασώσασθαι ἀρχὴν, ἄλλως θ' ὅτι καὶ Πρεάλιμπος, ὃς Θετταλίας εἶχε τὴν ἀρχὴν, ἐτεθνήκει καὶ αὐτὸς, τριήρεις ἐφοπλίσας ἐκ τῆς Αἴνου, ἐπέπλευσε τῇ Θετταλίᾳ τὴν γυναῖκα πρὸς τῇ Αἴνῳ καταλιπὼν, καὶ ἀποβὰς, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ εἶχε Θετταλίαν, τῶν ἀμυνομένων μὲν οὐδένων ὄντων, Θετταλῶν δὲ προθύμως προχωρούντων, καὶ ὥσπερ ἐκ κλύδωνος μεγάλου τῆς Τριβαλῶν ἀρχῆς, ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων καταφεύγοντες ἤμερον καὶ γαλήνης μεστὴν ἡγεμονίαν. Ὁ μὲν οὖν περὶ τὰς πόλεις ἠσχολεῖτο. Λιμπιδάριος δέ τις τῶν ἐκείνου οἰκετῶν, ὃς ἦρχε τῶν νεῶν ὑπ' ἐκείνου καταλειφθείς, ἀδικώτατα περὶ τὸν δεσπότην διανοηθείς, ἔπεισε τὸ ναυτικὸν ἐκείνου ἀποστάντας, πρὸς τὴν Αἶνον ἐπανελθεῖν, ὡς δύο τὰ μέγιστα ἐκ τῆς ἀποστασίας κερδανοῦντας· τῆς τε ὑπερορίου στρατείας ἀπαλλαξομένους, εἰκῇ καὶ μάτην κοπτομένους, καὶ ταλαιπωρουμένους ἐπὶ ξένῃ, ἵν' ἕτεροι ἐκ τῶν ἐκείνων πόνων μέγιστα καρπῶνται, καὶ τῆς ὑπὸ δεσπότην οἴκοι ἐπαχθοῦς δουλείας, ἐκείνου δυοῖν θάτερον, ἢ, εἰ περιγένοιτο τῶν πολεμίων, νεῶν οὐκ εὐπορήσοντος, αἷς χρησάμενος ἐπανήξει πρὸς αὐτοὺς, ἢ διαφθαρησομένου ὑπ' ἐκείνων, ἂν ὑπέρσχωσιν. Ἐπεὶ δὲ ἐπείθοντο, καὶ ἅπαντες ἐκεῖ-

Jacobi Pontani notæ.

(43) Strangulatum in carcere tradit Gregoras, lib. IX, sub finem.

Digitized by Google

ἦν ἐπανῆκον εἰς τὴν Αἶνον, πρῶτα μὲν δι' ἑαυτοῦ τὴν πόλιν ἐποιεῖτο, καὶ πάντα ἦν αὐτὸς, καὶ στρατηγὸς, καὶ ἡγεμὼν καὶ συμπάντων πραγμάτων κύριος· τὸν δῆμόν τε ἐπαγαγὼν τοῖς δεσπότῃ προσκειμένοις, τοὺς μὲν κατέκλεισεν ἐν δεσμωτηρίοις, ἐνίους δὲ ἐξήλασε τῆς πόλεως, ὧν εἶχον ἀποστερήσας· ἔτι δὲ οὖς καὶ ἀπέκτεινε τῷ δήμῳ παραδούς· ἔπειτα ἐπεστράτευσε βασιλίσσῃ τῇ δεσπότου γαμετῇ τὴν ἀκρόπολιν μετὰ τῶν οἰκετῶν ἐχούσῃ· καὶ τειχομαχήσας ἐφικανὸν, ἑλεῖν μὲν οὐκ ἠδυνήθη διὰ καρτερότητα τῶν τειχῶν, καὶ εὐψυχίαν τῶν ἀμυνομένων· ἠνάγκασε δὲ βασίλισσαν τὴν ἀκρόπολιν ἐκοῦσαν ἐκλιπεῖν, ὅρκους παρασχόμενος, ὡς οὐδὲν αὐτὴν, οὔτε τοὺς συνόντας ἀδικήσει· ἀλλ' ἀφίξεται ὅποι ἂν δοκῇ μηδενὸς παρενοχλοῦντος. Ὃ καὶ ἐπράττετο μετὰ μικρόν· νεὼς γὰρ ἐπιβᾶσα, εἰς Βυζάντιον ἀφῖκτο, καὶ ὑπεδέχθη φιλοτίμως παρὰ βασιλέως τοῦ γαμβροῦ. Ἔπειτα εἰς Θετταλίαν ἀπῆρε πρὸς τὸν ἄνδρα ἤδη πάσης κύριον γεγενημένον, καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν πόλεων. Ἡδέως δὲ ἐκεῖνος ὑπεδέχετο τὴν γυναῖκα, καὶ χρόνον τινὰ ἠρέμουν οἰκείως ἔχοντες ἀλλήλοις, καὶ συμφυῶς, ὥσπερ προσῆκεν. Ἔπειτα τῶν συνόντων τινῶν, ὑπὸ μοχθηρίας καὶ ἀσυνεσίας ἐκείνων τε φαῦλα καὶ παράνομα ἐννοούντων, καὶ τὸν δεσπότην ἐναγόντων, ἔπεισαν τὴν μὲν γυναῖκα Τριβαλοῖς προέσθαι, αὐτὸν δὲ τὴν Ἑλένης ἀδελφὴν τῆς Κράλη γυναικὸς πρὸς γάμον ἀγαγέσθαι, ἧς τῆς τε Θετταλίας καὶ Ἀκαρνανίας οὕτως ἄρξοντα βεβαίως, τῶν Τριβαλῶν οὐ πολεμούντων διὰ τὴν ἐπιγαμίαν, καὶ Ἀλβανοὺς διαφθεροῦντα ἐναντιουμένους πρὸς τὴν ἀρχὴν, καὶ παραβλάπτοντας οὐ μέτρια. Αὐτίκα τε ἀηδῶς πρὸς τὴν γυναῖκα εἶχε, καὶ οὐδὲ ἠνείχετο ἰδεῖν. Ὕστερον δὲ ὀλίγῳ, καὶ πρὸς Ἄρταν τῆς Ἀκαρνανίας πόλιν πέμψας, ἐκέλευε φρουρεῖσθαι. Πρὸς Κράλαιναν δὲ πρεσβείαν πέμψας, τὰ κατὰ τὸν γάμον ἔπραττε τῆς ἀδελφῆς. Μέχρι μὲν οὖν ἐν λόγοις ἦν ἡ ἐπιχείρησις, καὶ πρεσβείαις, καὶ βασίλισσα ἡ θυγάτηρ βασιλέως ἐνεκαρτέρει, τὸν ἄνδρα οἰομένη τῆς ἀτοπίας ἀποσχήσεσθαί ποτε, καὶ μέτρια, καὶ δίκαια φρονήσειν· ἐπεὶ δὲ ἤδη τέλος εἶχε πάντα, καὶ οἱ ὅρκοι ἐτελοῦντο οἷς ἐνεγέγραπτο τὴν μὲν γυναῖκα Τριβαλοῖς αὐτὸν προέσθαι, τῇ δὲ ἀδελφῇ Κραλαίνης συνοικεῖν, δεῖν ἔγνω σώζειν ἑαυτὴν, καὶ μὴ δι' ἑτέρων παραπληξίαν αὐτὴν παραπολέσθαι. Καὶ πέμψασα εἰς Πελοπόννησον πρὸς δεσπότην Μανουὴλ τὸν ἀδελφὸν πρόνοιάν τινα αὐτῆς ποιήσασθαι ἐδεῖτο· καὶ ὃς οὐδὲν μελλήσας ἐκ θαλάσσης πέμψας, προσελάμβανε τὴν ἀδελφὴν, πάντων Ἀκαρνάνων, καὶ Ἀλβανῶν μετ' εὐφημίας προπεμπόντων, καὶ ἀμιλλωμένων πρὸς ἀλλήλους τῆς εἰς ἐκείνην ἕνεκα εὐνοίας καὶ τιμῆς· οὐ μόνον διὰ τὴν αὐτῆς ἐπιείκειαν καὶ μεγαλοφροσύνην, καὶ τὸ πᾶσι κεκοσμῆσθαι ἀγαθοῖς, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν εἰς τὸν βασιλέα τὸν πατέρα εὔνοιαν. Κατάκρα γὰρ αὐτοῦ τὸ τῶν ἑσπερίων ἅπαν ἤττητο, καὶ ἀκριβῶς ἐξήρτητο αὐτοῦ καὶ μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀναχώρησιν. Δεσπότου δὲ τοῦ Νικηφόρου, καίτοι γε αὐτὸν εἰδότες οὐ πράως οἴσοντα τὴν προπομπὴν, καὶ εὐφημίαν τῆς γυναικὸς, οὐ μόνον

donatos occidenat. Deinde in reginam despotæ uxorem, arcem cum famulis habitantem invasit : quam diu oppugnatam, propter murorum firmitudinem, et propugnantium virtutem capere non potuit. Coegit tamen eam ab arce discedere, juratus, nihil vel ipsi, vel ministris ejus irrogaturum mali; iret, quo liberet, nemine obturbante; quod et factum paulo post. Conscensa enim navi, Byzantium venit, et a marito sororis honorifice excepta est. Postmodum in Thessaliam ad virum, jam ejus totius provinciæ, et urbium Acarnaniæ dominum, se contulit : qui uxorem lætus accepit, et aliquandiu quiete, familiariter, et conjunctissime cum ea vixit, ut quidem debuit. Deinde quidam domestici, homines improbi, ac stolidi, reginæ pessime cupientes, despotam eo impulerunt ut uxorem Triballis relinqueret, ipse Helenæ, Cralis viduæ, sororem duceret, quo sic Thessaliæ et Acarnaniæ stabiliret ac firmaret imperium (ob illud matrimonium nihil moturis videlicet) et Albanos adversarios non mediocriter noxios frangeret. Mox conjugem sic exosus est, ut ejus conspectum non ferret. Non diu post Artam Acarnaniæ urbem præsidium misit, et cum Cralæna per oratorem de connubio cum ejus germana ineundo egit. **884** Res igitur jam sermonum, et legationis tenus processerat, et regina imperatoris filia patienter istuc ferebat, rata, maritum aliquando a nefariis cogitationibus istis aversum, mentem sobriam, et æquam suscepturum. Postquam datus finis, et jusjurandum, in quo scriptum exstabat, se uxorem Triballis permittere, et Cralænæ sororem ducere, tum demum suæ saluti providendum, nec propter alienam amentiam indigne sibi pereundum constituit, et in Peloponnesum ad Manuelem fratrem mittens, suam ei dignitatem, et incolumitatem cum precibus commendavit : quam ille extemplo per mare ad se adducendam curavit, Acarnanibus, et Albanis cum laudibus eam deducentibus, et benevolentia, honoreque erga illam inter se certantibus : non solum propter ejus modestiam, animique præstantiam, et cujusque generis virtutum ornamenta, sed etiam propter charitatem in ejus parentem imperatorem, qua is totum occidentem, etiam statum vitæ monasticum ingressus, sibi devinctissimum tenebat. Nicephorum vero despotam, quanquam scirent haud placate laturum cum tantis prædicationibus deductam esse uxorem, non modo non curabant, sed propalam in eum maledicta congerebant, qui deliraret prorsus, et quod dicitur, aurea mutaret æreis. Quocirca brevi hac de causa Albani aperte ab eo desciverunt : profitentes, nisi dissoluto Triballico matrimonio, imperatoris filiam e Peloponneso in thalamum revocaret, pro ea non secus, quam pro suis ipsorum capitibus adversus eum impigre bellaturos. Ille sive quod et ipse facti turpitudinem perspiceret, sive quod propter repudiatam uxorem enascitúram seditionem metueret, nefandas illas nuptias per legatum antiquavit : conjugemque legitimam

Digitized by Google

Peloponnesо revocans, fidem ei juramento sanxit, nihil de cætero secus in eam admissurum, sed more pristino omni candore, ac lenitate cum ea victurum. Illa viri amans, maximumque ex eo solatium capiens, quod non ipsa vincula jugalia rupisset, præterita omnia nihili ducens, ut brevi ad eum profectura, se comparabat. Verum ille ambitione quadam præceps, ne ab ipsa suus sibi principatus pendere putaretur, ad Albanos desertores, antequam veniret, subjugandos prorupit. Ita autem cecidit, ut Persæ, qui in Thessaliam prædatoriis triremibus trajecerant, invitati eum adjuvarent. **885** Quorum virtute plurimum confisus, Albanos loco, qui Achelous vocatur, invasit : ubi ipse, priusquam totæ phalanges concurrerent, pugnans oppetiit, totusque exercitus ejus ferro concisus occubuit. Regina conjux in Peloponneso ejus necem luctu et lamentationibus diuturnis prosecuta, deinde Byzantium veniens, reliquum annorum suorum cum imperatrice matre in monasterio Marthæ transegit. Sed hæc postea gesta sunt.

A οὐδένα λόγον ἐποιοῦντο, ἀλλὰ καὶ φανερῶς ἐλοιδορεῖντο, ὡς παντάπασι τῶν σωφρόνων λογισμῶν ἐξεστηκότα, καὶ, ὅ φασι, χάλκεα χρυσείων ἀλλαττόμενον. Ὅθεν καὶ ὀλίγῳ ὕστερον ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας ἀπέστησαν δεσπότου φανερῶς οἱ Ἀλβανοί, φάσκοντες προθύμως πολεμήσειν, ὥσπερ ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν, εἰ μὴ τὴν πρὸς Τριβαλοὺς ἐπιγαμίαν διαλύσας, ἐκ Πελοποννήσου ἀνακαλέσηται τὴν βασιλέως θυγατέρα, καὶ ταύτῃ συνοικοίη. Ὁ δὲ εἴτε καὶ αὐτὸς τὴν ἀτοπίαν συνιδών, εἴτε καὶ τὴν προσδοκωμένην στάσιν δείσας, ἢ διὰ τὴν γυναῖκα ὑπωπτεύετο φυήσεσθαι, τοὺς μὲν ἀθέσμους ἐκείνους γάμους πέμψας ἀπηγόρευε· πρὸς δὲ τὴν γυναῖκα ἔπεμψεν εἰς Πελοπόννησον πρεσβείαν, κελεύων ἥκειν παρ' αὐτὸν, καὶ πίστεις παρεχόμενος δι' ὅρκων, ὡς οὐδὲν ἀγνωμονήσει ἔτι πρὸς αὐτὴν, ἀλλὰ τὸν ἀρχαῖον τρόπον μετὰ πάσης εὐγνωμοσύνης, καὶ ἐπιεικείας συνοικήσει. Ἡ δὲ φίλανδρος οὖσα, καὶ περὶ πλείστου ποιουμένη τὸ μὴ τὸν γάμον αὐτῇ διαλυθῆναι, πάντων ὑπεριδοῦσα τῶν γεγενημένων, παρεσκευάζετο ὡς ὕστερον μικρῷ ἀφιξομένη πρὸς τὸν ἄνδρα. Ὁ δὲ ὑπὸ φιλοτιμίας, ἵνα μὴ δοκοίη τὴν ἀρχὴν δι' ἐκείνης καθίστασθαι αὐτῷ ὥρμησεν ἐπὶ τὸ τοὺς ἀποστάντας Ἀλβανοὺς πρὶν ἐκείνην ἥκειν καταδουλώσασθαι πολέμῳ. Συμβὰν δὲ οὕτω, καὶ Πέρσαι κατὰ τὴν Θετταλίαν μονήρεσι λῃστρικαῖς περαιωθέντες, συνεμάχουν ὑπ' αὐτοῦ προσκεκλημένοι. Οἷς μάλιστα θαρρῶν ἐπῆλθεν Ἀλβανοῖς, καὶ γενομένης συμβολῆς περί τι χωρίον Ἀχελῷον προσαγορευόμενον, αὐτός τε ἔπιπτε μαχόμενος πρὶν τὰς φάλαγγας συμμῖξαι, καὶ ἡ ἐκείνου πᾶσα διέφθαρτο ἠττηθεῖσα στρατιά. Βασίλισσα δὲ ἡ ἐκείνου γαμετὴ ἔτι ἐν Πελοποννήσῳ διατρίβουσα, ἐπεὶ πύθοιτο τὴν ἐκείνου τελευτὴν, ἐπένθησε μὲν ἐκεῖ ἐφικνὸν, καὶ ἀπωδύρατο τοῦ ἀνδρὸς τὴν τελευτήν· ἔπειτα εἰς Βυζάντιον ἐλθοῦσα, συνῆν τὸν ἐπίλοιπον βίον βασιλίδι τῇ μητρὶ κατὰ τὴν Μάρθας μονὴν διατριβούσῃ. Ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον.

B

CAPUT XLIV.

Matthæus contra Palæologum contendit. Non se deserit Palæologus. Discedunt amboe sine pugna. Orchanes filium a piratis captum. per Palæologum redimi orat, quod facit pecunia ingenti, cum armis nihil proficeret. A Mygdoniæ præfectis se tradere volentibus Matthæus accersitur. Amicitia Triballorum principum cum Cantacuzeno et ejus filio. Celeriter submissæ copiæ ab Orchane in quantas difficultates Matthæum redegerint. Compellitur ab eis ante tempus in Triballos. Contra pacta conventa prædas agunt. Reliqui cum Triballis certant jaculis, et in pugna pauciores Persæ cadunt. Revertitur imperator. Triballi insequentes repelluntur.

Irrito imperatorum fœdere, belloque recrudescente, Matthæus collectis copiis suis, Byziam ad Manuelem Asanem despotam avunculum venit, quo sibi adjuncto Byzantium cum toto exercitu contra Palæologum prolicisci instituit, et castra ad flumen nigrum prope vicum quemdam munitum Metras appellatum, ponit. Palæologus similiter armatis triremibus, et in continente a peditatu equitatuque instructus, his duces præfecit, et ad vicum Athyram, ipsum quoque muris communitum, velut isthmum quemdam undique mari circumfluum progredi jussit : quo et ipse cum triremibus accessit. Diebus aliquot castris oppositis manserunt, cum neuter ad alterum invadendum, atque ad pugnam eliciendum satis virium haberet. Nam Palæologo in hostium equitatum, plano campo, et arboribus nudo facienda impressio non videbatur, cum ipse majorem partem pedites et cataphractos duceret. Contra, hostes per loca impedita, ædiumque ibi collapsarum rudera suas catervas planitie in primis egentes ducere nolebant. Quamobrem utrique castris se continentes quiescebant, perque in-

C Τότε δὲ ἐπεὶ αἱ μεταξὺ τῶν βασιλέων γεγενημέναι συνθῆκαι διελύοντο, καὶ ὁ πόλεμος ἀνερρίπίσθη, Ματθαῖος ὁ βασιλεὺς τὴν ὑπ' αὐτὸν οὖσαν στρατιὰν συναγαγών, ἦκεν εἰς Βυζίην παρὰ τὸν θεῖον Ἀσάνην δεσπότην τὸν Μανουήλ· καὶ παραλαβὼν καὶ αὐτὸν μεθ' ὅσης εἶχε στρατιᾶς, ἐπεστράτευσε τῷ νέῳ βασιλεῖ ἐν Βυζαντίῳ, καὶ ἐστρατοπέδευσε κατὰ τὸν μέλανα ποταμὸν ἐπί τινα τετειχισμένην κώμην Μέτρας προσαγορευομένην. Παλαιολόγος τε ὁ βασιλεὺς ὁμοίως τριήρεις ἐφοπλίσας, καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου στρατιὰν πεζὴν καὶ ἱππικὴν, τοῖς μὲν ἠπειρώταις ἡγεμόνας ἐπιστήσας ἐπὶ Ἄθυραν κώμην, καὶ αὐτὴν τετειχισμένην ὥσπερ ἰσθμόν τινα οὖσαν, καὶ πάντοθεν περικλυζομένην τῇ θαλάσσῃ ἐκέλευε χωρεῖν· αὐτὸς δὲ ἔχων τὰς τριήρεις, ἦκε καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ἄθυραν. D Καὶ ἀντεστρατοπεδεύοντο ἀλλήλοις ἔτί τινας ἡμέρας, ἑκατέρων ἀδυνάτων ὄντων ἐπὶ τὸ στρατόπεδον χωρεῖν τῶν πολεμίων, καὶ καταναγκάζειν μάχεσθαι. Παλαιολόγῳ τε γὰρ οὐκ ἐδόκει βασιλεῖ τοῖς πολεμίοις ἐπιέναι ἐφ' ὑπτια πεδία, καὶ ὕλης παντάπασι ψιλὰ ἱππέας ἄγουσι, πεζὴν αὐτὸς τὴν πλείστην δύναμιν ἄγων καὶ ὁπλίτας, καὶ οἱ πολέμιοι ἐπὶ δυσχωρίας,

Digitized by Google

καὶ ἐρείπια πολλὰ τῆς πρώην συνοικίας ἄγειν οὐκ εἰδοκίμαζον τὴν στρατιὰν εὐρυχωρίας δεομένην μάλιστα. Δι' ἃ ἑκάτερος τὴν δύναμιν συνέχοντες, ἡσύχαζον ἐπὶ τῶν στρατοπέδων. Πρεσβείας δὲ πρὸς ἀλλήλους πέμποντες, διελέγοντο περὶ εἰρήνης. Ὡς δὲ συνέβαινον ἀλλήλοις, ὁ μὲν εἰς Βιζύην ἀνέστρεφε μετὰ τῆς στρατιᾶς, Παλαιολόγος δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ Βυζάντιον· καὶ ἐσκέπτοντο ὅτῳ τρόπῳ κακώσουσιν ἀλλήλους. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ χρόνῳ ἐκ Φωκαίας τῆς παλαιᾶς, ἧς Καλόθετος ἦρχε, μονήρης ληστρικὴ ἐπὶ τὸν Ἀσταχηνὸν ἐλθοῦσα κόλπον λῃστείας ἕνεκα, οὕτω συμβὰν, Χαλίλην τὸν Ὀρχάνη συνέλαβεν υἱὸν, ἀκτίῳ τινὶ τὸν ἐκεῖσε περαιούμενον πορθμόν· καὶ αὐτίκα ἀνεχώρει εἰς τὴν Φώκαιαν. Ὀρχάνης δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο ἀνδραποδισθέντα τὸν υἱὸν, καὶ εἰς Φώκαιαν ἀπηχθέντα, στρατεύειν μὲν ἐπὶ Φωκαιανοὺς εἶχεν ἀδυνάτως· δυνάμεώς τε γὰρ οὐκ εὐπόρει ναυτικῆς, ἣ κακώσει ἐπελθοῦσα, καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου εἰσβολὴ οὐκ ἦν, ἐφ' ἑτέρου κειμένης σατραπείαν τῆς Φωκαίας, πρὸς ὃν ἔδει πολεμεῖν δύναμιν ἔχοντα ἀντίρροπον, εἰ διὰ τῆς ἐκείνου ἐπεχείρει ἐπὶ Φώκαιαν ἰέναι. Ἀπορίᾳ δὲ πάντοθεν συνισχημένος, ἐπὶ τὴν Παλαιολόγου τοῦ βασιλέως εἶδεν ἐπικουρίαν ὡς αὐτοῦ δυνησομένου μόνου τὸν υἱὸν ἀπαλλάττειν τῶν δεσμῶν· καὶ πέμψας πρεσβείαν, ἐδεῖτο περὶ τοῦ παιδός. Βασιλεὺς δὲ ὑπέσχετο προθύμως πάντα πράξειν, καὶ ἀποδοῦναι τὸν υἱὸν, ἂν καὶ αὐτὸς ἀπόσχοιτο Ματθαίῳ κατ' αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ παρέχειν συμμαχίαν· Ὀρχάνης γὰρ, καὶ μετὰ τὴν Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ἐκ τῶν πραγμάτων ἀναχώρησιν, πολλὴν ἐπεδείκνυτο τὴν εὔνοιαν πρὸς αὐτὸν, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ βασιλεῖ τῷ υἱῷ πολλὴν παρείχετο ὠφέλειαν· ταῖς τε πόλεσιν, ὅσαι ἦσαν ὑπ' ἐκεῖνον, οὐδὲν παρενοχλῶν, καὶ πέμπων στρατιὰν ὁπότε δεηθείη. Ἃ ὁ Παλαιολόγος ἐν δεινῷ τιθέμενος βασιλεὺς, καλῶς τοῦ πράγματος παρασχόντος, ἐπεχείρησεν Ὀρχάνην τῆς πρὸς βασιλέα Ματθαῖον φιλίας ἀφιστᾷν. Ὑπέσχετό τε καὶ ὁ βάρβαρος πάντα πράξειν, ἢν μόνον ὁ υἱὸς αὐτῷ λυθείη, καὶ διετέλεσέ γε παρ' ὅσον χρόνον ὁ υἱὸς αὐτῷ ἐδέδετο, οὔτε Ματθαίῳ βασιλεῖ παρεσχημένος συμμαχίαν ἐπὶ τὸν Παλαιολόγον βασιλέα, οὔτε Βυζαντίῳ καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ὅσαι ὑπὸ τοῦτον ἦσαν οὐδὲν παρενοχλήσας. Βασιλεὺς δὲ Καλόθετον νομίσας εὐχερῶς τὸν υἱὸν Ὀρχάνη παρασχέσθαι, εἰ μόνον αἰτηθείη, πέμψας πρὸς αὐτὸν, ἐζήτει, τιμὰς ἐπαγγελλόμενος καὶ ἄλλας τινὰς εὐεργεσίας. Καλόθετος δὲ τούτων μὲν ὀλίγον λόγον ἐποιεῖτο, χρημάτων δὲ ἠτεῖτο πλῆθος, ἃ ἐκτίνειν σχεδὸν ὁ βασιλεὺς ἀδυνάτως εἶχε. Βασιλέως δὲ ἀπειλοῦντος τὰ ἔσχατα διαθήσειν, εἰ μὴ πείθοιτο, οὐδὲν ἧττον ἐκεῖνος ἀνῃσχύντει. Δι' ἃ ἐδόκει δεῖν αὐτῷ ἐπιστρατεύειν· καὶ παρασκευασάμενος, ἐπέπλευσεν αὐτῷ τριήρεσιν οὐκ ὀλίγαις, καὶ ἐπολιόρκει ἐκ γῆς ὁμοίως καὶ θαλάσσης. Ἐν πολλαῖς δὲ καὶ καρτεραῖς τειχομαχίαις ἀποπειράσας τῶν τειχῶν, ἐπεὶ ἀδύνατον τὴν ἐπιχείρησιν ἐώρα, δέκα μυριάδας παρασχόμενος χρυσίου, καὶ τῇ πανυπερσεβάστου ἀξίᾳ τετιμηκὼς, ἔλυσε τῆς αἰχμαλωσίας τὸν υἱὸν Ὀρχάνη, καὶ ἀπέδιδου τῷ πατρί. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐτελεῖτο, χρόνου

A ternuntios de pace agentes, **886** cum nihil conveniret, Matthæus Bizyam, Palæologus Byzantium rediit, circumspicientes quo pacto mutuum nocerent. Per idem tempus ex Phocæa veteri, quam Calothetus gubernabat, prædatoria navis in sinum Astacenum piraticæ faciundæ devenit, et Chalilen Orchanis filium casu in portum illic trajicientem cepit, statimque Phocæam recurrit. Orchanes ut filium Phocæam captivum abductum comperit, Phocæenses ulcisci non poterat, quod navali potentia non valeret, qua eos affligeret : nec terra eos adoriri, quandoquidem ea urbs alterius satrapia continebatur, quicum paribus decertare copiis oportebat, si per ejus provinciam Phocæam petere conaretur. In omnem igitur se partem versans, et anxius animi, tandem ad Palæologi imperatoris auxilium respicit, ut qui solus filium vinculis liberare queat, idque ut præstare ne gravetur, missis oratoribus rogat. Imperator statim spondet facturum omnia, et filium restituturum, si et ipse a Matthæo contra se adjuvando cessaret : Orchanes quippe etiam post Cantacuzeni anachoresin ejus se cupidissimum demonstrabat, atque idcirco et filio ipsius multum commodabat, et urbibus eidem subjectis nihil molestiarum exhibebat, et quoties orabat, auxilium submittebat. Quæ cum Palæologo dolerent, pulchram nactus occasionem, Orchanem a Matthæi amicitia disjungere tentavit, promisitque barbarus omnia, modo filium reciperet : et quandiu captivus ille tenebatur, nec Matthæo adversus Palæologum subsidio, nec Byzantio, aliisque urbibus eidem parentibus molestiæ fuit. Imperator existimans Calothetum Orchani filium haud gravate redditurum, si tantum peteretur, petitum misit, honores et alia nonnulla commoda pollicitus. Calothetus his parum moveri, grandem pecuniæ summam postulare, quam numerare imperator vix poterat. Cumque ei horribilia minaretur, ille nihilominus in impudentia persistebat. Quocirca armis in eum ire constituit, et triremibus bono numero comparatis, terra marique eum lacessebat. Quoniam vero frequenti, et valida oppugnatione tentatis mœnibus urbem vi capi non posse animadvertebat, persolutis Calotheto aureorum centum millibus, **887** et Panhypersebasti dignitate addita, filium Orchanis liberat, et ad patrem remittit. Multo tempore in his negotiis consumpto, urbium Mygdoniæ præfecti, Triballorum nobilissimi, Matthæum imperatorem secreto evocant, utpote illi se cum urbibus deditури ; qua de re et antea egerant. Ex quo namque Cantacuzenus pulsus a Romanis apud Triballos diversatus fuerat, mira animi inclinatione potentissimus quisque potissimum eumdem colebat. Itaque etiam Crale superstite, libenter vidissent ipsum in Triballos gentem suam expeditionem suscipere, et in id operam impense dabant, siquidem ejus quam Cralis imperium malebant, atque hac de re clam sæpius cum eo sermonem habebant. Verum ubi imperator Cantacuzenus institutis se monasticis ad

Digitized by Google

dixit, eorumque princeps fato suo functus est, propter mutatas vivendi rationes, quod speraverant, penitus desperarunt. Ad Matthæum autem filium mittentes, studia erga parentem ipsius in memoriam illi redegerunt, et ejus æqualiter esse studiosos, ei adhæsuros, magnumque imperium conciliaturos asseverarunt. Tum vero Boichnas Cæsar nuntios misit, parata esse quæ requirerentur omnia, et se etiam Pherarum præfectum ad ipsorum societatem pertraxisse, qui paratus sit urbem cum ipsa Cralæna, multisque aureorum millibus tradere; rogabantque ad eos accederet quam maturrime, sic ut diem adventus sui præfiniret. His nuntiis Matthæus mirabiliter lætatus, hanc erga se illorum tam eximiam voluntatem magnifice remuneraturum promisit, et tempus triginta dierum præstituit, quibus adveniret : totidem namque dies ad colligendum quem habebat Romanum exercitum, et ad auxiliares ex oriente ab affine suo Orchane accersendos credebat sufficere. Cum Triballis igitur se advocantibus ita pepigit : confestimque missa legatione ad Orchanem militem poposcit, et Romanos per litteras coegit. Forte fortuna Orchanem apud Abydum aliis quibusdam de causis commorantem legati conveniunt, legationem exponunt. Orchanes illico ex aliis satrapiis circiter quinque millium Barbarorum congregatum exercitum, trajectum in Thraciam petentium, ut in Mœsiam populatum irruerent, aliquot de suis admistis, duce quoque **888** de suis ducibus præfecto, legatos assumere, et transmittere jussit, causæ expeditionis nescius, et simpliciter arbitratus, eum ad Barbaros deprædandos auxilia petere. Matthæus tam repente advenisse Persarum copias cernens, et intellecto, ex diversis satrapiis confluxisse, perturbabatur, angebaturque magnopere, simul quod Barbaros illos nihil eorum quæ ipse vellet, facturos suspicaretur (vacantes metu scilicet, per quem fieret, ut agmine composito et ordinato sequerentur), simul quod Romanæ copiæ tam cito congregari non poterant; triginta enim diebus se apud illos futurum condixerat. Cum niteretur autem Barbaros apud se retinere, et tempus terere, illi ejus regionem direpturos minitabantur, nisi cum ipsis primo quoque tempore in hostes graderetur. Tanta undique difficultate cinctus, et sine propriis copiis proficisci parum tutum existimabat (etenim, ut in æstate, omnes per rura dispersi opus faciebant), et quam comminati erant, Barbarorum infestissimam incursionem metuebat. Decrevit igitur potius cum domesticis præsentibus exire, quam alios diutius præstolari : communicatoque cum Barbarorum ducibus de expeditione in Triballos mysterio, precabatur, ne urbes quæ se dederent, et regionem infestarent, sed ea intacta, ad vere hostilem, quo illis duces præberet, depopulandum se darent, huic æquitati pecuniæ vim maximam promittens. Barbari quæ ejus animo complacuissent, cuncta se præstituros perfectissimeque obsecuturos sponderunt. Mox una cum illis iter

συχνοῦ τινος τριβέντος, καὶ οἱ τῶν κατὰ τὴν Μυγδονίαν πόλεων ἄρχοντες ἐπιφανέστατοι τῶν Τριβαλῶν, πρὸς Ματθαῖον κρύφα πέμψαντες, τὸν βασιλέα μετεκαλοῦντο, ὡς σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὰς πόλεις παραδώσοντες ὧν ἄρχουσιν. Ἦσαν δὲ καὶ πρότερον περὶ τῶν ἴσων διείλεγμένοι. Ἀπὸ γὰρ τῶν χρόνων ἐκείνων ἡνίκα βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς ὑπὸ Ῥωμαίων ἀπελαθεὶς διέτριβεν ἐν Τριβαλοῖς, πολλήν τινα τὴν εὔνοιαν ἔσχον πρὸς ἐκεῖνον· μάλιστα δὲ οἱ δυνατώτατοι δι' ἃ καὶ Κράλη περιόντος ἔτι, ἡδέως ἂν ἐκεῖνον εἶδον ἐπιστρατεύσαντα αὐτοῖς· καὶ συγκατειργάσαντο τὰ μέγιστα· μᾶλλον γὰρ ὅπ' ἐκείνου βασιλεύεσθαι ἐβούλοντο ἢ Κράλη, καὶ πολλάκις κρύφα περὶ τούτου διειλέχθη. Ἐπεὶ δὲ βασιλεύς τε ἀπήλλαξεν ἐκ τῶν πραγμάτων, καὶ ὁ σφῶν δυνάστης ἐτεθνήκει, τὰς μὲν προτέρας παντάπασιν ἐλπίδας ἀπεγίνωσκον διὰ τὴν βασιλέως μεταβολὴν κατὰ τὸν βίον· πρὸς δὲ Ματθαῖον πέμποντες βασιλέα τὸν υἱὸν τήν τε πρὸς βασιλέα τὸν πατέρα εὔνοιαν ὑπεμίμνησκον αὐτὸν, καὶ τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν ἔχειν, καὶ πρὸς ἐκεῖνον διετείνοντο, καὶ ἐπηγγέλλοντο αὐτῷ προσθήσεσθαι, καὶ μεγάλην ἀρχὴν ὑποποιήσειν. Τότε δὲ Βοΐχνας ὁ Καῖσαρ πέμψας, ὅτι τε πάντα παρεσκεύαστο ὅσων ἐδέοντο ἀπήγγελλε· καὶ ὡς πείσειε καὶ τὸν Φερῶν ἄρχοντα αὐτοῖς συνθέσθαι, καὶ τὴν πόλιν παραδιδόναι εἶναι παρεσκευασμένον [γρ. σὺν] αὐτῇ Κραλαίνῃ, καὶ χρήμασι μυρίοις· ἐδέοντό τε τάχιστα ἀφικέσθαι παρ' αὐτοὺς πρότερον δόντα προθεσμίαν τῆς ἀφίξεως. Βασιλεὺς δὲ σφόδρα πρὸς τὴν ἀγγελίαν ὑπερηθεὶς, καὶ μεγάλα ἐπαγγειλάμενος αὐτοῖς τῆς περὶ αὐτὸν εὐνοίας καὶ σπουδῆς, παρείχετο καὶ προθεσμίαν, ὡς ἐν τριάκοντα ἡμέραις ἀφιξόμενος· τοσαύτας γὰρ ᾤετο ἀρκέσειν πρός τε τὸ τὴν οὖσαν ἀθροῖσαι Ῥωμαίων στρατιὰν, καὶ ἐκ τῆς ἔω συμμαχίδα μεταπέμψασθαι παρὰ Ὀρχάνη τοῦ γαμβροῦ. Τριβαλοῖς μὲν οὖν τοῖς μεταπεμπομένοις τοιοῦτον σύνθημα ἐδίδου· πρεσβείαν δὲ πρὸς Ὀρχάνην αὐτίκα πέμψας τὸν γαμβρὸν, ἠτεῖτο στρατιὰν, καὶ τοὺς Ῥωμαίους γράμμασι μετεκαλεῖτο. Συμβὰν δὲ οὕτω περὶ Ἄβυδον ἐφ' ἑτέραις δή τισιν αἰτίαις οἱ πρέσβεις συντυχόντες τῷ Ὀρχάνῃ διατρίβουσι, ἀπήγγελλον τὴν πρεσβείαν. Ὀρχάνης δὲ αὐτίκα, καὶ γὰρ ἔτυχεν ἀφ' ἑτέρων σατραπειῶν ἠθροισμένη στρατιὰ Βαρβάρων περὶ πεντακισχιλίους, καὶ δεομένη περαιωθῆναι πρὸς τὴν Θρᾴκην, ὡς εἰς Μυσίαν ἐπὶ λεηλασίᾳ ἐμβαλοῦσα, καὶ τῷ οἰκείων τινὰς συμμίξας, καὶ στρατηγὸν ἕνα ἐπιστήσας αὐτοῖς ἐκ τῶν αὐτοῦ, τοῖς βασιλέως πρέσβεσιν ἐκέλευε παραλαβόντας περαιοῦσθαι, τὴν μὲν αἰτίαν ἀγνοῶν τῆς βασιλέως ἐπὶ Τριβαλοὺς στρατείας, νομίζων δὲ ἁπλῶς αὐτὸν ἐπὶ λεηλασίᾳ τῶν Βαρβάρων. Βασιλεὺς δὲ ἰδὼν οὕτω τάχιστα τὴν Βαρβάρων ἀφιγμένην στρατιὰν, μαθὼν δὲ καὶ ὡς πολλῶν εἴη σατραπειῶν συνειλεγμένη, θορύβου καὶ ἀθυμίας ἦν μεστός· τοῦτο μὲν τοὺς Βαρβάρους ὑποπτεύων ὡς οὐδὲν αὐτῷ τῶν κατὰ γνώμην πράξουσι δέους ἀπηλλαγμένοι, ὑφ' οὗ μετρίως ἂν ἐπείθοντο εὐτάκτως ἕπεσθαι καὶ μετὰ κόσμου· τοῦτο δ' ὅτι καὶ ἡ Ῥωμαίων στρατιὰ ἀδυνάτως εἶχεν ἀθροισθῆναι· ἐν τριάκοντα γὰρ ἡμέραις εἰρητο

Digitized by Google

αὐτοῖς εἶναι πρὸς αὐτόν. Πειρωμένου δὲ παρακατέχειν τοὺς Βαρβάρους, καὶ τὸν χρόνον ἀναλοῦν, ἠπείλησαν ἐκεῖνοι τὴν αὐτοῦ καταδραμεῖσθαι, εἰ μὴ σὺν αὐτοῖς ἐπὶ τοὺς πολεμίους τάχιστα ἀπαίροι. Ἀπορίᾳ δὲ πανταχόθεν συσχεθείς, τότε γὰρ μὴ τὴν οἰκείαν ἐπομένην ἔχειν δύναμιν ἐνόμιζεν οὐκ ἀσφαλὲς, καὶ τὴν Βαρβάρων ἰδεδοίκει, ἣν ἠπείλουν ἔφοδον ὡς μέγιστα κακώσουσαν, πάντων ἐν θέρους ὥρᾳ τετραμμένων ἐπὶ ἔργα, καὶ διεσκεδασμένων ἐπὶ τοὺς ἀγρούς, εἵλετο αὐτὸς μᾶλλον ἅμα οἰκέταις τοῖς συνοῦσιν ἐκστρατεύειν. Καὶ τοῖς ἡγεμόσι τῶν Βαρβάρων ἐκκαλύψας τὸ ἀπόῤῥητον τῆς εἰσβολῆς, ἠξίου μὴ τὰς προσχωρούσας πόλεις κακούργειν, μηδὲ τὴν χώραν· ἀλλ' ἄθικτον διατηρήσαντας ἐκείνην, ἐπὶ τὴν ὄντως πολεμίαν τρέπεσθαι ἀγωγοὺς αὐτοῦ παρεχομένου. Τῆς τοιαύτης δὲ εὐγνωμοσύνης ἕνεκα χρήματα πολλὰ τοῖς Βαρβάροις ἐπηγγέλλετο παρέξειν. Οἱ δ' ἅπαντα πράξειν αὐτῷ τὰ κατὰ γνώμην ἰσχυρίζοντο, καὶ πάντα ὑπείξειν ἀκριβῶς. Αὐτίκα τε συνεξώρμητο αὐτοῖς, ὀλίγους τινὰς Ῥωμαίους ἔχων περὶ ἑαυτόν· ἔπεμπέ τε καὶ πρὸς Καίσαρα τὸν Βοΐχνην τοὺς δηλώσοντας, ὅτι καὶ πρὰ τὸ σύνθημα ἐκστρατεύσειεν ἀναγκασθεὶς ὑπὸ τῆς στρατιᾶς οὐκ ἀνασχομένης περιμένειν τὸν χειρῶνα. Ὁ δὲ τῆς πόλεως ἧς ἦρχεν ἀποδημῶν, Δράμα δὲ ἦν, ἐπεὶ πύθοιτο τὰ παρὰ βασιλέως, ἅμα καὶ στρατιᾷ τινι περιτυχὼν Τριβαλικῇ, ἢ παρὰ Κράλη πρὸς τὴν μητέρα ἀφῆκτο ἐν Φεραῖς, ἀνέστρεφεν ἐπὶ Φερὰς μετὰ τῆς στρατιᾶς. Γνώμην δὲ εἶχεν ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκεῖ συνωμόταις συνδιασπεύδομενος ὅ τι δέοι ὁρᾶν πρὸς τὰ παρόντα. Οἱ Βάρβαροι δὲ ἐπεὶ ἐγγὺς Φερῶν ἦσαν μετὰ βασιλέως, οἱ πλείους μὲν ἀμελήσαντες τῶν συνθηκῶν, ἐτράποντο ἐπὶ λεηλασίαν, καὶ πᾶσαν τὴν χώραν ἐπόρθουν ἀδεῶς, βασιλέως ἀχθομένου, καὶ πάντα πράττοντος ἐξ ὧν ἔμελλε κωλύσειν τοὺς Βαρβάρους κακοῦν τοὺς φίλους· ὅτοι δὲ μετὰ βασιλέως ἦσαν καὶ τοῦ στρατηγοῦ, τὴν Τριβαλῶν ἰδόντες προσισοῦσαν στρατιὰν, ᾗ καὶ Βοΐχνας συνῆν ὁ Καῖσαρ, ὥρμηντο συμβαλεῖν. Βασιλεὺς δὲ, ἐπεὶ πολλὰ καμὼν οὐκ ἠδυνήθη πεῖσαι ἀποσχέσθαι μάχης, ἐχώρει καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὸν πόλεμον. Ἦσαν δὲ καὶ οἱ Τριβαλοὶ ὁμοίως ἐπὶ τοὺς Βαρβάρους. Ἔτι δὲ ἀκροβολιζομένων τῶν Βαρβάρων, ὥσπερ ἔθος πρὶν ἥκειν εἰς τὰς χεῖρας, ἔπιπτεν ὁ στρατηγὸς βέλει τρωθεὶς ὑπὸ τῶν Τριβαλῶν, καὶ σύγχυσις δεινὴ καὶ ἀταξία τὸ στρατόπεδον κατεῖχε τῶν Βαρβάρων, οἷα δὴ ἐκ πρώτης ἡττημένων εἰσβολῆς. Βασιλεὺς δὲ τότε μάλιστα ἐφαίνετο συνεῖναί τε τὰ δέοντα ὧν ὀξὺς ἐν ἐπείγουσι καιροῖς, καὶ αὐτός τε καταπράξασθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις παραινέσαι. Αὐτίκα γὰρ ἕτερον ἐχειροτόνει στρατηγὸν, καὶ παρῄνει μάλιστα θαῤῥεῖν, ὡς καλῶς αὐτοῦ τοῖς πράγμασι χρησομένου. Εἰσωθήσας δὲ αὐτὸν εἰς τοὺς προτάκτους, ἔργα τόλμης καὶ ἀνδρίας ἐπεδείκνυτο θαυμαστά. Τρεῖς γὰρ ἐφεξῆς αὐτοχειρίᾳ πολεμίους ἀνελὼν, ἠνάγκασε τῆς μάχης ἀποσχέσθαι Τριβαλοὺς, αὐτίκα γὰρ ἀνεχώρουν ἐπὶ Φερὰς οὖσας οὐ μακράν· ἔπεσον

A capessit, paucis Romanis comitatus : mittitque ad Boichnam Cæsarem significatum, se præter pactum advenlare, compulsum a copiis peregrinis, quæ præfixum tempus exspectare nollent. Qui absens urbe, cui præerat Drama vocabulo, ut nuntios imperatoris accepit, simul et in agmen Triballicum incidit, quod a Crale ad matrem Pheras mittebatur, cum eodem agmine reversus est, hac mente, ut cum cæteris conjuratis ibi quid in præsens faciendum, consilium caperet. Barbari ut cum imperatore Pheris appropinquarunt, plures conventorum securi, prædatum se effudere, totamque regionem per licentiam depopulati sunt : succensente imperatore, et tentante omnia, quibus amicos injuriis Barbarorum se prohibiturum putaret. Qui autem

B cum imperatore et duce suo remanserant, manum Triballorum, 889 in qua et Boichnas visebatur, contra cernentes invadere, confligere cupiebant. Imperator ubi multo labore eos a pugna absterrere non potuit, et ipse ad certamen processit, quod et Triballi in Barbaros faciebant, quibus adhuc missilibus (ut solebant (44) antequam prælium consererent) præludentibus, dux cecidit : cujus casu ingens confusio ac trepidatio illos, velut primo impetu victos pervasit. Imperator tum maxime et ad intelligendum, quid tali tempore conveniret, et ad rem ipse conficiendam, aliosque incitandos celer ac promptus apparuit. Alium quippe ducem statim surrogavit, quem rei a se bene gerendæ fiducia

C implevit : ruensque in primam aciem, eximia animosæ fortitudinis exempla edidit. Tribus enim hostibus continenter sua manu interfectis, Triballos receptui canere, et Pheras haud longe distantes, sine mora recedere coegit. Eo conflictu Persarum pauci, Triballorum duplo plures desiderati sunt. Barbari, quoniam eis contrà spem evenerat (non enim opinabantur hostes aliquandiu se defensuros) tumultu, confusioneque permiscere omnia, et fugam parturire. Quos confirmans, et in ordinem digerens imperator, ut mos est, revertit, ipse extremum agmen ducens, in quo Romanorum et Persarum fortissimi. Triballi porro incrementos abire Barbaros non sinebant : quos et ipsos, quia celerrime redirent, turbatos suspicabantur : et denuo

D invadentes, dissipare confertos, et in fugam dare nitebantur. Imperator rursum cum Romanis et Persarum lectissimis se opponens, eos repellebat ; duos enim congressus deinceps occidit, et alii ab aliis ad orcum missi sunt. Tum denique cuneus Triballorum, imperatoris virtute obstupefactus, Pheras recessit, ac de cætero nihil negotii facessivit.

Jacobi Pontani notæ.

(44) Verbum ἀκροβολίζεσθαι, non solum est e loco edito, aut in locum editum jacula mittere, sed etiam pugnare missilibus, velitari, certamini præludere, pugnam lacessere. Tales rorarii dicti Romanis, qui scilicet, antequam congrederentur acies, jaculis non multis inibant prælium ; tractum inde, quod ante maximas pluvias cœlum ros incipiat.

Digitized by Google

δὲ κατὰ τὴν συμβολὴν ἐκείνην Περσῶν μὲν ὀλίγοι, διπλασίους δὲ ἐκ Τριβαλῶν. Τὸ μέντοι βαρβαρικὸν, ὡς παρ' ἐλπίδας αὐτοῖς ἀπήντα τὰ κατὰ τὴν μάχην, οὐ γὰρ ᾤοντο ἀντισχήσειν οὐδὲ πρὸς βραχὺ τοὺς πολεμίους, δεινῶς ἐθορυβοῦντο καὶ ἠτάκτουν, καὶ ἤδη ἕτοιμοι ἦσαν πρὸς φυγήν. Παραθαρρύνας δὲ αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς, καὶ συντάξας ὥσπερ ἔθος, ἀνέστρεφεν αὐτὸς τὴν οὐραγίαν ἔχων μετὰ τῶν Ῥωμαίων, καὶ τῶν ἀρίστων τῶν Περσῶν. Τριβαλοὶ δὲ οὐχ ὑπέμειναν ἀναιμωτὶ τοὺς Βαρβάρους ἐᾶν ἀναχωρεῖν. Ὑπώπτευον γὰρ καὶ αὐτοὶ τεθορυβῆσθαι ἐκ τῆς ταχίστης ἀναζεύξεως· καὶ αὖθις ἐπελθόντες, ἐπεχείρουν τρέπεσθαι, καὶ διαλύειν τὸν συνασπισμόν. Βασιλεὺς δὲ αὖθις ἀντικαταστὰς μετὰ Ῥωμαίων καὶ τῶν ἀρίστων τῶν Περσῶν, ἀπέτρεπε τοὺς πολεμίους. Δύο γὰρ ἐφεξῆς ἀπέκτεινε συμβολών. Ἔπεσον δὲ καὶ ἄλλοι ὑπὸ τῶν λοιπῶν ἀνῃρημένοι. Ἐξ ἐκείνου δὲ ἡ Τριβαλῶν ἀνεχώρει στρατιὰ ἐπὶ Φερὰς, τὴν βασιλέως ἀνδραγαθίαν ἐκπλαγεῖσα, καὶ οὐκέτι λοιποῦ ἠνώχλησαν οὐδέν.

890 CAPUT XLV.

Falsa suspicione imperatorii fugiunt. Descriptio urbis Philippensium. Imperatoris auctoritate fuga sisti non potest. Ejus virtus. Famuli equum suum subjicientis opera salvus evadit. In palude se apud Philippos occultans, a Philippensibus capitur. Dramam custodiendus a Boichna perducitur. Palæologus Gratianopolim, et ibi ejus uxorem cum liberis capit, quos Tenedum mittit. Matthæum a Boichna perit, et is pecuniæ amore eum tradit integrum. Censentium exoculandum variæ causæ. Laudatur Palæologus. Matthæus in Tenedum, postea in Lesbum mittitur. Res tota socero indicatur, et libertas captivo promittitur.

Imperator ad Panactem fluvium, ibi pernoctaturus, castra fecit, prima luce, etiam aliis, qui ad prædas discurrerant, reversis, tuto iter reliquum aggressurus. Inclinante in vesperam die, prædatores, quorum magna vis, cum non mediocri pecorum hominumque præda ad castra homophylorum tendunt, cum Triballis depugnatum esse nescientes. Qui in castris erant, non esse suos, sed Triballos suspicati, a quibus confestim invaderentur, quoniam ipsis pugna impares videbantur, non solum qua numero, sed etiam qua audacia, cujus ex præcedentibus præliis documenta exstabant, vi summa in fugam se penetrant, adhuc sociis intervallo longissimo distantibus: timentes scilicet, ne interclusi perirent, et per angustias apud Philippos quisque alium transitu prævenire contendebant. Metuebant namque, si nox supervenisset, et Philippenses fugam eorum sensissent, ne faucibus occupatis, in Thraciam transire neminem paterentur: et agmen illud Triballicum, ut putabant, cum cædibus instaret fugientibus, atque ita nullo impedimento omnes ad unum interirent. Ad radices enim montis jacente Philippensium urbe, quod supra est, propter asperitatem inaccessum est, ac profundis vallibus præruptisque saxis continetur. Quod infra est, planum illud quidem, sed cœnosa et profunda palus est, multis passim aquulis irrigua. Inter paludem porro, et oppidum arcta via patet, quam superare summum operæ pretium putabant, antequam Philippenses eos victos rescivissent. Romani quoque cum Barbaris fuga abripiebantur. Imperator tam temerariam fugam ægre patiens, quosdam retinere et insequentibus resistere conabatur (pauci enim Triballi ex proximis vicis concurrentes, Barbarorum fugientium tergis statim inhærebant, **891** nam præsidium Pheris, et Boichnas quid accidisset funditus ignorabant), nihil tamen pro eo, ac par erat, efficiebat, omnibus ad fugam salutis causa intentis. Tum necessario ipse, et solus instantes excipiens, eos arcebat, ne fugientium plures jam occiderent. Nihilominus Romanorum ac

Βασιλεὺς δὲ ἄγων τὴν στρατιὰν, ἐστρατοπέδευσεν ἐπὶ Πάνακα τὸν ποταμὸν ὡς αὐτόθι διανυκτερεύσων· ἅμα δὲ ἕῳ καὶ τῆς ἐπὶ τὴν λείαν διεσκεδασμένης στρατιᾶς ἐπανελθούσης, ἀσφαλῶς τὸ ἐπίλοιπον ἀνύσων τῆς ὁδοῦ. Κλινούσης δὲ ἡμέρας ἤδη, ἡ διεσκεδασμένη στρατιὰ ἐπαναζεύξασα ἐκ τῆς λεηλασίας, οὖσα οὐκ ὀλίγη, καὶ βοσκημάτων πλῆθος ἐπαγομένη αἰχμαλώτων καὶ ἀνδραπόδων, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐβάδιζε τῶν ὁμοφύλων, ἀγνοοῦσα τὴν μετὰ τῶν Τριβαλῶν γεγενημένην συμπλοκήν. Οἱ δὲ ἐν τῷ στρατοπέδῳ ὑποπτεύσαντες μὴ εἶναι τοὺς σφετέρους, ἀλλὰ τοὺς Τριβαλοὺς συστάντας ἐπιέναι σφίσιν, ἐπεὶ οὐκ ἀξιόμαχοι ἐδόκουν εἶναι πρὸς αὐτοὺς, οὐ διὰ τὸ πλῆθος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν κατὰ τὰς προγεγενημένας μάχας τόλμαν, ἀναστάντες ἔφευγον κατακράτος πορρωτάτω τῆς στρατιᾶς ἔτι ἐπιφαινομένης, δείσαντες μὴ ἐγκαταλειφθέντες διαφθαρῶσι· καὶ τὴν ἐν Φιλίππου δίοδον ἐσπούδαζον ἕκαστος διαβαίνειν φθάνοντες τοὺς ἄλλους. Ὑπώπτευον γὰρ, εἰ ἐπιγένοιτο ἡ νὺξ, καὶ τῆς τροπῆς αἰσθοιντο οἱ Φιλιππήσιοι, οὐδὲν εἶναι κώλυμα παντάπασι διαφθαρήσεσθαι, τῶν μὲν Φιλιππησίων κατασχόντων τὰ στενὰ, καὶ οὐκ ἐώντων διαβαίνειν ἐπὶ Θράκην, τῆς στρατιᾶς δὲ ἐπικειμένης, καὶ διαφθειρούσης· ἐπί τινος γὰρ ὑπωρείας τῆς Φιλιππησίων πόλεως κειμένης, τὸ μὲν ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄβατόν ἐστι διὰ σκληρότητα, φάραγξι βαθείαις καὶ χρημνοῖς καὶ πέτραις περιειλημμένον· τὸ δ' ὑπὸ τὴν πόλιν, λεῖον ὄν, τέναγός ἐστι, καὶ τέλμα βαθὺ ἐλῶδες, καὶ ὕδασι πολλοῖς κατάρρυτον. Στενὴ δέ τις δίοδός ἐστι μεταξὺ τῆς πόλεως καὶ τοῦ τενάγους, ἣν προῦργου παντὸς ἐποιοῦντο διελθεῖν, πρὶν αἰσθέσθαι τούτους τοὺς Φιλιππησίους ἡττημένους. Συναπῆχθησαν δὲ τοῖς Βαρβάροις καὶ οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς τὴν φυγήν. Βασιλεὺς δὲ ἀχθόμενος πρὸς τὴν τροπὴν, οὕτω παρὰ λόγον γεγενημένην, παρακατέχειν μέν τινας ἐπειρᾶτο καὶ μάχεσθαι τοῖς ἐπιοῦσιν. Ἦσαν γάρ τινες ἐκ Τριβαλῶν ὀλίγοι ἐκ τῶν πέριξ κωμῶν συνειλεγμένοι, οἳ ἐπέκειντο αὐτίκα τοῖς Βαρβάροις φεύγουσιν· ἡ γὰρ ἐν Φεραῖς στρατιὰ καὶ Βοΐχνας παντάπασιν ἠγνόουν τὸ συμβάν. Πράττειν δὲ οὐδὲν

Digitized by Google

ἠδυνήθη τῶν δεόντων πάντων πρὸς ἓν ὁρώντων ὅπως τῇ φυγῇ σωθῶσιν. Ἀναγκαίως δὲ αὐτὸς καὶ μόνος συνεπλέκετο τοῖς ἐπιοῦσι, καὶ ἀνεῖργε τοῦ μὴ τοὺς φεύγοντας διαφθείρειν ἐπιπλέον. Ὅμως διεφθάρησαν καὶ Ῥωμαίων καὶ Βαρβάρων οὐκ ὀλίγοι· μάλιστα δὲ κατὰ τὴν δίοδον τὴν ἐν Φιλίππου. Ἤδη γὰρ καὶ Φιλιππήσιοι τῶν Βαρβάρων τῆς τροπῆς αἰσθόμενοι ἐπέκειντο καὶ διέφθειρον ἀπανταχοῦ. Βασιλεὺς δὲ ἀμυνόμενος, καὶ περισώζων ἑαυτὸν, ἦει καὶ αὐτὸς τὴν εἰς Φιλίππου. Ἀπειρηκότος δὲ αὐτῷ τοῦ ἵππου ταῖς συχναῖς ἐφόδοις καὶ ἐπεκδρομαῖς, καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ ἤδη ὄντι, Κυπαρισσιώτης εἷς τῶν οἰκετῶν, περὶ στρατείας μὲν καὶ μάγας οὐ μάλιστα ἠσχολημένος, λόγοις δὲ ἐσχολακὼς, διέσωζε τό γε ἧκον εἰς αὐτόν. Ἀποβὰς γὰρ αὐτὸς τοῦ ἵππου, παρεῖχετο τῷ βασιλεῖ, εἰς προῦπτον κίνδυνον ἑαυτὸν ἑκόντι καταπροέμενος. Αὐτίκα γὰρ ὑπὸ τῶν ἐπιόντων Τριβαλῶν συνελαμβάνετο. Καὶ δεσμωτήριον οἰκήσας ἐπὶ χρόνον, αὖθις ἐλέλυτο ὑπὸ τῶν κατασχόντων διὰ τὴν περὶ τὴν πίστιν κοινωνίαν. Βασιλεὺς δὲ γενόμενος ἄχρι τῆς Φιλίππου μόνος, ἐπεὶ τήν τε δίοδον ἐώρα ἐχομένην, καὶ οὔτε βιάζεσθαι ἐνῆν τοσούτους ὄντας, οὔτ' ἐφ' ἕτερόν τι βέλτιον τραπέσθαι, ἐπὶ τὸ ἕλος ἐχώρει καλάμοις ὃν συνηρεφὲς, λήσειν οἰόμενος ἄχρις ἂν ἐπιγένηται ἡ νύξ. Τοῦ τέλματος δὲ τὸν ἵππον οὐ δυναμένου στέγειν, ἀλλ' ὑποχωροῦντος ταῖς ὁπλαῖς καὶ κατέχοντος ἐμπηγνυμένας, ἀπέβαινεν ὁ βασιλεὺς, καὶ συνεκρύπτετο ὑπὸ τὸ ἕλος. Φιλιππήσιοι δὲ ἐπιδραμόντες· οὐ γὰρ ἠγνόουν ὅστις εἴη, Γαυρᾶ τινος τῶν βασιλέως οἰκετῶν κειμένου τραυματίου παρ' αὐτοῖς, καὶ ὅσον οὐδέπω ἀπολείποντος πόῤῥωθεν γνωρίσαντος, καὶ εἰπόντος πρὸς αὐτοὺς ἀπεριέργως, ὡς εἴη βασιλεὺς ὁ πρσιών· καὶ διερευνησάμενοι τὴν ὕλην ἀκριβῶς ὑπὸ κυσὶ, συνελάμβανόν τε, καὶ ἦγον εἰς τὴν πόλιν. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς Ματθαῖος εἰς τοῦτο ἦλθε κακοπραγίας, καὶ τοιαύταις συμφοραῖς ἐχρήσατο, τοῖς πώποτε περὶ πολέμους ἀτυχήσασι τὰ μέγιστα ἀμιλληθείς. Βοΐχνας δὲ ὁ Καῖσαρ, ἐπεὶ ἐπύθετο φρουρούμενον βασιλέα ἐν Φιλίππου, εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐκεῖθεν ἀναλαβὼν, ἦγαγεν εἰς τὴν οἰκίαν ἐπὶ Δράμαν καὶ πολλῆς ἠξίωσε προνοίας καὶ τιμῆς. Φρουροὺς δὲ ἐπέστησεν ἀγρύπνους, καὶ πᾶσαν ἐπιδείκνυτο σπουδὴν περὶ τὴν φυλακήν. Ἐπηγγέλλετό τε, εἰ γένοιτο ἐπ' αὐτὸν, ἐκπέμψειν εἰς τὴν οἰκίαν. Ὑπώπτευε γὰρ Κράλαιναν ἐναντιώσεσθαι, αὐτῇ προσήκειν ἀξιοῦσαν ὥσπερ τι τοῦ πολέμου λάφυρον ἔχειν βασιλέα. Διὸ δὴ ἐδόκει ἥκειν ἐπ' ἐκείνην τάχιστα ἐξαιτησόμενος, ἅμα μὲν καὶ χρήματα ἐλπίζων παρ' ἐκείνου λήψεσθαι, ἅμα δὲ καὶ φίλον ἔχειν βέβαιον· ὥστ', εἰ δέοι αὖθις τοῖς προτέροις ἐπιχειρεῖν, μεγάλην ἔχειν παρ' ἐκείνῳ δύναμιν. Ὁ μὲν οὖν τοιαύτην ἔχων γνώμην, ἠπείγετο ἐπὶ Φεράς. Νόσῳ δέ τινι ἐδεύων μεταξὺ κατασχεθεὶς, ἐν πέντε καὶ εἴκοσιν ἡμέραις ἐκωλύθη εἰς Φερὰς ἐλθεῖν, ἀδυνάτως ἔχων χρῆσθαι ἑαυτῷ. Παλαιολόγος δὲ ὁ βασιλεὺς, ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις τοῦ Ὀρχάνη ἕνεκα παιδὸς περὶ Τένεδον τριήρεσι διατρίβων, ἐπεὶ πύθοιτο τὰ κατὰ Ματθαῖον τὸν βασιλέα, ἅρας ὡς εἶχε

A Barbarorum permulti in transitu apud Philippos perierunt. Jam enim et Philippenses eos fuga cognita infesti premebant, et hinc inde trucidabant. Imperator semet sua manu salvum præstans, ipse quoque versus Philippos pergebat, cui cum equus crebris in hostem incursibus et impressionibus delassatus concidisset, quo se verteret nescientem famulus quidam, Cyparissiota nomine, expeditionibus et pugnis non valde assuetus, studiis autem litterarum excultus, quantum in se fuit, servavit. Nam cum præsenti capitis sui periculo equum suum imperatori subjecit. Repente siquidem ab insequentibus Triballis comprehensus, et ad tempus vinculis mandatus, propter religionis communionem dimissus est. Imperator cum venisset Philippos so-
B lus, et transitum obsessum conspexisset, nitique contra tam multos non posset, nec quid melius ageret, haberet, in paludem quæ plurima arundo, ingressus est, latere se posse credens, quoad nox appetisset. Cum autem palustre cœnum equi ungulas non sustineret, et infixas retineret, descendit, seseque occuluit. Philippenses porro incur antes (non enim ignorabant quis esset, quod Gauras quidam de famulis ejus ex vulnere apud ipsos decumbens, et jam vita deficiens, procul ipsum agnovisset, et imperatorem esse, qui veniret, citra hæsitationem dixisset) et virgulta canibus diligenter scrutantes, eum ceperunt, atque in urbem introduxerunt. Matthæus igitur imperator eo redactus
C est infelicitatis, et talibus afflictus est calamitatibus, nullo eorum inferior, quos bellum reddidit miserrimos. Boichnas Cæsar ut eum Philippis custodiri audivit, postridie acceptum, domum suam Dramam abducit, provide admodum et honorifice illum habet, et ut diligenter asservetur perstudiose curat, promittens, si sit penes se, in provinciam remissurum. Formidabat etenim, ne Cralæna sibi adversaretur, postularetque jure suo, ut belli quoddam spolium, apud se imperatorem habere. Ideo quamprimum ab ea deposcendus videbatur; simul quod ab eo pecuniam sperabat, et constantem amicum fore, 892 ut si priora rursus aggrediunda forent,
Μετὰ μικρὸν δὲ τῆς ἐπιβουλῆς μηνυθείσης βασιλεῖ, συνελαμβάνετό τε καὶ ἀνεκρίνετο, εἰ πολλοὺς ἔχοι τοὺς συνειδότας. Ὁ δὲ ἄλλους τέ τινας συνωμολόγει, καὶ Καντακουζηνὴν τὴν βασιλίδα, καὶ ἔφασκεν εἰς τοῦτο ὑπ' ἐκείνης ἐναχθῆναι μεγάλα ἐπαγγειλαμένης· μηδὲ γὰρ ἂν ἐφ' ἑαυτὸν τηλικοῦτος ἐγχειρεῖν, ἀφανίᾳ πολλῇ συζῶντα, καὶ πενίᾳ, μή τινος πρὸς τὰ τοιαῦτα ἀξιόχρεω συμπράττοντος. Βασιλεῖ δὲ εὐθὺς ἐδόκει ἐκατέρωθεν δεινόν. Τό τε γὰρ ἐπὶ τοιούτοις διαβεβλῆσθαι βασιλίδα, εἰ συνειδείη μηδὲν αὐτοῖς πρὸς τὴν ἐπιβουλὴν, οὐκ ἀγαθόν· καὶ τὸ συνειδέναι καὶ συμπράττειν σφόδρα χαλεπὸν, εἰ ἐκείνη μὲν αὐτὸς τοσοῦτον εὐνοοίη, ὥστε βούλεσθαι καὶ τὸν υἱὸν ἀπολύειν δεσμῶν, οὐδενὸς ἂν ἑτέρου προσδοκήσαντος, αὐτὴ δ' ἐπὶ τοσοῦτον δυσμεναίνοι, ὥστ' ἐπιβουλὰς τοιαύτας συσκευάζειν κατ' αὐτοῦ· μᾶλλον δὲ ὑπώπτευεν εἶναι τοὺς λόγους συκοφαντίας, καὶ πάντ ποιεῖν ἐβούλετο καταφανὲς, ὡς εἴη διαβολαὶ τὰ εἰρημένα. Διὸ αὐτός τε ἀνέκρινεν ἐπιμελῶς τὸν Ζειανὸν, ἐπαγγελλόμενος αὐτῷ τὴν ἐπὶ τῇ ἐπιβουλῇ ἄφεσιν δίκην, εἰ τὰ περὶ βασιλίδος εἰρημένα συνωμολογοίη ὡς εἴη συκοφαντίαι, καὶ τῶν ἐν τέλει τοῖς ἐπιφανεστέροις τὴν ἐξέτασιν ἐπέτρεπεν. Ὁ δ' ὁμοίως ἐπὶ πάντων ἰσχυρίζετο ἀληθῆ τὰ εἰρημένα εἶναι, καὶ πάντων ἐκείνην αἰτίαν εἶναι πρὸς ἅπαντα ἐξηγουμένην, καὶ τρόπους ἐξευρίσκουσαν καὶ ἐπινοίας, ἐξ ὧν ἂν κατορθωθείη τὰ βεβουλευμένα· καὶ λόγους προσετίθει πιθανοὺς, ἐξ ὧν ὀλίγου δεῖν τοὺς πλείους ἔπεισε φαῦλα ἤδη περὶ βασιλίδος ὑποπτεύειν. Οὕτω δὲ συμβὰν, καὶ Καλλίστου τοῦ πατριάρχου ἐν τοῖς βασιλείοις ἀφιγμένου, ἐπεὶ ὁ Ζειανὸς ἐξεταζόμενος ἐπύθετο παρεῖναι, ἀφορισμὸν ἀπὸ Θεοῦ παρὰ τοῦ πατριάρχου προὐκαλεῖτο, ὡς οὕτως ὑπ' ἀνάγκης ἅπαν λέξων τἀληθές. Δόξαν δὲ καὶ βασιλεῖ λυσιτελεῖν (οὐδὲ γὰρ ἂν ἀφειδήσειν ἑαυτοῦ τοσοῦτον Ζειανὸς, ὡς ἐπ' ὀπωλείᾳ ψυχῆς οὕτω καταψεύσεσθαι βασιλίδος ἐπ' ἐλπίδι κέρδους οὐδενὸς), ἐπέτρεπε πραχθῆναι. Εἰρημένου δὲ καὶ τοῦ ἀφορισμοῦ, ἔτι βεβαιότερον τὰ πρότερον εἰρημένα ἰσχυρίζετο. Ὁ μάλιστα τὴν βασιλέως γνώμην ἔσεισε, καὶ δυσμεναίνειν αὐτῷ τὴν βασιλίδα Εὐγενίαν ἔπεισε, πρότερον οὐδαμῶς φαύλας ἔχειν περὶ ἐκείνης ὑπονοίας ἀνεχόμενον. Ἀχθεσθεὶς δὲ οὐ μετρίως, καὶ λύπης ἐμπλεως γενόμενος ἐπὶ τοῖς συμβᾶσι, Ζειανὸν μὲν ἐκέλευεν ἐν δεσμωτηρίῳ φρουρεῖσθαι καθειρχθέντα, αὐτὸς δὲ ἀπέσχετο τοῦ περὶ τὴν ἐλευθερίαν τοῦ γυναικὸς ἀδελφοῦ τι πράττειν, ἢ βουλεύεσθαι· ἄτοπον εἶναι λογισάμενος καὶ σχέτλιον κομιδῇ, τὴν μὲν ἐκείνου μητέρα τὴν βασιλίδα τοσαύτην πρὸς αὐτὸν

Paulo post insidiis compertis imperator eum comprehendit, de sceleris sui sociis examinat. Ille et alios, et Cantacuzenam imperatricem nominat, autumatque magnis ab ea pollicitationibus huc inductum : nec enim per se tantum facinus ausurum fuisse, hominem infimum et egentem, sine insignis alicujus opera et impulsu. Imperatori mox utrinque res dura et atrox apparere. In tali quippe causa calumniis appetitam imperatricem, si insidiarum minime conscia esset, haud bonum ; esse autem consciam et facti participem, valde immane judicabat, quando ipse adeo bene cuperet, ut filium ejus e vinculis emittere cogitaret, quod nemo exspectasset ; ipsa vero tantas in se insidias tam maligne compararet. Verumtamen eo potius propendebat, ut sermonem illum pro obtrectatione haberet, et id constare volebat omnibus. Idcirco curiosius Zianum excutiens, se illi propter insidias supplicium condonaturum affirmabat, si de imperatrice detraxisse confiteretur : et procerum nobilioribus quæstionem dabat. **899** Zianus perinde in omnibus vera se locutum asseverabat, culpamque omnem in illam rejiciebat : illam ad omnia prævisse ; illam modos et astum invenisse, quibus mente concepta feliciter patrarentur ; et probabilibus utebatur argumentis, quibus pluribus malam de imperatrice suspicionem ferme injiciebat. Forte et Callistus patriarcha in palatium venit, quem ut Zianus, qui tum a judicibus interrogabatur, adesse audivit, eum ad anathematismum in se dictandum provocabat : sic enim coactum, quod res esset, enuntiaturum. Cum idem imperatori placeret (neque enim tantopere parsurum sibi Zianum, ut cum exitio animæ ita contra imperatricem nullius exspectatione lucri mentiretur), indulsit. Lata anathematis sententia, etiam pertinacius, quæ prius dixerat, affirmabat. Unde imperator vehementissime perturbatus, Eugeniam, de qua nihil sinistram sustinebat suspicari, sibi male velle credidit, dolensque non mediocriter, et mœstitudinis ob hoc plenus, Zianum in custodiam dari jussit, et ipse de Matthæi liberatione agere aut cogitare destitit : absurdum et nefarium imprimis ratus, ejus matrem tantum sui odium et malevolentiam concepisse, ut ad pestem sibi, aut ærumnas maximas creandas moliretur omnia : se vero tanquam mentis inopem, etiam filium ejus, hostem sibi una cum illa futurum, e carcere dimittere. In his brevi tempore elapso, Zianus in carcere, ut con-

Digitized by Google

scientia sceleris sui exagitatus, et timens, ne post mortem etiam ad inferos mitteretur, velut qui præter calumnias in imperatricem a Deo quoque diro carmine separatus esset, et cum dæmonibus a Numinis societate in omnem æternitatem sejunctis versari elegisset, per amicissimum quemdam patriarchæ litteras mittit, quibus significat, se adversus imperatricem, ignaram quæ ipse cum conjuratis machinatus esset, falsa locutum : et quo mendacio suo fidem impetraret, improbe ac stolide anathematismum suscepisse. Nunc autem in quale barathrum præ stupore deciderit cognoscentem, totamque veritatem enuntiantem, veniam et absolutionem ab excommunicatione flagitare. Hæc Zianus scripsit. Verum qui litteras portabat, solers, et ad occasionem arripiendam promptus, intelligens si eos ad patriarcham deferret, Ziano soli profuturum : at si imperatoribus reddidisset, præter hoc, quod Ziano prodesset, **900** etiam Eugeniam imperatricem calumnia, et filium carcere liberaturum, cum litteris ad illam abiit. Quas illa statim ad Cantacuzenum misit, et is Palæologo sine mora legendas exhibuit. Sic manifestissime deprehensa criminatione, nimio gaudio pene desipuit imperator, quoniam scilicet malignitas illa contra conjunctissimos ad nihilum recidebat, quod mirifice optaverat : et Ziani scelus exsecratus, qui sine causa ac temere tam odiosam calumniam confinxisset, subito ad uxoris fratrem e custodia educendum incubuit. Sed cum Thessalonicæ negotia præsentiam ejus plane requirerent, eo triremibus profectus est. Post reditum, Tenedum mittens, Matthæum Epibatas castellum quoddam prope Selybriam duxit, ut cum essent vicini, colloqui possent. Postulabat autem, ut imperio penitus renuntiaret, privati statu contentus, et honoribus post imperatores primis, liberos ejus in omnibus (excepto Andronico imperatore) antecederet. Licere autem illi novum genus vestitus excogitare, eoque uti, sed facere, aut loqui ut imperatorem, nihil. Quod si quis erga eum tanquam imperatorem se gereret, aut eum hoc nomine appellaret, hunc iratus rejiceret. Talis erat Palæologi postulatio. Matthæus tota vita carcerem habitare, quam talem conditionem malle. Primum enim intolerabile aiebat qui heri et nudius tertius adoratus fuisset ut imperator, nunc subesse privati habitu, et ab aliis parum aut nihil differre. Deinde neque ipsam occasionem carceris pudendam et contemnendam esse, sed ob libertatem homophylorum, quam Barbari ereptum iverint, se infelici marte pugnantem captum esse, quod et antea multis Romanorum imperatoribus acciderit ; et nunc gloriæ et honoris causa velle adversa perpeti, id quod nemo prudens vitio daturus sit. Quod si ista miseria, quæ videtur, fractus, sponte se submittat, suamque gloriam libens prodat, ab omnibus pusilli animi jure accusatum iri. Quamobrem facilius tota vita in custodia mansurum, quam propter liberationem

πικρίαν καὶ δυσμένειαν ἐνδείκνυσθαι, ὡς πάντα πράττειν ἐξ ὧν ἂν αὐτὸς διαφθαρείη, ἢ ὡς μάλιστα πρὸς πολλῶν ἀφίκοιτο πεῖραν δυσχερῶν, αὐτὸν δὲ ὥσπερ ἀπεστερημένον τὸ λογίζεσθαι, καὶ τὸν υἱὸν ἐκείνης ἀφιέναι τοῦ δεσμωτηρίου, πολέμιον ἐσόμενον κἀκεῖνον σὺν αὐτῇ. Χρόνου δὲ οὕτω βραχέος παραῤῥυέντος, Ζειανὸς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὥσπερ εἰς συναίσθησιν οἷα εἴργαστο ἐλθών, καὶ δείσας μὴ καὶ μετὰ τελευτὴν τοῖς ἐν ᾅδου καταδίκοις συνεῖναι καταψηφισθῇ, οἷα δὴ πρὸς τῷ σεσυκοφαντηκέναι βασιλίδα, καὶ ἀφορισμὸν ἀπὸ Θεοῦ δεξάμενος, καὶ δαίμοσιν ἐλόμενος συνεῖναι τοῖς ἀπὸ Θεοῦ κεχωρισμένοις, γράμματα ἔπεμπε τῷ πατριάρχῃ διά τινος τῶν πάνυ φίλων. Τὰ δὲ ἐδήλου, ὡς συκοφαντοῖτο μὲν ὑπ' αὐτοῦ ἡ βασιλὶς ἐπὶ ταῖς εἰρημένοις, καὶ μηδὲν αὐτῷ συνειδείη καὶ τοῖς συνωμόταις τῶν βεβουλευμένων· τοῦ πιστευθῆναι δὲ τὰ πεπλασμένα ἕνεκα καὶ τὸν ἀφορισμὸν κακῶς καὶ ἀνοήτως δέξασθαι. Νυνὶ δὲ εἰς οἷον βάραθρον ὑπ' ἀναισθησίας κατώλισθε συνιδόντα, τυχεῖν συγγνώμης δεῖσθαι τἀληθὲς ἅπαν ἐξαγγέλλοντα, καὶ τῶν ἐκ τοῦ ἀφορισμοῦ δεσμῶν λυθῆναι. Ὁ μὲν οὖν Ζειανὸς τοιαῦτα ἔγραφεν. Ἀγχίνους δὲ ὢν ὁ τὰ γράμματα κομίζων, καὶ χρήσασθαι καιροῖς ὀξὺς, καὶ συνιδὼν ὡς ἂν μὲν πρὸς πατριάρχην τὰ γράμματα ἀγάγοι, Ζειανῷ τὴν ὠφέλειαν παρεσχημένος ἔσται μόνῳ, βασιλεῦσι δὲ κατάδηλα ποιήσας, πρὸς οἷς ὠφελήσει Ζειανὸν, καὶ βασιλίδα τὴν Εὐγενίαν ἀπαλλάξει τῆς συκοφαντίας, καὶ τοῦ δεσμωτηρίου τὸν υἱὸν, ἀφίκτο πρὸς Εὐγενίαν τὴν βασιλίδα, φέρων καὶ τὰ γράμματα. Ἡ δ' ἔπεμπεν αὐτίκα βασιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ, καὶ ὃς οὐδὲν μελλήσας, τῷ νέῳ βασιλεῖ τὰ γράμματα ἐδείκνυ. Οὕτω δὲ σαφέστατα ἐληλεγμένης τῆς συκοφαντίας, ὁ νέος βασιλεὺς ἔνθους τε ἦν ὑφ' ἡδονῆς, ὅτι ἡ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους διελύετο δυσμένεια, ὅπερ μάλιστα ἐβούλετο, καὶ Ζειανοῦ πολλὴν μοχθηρίαν καταγνοὺς εἰκῇ καὶ μάτην ἑλομένου τὴν τοσαύτην συκοφαντίαν, ἔπραττεν αὖθις ὅπως τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν ἀφήσει τοῦ δεσμωτηρίου. Τῶν πραγμάτων δὲ καλούντων ἐπὶ Θεσσαλονίκην ἀναγκαίως, καὶ δεομένων τῆς ἐκείνου παρουσίας, ἐξεστράτευσε τριήρεσι. Μετὰ δὲ τὴν ἐπάνοδον, πέμψας ἐκ Τενέδου, ἤγαγεν εἰς Ἐπιβάτας φρούριόν τι περὶ Σηλυμβρίαν τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν, ὅπως ἐγγὺς ἀλλήλων ὄντων γίγνοιντο οἱ λόγοι. Ἠξίου τε τὴν βασιλείαν ἀποθέμενον παντάπασι τὴν ἰδιώτου τύχην στέργειν, τιμὰς καρπούμενον τὰς μετὰ βασιλέα πρώτας, καὶ τῶν βασιλέως παίδων πάντων ἐν ἅπασι προέχειν, πλὴν Ἀνδρονίκου βασιλέως. Ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ καινοτομεῖν ἑτέραν στολὴν ὁποίαν ἂν ἐπινοοίη, καὶ ταύτῃ χρῆσθαι. Πράττειν δὲ βασιλικῶς μηδὲν, μήτε φθέγγεσθαι. Ἤν δέ τις οἷα βασιλεῖ προσφέροιτο, ἢ προσαγορεύοι, τοῦτον ἀπελαύνειν πρὸς ὀργήν. Τοιαύτη μὲν ἡ Παλαιολόγου τοῦ βασιλέως ἦν ἀξίωσις. Ματθαῖος δὲ ὁ βασιλεὺς μᾶλλον εἵλετο φρουρεῖσθαι διὰ βίου, ἢ τοιαῦτα ὑπομένειν. Πρῶτον μὲν γὰρ ἔφασκεν οὐ ῥᾴον εἶναι ἀνεγκεῖν τὸν χθὲς καὶ πρώην προσκυνούμενον ὡς βασιλέα νῦν ἐν ἰδιώτου σχήματι τελεῖν, καὶ τῶν ἄλλων ὀλίγον διαφέρειν ἢ οὐδέν· ἔπειτα οὐδ' ἡ πρόφασις

Digitized by Google

αὐτὴ τοῦ δεσμωτηρίου φαύλη τις καὶ ἀγεννής· ἀλλ' ὑπὲρ τῆς τῶν ὁμοφύλων ἐλευθερίας Βαρβάροις τοῖς δουλωσαμένοις πολεμῶν, ἡλίσκετο κατὰ τὴν μάχην ἀτυχήσας, ὃ πολλοῖς συμβέβηκε καὶ πρότερον Ῥωμαίων βασιλεῦσι· καὶ νῦν ὑπὲρ εὐδοξίας καὶ τιμῆς μᾶλλον αἱρεῖται τὰ δεινά· ὑπὲρ ὧν οὐκ ἄν τις μέμφοιτο δικαίως εὖ φρονῶν. Ἂν δὲ πρὸς τὴν δοκοῦσαν δυσπραγίαν ὑποπτήξας, καταπροδῷ τὴν εὐδοξίαν ἐχοντ', πῶς ὀστισοῦν ἂν δικαίως μικροψυχίας καὶ ἀνελευθερίας γράφοιτο. Δι' ἃ ῥᾷον ἂν ἐνέγκοι τὸ δεσμεῖσθαι διὰ βίου, ἢ καταπροΐεσθαι τὴν δόξαν διὰ τὴν ἐντῷ παρόντι τῶν δεινῶν ἀπαλλαγήν· ἧττόν τε βασιλέα τὸν γαμβρὸν, εἰ βούλοιτο τὰ δέοντα ποιεῖν, μηδενὸς ἀποστερεῖν τῶν ὄντων· ἀλλὰ πρὸς τῷ ἀφεῖναι τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τὸ βασιλέα εἶναι συγχωρεῖν. Ἢ εἰ μηδὲ ταῦτα συγχωροίη, μᾶλλον αὐτὸν αἱρήσεσθαι τὸ εἶναι διὰ βίου ἐν δεσμοῖς.

A malorum præsentium decora sua ultro projecturum : orabatque imperatorem affinem, si vellet recte facere, ne se ullo ornamento spoliaret, sed cum se carcere absolveret, tum imperatorem esse pateretur. Hoc si sibi negaret, quoad viveret, in vinculis haberi malle.

901 CAPUT XLVIII.

Sapiens Cantacuzeni oratio ad filium erudiendum, et a cupiditate imperandi deducendum, ex status illius difficultate, periculis, laboribus. Occurrit objectioni, indicans, qua de causa, et quo animo imperium ipse susceperit. Oratio hæc diligenter legenda est iis, qui in alios dominari concupiscunt.

Καντακουζηνὸς δὲ ὁ βασιλεὺς γενόμενος ἐν Ἐπιβάταις, ἐπεὶ πύθοιτο τοιαῦτα περὶ τοῦ υἱοῦ, πείθειν ἐπεχείρει, ὡς οὐ προσήκοντα αἱρεῖται. Πρῶτον μὲν γὰρ εἶναι μηδὲν τῶν πάντων ἔφασκεν, ὃ μὴ τῇ Θεοῦ προνοίᾳ διοικεῖται, μάλιστα δὲ εἰ τὰ κατ' αὐτὸν ἕκαστα σκοποῖη, πάνθ' εὑρήσει τῇ τοῦ Θεοῦ σοφῇ προνοίᾳ εἰργασμένα εὐθὺς ἐξαρχῆς σκοπῶν. Τὸ γὰρ τοὺς ἐκ Φωκαίας πειρατὰς Βιθυνίαν παραπλέοντας ἐφ' ἁρπαγῇ, καὶ μέγιστον κέρδος ἡγουμένους καὶ τῶν φαυλοτάτων τινὰς ἐξανδραποδίζειν, ἀθρόον οὕτω καὶ πέρα προσδοκίας εὐτυχηκέναι, ὥστε τὸν μυρίων μὲν ἀνθρώπων ἄρχοντα, καὶ δύναμιν μεγάλην περιβεβλημένον, μεγάλοις δὲ στρατοπέδοις δυνάμενον ἀντικαθίστασθαι, συλλαβεῖν ἀπονητὶ, Ὀρχάνην δὲ τὸν πατέρα τῇ πρὸς τὸν παῖδα συμπαθείᾳ πολλὰ δεηθῆναι βασιλέως, ὥστε τὸν υἱὸν ἀπαλλάττειν τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ μεγάλας τῆς εὐεργεσίας ταύτης ὑποσχέσθαι ἀμοιβὰς (ἑτέρως γὰρ ἐώρα οὐκ ἐνὸν τὸν υἱὸν ἀπαλλάττειν τῶν δεσμῶν), βασιλέα δὲ συνιδόντα καὶ αὐτὸν, ὡς τοῦτον τρόπον μάλιστα δυνήσεται Ὀρχάνην πεῖθειν αὐτῷ προσέχειν, καὶ τοῦ σοὶ κατ' ἐκείνου συμμαχεῖν ἀναγκάζειν ἀποσχέσθαι, καὶ ταύτης τῆς ἐλπίδος ἕνεκα τριήρεις ἐφοπλίσαντα προσέχειν ἀεὶ θαλάσσῃ, καὶ πειρᾶσθαι τὸν Ὀρχάνη παῖδα ἀνασώζειν, ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, καὶ σὲ ὑπὸ Τριβαλῶν προσκεκλημένον, μόνους ἔχοντα Βαρβάρους ἐξεστρατευκέναι πρὸς Μακεδονίαν, οὕτως ὑπ' ἀνάγκης περισχεθέντα, ὥστε τὴν οὖσαν ἐκ Ῥωμαίων στρατιὰν ἀπολιπεῖν, Τριβαλοὺς δὲ τοὺς πρότερον οὐδ' ἀντιβλέπειν πρὸς τοὺς Πέρσας πώποτε τετολμηκότας, ὀλίγους παρὰ δόξαν πρὸς πολλαπλασίους ἀντικαταστῆναι, τοὺς Πέρσας δὲ, καίτοι κρείττους τῶν πολεμίων γενομένους, αὐτοὺς ὑφ' ἑαυτῶν διαφθαρῆναι τραπομένους πρὸς φυγὴν, σὲ δὲ ὑπολειφθέντα μόνον, ἁλῶναί τε ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ δεσμώτην ἀπαχθῆναι πρὸς βασιλέα τὸν γαμβρὸν, ἐπιστρατεύσαντα αὐτίκα ταῖς πόλεσι ταῖς ὑπὸ σὲ, καὶ σὺν ῥᾳστώνῃ πάσῃ χειρωσάμενον, καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας τοὺς σοὺς ὑφ' ἑαυτὸν πεποιημένον, καὶ πάντα ὥσπερ ἐκ συνθήματος συνδραμεῖν, οὐδέν᾽ οἶομαι τῶν πάντων, εἰ μὴ φρενῶν ἀπεστέρηται παντάπασι καὶ λογισμῶν ὀρθῶν, μὴ κατὰ θείαν πρόνοιαν οἰήσεσθαι συμβεβηκέναι. Ἃ καὶ σὲ πεπεισμένον, οὐχ ἑτέρως ἐχρὴ

B Cantacuzenus cum Epibatis esset, et hæc de filio audiisset, docere studuit, ipsum a scopo aberrare. Primum enim nihil ex omnibus rebus est, inquit, quod non divina providentia administretur, præcipueque si singula ab initio consideres, quæ tibi contigerunt, omnia sapienti Numinis consilio gubernata invenies. Nam quod piratæ Phocæenses, Bithyniæ oram prædandi causa legentes, et immensum lucrum ducentes, si vilissimos quosdam in servitutem possent abripere, tam secunda fortuna repente et præter exspectationem usi fuerint, ut innumerabilium mortalium principem potentissimum ac numerosis valentem resistere exercitibus sine labore ceperint; Orchanes vero pater sympathia erga filium enixe imperatorem oraverit, C ut filio libertatem conciliaret, magnasque hujus beneficii compensationes promiserit (aliter enim e custodia liberari posse non videbat), imperator autem ipse perspexerit, hoc maxime modo Orchanem se ad suas partes adjuncturum, et ut abs te juvando abstineret effecturum, et hac spe triremes armaverit, semperque mari incubuerit, et Orchani filium recuperare contenderit, sub idem vero tempus, et tu a Triballis accersitus, cum solis Barbaris in Macedoniam iveris, ea necessitate, ut Romanum exercitum relinqueres, Triballi vero, qui prius contra Persas nec oculos audebant attollere, pauci adversum multo plures pugnaverint, Persæque quanquam hostibus longe potentiores, per se ipsi in fugam se conjecerint, ipseque relictus solus, ab hostibus captus, et vinctus ad D imperatorem affinem adductus sis, qui statim in urbes tuas copias duxerit, iisque levi negotio subactis, uxorem et liberos tuos in arbitrium suum redegerit, et sic omnia de industria percurrendo, neminem ego repertum iri puto, si modo particulam mentis utatur, qui non omnia cœlesti providentia acta esse judicet. Quod et tu credens non aliter se habere, **902** in divinis decretis acquiescere debes, nec post mitem hanc castigationem (castigavit enim te benigne, nec morti tradidit) revocationem ab exsilio recusare : tametsi qua nuper fulgebas, imperatoria gloria privatus sis. Quanquam

Digitized by Google

nec ad alios hujus vitæ honores caducos et fluentes obstupescere prudentium incorrupteque judicantium est. Quæ autem ex imperio isto gloria percipitur, haud vulgare periculum non bene atque ut decet rempublicam administranti attulerit. Non enim, quemadmodum aliis, si vitam solute transegerint, sic etiam imperatoribus usuvenit, ut damnum ad ipsos modo pertineat, sed et bona et mala ipsorum subditis communia sunt, et imperatoris animam omnis virtutis speculum atque archetypum esse oportet: alioqui non solum suæ, sed et aliorum segnitiei pœnas persolvet. Quæ quis tandem non stultus secum reputans, non vel obscurissimus vivere malit, cum detrimentum non in despicabile quidpiam, sed in ipsam animam derivetur, cui et bona et mala in sempiternum inerunt? Præterea et multis contentionibus, laboribus et discriminibus in hac vita perfungendum est imperatori, si nolit quasi aliud agens, verum ut ratio præscribit, imperio præesse. Etenim pro subjectis adire periculum, semper æquum est, nec dum ipse modo securus sit, alienam salutem parvipendere, et cum in moderanda republica, tum in coercendis hostibus, et foris invadentibus, et intus insidiantibus, laborem quemvis capessere. Interroget quispiam, cum scirem quantis ista functio impedita esset difficultatibus, quotque contentionibus ac laboribus imperatoris animus volentis nolentis exerceretur, possemque privati conditione et loco contentus, vacare istis omnibus, cur tandem adeo multa pro imperio adiisciendo sustinuerim, et periculis formidandis variisque casibus me immiserim. Ego vero illud, ut veritatis amans, respondebo, me non imperatorii principatus avidum, neque ejus majestati inhiantem, sed homophylorum insidiis, qui tot obtrectationibus et falsis criminationibus per dolum ac fraudem consutis ad ipsum me malorum colophonem compulerunt, ad hos agones descendisse: deterius enim sperare nihil poteram. Et quia prævidebam cessione imperii contentos haud futuros, sed, ut bellum gessisse justum viderentur, atrociter me ut hostem nocentissimum occisuros, liberosque meos, propinquos, et alios, quotquot antea multis annis mihi studuissent (quorum nec exigua est multitudo, **903** nec contemnenda auctoritas, cum major pars illustriores Romani sint) interempturos, ob ipsorum et eorum qui mecum erant salutem, imperatoris appellationem assumpsi: quamvis multo ante penes me esset rerum arbitrium; non profecto ob claritatem ex imperio orituram, neque ut id filiis meis patrimonii loco relinquerem. Cujus meæ voluntatis, et priusquam totius imperii compos fierem, et per omne tempus apertissimas significationes dedi. Nam cum totus rogaret exercitus, ut te imperatorem deligerem, nolui. Quin eum jam omnia subegissem, eademque multi et illustrissimi flagitarent, tantum abest, ut illorum precibus

κέναι δέον τοῖς ὑψηφισμένοις στέργειν τῷ Θεῷ, καὶ μὴ μετὰ τὴν φιλάνθρωπον παιδείαν ταύτην (πεπαίδευκε γάρ σε φιλανθρώπως τῷ θανάτῳ μὴ παραδοὺς) ἀναίνεσθαι τὴν ἀνάκλησιν, εἰ μὴ καὶ τῆς βασιλικῆς ἔξεστιν εὐδοξίας ἀπολαύειν ὥσπερ πρότερον. Καίτοι καὶ τὸ πρὸς πᾶσαν ἑτέραν δόξαν τὴν παρὰ τόνδε τὸν βίον ἐπίκηρον οὖσαν καὶ διαῤῥέουσαν ἐπτοῆσθαι, οὐκ ἀνδρῶν ἐχόντων νοῦν καὶ προσεχόντων ἀληθέσι λογισμοῖς. Ἡ δὲ ἐκ τῆς βασιλείας ταύτης καὶ κίνδυνον οὐ τὸν τυχόντα τῷ μὴ καλῶς τοῖς πράγμασι χρωμένῳ καὶ προσηκόντως ἂν ἐνέγκοι. Οὐ γὰρ ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, ἂν ῥᾳθύμως βιοτεύωσιν, οὕτω δὴ καὶ βασιλεῦσιν ἐφ' ἑαυτοὺς ἡ βλάβη περιγίνεται, ἀλλὰ τά τε ἀγαθὰ ὁμοίως κοινὰ τοῖς ὑπηκόοις καὶ τὰ φαῦλα, καὶ δέον ἀγαθοῦ παντὸς ἀρχέτυπον τὴν βασιλέως καθεστάναι ψυχήν· εἰ δὲ μή, οὐ τῆς σφετέρας μόνον ῥᾳθυμίας ὀφλήσει δίκας, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν πολλῶν. Ἅ τίς ἂν νοῦν ἔχων ἐννοήσας, οὐκ ἂν ἕλοιτο μᾶλλον ἀφανείᾳ πολλῇ συζῆν, τῆς ζημίας οὐκ εἷς τι τῶν φαυλοτέρων, ἀλλ' εἰς αὐτὴν ψυχὴν διαβαινούσης, ἥ τά τε ἀγαθὰ ὁμοίως, καὶ τὰ φαῦλα ἀθάνατα συνέσται; Ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ κατὰ τὸν τῇδε βίον πολλῶν ἀγώνων καὶ πόνων καὶ κινδύνων τῷ βασιλεύοντι δεήσει, εἰ μέλλοι μὴ παῤέργως, ἀλλὰ κατὰ λόγον χρῆσθαι τῇ ἀρχῇ. Προκινδυνεύειν γὰρ τῶν ὑπηκόων δίκαιον ἀεί, καὶ μὴ ἐν τῷ ἰδίῳ ἀσφαλεῖ προΐεσθαι τὴν ἐκείνων σωτηρίαν· καὶ πάντα πόνον ὑπομένειν, καὶ πρὸς τὴν διαίκησιν τῶν κοινῶν, καὶ πρὸς τῶν πολεμίων τὴν ἀντίστασιν, τῶν τε ἔξωθεν ἐπιόντων, καὶ τῶν ἔνδοθεν ὁμοίως ἐπιβουλευόντων. Ἂν δέ τις ἔροιτο ὅτου χάριν πολλὴν τῷ πράγμασι δυσχέρειαν συνειδὼς, καὶ τοσούτων πόνων καὶ ἀγώνων τὴν βασιλέως δεομένην ψυχὴν, αὐτὸς ἑνὸν ἐν ἰδιώτου μοίρᾳ πάντων ἀπηλλάχθαι, τοσαῦτα ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν εἰλόμην ὑπομένειν, καὶ κινδύνοις φοβεροῖς, καὶ περιστάσεσι ποικίλαις προηκάμην ἐμαυτὸν, ἐκεῖνο ἂν ἀποκρινοίμην φιλαληθῶς, ὅτι μὴ βασιλικῆς ἀρχῆς ἐρῶν, μηδὲ πρὸς τὴν ἐκ ταύτης δόξαν κεχηνὼς, ἐκὼν εἶναι καθῆκα ἐμαυτὸν εἰς τοὺς ἀγῶνας, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων ἐπιβουλευθεὶς, πολλὰς συκοφαντίας καὶ διαβολὰς συσκευασάντων, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν συνελαθεὶς· οὐδεμία γὰρ ἐλπὶς ὑπελείπετο πονηροτέρα, καὶ συνιδὼν ὡς οὐκ ἀγαπήσουσιν ἂν αὐτοῖς παραχωρήσω τῶν πραγμάτων τῆς ἀρχῆς, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν δικαίω; πεπολεμηκέναι ὑμῶς ἀποκτενοῦσιν ὡς τὰ ἔσχατα ἠδικηκότα, καὶ παῖδας διαφθεροῦσι, καὶ οἰκείους, καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσοι πρότερον ἔτεσι πολλοῖς εὖνως ἔχειν ἐδόκουν πρὸς ἐμὲ, ὄντες οὐκ ὀλίγοι τινὲς, οὐδὲ εὐκαταφρόνητοι, ἀλλ' οἱ πλείους καὶ περιφανέστεροι Ῥωμαίων, ὑπὲρ τῆς σφετέρας τε καὶ τῶν συνόντων σωτηρίας εἰλόμην τὴν βασιλέως προηγορίαν, καίτοι πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου τῶν πραγμάτων ἀρχὴν καθεστὼς, οὐ δόξης ἕνεκα τῆς ἐκ τῆς βασιλείας ἐσομένης, οὐδὲ τοῦ τοῖς παισὶν ὥσπερ τινὰ πατρῷον κλῆρον καταλείπειν τὴν ἀρχήν. Καὶ τούτων δείγματα παρεσχόμην ἐναργέστατα διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, οὐ μόνον, πρὶν ἀπόσης ἐγκρατὴς γενέσθαι τῆς ἡγεμονίας· δεομένων γὰρ ἁπάντων τῶν συνόντων

Digitized by Google

καὶ σὲ αἱρεῖσθαι βασιλέα, οὐκ ἠθέλησα, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ πᾶσαν ποιήσασθαι ὑπ' ἐμαυτόν· δεηθέντων γὰρ πολλῶν, καὶ μάλιστα τῶν ἐπιφανεστάτων τὰ ἴσα αὖθις περὶ σοῦ, τοσοῦτον τοῦ πεισθήσεσθαί ποτε ἀπέσχον οἷς αὐτοὶ ἠξίουν, ὥσθ' ἅμα τῷ πᾶσαν ἔχειν, καὶ τῆς μοχθηρίας τῶν συκοφαντῶν ἐναργεστάτας παρασχέσθαι ἀποδείξεις, πᾶσαν ἐπενόουν μηχανήν, καὶ πάντα ἔπραττον, ὥστε τῶν ἐκ τῆς ἀρχῆς θορύβων ἀπαλλάξας, ἀπραγμοσύνῃ τὸν ἐπίλοιπον συνεῖναι βίον, καὶ πρὸς τὴν ἄλυτον ἐκείνην καὶ μὴ διαρρέουσαν ζωὴν πᾶσαν μεταθέσθαι καὶ φροντίδα καὶ σπουδήν. Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ μάλιστά τις φαίη τῆς δόξης ἕνεκα, καὶ τῆς τρυφῆς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν δοκούντων ἐκ τῆς βασιλείας ἀγαθῶν τοὺς πόνους ἐμὲ καὶ τοὺς κινδύνους τοὺς τοσούτους ὑποστῆναι, μάλιστα ἂν ἔγωγε φαίην ἀξιόχρεως καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἄλλοις εἶναι παιδευτής. Σαφέστατα γὰρ ἐκ τῶν πραγμάτων συνιδὼν ὡς τὸ τηλικαύτην ἀρχὴν διέπειν καλῶς καὶ προσηκόντως, καὶ κατὰ μίμησιν τοῦ πάντων βασιλεύοντος Θεοῦ οὐκ ἂν εἴη παντὸς τοῦ βουλομένου, ἀλλ' ὅσοι Πνεύματι Θεοῦ ἀγόμενοι, πάντα πράττουσιν ὅπως ἂν τῷ ἄγοντι δοκοίη· οἷος ἦν Δαυὶδ, καὶ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἐν βασιλεῦσι, καὶ ὅσοι κατ' ἐκείνους τὴν ἀρετὴν, ἀσφαλέστατ' ἂν συμβουλεύσαιμι τοῖς μὴ τοιούτοις, καὶ τῆς πρώτης πείρας ἀποσχέσθαι, μέλλουσιν οὐκ ἐλάττω βλάπτεσθαι ἐκ τῆς ἀρχῆς, ἢ ὅσα νομίζουσιν ὠφελεῖσθαι, σφᾶς αὐτοὺς ἐξαπατῶντες, τὴν τρυφὴν καὶ τὴν βλακείαν, καὶ τὴν ἄλυπον πρὸς τὸν βίον ῥᾳθυμίαν νομίζοντες τῶν ἀγαθῶν. Ταῦτα μὲν οὖν ἄν τις φαίη, καὶ πλείω τούτων παραπλήσια, πειρώμενος ἀποτρέπειν τοῦ μὴ σφόδρα κεχηνέναι πρὸς τὴν δόξαν ταύτην τὴν κάτω καὶ πατουμένην, ἣν καὶ χρόνος διαλύειν δύναιτ' ἄν, καὶ μεταβολὴ πραγμάτων, καὶ μοχθηρία πονηρῶν ἀνθρώπων, καὶ μυρία ἕτερά τινα. Ἂν μέντοι πρὸς τούτοις καὶ Θεὸς ἄνωθεν ἐπιψηφίζηται, καὶ κελεύῃ φανερῶς ἐξίστασθαι τῆς ἀρχῆς, οὐ πάντα πράξομεν τὰ Θεῷ δοκοῦντα μετ' εὐγνωμοσύνης, ἀλλὰ φιλονεικήσομεν ἢ διὰ βίου βασιλεύειν, ἢ εἰ μὴ παρείη μηδὲ ζῆν, μηδὲ τὸν ἥλιον ὁρᾶν τουτονί, ἀλλ' ὑπὸ ζόφον βιοῦν αἱρεῖσθαι; Καίτοι εἰ μὲν ἔκ τινων λογισμῶν ἀναμφιβόλων σαφέστατα ἐξῆν εἰδέναι ὅτι τοὺς ἁπανταχοῦ Βαρβάρους γῆς διαφθερεῖς, καὶ τρόπαια λαμπρά τινα καὶ περιφανῆ στήσεις ἀπὸ πάντων πολεμίων, καὶ τὴν ἀρχαίαν εὐδαιμονίαν τοῖς Ῥωμαίοις ἀνασώσεις πράγμασι, καὶ κυρίους γῆς, καὶ θαλάσσης ἀποδείξεις, ὥσπερ ἦσαν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις, ὅτε ἥκμαζεν αὐτῶν ἡ δύναμις, λόγον ἂν τινα ἐδόκει ἔχειν ἡ πρὸς τὴν παραίτησιν τῆς βασιλείας ἔνστασις· εἰ δὲ τὰ τοιαῦτα εὐτυχήματα ὀνειρώττειν, ἢ καὶ νήφοντα ἀναλογίζεσθαι διενήνοχεν οὐδὲν, τί δεῖ τοσαῦτα ὑπὲρ τῶν ἐσομένων μηδέποτε, φιλονεικεῖν; Ἐγὼ δὲ ἀπορῶ παντάπασιν ὁποίοις ἄν τισι χρησάμενος σώφροσι λογισμοῖς, μᾶλλον αἱρήσῃ διὰ βίου δεσμωτήριον οἰκεῖν, ἢ τὴν βασιλικὴν ἀξίαν ἀποθέσθαι. Εἰ γὰρ μὴ νῦν ὑπείκειν ἐθελήσεις πρὸς τὴν βασιλέως τοῦ γαμβροῦ ἀξίωσιν, δυοῖν θάτερον ἀνάγκη, ἢ δεσμοῖς ἐναποθνήσκειν, ἢ πειρᾶσθαι τρόπῳ δή τινι τὸ δεσμω-

unquam annuerim, ut cum jam rerum dominus essem, possemque sycophantas improbitatis evidentissime convincere, omnes vias quæsie im, egerim et molitus sim omnia, ut procul strepitu ac tumultu imperii, quod superesset vitæ, in tranquilla negotiorum vacuitate consumerem, et ad illam nunquam præterlabentem, immortalemque vitam, omnem sollicitudinem studiumque transferrem. Verum enimvero si quis etiam dixerit, me nominis propagandi, et deliciarum, aliorumque commodorum gratia, quæ ex imperio putantur provenire, labores et pericula tanta sustinuisse, eb id ipsum ego me aliis in primis accommodatum fore magistrum et institutorem assero. Quia enim ab ipsa experientia eruditus clarissime perspexi, tantum imperium bene et convenienter, cum omnium imperatoris Dei imitatione procurare, non esse in cujusque volentis manu situm, sed eorum qui Spiritu Dei acti, omnia ex placito agentis agunt (quales erant David, et Constantinus ille magnus imperator, et quicunque ad illorum præstantiam proxime accesserunt), tutissimum consilium dederim iis qui tales non sunt, ut etiam primo conatu abstineant: quandoquidem non minus nocumenti e principatu reportaturi sunt, quam se emolumenti reportaturos confidebant, semetipsos ludificantes, damna, delicias et vitam desidiosam in bonis numerantes. Hæc itaque, et plura hujus generis, si quispiam in medium adducat, studens alium revocare ab ardenti appetitione hujus terrenæ et conculcandæ gloriæ, quam et tempus, et rerum vicissitudo, et perversorum hominum nequitia, et alia innumerabilia possint dissolvere: si præterea Deus desuper decernat, et manifeste jubeat se imperio abdicare, non omnia Deo placentia cum æquanimitate faciemus, sed adhuc contendemus, aut tota vita imperare, **904** aut si id non detur, neque hunc cœli spiritum haurire amplius, neque solem hunc intueri, et vitam nostram tenebris caliginique mandabimus? Enimvero si minime dubiis ratiocinationibus certissime scire liceret, te, qui ubique terrarum sunt, Barbaros deleturum, illustriaque et conspicua tropæa de omnibus hostibus erecturum, et antiquam illam Romanæ reipublicæ felicitatem restituturum, et dominos terræ marisque, ut erant superioribus ætatibus, cum floreret eorum potentia, effecturum, non prorsus a ratione alienum videretur, negato imperio instare obfirmatius. Si autem nihil interest, utrum felicitates hujusmodi vigilans cogites, an dormiens somnies, quid, quæso, attinet pro iis quæ nunquam erunt, tantum defatigari? Porro plane nescio ubi mens tua fuerit, cum magis perpetuum carcerem, quam imperatoriæ dignitatis abdicationem elegisti. Si enim postulationi affinis tui imperatoris cedere jam detrectaveris, alterum e duobus necessarium erit, ut vel in vinculis moriare, vel, ut cum techna aliqua evaseris, imperii labores

Digitized by Google

recipere. Horum alterutrius ne potestatem nacturus sis, dubito. Quod autem, si bellum denuo suscites, multi te labores ac discrimina maneant, multoque homophylorum sanguine animam polluturus, et innumerabilia mala, servitutesque Romanis importaturus sis, inde potissimum liquet, neque vel paucis verbis demonstrare opus est. Nam cum ille sit rerum omnium princeps, ausus ejusdem ab imperio depellendi alia ratione non procedet, quam si discordia inter populos concitata, bellum civile moveatur: aut alicunde seu Græcorum, seu Barbarorum copiæ inducantur, quæ urbes resistentes facile expugnent, et captivorum alios occidant, alios subigant, et ad sibi obtemperandum compellant, quorum utrumque dedecore, et ignominia plenissimum est. Quando igitur famæ tuæ celebritas, si quando videlicet ex sententia res irent, admodum incerta est, infamia autem, et improbissimus conatus statim a principio patent, nonne ad indubitatum decus, et gloriam magis provehentia incertis antepones? Sed etsi imperator ipse ex multa moderatione, et animi quadam magnitudine honorem quidem imperatorium, qua ornatu, qua appellatione tibi concederet, non tamen etiam in imperii consortium admitteret, neque aliquas suarum civitatum tibi addiceret (quod quidem nisi sponte faceret, nemo eum cogeret), superesset aliud nihil, quam ut alias regiones, et urbes quæreres, quibus imperares: **905** quod vel cogitare horreat, cuicunque mens sana est: aut hic manens, nomen sine re, et honorem umbratilem materiam dedecoris possideres. Non enim quomodo factorum gloria, beatis juxta et calamitosis manet (est enim ab animâ virtutibus exornata), sic qui ex consensu hominum defertur honor, constans est, quamvis ei opes opitulentur, sed qua conspiratione cuipiam ab initio constitutus est, eadem eripitur: cui minime studendum, etiamsi quis diadema gestet, cum nihil lapillis differat, quorum cum quidam pretiosissimi reputentur, natura tamen non est alius alio pretiosior (46). Fortitudo autem, prudentia, temperentia, justitia non solum homines a brutis animantibus, sed et ipsos inter se distare ostendunt, et tantum inter utrosque discrimen claret, ut illi interdum ipsis quoque hostibus admirationi sint; hi vero apud omnes æque negligantur, ac despiciantur, parumque a belluarum natura discrepare existimentur. In quo honore, inquam, consectando, arbitror, justum esse et te, et quemlibet vinci. Etenim cum turpius sit non vinci, non magis vincere, quam nos in omnibus turpibus vinci sinere persuadet. Quod si quis majorem, et admirabiliorem, et homine dignissimum honorem desiderat, qui et post funera perseveret, et multam ac singularem se fruentibus utilitatem suppeditet, illum esse

A τήριον ἀποδράντα, τὴν ἀρχὴν ἀναλαβεῖν. Τούτων μὲν οὖν ἑκάτερον εἴ ποτε ἐξέσται, ἐν ἀδήλῳ κεῖται: ὅτι δὲ, εἰ καταστήσῃς αὖθις πρὸς τὸν πόλεμον, πολλῶν δεήσῃ πόνων, καὶ κινδύνων, καὶ πολλοῖς τῶν ὁμοφύλων αἵμασι τὴν ψυχὴν κατεγχρανεῖς, καὶ μυρίων κακῶν καὶ ἀνδραποδισμῶν Ῥωμαίοις αἴτιος ὀφθήσῃ, δῆλον μάλιστα αὐτόθεν, καὶ οὐδὲ ὀλίγου λόγου πρὸς ἀπόδειξιν δεόμενον. Τὸ γὰρ ἐκεῖνον συμπάντων ὄντα πραγμάτων κύριον πειρᾶσθαι παραλύειν τῆς ἀρχῆς, οὐδαμῶς τις ἑτέρως ἂν ἐξεῖναι οἰηθείη, ἢ διαστήσαντα τοὺς ὑπηκόους, καὶ πόλεμον ἐμφύλιον κεκινηκότα, ἢ δύναμίν ποθεν ἐπαγαγόντα, ἢ Ἑλλήνων ἢ Βαρβάρων, οἳ τὰς πόλεις ἐκπολιορκήσουσιν ἀνθιστα-

B μένας, καὶ τοὺς μὲν, ἀποκτενοῦσι τῶν ἁλισκομένων, τοὺς δὲ καταδουλώσονται καὶ ἀναγκάσουσι πρὸς βίαν σοὶ προσέχειν· ὧν ἑκάτερον οὐδενὸς τῶν ἀτοπωτάτων ἀποδεῖ πρὸς ἀδοξίας λόγον. Ὁπότε οὖν τὸ μὲν εὐδοκιμεῖν, εἴ ποτε καὶ κατὰ γνώμην τὰ πραττόμενα ἀποβαίη, πολλὴν τὴν ἀδηλίαν ἔχει, ἡ ἀδοξία δὲ ἐξαρχῆς, καὶ τῶν χειρίστων ἀναραίνεται ἡ ἐπιχείρησις, οὐ τὰ πρὸς εὐδοξίαν μᾶλλον ἄγοντα καὶ βέβαια, τῶν ἀδήλων ἀνθαιρήσῃ; Οὐ μὴν, ἀλλ' εἰ καὶ βασιλεὺς αὐτὸς πολλῇ χρησάμενος ἐπιεικείᾳ καὶ μεγαλοψυχίᾳ, τὴν μὲν τιμὴν σοι συγχωρήσει τὴν βασιλικὴν, ὅσην ἐν ἐνδύμασι καὶ λόγοις, οὐκέτι δὲ προσήσεται κοινωνὸν καὶ τῆς ἀρχῆς, οὐδέ τινας παρέξεται τῶν ὑπηκόων πόλεων, ἐφ' αἷς βασιλεύσεις· καὶ αὐτὸς (οὐδεὶς γὰρ ἂν βιάσαιτο πρὸς ταῦτα, εἰ μὴ βούλοιτο ἑκών), οὐδὲν ἄλλο λείπεται ἢ γῆν ζητεῖν

C ἑτέραν, καὶ πόλεις ὧν προστήσῃ· οὗ καὶ μόνον ἐννοῆσαι πᾶς τις ἂν ἀπόσχοιτο, εἰ σωφρονοίη· ἢ μένοντα ἐνταῦθα, ὄνομα κεκτῆσθαι μόνον ἔρημον πραγμάτων, καὶ τὴν δοκοῦσαν τιμὴν ἀδοξίας ἔχειν ἄφορμήν. Οὐ γὰρ ὥσπερ ἡ ἀπὸ τῶν ἔργων εὐδοξία εὖ τε φερομένοις καὶ δυσπραγοῦσι τοῖς ἀνθρώποις περισώζεται (ψυχῆς γάρ ἐστιν ἀρεταῖς κεκοσμημένης), οὕτω δὴ καὶ ἡ ἀπὸ συνθήματος γινομένη τῶν ἀνθρώπων βέβαιον ἔχει τι, μὴ καὶ τῶν πραγμάτων συναιρομένων· ἀλλ' ὥσπερ συνέστη τὴν ἀρχὴν, οὕτω δὴ καὶ διαλύεται ἀπὸ συνθήματος· περὶ ἣν οὐ μάλιστα σπουδάζειν χρὴ, οὐδ' ἂν τὸ διάδημά τις ἔχῃ, ἢ οὐδὲν διοίσει λίθων, ὧν τοὺς μὲν ἐν τοῖς τιμιωτάτοις ἄγουσιν οἱ ἄνθρωποι, τοὺς δὲ ἐν τοῖς ἀτιμοτάτοις οὕτω δόξαν· αὐτοὶ δὲ κατὰ τὴν φύσιν οὐδὲν μᾶλλον ἕτε-

D ρός ἐστιν ἑτέρου τιμιώτερος· Ἀνδρία δὲ καὶ φρόνησις, καὶ σωφροσύνη, καὶ δικαιοσύνη, οὐ τῶν ἀλόγων μόνων τοὺς ἀνθρώπους ὑπερέχειν ἀποφαίνουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἀλλήλων, καὶ τοσοῦτον τούτων ἑκατέρων ἀποδείκνυται τὸ μέσον, ὡς τοὺς μὲν θαυμάζεσθαι εἰ τύχοι καὶ παρ' αὐτῶν τῶν πολεμιωτάτων, τοὺς ἑτέρους δὲ ὁμοίως παρὰ πάντων ἀτιμάζεσθαι καὶ καταφρονεῖσθαι, καὶ ὀλίγα ἢ οὐδὲν νομίζεσθαι ἀλόγων διαφέρειν. Περὶ ἣν οἶμαι δίκαιον καὶ σὲ καὶ πάντα ὀντινοῦν ἠττᾶσθαι. Τὸ γὰρ μὴ ἠττᾶσθαι τοῦ ἠττᾶσθαι αἰσχιον ὄν, οὐ μᾶλλον νικᾷν, ἢ ἐν ἅπασιν

Jacobi Pontani notæ.

(46) Quomodo? solane opinio facit lapides pretiosiores, aut pretiosissimos? Nequaquam. Est enim et ad aspectum, et ad effectum alius alio melior. Sic etiam aurum argento, et argentum ære pretiosius est natura, non opinione et consensu hominum tantummodo.

Digitized by Google

ἡττᾶσθαι πείθει τοῖς αἰσχροῖς. Εἰ δέ τις καὶ τὴν μείζω καὶ θαυμασιωτέραν τιμὴν ἐπιζητοίη, καὶ τὴν μάλιστα προσήκουσαν ἀνθρώπῳ, ἣ καὶ τοῦ παρόντος βίου λυομένου παραμένει, καὶ πολλήν τινα καὶ θαυμαστὴν ὠφέλειαν παρέχεται τοῖς ἔχουσι, ἐκείνην εἶναι ἔστω, ἣν Θεὸς παρέξεται τοῖς ἀγαπήσασιν αὐτὸν, καὶ διὰ βίου πᾶσαν πρὸς ἐκεῖνον ἐπιδεδειγμένοις ἐπιείκειαν καὶ τήρησιν τῶν προσταγμάτων. Ὅτε τοίνυν τῶν μὲν πάνυ βελτιόνων ἔξεστί σοι τιμῶν μετέχειν, καὶ οὐδεὶς ἂν ἀποστερήσειεν ἐθέλοντα οὔτε βασιλεὺς, οὔτε ἰδιώτης, τῆς δ' ἀτιμοτέρας ταύτης καὶ οὐ πολλοῦ τινος ἀξίας λόγου παρ' εὐφρονοῦσιν αὐτὰ τὰ πράγματα καταναγκάζουσι καταφρονεῖν, Θεῷ τε πειστέον πρῶτον οὕτω τὰ ἡμέτερα ἐψηφισμένῳ, καὶ ἐμοὶ τῷ συμβουλεύοντι. Οἶμαι δὲ οὐδένα ἕτερον μήτε λυσιτελέστερον παραινέσαι, μήτε σὲ μᾶλλον ἑτέρῳ ἢ ἐμοὶ πειστέον ὄντα δίκαιον. Τοσαῦτα μὲν Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς διειλέχθη πρὸς τὸν υἱὸν, πείθων μὴ πάνυ τῆς βασιλικῆς τιμῆς ἀντιποιεῖσθαι, ἀλλ' ἀποστάντα ταύτης ἑκόντι, τοῦ δεσμωτηρίου ἀπαλλάττεσθαι, καὶ τῶν παρόντων δυσχερῶν.

A norit, quem Deus his qui se dilexerint, et toto vitæ spatio ejus mandatis cum animi modestia paruerint, impertiet. Quando igitur præstantiorum longe honorum participem fieri tibi licet, quibus te nemo, nec imperator, nec privatus spoliare velit, istum autem honorem inhonorum, et prudentium judicio parvi faciendum ipsæ res cogunt vilipendere, Deo in primis, qui in nos ita consuluit, tum mihi etiam suadenti obtemperandum est. Ac mea quidem opinione, nemo te tam familiariter, tamque utiliter hortatus est, neque te cuipiam hominum, quam mihi justius est morem gerere. Hæc Cantacuzenus ad filium, ne dignitatem imperatoriam adeo sitiret, sed ab ea cupiditate sponte discedens, carcere ac præsentibus incommodis sese liberaret.

906 CAPUT XLIX.

Matthæus monitis paternis obtemperat, et jurat certis conditionibus. Palæologus eum consolatur, habitum redditurum spondens, crepidas permittit. Cum Matthæo et ejus familia Peloponnesum Cantacuzenus petit; ibi calumniis excipitur. Manuel anceps animi, causam tristitiæ patri aperit, et sanatur. Indicatur causa, cur Matthæus eo adducatur. Locus contra calumniatores. Commendatur fratri Manueli, et ab eo libenter accipitur.

Ματθαῖος δὲ ὁ βασιλεὺς, Δυσχερὲς μὲν, εἶπε, καὶ οὐ πάνυ ῥᾴδιον τὸν χθὲς καὶ πρώην προσκυνούμενον ὡς βασιλέα ὑπὸ πάντων νῦν ἐν ἰδιώτου σχήματι τελεῖν, καὶ τῶν πολλῶν ὀλίγα διαφέρειν εἰς οὐδὲν, καὶ μᾶλλον ἂν αὐτὸς εἱλόμην διὰ βίου δεσμωτήριον οἰκεῖν, ἢ τοιαύτην παροινίαν ὑπομένειν. Εἰ δὲ σοὶ τοιαῦτα ἔδοξε, καὶ πείθεσθαι προστάττεις, οὐδὲ αὐτὸς οὕτω πόρρω καθέστηκα φρενῶν, ὥστε ἢ λυσιτελέστερόν τι μᾶλλον αὐτὸς νομίζειν ἐξευρήσειν, ἢ μᾶλλον ἐμαυτὸν αὐτὸς, ἢ ὅσον οἶμαι φιλεῖσθαι ὑπὸ σοῦ. Ἀλλ' ἐν ἀμφοτέροις σαφέστατα εἰδὼς, οὐκ ὀλίγῳ τινὶ τῷ μέσῳ σοῦ ἡττώμενος, ἃ τε ἔδοξε Θεῷ πρῶτον, ἔπειτα συμβεβούλευκας καὶ αὐτὸς ὢν πατὴρ, ποιήσω. Βέλτιον γὰρ ὑμῖν πειθόμενος ὑπομένειν ἄν τι συμβαίνῃ καὶ τῶν δυσχερῶν, ἢ τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς, εἰ καὶ τὰ μάλιστα δοκοῖεν ἔχειν τι περιέργου, ἀκολουθεῖν. Καντακουζηνὸς δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς Βυζάντιον ἐπανελθὼν, ἐπεὶ τὸν υἱὸν ἀπήγγελλε τῷ νέῳ βασιλεῖ τὴν βασιλείαν ἀπειπάμενον, τῶν ἄλλων πάντων καὶ αὐτὸς ὑπεριδὼν, ἐκέλευε τοὺς ὅρκους γίνεσθαι, καὶ ἐγένοντο ἐπὶ τούτοις· ὥστε Ματθαῖον τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν, παντάπασιν ἀποθέμενον τὸ βασιλεύειν, ὥσπερ ἐν πράξεσι καὶ στολαῖς, οὕτω δὴ κἀν ταῖς προσρήσεσι, τὰς μετὰ βασιλέα τιμὰς καρποῦσθαι πρώτας, καὶ τῶν ἄλλων παίδων βασιλέως προέχειν, πλὴν Ἀνδρονίκου τοῦ νέου βασιλέως, καὶ πᾶσαν εὐνοιαν τηρήσειν πρὸς αὐτούς· ὅπλα δὲ μηδέποτε κινήσειν περὶ τῆς ἡγεμονίας πρὸς αὐτοὺς, μηδ' ἀμνήμονα φανεῖσθαι τῆς εὐεργεσίας. Ἔπειτα ἐν Ἐπιβάταις βασιλέων τε ὁμοῦ καὶ βασιλίδων ἐν ταὐτῷ γεγενημένων, Καλλίστου τε τοῦ πατριάρχου, καὶ Λαζάρου τοῦ τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ τῶν ἄλλων ἀρχιερέων, ὅσοι τότε παρόντες ἔτυχον ἐν Βυζαντίῳ, καὶ συγκλητικῶν ὁμοῦ τοι πάντων, τὰς ἱερὰς στολὰς ἐνδεδυμένων τῶν ἀρχιερέων, Ματθαῖος ὁ τοῦ βασι-

B At enim Matthæus perdifficile esse respondit, eum quem nuperrime pro imperatore omnes coluissent, nunc ad privati habitum atque in ordinem redigi, seque carcerem perennem, quam indignitatem hujusmodi sufferre malle. Quod autem ita tibi videtur, inquit, et jubes obsequi, nec ipse tam aversus sum a ratione, ut aut conducibilius quidquam me excogitaturum, aut magis memet a meipso; quam abs te amari putem. Sed cum exploratissime sciam, me in utroque abs te non parvo intervallo superari, quæ Deo visa sunt primum, deinde quæ et tu, ut pater consuluisti, faciam; præstat enim me tibi obedientem perpeti, etiamsi quid tristius evenerit, quam meas ratiocinationes, quantumvis curiosas et exquisitas sequi. Cantacuzenus Byzantium reversus, postquam Palæologo nuntiavit, filium se imperio abdicare, reliquis omnibus condonatis, jurare jussit, factumque his conditionibus: ut Matthæus, uxoris frater, imperio qua gubernatione, qua vestitu, qua appellatione omnimodis deposito, proximos imperatori honores occuparet, et filios ejus, Andronico juniore imperatore excepto, præcederet, et omni eos benevolentia coleret; arma ob imperium nunquam illis inferret, neque beneficii memoriam oblitterari apud se pateretur. Deinde in Epibatis imperatoribus et imperatricibus, Callisto item patriarcha, et Lazaro Hierosolymorum, aliisque episcopis, quotquot per id tempus Byzantii degebant, sacras stolas indutis, ac toto ordine senatorio præsentibus, Matthæus Cantacuzeni filius astante etiam uxore juravit, se illa dum viveret, servaturum, nec aliquid aliquando scientem ac volentem transgressurum. Super hæc et Callistus eum sacra exsecratione percussit, ni jurata diligenter præstaret. Mox episcoporum conventus solutus est.

Digitized by Google

Palæologus autem imperator complusculis diebus familiarissime cum Matthæo versatus, **907** et multis sermonibus eum consolatus est, quibus declarabat, ex adversario et hoste sibi intimum evasisse. Hortabatur item, ne de imperatoriis insignibus depositis contristaretur, se cum opportunum videretur, eorum resumendorum potestatem largiturum; penes se enim esse juramenti religione solvere, aut obstrictum tenere. Ad hæc, quales illi placerent, purpureis exceptis, crepidas confici, et ab eo indui permisit, dictaque salute Byzantium se recepit, et Joannem ac Demetrium ejus filios honoribus apud Romanos illustrissimis est dignatus, cum Joannem quidem despotam, Demetrium sebastocratorem designaret, et ad mensam suam ambos adhiberet. Post, eos ad patrem multas eidem gratias acturos misit. Matthæus vero circa cultum novare nihil voluit, sed albis crepidis, ut in carcere, usus est. Cantacuzenus porro filium cum tota domo accipiens, longis triremibus in Peloponnesum ad Manuelem despotam filiorum alterum navigavit. Nec ibi homines improbi machinam aliquam fabricare cunctati, unde eum vehementer affligerent, priusquam in insulam veniret, litteris apud filium calumniati sunt, quasi eum insulæ præfectura privare, et Matthæum fratrem præfectum vellet instituere, idque non unus et alter, sed multi, et sæpe scribebant; quod animum despotæ maximopere exulcerare potuit. Cum enim ad bonitatem, sapientiam, prudentiam patris, et amorem singularem, quo is esset erga liberos, respiciebat, omnia calumnias interpretabatur. Cum vero ad multitudinem scribentium, probabilitatemque dictorum, quomodo omnia prorsus pro commentitiis duceret, non videbat. Quare et post adventum patris intestinum dolorem suum habitu corporis sui indicabat. Imperator parens turbatum esse non ignorans, de causis percunctabatur. Ille statim, quod latebat, aperit. Cantacuzenus sycophantas magnæ dementiæ ac pravitatis arguit, filiumque monet, ne facile aures calumniis, maxime contra charissimos, patrem scilicet et fratrem structis commodet: se non ut ipsi præfecturam auferret, sed ut longe meliorem ac tutiorem efficeret, eo fratrem Matthæum adduxisse. Quid enim ad jucunditatem et securitatem melius quam una esse fratres, ut natura, sic animis consociatissimos? **908** Quod autem in Peloponnesum potissimum deduxerit, solam esse causam homines perversissimos, quorum nunc liceat messem metere maximam, qui veritatem et justitiam nec hili faciant, et lucelli gratia terrima audeant, neque tamen hic tam turpem et illiberalem occasionem habuerint, sed quasi ad perdendos bonos in vitam introierint, gratuito scelerati sint. Quorum insolentiam et nequitiam formidans, ne ementitis criminibus imperatorem Palæologum, et fratrem mutuis odiis incenderent, eo illum adducere voluisse, putasseque, quod res est, revera non Peloponnesum, licet tam amplam, sed unum idemque domicilium

A λέως ὤμνυεν υἱὸς τοὺς ὅρκους, συνούσης καὶ τῆς γυναικὸς, ἢ μὴν τηρήσειν βεβαίους διὰ βίου, καὶ μηδέποτε μηδένα παραβήσεσθαι ἐκόντα εἶναι. Ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ Κάλλιστος ὁ πατριάρχης ἐπεῖπεν ἀφορισμὸν, εἰ μὴ τοῖς ὁμωμοσμένοις ἀκριβῶς ἐμμείνειε· διελύετό τε τῶν ἀρχιερέων ὁ σύλλογος αὐτίκα. Παλαιολόγος δὲ ὁ βασιλεὺς οὐκ ὀλίγας ἡμέρας Ματθαίῳ τῷ γυναικὸς ἀδελφῷ συνδιατρίψας, καὶ πολλὴν ἐπιδειξάμενος φιλοφροσύνην λόγοις τε πολλοῖς παρακαλέσας ἐν οἷς ἐπεδείκνυεν αὐτὸν ἐκ διαφόρου πρότερον καὶ πολεμίου φίλον ἐς τὰ μάλιστα γεγενημένον νῦν, καὶ περὶ τῆς βασιλικῆς σκευῆς ὅτι ἀποδέδυτο, μὴ πάνυ παραινέσας ἄχθεσθαι· ὡς ἡνίκα ἂν αὐτῷ δοκοίη προσῆκον εἶναι χρῆσθαι, αὖθις ἐπιτρέψαντος· παρ' αὐτῷ γὰρ εἶναι λύειν τε
B τοὺς ὅρκους, καὶ τηρεῖν ἀλύτους, εἰ μὴ βούλοιτο, ἔπειτα τὸ νῦν ἔχον, πλὴν τῶν ἐρυθρῶν, ὁποίας ἂν αὐτῷ δοκοίη καινουργήσαντι κρηπῖδας ἐπιτρέψας ὑποδύεσθαι, συνταξάμενος εἰς Βυζάντιον ἐπανῆκε· καὶ Ἰωάννην καὶ Δημήτριον τοὺς υἱοὺς Ματθαίου τοῦ τῆς γυναικὸς ἀδελφοῦ, τιμῶν ἠξίωσε τῶν ἐπιφανεστάτων παρὰ Ῥωμαίοις, δεσπότην μὲν τὸν Ἰωάννην ἀποδείξας, τὸν δὲ Δημήτριον σεβαστοκράτορα, καὶ κοινωνήσας αὐτοῖς τραπέζης, ἔπειτα ἐξέπεμπε πρὸς τὸν πατέρα, πολλὰς ὁμολογοῦντας τῆς εὐεργεσίας χάριτας. Ματθαῖος δὲ οὐδὲν εἴλετο περὶ τὴν σκευὴν καινοτομεῖν· ἀλλὰ λευκαῖς κρηπῖσιν, ὥσπερ ἡνίκα ἦν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ χρῆσθαι εἵλετο. Καντακουζηνὸς δὲ ὁ βασιλεὺς, πανοικεσίᾳ τὸν υἱὸν παραλαβὼν,
C ἀπέπλευσεν εἰς Πελοπόννησον τριήρεσι μακραῖς πρὸς Μανουὴλ δεσπότην τῶν υἱῶν τὸν ἕτερον. Οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖ ἠμέλουν οἱ πονηροὶ καὶ μοχθηροὶ τοὺς τρόπους μηχανήν τινα ἐξευρίσκειν, ἐξ ἧς λυπήσουσιν ὡς μάλιστα, ἀλλὰ πρὶν γενέσθαι ἐν Πελοποννήσῳ, γράμμασι πρὸς δεσπότην διαβάλλουσι τὸν υἱὸν, ὡς βούλοιτο τῆς μὲν ἀρχῆς αὐτὸν ἀποστερεῖν, ἄρχοντα δὲ Πελοποννήσου Ματθαῖον ἀντικαθιστᾷν τὸν ἀδελφόν· καὶ τοῦτο, οὐχ εἷς καὶ δύο, ἀλλὰ καὶ πλείους, καὶ πολλάκις ἐπεστάλκασιν· ὃ οὐχ ἥκιστα τοὺς λογισμοὺς δεσπότου κατασεῖσαι ἠδυνήθη. Ὅτε μὲν γὰρ
D πρὸς τὴν ἐπιείκειαν καὶ σύνεσιν, καὶ εὐβουλίαν ἀπίδοι τοῦ πατρὸς, καὶ τὴν εἰς τοὺς παῖδας φιλοστοργίαν, πάντα πλάσματα ἡγεῖτο καὶ διαβολάς· ὅτε δὲ εἰς τὸ πλῆθος καὶ τὴν πιθανότητα τῶν γεγραμμένων, οὐκ εἶχεν ὅπως ἅπασι καθάπαξ ἀπιστεῖν, ὅθεν καὶ μετὰ τὴν βασιλέως τοῦ πατρὸς ἐπιδημίαν τὴν ἔνδον ταραχὴν ἐν τοῖς ἤθεσιν ὑπέφαινε. Βασιλεύς τε ὁ πατὴρ τὸν θόρυβον οὐκ ἀγνοήσας, ἐπυνθάνετο τὰς αἰτίας ὅθεν εἶεν. Ὁ δὲ πᾶν ἐξεκάλυπτεν αὐτίκα τὸ ἀπόῤῥητον. Βασιλεὺς δὲ ὁ πατὴρ τῶν μὲν συκοφαντῶν πολλὴν κατεγίνωσκε σκαιότητα καὶ πονηρίαν τρόπων, τὸν δὲ υἱὸν παρῄνει μὴ ῥᾴδιον εἶναι προσέχειν ταῖς διαβολαῖς, καὶ μάλιστα κατὰ φιλτάτων συνεσκευασμέναις, πατρὸς καὶ ἀδελφοῦ, αὐτὸν δὲ, οὐχ ὅπως αὐτὸν ἀφέλοιτο τὴν ἀρχὴν τὸν ἀδελφὸν ἐκεῖσε ἀγαγεῖν, ἀλλ' ἵν' ὡς μάλιστα βελτίω καὶ ἀσφαλεστέραν ἀπεργάσηται. Τί γὰρ ἂν καὶ εἴη βέλτιον εἰς λόγον ἡδονῆς καὶ ἀσφαλείας ἢ τὸ συνεῖναι ἀδελφοὺς ἀλλήλους, ὁμοίως τῇ κατὰ φύσιν συναφείᾳ καὶ

Digitized by Google

τὰς ψυχὰς συγκεκραμένους; Τοῦ δὲ εἰς Πελοπόννησον ἐκεῖνον ἀγαγεῖν αἰτίαν οὐδεμίαν ἄλλην εἶναι ἢ τὰς τῶν φαύλων καὶ πονηροτάτων ψυχὰς ἀνθρώπων, οἳ μάλιστα πολλοὶ νυνὶ τῷ βίῳ ἀνεφύησαν, ἀληθείας μὲν οὐδένα καὶ δικαιοσύνης λόγον πεποιημένοι, μικροῦ δὲ κερδους ἕνεκα καὶ τὰ δεινότατα τολμῶντες, ἔστι δ' ὅτε μηδὲ ταύτης εὐπορουῦντες τῆς αἰσχρᾶς καὶ ἀγεννοῦς προφάσεως, ἀλλ' ὥσπερ εἰς τοῦτο παρελθόντες εἰς τὸν βίον ἐπὶ τῷ διαφθείρειν τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ προῖκα τὴν μοχθηρίαν προῃρημένοι. Ὧν τὴν ἀτοπίαν δείσας καὶ τὴν πονηρίαν, μὴ συκοφαντίας καὶ διαβολὰς πλασάμενοι, βασιλέα τε καὶ ἀδελφὸν τὸν σὸν ἐκπολεμώσουσιν ἀλλήλοις, ἐνθάδε ἀγαγεῖν, νομίσας ὅπερ ἐστὶν ὡς ἀληθὲς, οὐ Πελοπόννησον τοσαύτην οὖσαν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν οἰκίαν ὑμᾶς συνοικήσειν ἀλύπως διὰ βίου, καὶ μηδεμίαν ἔσεσθαι πρόφασιν ἰσχυρὰν διαφορᾶς, ἣ διαστῆσαι δυνήσεται ὑμᾶς ἀλλήλων. Οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν εἰ τοιαῦτα πεπεισμένος περὶ τῶν συκοφαντῶν, ἐνθάδε ἦγαγον τὸν ἀδελφόν. Ὅπου γὰρ καὶ σοὶ ἐμέ τε κἀκεῖνον ἤλπισαν ταῖς διαβολαῖς ἐκπολεμώσειν, σχολῇ γ' ἂν ἀπέσχοντο βασιλέως προφάσεων μεγάλων εὐπορουῦντες ἐκ τῶν πρὶν διαφορῶν. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, εἶπεν, ἀπολέσθωσαν κακοὶ κακῶς αὐταῖς συκοφαντίαις· σὺ δὲ πᾶσαν ἀποθέμενος μικροψυχίαν, ἡδέως δέχου τὸν ἀδελφὸν μετ' ἐπιεικείας ἁπάσης καὶ εὐγνωμοσύνης συνδιάξοντα. Τοιαῦτα μὲν Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς πρὸς δεσπότην εἶπε τὸν υἱόν. Ἐκεῖνός τε αὐτίκα τῷ πατρὶ πειθόμενος ἐδέχετο τὸν ἀδελφὸν ἡδέως, πολλὰ καταμεμφόμενος τοὺς συκοφάντας, καὶ πρὸς βασιλέα τὸν πατέρα ἰσχυρίζετο, ὡς εἰ βέλτιον αὐτῷ δοκοίη καὶ λυσιτελέστερον ἀποστάντα παντάπασιν αὐτὸν Πελοποννήσου πᾶσαν ἔχειν τὴν ἀρχὴν τὸν ἀδελφὸν οὐδὲν αὐτὸν φιλονεικήσειν, ἀλλὰ πάντα πράξειν ἑτοιμότατα, ἂν αὐτὸς κελεύοι. Βασιλεὺς δὲ ἐν Πελοποννήσῳ ὑπὲρ ἐνιαυτὸν συνδιατρίψας τοῖς υἱέσι, καὶ ὧν ἕνεκα ἀφῖκτο δεξιὸν τέλος ἐπιθεὶς, εἰς Βυζάντιον ἐπανῆκεν.

A per omnes annos, nulla intercedente offensione simul habitaturos, nec ullam satis idoneam dissensionis occasionem suborituram, quæ illorum conjunctionem dirimeret. Nec mirandum, si talia de sycophantis credens, huc fratrem adduxerit. Quando enim illi ipsum se, fratremque calumniis suis exosum redditurus speraverint, vix ab imperatore circumveniendo temperaturos fuisse, cum ex recenti dissidio tantam ejus rei facultatem haberent. Illi igitur, aiebat, male mali cum suis sycophantiis pereant. Tu autem abjecta omni diffidentia fratrem placidissime et candidissime tecum victurum suscipe. His verbis Cantacuzenus filium despotam compellavit. Qui mox patri obediens, fratrem hilariter accepit, et multum in obtrectatores invectus confirmavit, si consultius arbitraretur, ut omnino tota Peloponnesi præfectura fratri cederet, se id libenter facturum, præcipientique promptissime auscultaturum. Cantacuzenus cum filiis in Peloponneso plus annum commoratus, omnibus quorum gratia venerat ex sententia absolutis Byzantium redii.

B

CAPUT L.

Callistus legatus ad Cralænam pro societate contra Barbaros in Thracia. Idem cum comitibus moritur. Falsus rumor de veneno illis præbito a Triballis. Patriarchæ funus. Cralæna monachis ex Atho monte ejus corpus negat. Expeditio imperatoris contra urbes Mœsorum ad Pontum. Mesembriæ obsidio. Pax componitur. Philotheus patriarchatum recipit; ejus commendatio. Historiæ epilogus.

Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ Κάλλιστος ὁ πατριάρχης παρὰ βασιλέως ἐπέμφθη πρέσβυς πρὸς Ἐλισάβετ τὴν Κράλη γαμετὴν, Φέραις ἐνδιατρίβουσαν μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, ἐκπεπολέμωντο γὰρ ἀλλήλοις καὶ ἔτι Κράλη περιόντος. Ἡ πρεσβεία δὲ ἦν, ὥστε τὸν πρὸς ἀλλήλους πόλεμον καταθεμένους καὶ συμφρονήσαντας, τοῖς ἐν Θράκῃ Βαρβάροις ἐπιθέσθαι, κακῶς καὶ τὴν Ῥωμαίων, καὶ Τριβαλῶν κακοῦσι, καὶ ληῖζομένοις ὁσημέραι. Ἡ μὲν οὖν Κράλη γαμετὴ τὴν πρεσβείαν ἐδέξατο προθύμως· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν τέλει πάντες Τριβαλῶν, καὶ πᾶσιν ἔδοξεν ὁμοίως πολεμητέα εἶναι πρὸς τοὺς Βαρβάρους, καὶ τὸν πατριάρχην ἦγον δι' εὐφημίας καὶ αἰδοῦς πολλῆς, Ἐλισάβετ δὲ μάλιστα πολλὴν ἐπεδείκνυτο φιλοφροσύνην, καὶ τῶν κρειττόνων ᾤετό τινα ὑποδεδέχθαι ξενισθέντα παρ' αὐτῇ. Οὕτω δὲ συμβὰν αὐτός τε ὁ πατριάρχης ἐνεπεπτώκει νόσῳ χαλεπῇ, ὑφ' ἧς καὶ ἐτελεύτησε, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ συνόντες πλὴν ὀλίγων. Ἦν δὲ ἄγων τοὺς μάλιστα ἐν λόγῳ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τῆς Ἐκκλησίας κατειλεγμένων· ὅθεν καὶ

C Per idem tempus et Callistus patriarcha, legatus ab imperatore ad Elisabetham Cralis conjugem (47), Pheris post illius obitum habitantem missus est, adhuc enim eo superstite **909** inimicitias exercebant. Summa legationis erat, ut omisso bello inter se, Barbaros qui essent in Thracia, Romanorum, Triballorumque provincias infestantes, et assidue depopulantes, conjunctis copiis invaderent. Cralæna, et omnes proceres Triballi legationem placide audierunt, et æque visum armis appetendos esse Barbaros, patriarchamque laudibus ac veneratione non parva afficiebant, et Elisabetha præcipue mira illum benevolentia tractabat, seseque deum quemdam hospitio accepisse putabat. Evenit autem, ut et ipse patriarcha, et comites ejus præter paucos sævo corD repti morbo omnes interirent. Ducebat is secum de clero Ecclesiæ primarios: unde fama per multos dissipata est, veneno sublatos a Triballis: sane manifesto mendacio atque calumnia. Non enim solum Cralænæ æquitas et reverentia, honor ac

Jacobi Pontani notæ.

(47) Cralis utique filii; nam patris uxor, Stephani Cralis, inquam, dicta est Helena; nisi sit μνημονικὸν ἁμάρτημα.

Digitized by Google

A vero Dominus : Si invenero quinquaginta justos in Sodomis, remittam omni loco isti propter hos. Et respondens Abraham dixit : Nunc incepi loqui ad Dominum meum, ego vero terra sum et cinis. Quid si inveniantur quadraginta quinque ? Et dixit Dominus : Si invenero quadraginta quinque, remittam civitati. » Et hoc modo colloquens cum Domino Abraham, descendit usque ad decem. Et tunc Moses subjungit : « Et abiit Dominus, postquam cessavit loqui cum Abraham [1]. » Videsne unde cœperint paulatim manifestari, quæ ad Christum pertinent? Oculi enim hominis justi poterant agnoscere Deum, licet in servili forma exsisteret. Attende igitur, quod Deus Pater nunquam apparuit in prophetarum visionibus humana specie, eo quod B ipse non est homo factus : sed nunc quidem alia, nunc rursum alia specie apparuit Angeli vero nonnunquam humana specie apparent. Inquirendum igitur in hac visione fuerit, quisnam is sit qui tunc visus est. Ecce vero, Deus Pater non erat ; quia humana forma visus est. Sed angelumne fuisse dices? Sed quam, quæso, decorum hoc erit, si Moses aut aliius quispiam sanctorum angeli mentione facta ipsum appellaverit Dominum vel judicem ? Quis est alius qui judicat omnem terram, quam Deus ? Cum igitur constet, quod is qui humana specie apparuit, nec Deus Pater fuerit, nec angelus, propter eas causas quas modo recensuimus, elucet omnino, idque necessario, quod ille C ipse Verbum et Filius Dei fuerit, qui et Deus et homo est. Eo enim facto, quo ipsi Abraham humana specie apparuit, ostendit futuram suam incarnationem. Quod vero Dominus nominatur ab ipso Abraham et Mose, et universæ terræ judex, qui misereatur cujus voluerit, et corrigat quem corrigere fuerit visum, suam in hoc divinitatem demonstravit. Judicare enim, misereri, et irasci, Dei solius est, angeli vero vel hominis nequaquam ; neque enim hoc illorum virtutis est, et potentiæ. Cum enim dicit : « Si invenero quinquaginta vel pauciores his, urbi remittam, » potentiæ suæ magnificentiam indicavit. Tu vero caveas interim, ne cum audieris dicentem Dominum : « Descendens videbo, » de Deo humile quidpiam, et illius divinitate D indignum imagineris. Nam propter humanæ naturæ imbecillitatem sæpenumero talia de Deo dicuntur. Præterea hoc dictum est, propter futuram illius cum hominibus conversationem.

3. Præterea cum Dominus Abrahæ quatuor totius orbis cardines ostendisset, inquit : « Tibi dabo terram, et semini tuo, et multiplicans multiplicabo semen tuum sicut astra cœli, et sicut arenam jacentem in littore maris, quoniam patrem multarum gentium constitui te, et benedicentur in te omnes gentes [2]. » Hæc sunt Dei ad ipsum Abraham verba. Nunc quis horum sensus sit, inquirendum est. Considera igitur ut Moses dicat, quod Deus

[1] Gen. xviii, 1 seqq. [2] Gen. xxii, 16 seqq.

Digitized by Google

ipsi Abraham et semini ipsius promiserit et pollicitus sit omnem terram, et quod semen ipsius sit multiplicaturus sicut astra cœli, et arenam in littore maris: « Et in semine tuo, inquit, benedicentur omnes gentes. » Et quandoquidem Dei verba vera sunt, nec unquam fallunt, inspiciamus agedum, quando et quonam modo impleta sint hæc Dei oracula. Abraham enim binos habuit filios, alterum quidem ex ancilla Agar, Ismaelem scilicet; alterum ex libera uxore Sara, nempe Isaac. Num itaque propter Ismaelem ex ancilla genitum, ceu Abrahæ semen, dixit Dominus, quod in illo benedicendæ sint omnes gentes? Sed cum Dominus diceret ipsi Abrahæ: « Ejice ancillam cum filio ipsius, nequaquam enim hæres erit ex ancilla genitus cum filio liberæ [3], » secundum Dei præceptum Abraham Ismaelem cum Agar matre sua ejecit, domoque sua expulit. Insuper Abraham justus, cum ex Deo audiret: « Patrem multarum gentium te constituam, et tibi dabo terram, et semini tuo, et in semine tuo benedicentur omnes gentes, » respondit sic dicens: « Quid mihi dabis, Domine, cum ipse sine liberis moriar? » Unde vides, quod priusquam admoneretur Abraham ut Ismaelem domo ejiceret, hunc nequaquam filii loco duxit. Si enim hunc filium verum esse æstimavisset, nunquam certe postulavisset filium alterum. Eo enim quod dicit, « Ego vero orbus morior, » filium postulat, quem et filium et semen suum esse æstimet. Isaac enim tum demum cum hæc ante peracta essent, natus est. Post hæc autem omnia verbum Domini dicens: « Ejice ancillam cum filio suo, » manifeste ostendit, quod nec Deus Ismaelem filium et semen ipsius Abrahæ esse reputaverit. Et ecce, quantum apparet Ismael juxta Dei præceptum hæreditate paterna Abrahæ excidit. Num igitur hunc Isaacum esse dicemus? Quod quidem hic filius sit uxoris liberæ, manifestum est; et Hebræorum gentem ab hoc descendisse constat; gentium autem benedictio ad hunc minime referri potest. Soli enim Hebræi sunt ex illius semine, ceu posteri Jacobi, et duodecim filiorum ejus. Quin in felicitate adhuc et flore regni sui constituti pauci admodum et numeratu faciles reperiuntur, si cum totius orbis habitatoribus conferantur. Vix enim vel unius tantum gentis quantitatem sibi conservaverunt, divino autem auxilio adjuti, insignes et terribiles habebantur. Populum enim sibi hunc peculiarem vocabat Dominus, et illos hæreditatem et peculium suum nominabat; et illius virtute devicerunt simul, et adversariorum oppidis potiti sunt, perque Dei potentiam in Ægypto Moses miracula edere cœpit, et post hunc filius Nun, Josue aliique plures usque ad Christi generationem. Sed post generationem illius in perniciem ruere Judæi cœperunt, et Jacobi prophetia impleta est dicens: « Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de fe-

A ὑπεσχέσθη καὶ ἐπηγγείλατο δοῦναι τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ πᾶσαν τὴν γῆν. Καὶ πληθυνθήσεται τὸ σπέρμα αὐτοῦ, ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης· « Καὶ ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ ἐνευλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη. » Καὶ ἐπεὶ οἱ τοῦ Θεοῦ λόγοι ἀληθεῖς εἰσι, καὶ οὐδέποτε διαψεύδονται, δεῦρο δὴ σκεψώμεθα, πόθεν καὶ ἐν ποίῳ τρόπῳ ἐπληρώθησαν τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια. Ὁ γὰρ Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης Ἄγαρ, τὸν Ἰσμαήλ, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας Σάρρας, τὸν Ἰσαάκ. Μή ποτε γοῦν εἶπεν ὁ Θεὸς διὰ τὸν πρὸ τοῦ Ἰσαὰκ ἐκ τῆς παιδίσκης γεννηθέντα Ἰσμαήλ, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐνευλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη, ὡς ἐκ σπέρματος ὄντα τῷ Ἀβραάμ, ἀλλ' ἐπεὶ Θεὸς εἶπε τῷ Ἀβραάμ,

B ὅτι « Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην μετὰ τοῦ παιδὸς αὐτῆς, οὐδὲ γὰρ κληρονομήσει ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. » Καὶ κατὰ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, ἐξέβαλε τὸν Ἰσμαὴλ μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ τῆς Ἄγαρ, καὶ ἀπεδίωξεν αὐτοὺς ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ Ἀβραάμ. Ἀλλὰ καὶ ὁ δίκαιος Ἀβραὰμ ἀκούσας παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι « Πατέρα πολλῶν τέθεικά σε, καὶ ὅτι Σοὶ δώσω τὴν γῆν, καὶ τῷ σπέρματί σου, καὶ ὅτι Ἐν τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη, » οὕτως ἀπεκρίθη, εἰπών, « Τί μοι δώσεις, Κύριε, ὅτι ἐγὼ ἀπόλλυμαι ἄτεκνος; Βλέπεις πῶς καὶ πρὸ τοῦ ὁρισθῆναι τὸν Ἀβραὰμ ἐκβαλεῖν ἀπὸ τοῦ οἴκου αὐτοῦ τὸν Ἰσμαὴλ οὐκ ἐλογίζετο τοῦτον υἱὸν αὐτοῦ. Εἰ γὰρ ὡς υἱὸν αὐτοῦ ἐλογίζετο, οὐκ ἂν

C ἐζήτει ὁ Ἀβραὰμ τέκνον ἕτερον. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, Ἐγὼ δ' ἄτεκνος ἀπόλλυμαι, υἱὸν ἐζήτει, ὄντινα λογίσεται υἱὸν αὐτοῦ καὶ σπέρμα αὐτοῦ. Ὁ γὰρ Ἰσαὰκ ὕστερον ἐγεννήθη. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ εἰπών, Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς, φανερῶς ἐδήλωσεν, ὅτι οὐκ ἐλογίσατο τὸν Ἰσμαὴλ τέκνον καὶ σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ. Καὶ ἰδοὺ ὡς ἀναφαίνεται, ἀμέτοχός ἐστιν ὁ Ἰσμαὴλ ἐκ τῆς κληρονομίας τοῦ Ἀβραάμ, καθὼς ὁ Θεὸς ἐτείλατο. Μή ποτε γοῦν ἐστιν ὁ Ἰσαάκ, καὶ ὅτι μὲν υἱός; ἐστιν οὗτος τῆς ἐλευθέρας Σάρρας, πρόδηλον. Καὶ τὸ τῶν Ἑβραίων γένος ἐξ ἐκείνου ἐστί, τοῦτο ὁμολογούμενον. Ἀλλ' ἡ τῶν ἐθνῶν εὐλογία οὐκ ἐξ ὅη ἐπὶ τῷ Ἰσαάκ. Μόνον γὰρ οἱ Ἑβραῖοί εἰσιν ἐκ σπέρ-

D ματος τοῦ Ἰσαάκ, ὡς ἀπόγονοι τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τῶν δώδεκα υἱῶν αὐτοῦ. Καὶ ἔτι ἐν τῇ εὐημερίᾳ καὶ ἀκμῇ αὐτῶν ὑπάρχοντες πολλὰ εὑρίσκοντο ὀλίγοι καὶ εὐαρίθμητοι, συγκρινόμενοι πρὸς τοὺς κατοικοῦντας τὴν οἰκουμένην, μόλις γὰρ περιέσωζον ἑνὸς ἔθνους ποσότητα, ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας ἐφαίνοντο μεγάλοι καὶ φοβεροί. Λαὸν γὰρ αὐτὸς ἐκάλει αὐτοὺς ὁ Θεὸς, καὶ κληρονομίαν αὐτοῦ ἔλεγεν αὐτούς, καὶ ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ κατετροπώσαντο καὶ ἐκέρδησαν τὰς πόλεις τῶν ὑπεναντίων αὐτῶν. Καὶ ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ ἤρξατο ποιεῖν ὁ Μωσῆς ἐν τῇ Αἰγύπτῳ τὰ θαυμάσια, καὶ μετ' ἐκεῖνον ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς, καὶ οἱ ἕτεροι, ἕως τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ. Ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννή-

[3] Gen. xxii, 10.

Digitized by Google

σεως ἤρξαντο πράττειν οἱ Ἰουδαῖοι τὰ ὀλέθρια. Καὶ ἐπληρώθη ἡ τοῦ Ἰακὼβ προφητεία, ἡ λέγουσα τὸ, « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως οὗ ἔλθῃ ὃ ἀπόκειται, καὶ τοῦτό ἐστι προσδοκία ἐθνῶν. » Ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦ Ἡσαΐου, ἡ λέγουσα, « Ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι. » Μέχρι γὰρ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως εἶχον οἱ Ἰουδαῖοι καὶ βασιλεῖς ἀπὸ τοῦ γένους αὐτῶν καὶ ἀρχιερεῖς. Γεννηθέντος δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἔλειψαν καὶ ἀρχιερεῖς καὶ βασιλεῖς. Καὶ τούτων γινομένων ποτὲ μὲν ὠργίζετο ὁ Θεὸς αὐτοῖς διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, ἐξαιρέτως δὲ διὰ τὰς εἰδωλολατρείας αὐτῶν, ἃς εἰδωλολάτρουν· ποτὲ δὲ πάλιν συνεπάθει αὐτούς. Ἀφ' οὗ δὲ ἐτόλμησαν τὸ τόλμημα ἐκεῖνο τὸ μέγα καὶ φοβερὸν, ἔκτοτε ἐγκατελείφθησαν παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ παρεδόθησαν εἰς ἀσυμπάθητον ὀργὴν, καὶ διεσπάρησαν εἰς τὰ ἔθνη. Καίτοι γε προσεκαρτέρησε μὲν ὁ Θεὸς μέχρι καιροῦ φιλάνθρωπος ὤν, τὴν ἐκείνων ἐπιστροφήν τε καὶ μετάνοιαν ἐκδεχόμενος· ἀλλ' ὡς ἀνίατα νοσοῦντας ἀπέκοψεν αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, ὡς οἱ προφῆται λέγουσι περὶ αὐτῶν. Ἐπεὶ γοῦν εἰδωλολατροῦντες ἦσαν, καὶ παροργίζοντες τὸν Θεὸν, παρεδίδου μὲν αὐτοὺς εἰς αἰχμαλωσίαν καὶ παιδεύσεις διὰ τὰ κακὰ αὐτῶν. Οὐ μὴν δὲ καὶ ἐγκατέλιπεν αὐτοὺς, ἀλλὰ μέχρι καιροῦ τινος εὐαριθμήτου παρετείνετο ἡ τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτοὺς ὀργή. Πάλιν δὲ ἀπελάμβανον καὶ συμπάθειαν, ὡς εἴρηται, καὶ τὴν πρότερον εὐδαιμονίαν. Ἀλλὰ καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἐκείνων αἰχμαλωσίας οὐδέποτε ἔλειψαν ἀπ' αὐτῶν προφῆται εἰς παρηγορίαν ἐκείνων εὑρισκόμενοι καὶ ὠφέλειαν ψυχικήν. Προέλεγον γὰρ καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ ἐρχομένην ὀργὴν, ἀλλὰ καὶ τοὺς χρόνους τῆς ὀργῆς, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα γενησομένην συμπάθειαν, καὶ τὴν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐπάνοδον. Διεβίβασαν γὰρ εἰς τὴν Αἴγυπτον χρόνους τετρακοσίους, ἀλλ' ἐκεῖσε ἐγεννήθησαν καὶ ἀνετράφησαν. Μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν αὐτοὺς εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ κτίσαι τὸν ναὸν, ᾐχμαλώτευσεν αὐτοὺς βασιλεὺς τῶν Βαβυλωνίων Ναβουχοδονόσορ χρόνους ἑβδομήκοντα· καὶ μετὰ ταῦτα Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς χρόνους δύο καὶ ἥμισυ, καὶ πλέον οὐ παρετάθη ἡ πρὸς αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ ὀργή. Καίτοι γε ἐπὶ μὲν τοῦ Μωσέως ἔθυσαν τὸν μόσχον ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ μετὰ ταῦτα ἔθυον τοῖς εἰδώλοις· οὐ μόνον δὲ ἔθυον θύματα ζώων, ἀλλὰ καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν ἔθυον τοῖς δαίμοσι, καὶ τοὺς προφήτας ἀπέκτεινον, καὶ ὀργὴν ἀσυμπάθητον οὐ πεπόνθασιν. Ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Κυρίου σταυρώσεως εἰσι χρόνοι χίλιοι τριακόσιοι ἑξήκοντα. Καίτοι γε, ὡς τάχα λέγουσι, φυλάσσουσι τὸν νόμον, καὶ οὐδὲν εἰδωλολάτρησαν, ἀλλὰ μόνον διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν αὐτῶν ἐγκατελείφθησαν οὕτως, ὡς ὁρᾷ ὁ κόσμος ὅλος. Ὅτι μὲν γὰρ διὰ τοῦτο διεσπάρησαν, ἵνα παίγνιον καὶ καταγέλως γένωνται παντὶ τῷ κόσμῳ παντί που δῆλον· ὅτι δὲ οὐδὲ προφήτης εἶπεν αὐτοῖς λόγον παρηγορίας, ἀλλ' οὐδὲ ἐλάλησεν

more illius, donec veniant quæ reposita ei sunt, et ipse exspectatio gentium [a]. » Verum et Isaiæ oraculum dicens : « Exsurget radix Jessæ, et qui exsurget ad imperandum gentibus, in illum gentes sperabunt [b]. » Nam usque ad Christi nativitatem Judæi et reges et pontifices de sua gente habuerunt : hoc autem nato, et reges et pontifices defecerunt. Interea vero temporis nunc quidem Deus illis irascebatur propter peccata ipsorum, idololatriam in primis, cujus studiosissimi erant ; nunc vero eorumdem miserabatur denuo : postquam vero facinus illud magnum et horrendum patrare sunt ausi, tunc a Deo deserti in iram irreconciliabilem inciderunt, et in gentes dispersi sunt. Et sane sustinuit illos Deus ad tempus, humanum quasi mitemque se illis exhibens, cum nimirum resipiscentiam illorum et pœnitentiam exspectaret ; sed incurabili morbo laborantes abscidit, quemadmodum prophetæ de ipsis vaticinati fuerant. Cum enim idolis servirent, et Deum irritarent, ipsos quidem in captivitatem et pœnas propter scelera illorum tradidit, non tamen omnino dereliquit : sed in tempus aliquod non adeo immensum, nec infinitum, divina in illos ira extendebatur ; quo transacto, ut dictum est, et illius misericordiam et pristinam felicitatem recuperabant. Verumtamen nec in tempore captivitatis illorum unquam defuerunt illis prophetæ, ad consolationem illorum et animæ salutem a Deo dati. Prædicebant enim et venturam Dei in illos iram, et tempus iræ definitum, tum etiam Dei post hoc secuturam commiserationem, et futurum in Hierosolymam reditum. In Ægypto enim transegerunt annos quadringentos, verum ibidem et multiplicati et enutriti sunt. Postquam vero ascenderunt Hierosolymam, et templum exstruxerunt, in captivitatem redegit eos Babyloniorum rex Nabuchodonosor annis septuaginta. Post hæc annis duobus et semis Antiochus ille cognomento Illustris, nec ultra longius divina in illos ira porrecta est. Imo cum tempore Mosis in deserto exsistentes vitulo sacrificarent, et post hæc idolis offerrent victimas, nec tantummodo animalium sacrificia, sed proprios liberos quoque dæmonibus immolarent, et prophetarum cædibus contaminarentur, nequaquam tamen adhuc Dei iram irreconciliabilem experti sunt. A Domini vero passione anni jam mille trecenti et sexaginta (1) elapsi sunt, et tamen (ut nimirum ipsi affirmant) legem custodiunt, et ab omni idololatria abstinent ; sed propter unum hoc, quod in Christum exercuerunt impiissimum facinus, deserti et totius mundi exemplum facti sunt. Quod enim hac de causa dispersi sint, ut totius mundi ludibrio et risui exponerentur, clarissime vel ex hoc patet, quod a nullo prophetarum interea temporis consolationem acceperunt, nec aliquis prophetarum inter illos locutus

[a] Gen. XLIX, 10. [b] Isa. XI, 1.

(1) Nota tempus quo liber hic conscriptus est.

Digitized by Google

est post Joannem Zachariæ filium. Cum enim jam advenisset is qui per prophetas prædictus erat (Christus nimirum) necesse erat prophetiam aboleri, partim quidem quod Christus, ut modo dictum est, venisset, partim quod Judæi hac indigni essent, et omnino deserendi, eo quod Christum contempsissent, et in eum omnia quæ facta sunt ab ipsis patravissent; propterea, inquam, malis objecti sunt incurabilibus. Non enim nudum hominem crucifixerunt, sed Deum et hominem; nec tamen divinitas passa est, sed homo. En igitur et illa, quæ ex Saræ liberæ filio, Isaac nempe, progenita est posteritas derelicta est, et Isaaci semen, quantum Judæos attinet, in perditione desertum. Qua igitur ratione Deus Hebræorum gentem pro Isaaci semine erat habiturus, cum jam de illis constitutum esset, ut in Dei iram implacabilem inciderent? Quomodo item pro Abrahæ filiis erant reputandi, quos David ante prævidens, de iisdem vaticinatus Dominum alloquitur: « Obscurentur oculi ipsorum, et dorsum illorum semper incurva [6]? Id est, non recedat ab illis servitutis jugum perpetuæ. Hoc enim sibi vult, quod eos incurvandos esse a Deo præcipit. Neque enim hæc est exsecrandi formula, sed prophetiæ enuntiatio. Qua denique ratione eos Isaaci semen et Abrahæ filios Deus judicaturus erat, quorum subversionem et excidium prædixit propheta Daniel? nusquam vero reditus illorum et revocationis (ut in aliis solet) meminit, sed diversum longe indicat. Postquam enim tragico et magnifico dicendi genere eventura ipsis mala exposuisset, tandem subjungit: « Usque in consummationem sæculorum hæc eos detinebit servitus [7]. » Verum in Evangeliis quoque sic scriptum est, quod Judæis magnifice sese erga Christum extollentibus, dicendo, « Patrem habemus Abraham, » dixit Jesus: « Ne dicatis intra vos ipsos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis: Possibile est Deo, etiam ex lapidibus hisce Abraham filios suscitare [8]. » Quid autem hæc sibi aliud voluerunt, quam si dixisset: Quoniam in vobis ipsis boni nihil est, verum in hoc solo confisi splendidis verbis extollimini, quod vos Abrahæ filios dicere potestis, dico vobis, quod possit Deus etiam ex lapidibus istis ipsi Abrahamo filios excitare. Quod autem ex lapidibus inanimatis possit Deus homines formare, manifestum est; qui enim de nihilo creavit hominem, eumdem ex inanimata materia creare potest. Verumtamen hæc non de lapidibus, sed gentibus dixit, quæ corda habebant ipsis lapidibus magis exæcata: quæ postea Christum adoraverunt, in eumdem crediderunt, et juxta promissionem pro Abrahæ filiis reputati sunt. Judæos enim non modo hac gloria privavit Christus, et a genere Abrahæ exclusit, verum etiam diaboli filios nominavit, dicens: « Vos facitis opera patris vestri, diaboli. Ille homicida est

A εἰς αὐτοὺς προφήτης μετὰ τὸν Ἰωάννην τοῦ Ζαχαρίου υἱόν, τοῦτο δῆλον. Ἐλθόντος γὰρ τοῦ προφητευομένου, ὅς ἐστιν ὁ Χριστός, ἐξανάγκης ἡ προφητεία ἤργησε, τὸ μὲν ὅτι ἦλθεν ὁ Χριστὸς, ὡς εἴρηται, τὸ δὲ ὡς ἀνάξιοι ὄντες καὶ ἐγκαταλελειμμένοι οἱ Ἰουδαῖοι. Διὸ ἠθέτησαν τὸν Χριστὸν, καὶ ἐποίησαν ἐπ' αὐτῷ ὅσα καὶ ἐποίησαν, κατὰ τοῦτο ἔπαθον τὰ ἀνήκεστα κακά. Οὐ γὰρ ψιλὸν ἄνθρωπον ἐσταύρωσαν, ἀλλὰ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον. Καὶ οὐ θεότης ἔπαθεν, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος. Ἰδοὺ γοῦν καὶ ἀπὸ τῆς ἐλευθέρας Σάρρας υἱοῦ τοῦ Ἰσαὰκ, ὅσον τὸ ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἐναπελείφθη ἐγκαταλελειμμένον καὶ ἐν ἀπωλείᾳ τὸ τοῦ Ἰσαὰκ σπέρμα. Πῶς γὰρ ἔμελλε λογίσεσθαι ὁ Θεὸς τὸ γένος τῶν Ἑβραίων εἰς σπέρμα τοῦ Ἰσαὰκ, ἐπεὶ ἀπέκειτο αὐτοῖς, ἵνα ἡ ἀσυμπάθητος ὀργὴ τοῦ B Θεοῦ καταλάβῃ αὐτούς; Πῶς δὲ ἔμελλον λογισθῆναι τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, οὓς προϊδὼν ὁ Δαβὶδ προφητεύων ἐπ' αὐτοὺς, ἔλεγε πρὸς τὸν Θεὸν, « Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον, » τουτέστι μὴ ἀποστῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ ζυγὸς τῆς διηνεκοῦς δουλείας. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ « διαπαντὸς σύγκαμψον. » Οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο κατάρας εἶδος, ἀλλὰ προφητείας ἔκβασις. Πῶς γὰρ ἔμελλε λογίσεσθαι αὐτοὺς ὁ Θεὸς σπέρμα τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, περὶ ὧν Δανιὴλ ὁ προφήτης τὴν μὲν καταστροφὴν αὐτῶν καὶ ἀπώλειαν ἐδήλωσε καὶ προεῖπε, τὴν δὲ ἐπάνοδον καὶ ἀνάκλησιν ὡς καὶ ἐν ἄλλοις οὐ προεῖπεν, ἀλλὰ τοὐναντίον; μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν καὶ ἐκτραγῴδῆσαι τὰ εἰς αὐτοὺς γενησόμενα κακὰ, τότε ἐπήγαγεν, « Ἕως συντελείας αἰώνων καθέξει αὐτοὺς ἡ δουλεία αὕτη. » Ἀλλὰ καὶ ἐν C τοῖς Εὐαγγελίοις οὕτω γέγραπται, ὅτι λεγόντων τῶν Ἰουδαίων καὶ μεγαλαυχούντων πρὸς τὸν Χριστὸν, ὡς « Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραὰμ, » λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰωάννης, « Μὴ λέγετε ἐν ἑαυτοῖς, Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. Λέγω γὰρ ὑμῖν, δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. » Τί τοῦτο δηλοῦντος τοῦ λόγου, ὅτι Ἐπεὶ ὑμεῖς ἀφ' ἑαυτῶν οὐκ ἔχετε ἀγαθὸν, ἀλλ' ἐν τούτῳ καὶ μόνῳ θαῤῥοῦντες, μεγαλορῄμονεῖτε, τὸ λέγεσθαι ὑμᾶς υἱοὺς Ἀβραὰμ, ἔφη αὐτοῖς, ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Ὅτι μὲν γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν ἀψύχων λίθων δύναται ὁ Θεὸς ποιῆσαι ἀνθρώπους, πρόδηλον. Ὁ γὰρ ποιήσας ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος τὸν ἄνθρωπον δύναται ἐγεῖραι καὶ ἀπὸ τῆς ἀψύχου D ὕλης. Ἀλλὰ Θεὸς οὐκ εἶπε περὶ τῶν λίθων, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐθνῶν, τῶν ἐχόντων καρδίας πεπωρωμένας ἐπέκεινα τῶν λίθων, ἅτινα ἔθνη προσεκύνησαν τὸν Χριστὸν, καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, καὶ ἐλογίσθησαν κατ' ἐπαγγελίαν τέκνα τοῦ Ἀβραάμ. Τοὺς γὰρ Ἰουδαίους οὐ μόνον ἀπεστέρησε, καὶ ἐξέβαλεν ὁ Χριστὸς τοῦ λογίζεσθαι αὐτοὺς τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, ἀλλὰ καὶ υἱοὺς διαβόλου ὠνόμασεν αὐτοὺς, οὕτως εἰπών· « Ὑμεῖς τὰ ἔργα ποιεῖτε τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου. Ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἐστὶν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἔστηκεν, ὅτι ψεύστης ἐστίν. » Οὓς δὲ ὁ Χριστὸς υἱοὺς διαβόλου ὠνόμασε, πῶς δύνα-

[6] Psal. LXVIII, 24. [7] Dan. IX, 27. [8] Matth. III, 9.

Digitized by Google

ται λογίσασθαι ὁ Θεὸς υἱοὺς Ἀβραάμ, καὶ σπέρμα Ἰσαάκ; Τίς γὰρ μετοχὴ διαβόλῳ καὶ τοῖς τοῦ Θεοῦ δούλοις, Ἀβραάμ, Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ; Μᾶλλον δὲ τίς κοινωνία Θεῷ καὶ διαβόλῳ;

ab initio, et in veritate non stetit, quoniam mendax est [9]. » Quos autem Christus diaboli filios nominavit, num Deus Abrahæ filios et Isaaci semen judicare potest? Quæ enim est communio diaboli cum Dei servis Abraham, Isaac et Jacobo? Imo quod est Dei cum diabolo commercium?

δ'. Καὶ ἰδοὺ κατὰ τὴν κρίσιν καὶ τὴν πίστιν τῶν τε Ἰουδαίων τῶν τε Μουσουλμάνων ἐναπέμεινεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος μάταιος καὶ ψευδής. Ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἰσμαὴλ οὐδὲν προσῆλθον τὰ ἔθνη τῷ Θεῷ, ἀπὸ τοῦ Ἰσαὰκ ὁμοίως. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Οὐδὲ γὰρ διαπέπτωκεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀλλ' ἐν τῷ Χριστῷ τῷ ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ κατὰ σάρκα ἀνεφάνησαν, καὶ ἀπεκαλύφθησαν καὶ ἐπληρώθησαν πᾶσαι αἱ ὁράσεις, πᾶσαι αἱ προφητεῖαι, πᾶσαι αἱ ἀποκαλύψεις, αἱ δεικνύουσαι αὐτὸν Θεὸν, αἱ δεικνύουσαι αὐτὸν ἄνθρωπον, καθὼς ὁ λόγος ἀπέδειξε καὶ ἐδήλωσε, καὶ ἔτι δηλώσει σαφέστερον. Ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ Χριστῷ ἔλαβον τὴν εὐλογίαν πιστεύσαντα εἰς αὐτόν. Πάντα γὰρ τὰ ἔθνη τὰ πρότερον εἰδωλολατροῦντα νῦν πάντα πιστὰ καὶ ὀρθόδοξα, πλὴν τινων μερικῶν, Μουσουλμάνων λέγω, Ἑβραίων καὶ ἑτέρων, οἵτινες ὁμοῦ πάντες οὐδὲν φαίνονται, συγκρινόμενοι πρὸς τὰ πλήθη τῶν Χριστιανῶν, ὅσον ὕδατος δράξ πρὸς πέλαγος. Ὅμως τί τοῦτο πρὸς τὴν ἀλήθειαν, εἰ καί τινες παρ' οὐδὲν θέμενοι ταύτην, ἔμειναν ἀδιόρθωτοι καὶ ἄπιστοι; Ὁ μὲν ἥλιος πάντα τὸν ἀέρα φωτίζει, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ἀλλὰ τῶν τυφλωττόντων σκοτεινῶν μενόντων, οὐ παρὰ τοῦτο προστρίβεται τῷ ἡλίῳ ἡ μέμψις, ἀλλὰ τοῖς τυφλώττουσιν. Οὕτω μοι νόει καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι τὸ τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον καὶ ἡ διδασκαλία, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὑπὲρ μυρίους ἡλίους ἀνεδείχθη λαμπρότερος καὶ φωτεινότερος. Εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ τοῦ Εὐαγγελίου λόγος, καὶ οἱ πιστεύοντες σώζονται, οἱ δὲ μὴ πιστεύοντες ἀπόλλυνται. Ἀλλ' οὐ παρὰ τῷ Χριστῷ ἡ μέμψις, ἀλλὰ παρὰ τοῖς ἀπίστοις, τοῖς καταπροδοῦσι τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν. Ἀλλ' οὐδ' οὕτως ἁπλῶς πάντων τῶν πιστευσάντων ἐστὶν ἡ σωτηρία, ἀλλὰ τῶν σὺν τῇ πίστει ποιησάντων ἔργα σωτηρίας ἄξια. Ἀλλ' ἐπιστραφήτω ὁ λόγος ἡμῶν εἰς τὰς περὶ Χριστοῦ μαρτυρίας καὶ ἀποδείξεις, ἀλλ' οὐ πάσας. Εἰ γὰρ πάσας τὰς περὶ τοῦ Χριστοῦ ἀποκαλύψεις τε καὶ ὁράσεις καὶ προφητείας ἐπειράθημεν ἀναπτύξαι, πολλοὶ γραφεῖς, πλεῖστα κεκοπιακότες, ὀλίγον μέρος ἐπεξεργάσαντο ἄν. Ὅμως μικρόν τι ἐκ τῶν πολλῶν εἴπωμεν διὰ τὴν τῆς ἀληθείας φανέρωσιν.

4. En igitur, juxta Judæorum et Musulmanorum sententiam et fidem, Dei verbum irritum falsumque esse deprehenderetur (ab Ismaele enim gentes nequaquam Deo accesserunt, similiter nec ab Isaaco); sed nequaquam hoc est, minime, inquam. Nullo modo enim Dei verbum intercidit; verum in Christo, qui ex Abrahæ semine natus est secundum carnem, manifestatæ, revelatæ et impletæ sunt omnes visiones, omnes prophetiæ, omnesque revelationes, quæ ipsum et Deum esse et hominem ostendunt, quemadmodum noster hic sermo jam demonstravit et exposuit, et manifestius adhuc multo exponet. Insuper et omnes gentes in Christo acceperunt benedictionem per fidem, qua in illum crediderunt. Gentes enim universæ prius idolorum cultui deditæ, nunc fideles et orthodoxæ sunt, exceptis paucissimis, Musulmanis scilicet, Hebræis, et aliis : qui simul omnes nulli videntur, cum Christianorum multitudine collati; non magis quam si tantillum aquæ, quantum vola manus capit, cum pelago comparetur. Verumtamen quid hoc ad veritatem, si nonnulli hanc contemnentes, incorrigibiles et infideles permanserunt? Sol enim totum illuminat aerem, et orbem universum, cæcis interim in cæcitate et tenebris permanentibus : nec tamen propterea sol reprehendendus est, sed ipsi cæci. Talis mea quoque de Christo fertur sententia. Christi nempe Evangelium et doctrina, imo Christus ipse, infinitos soles splendore et lumine excellit. In omnem enim terram Evangelii prædicatio divulgata est et credentes salutem consequuntur; qui vero non credunt, percunt. Non tamen hæc culpa in Christum, sed in infideles incidit, qui suam ipsorum salutem produnt. Nec tamen omnibus simpliciter et nude credentibus salus contingit, sed iis qui per fidem opera faciunt salute digna. Revertatur autem ad Christi testimonia et demonstrationes nostra oratio, non tamen ut omnes recenseat. Si enim omnes, quæ de Christo sunt, revelationes, visiones et vaticinia discutere aggrederemur, etiam multi scribæ multum laborando, vix parvam aliquam ex his partem absolverent; nihilominus tamen pauca ex multis proferamus ad veritatis illustrationem.

ε'. Εἶπεν ὁ Μωϋσῆς πρὸς τὸν λαὸν τῶν Ἑβραίων, « Ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν προφήτην, ὡς ἐμέ· καὶ πᾶσα ψυχὴ, ἥτις οὐκ ἀκούσεται τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται. » Καὶ σκόπει τὴν τοῦ προφήτου ἀκρίβειαν· ἐν τῷ εἰπεῖν, « Προφήτην ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς, » ἔδειξεν ὅτι ἄνθρωπος μέλλει ἔσεσθαι ὁ προφητευόμενος,

5. Dixit Moses ad populum Hebræorum : « Prophetam ex fratribus vestris suscitabit Dominus Deus, sicut me : et omnis anima quæ non audierit prophetam illum, eradicabitur [10]. » Atque considera hic prophetæ diligentiam. Dicendo enim, « Prophetam suscitabit Dominus Deus, » ostendit, quod homo futurus sit de quo vaticinatur, et quod

[9] Joan. VIII, 44. [10] Deut. XVIII, 15.

Digitized by Google

a Deo sit, nec de pseudoprophetarum numero. Dicendo autem, « Ex fratribus tuis, » ostendit quod ex Hebræis, et non aliunde oriundus sit; ne, si forte quis alienigena se prophetam hunc esse diceret, et Dei Spiritu vaticinari, ab ipsis reciperetur, sed ut hunc ceu erronem et impostorem negligerent. Porro et magnus ille Moses prius a Deo accepit testimonia, partim quidem ex miraculis in Ægypto editis, et maris Rubri transitu; partim vero ex Dei in monte Sinai congressu, et visione per ignem exhibita coram universis populi Judaici castris. Et tunc demum legem a Deo acceptam promulgavit; quapropter superius diximus Mosem illum magnum hoc de Christo dixisse : « Suscitabit Dominus Deus prophetam ex fratribus vestris. » Illud vero, « sicut me, » hac de causa adjecit, quod Sicuti ego vos in libertatem asserui ex acerba Pharaonis servitute, luto et laterum coctione, et legem vobis salutiferam tuli, sic etiam is a me modo prædictus propheta ex tyrannide et potestate diaboli et idololatria universum mundum liberaturus est, et libertatis leges laturus. His auditis Judæi hunc olim prænuntiatum exspectabant, et videntes Joannem Zachariæ filium ex deserto venientem et baptizantem populum, cum hunc eumdem esse quem Moses prædixerat, existimarent, interrogaverunt eum : « Tune es propheta ille? » Quid vero idem respondit? « Non sum ego, sed ipse ante illum missus sum. Venit autem post me, cujus ego calceamenta portare indignus sum [11]. » Propheta certe erat Joannes, et præclarus quidem; sed quia Judæi de illo propheta interrogabant, quem Moses prædixerat venturum, Joannes se illum non esse respondit. Sed ecce Judæorum ingratitudinem et stultitiam, qui priusquam Christus vel Messias adveniret, illum exspectaverunt, illumque inquisiverunt, venientem vero contempserunt.

6. Post hæc vero rursum dicit Moses ille magnus: « Lætentur una cum illo cœli, et adorent illum omnes angeli Dei [12]. » Age igitur et mihi dicito, quemnam alium angeli Dei adorant præterquam Deum ipsum? Hic igitur, quem Moses hominem, prophetam et legislatorem esse demonstravit, quem item ab angelis adorandum esse dixit, et Deus et homo est, Filius scilicet et Verbum Dei, a nobis simul et angelis adorandus et honorandus. Et hæc quidem ex Mose.

7. David vero propheta sic dixit : « Deus, judicium tuum regi da, et justitiam tuam filio regis. Judicabit pauperes populi, et salvos faciet filios inopum, et calumniatorem humiliabit. Commorabitur cum sole, et ante lunam, in generatione generationum. Descendet veluti pluvia super vellus, et veluti stilla stillans super terram. Oriri faciet in diebus suis justitiam et multitudinem pacis, donec auferatur

A καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐστι, καὶ οὐ κατὰ τοὺς ψευδοπροφήτας. Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, « Ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, » ἔδειξεν ὅτι ἐκ τῶν Ἑβραίων ἐστὶ, καὶ οὐκ ἄλλοθεν· ἵνα ἐὰν ἄλλος τις εἴποι ἐξ ἀλλοδαποῦ γένους ὅτι προφήτης ἐστὶ, καὶ ἀπὸ Θεοῦ προφητεύει, οὐ παραδέξωνται αὐτὸν, ἀλλ' ὡς πλάνον καὶ ἀπατεῶνα λογίσωνται. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ μέγας Μωσῆς πρῶτον ἔλαβε τὰς παρὰ τοῦ Θεοῦ μαρτυρίας ἀπό τε τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θαυμάτων, καὶ τῆς ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ διαβάσεως, ἀπό τε τῆς ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει διὰ πυρὸς τοῦ Θεοῦ συγκαταβάσεώς τε καὶ φαντασίας, ἔμπροσθεν πάσης τῆς παρεμβολῆς τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων παντός· καὶ τότε ἐξέδοτο τὸν νόμον τὸν δοθέντα ὑπὸ Θεοῦ. Δι' ἃς γοῦν αἰτίας ἀνωτέρω εἴπομεν, ὁ μέγας Μωσῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ εἰρηκε τὸ « Ἀναστήσει B Κύριος ὁ Θεὸς προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν. » Τὸ δὲ, « ὡς ἐμὲ, » τούτου χάριν ἐλάλησεν, ὅτι Ὥσπερ ἐγὼ ἠλευθέρωσα ὑμᾶς ἐκ τῆς πικρᾶς δουλείας τοῦ Φαραὼ, καὶ τοῦ πηλοῦ, καὶ τῆς πλινθείας, καὶ δέδωκα ὑμῖν νόμον πρὸς σωτηρίαν, οὕτω καὶ ὁ παρ' ἐμοῦ νῦν κηρυττόμενος προφήτης ἐλευθερώσειν μέλλει ἀπὸ τῆς τυραννίδος καὶ ἐξουσίας τοῦ διαβόλου καὶ τῆς εἰδωλολατρείας τὸν σύμπαντα κόσμον, καὶ δοῦναι τὸν τῆς ἐλευθερίας νόμον. Τοῦτο ἀκούσαντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἐξεδέχοντο τὸν πάλαι προφητευθέντα, καὶ ἰδόντες τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν Ἰωάννην ἐλθόντα ἐκ τῆς ἐρήμου, καὶ βαπτίζοντα τὸν λαὸν, καὶ νομίσαντες ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ παρὰ τοῦ Μωσέως τότε λεχθείς, ἠρώτησαν αὐτὸν, « Σὺ εἶ ὁ προφήτης; » Τί γοῦν ἐκεῖνος; « Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ, ἀλλ' ἐγὼ μέν εἰμι ἀπεσταλμένος ἔμπροσθεν ἐκείνου· ἔρχεται δὲ ὀπίσω μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὰ ὑποδήματα βαστάζειν. » Πάντως ὁ Ἰωάννης προφήτης ἦν, καὶ μέγας προφήτης, ἀλλ' ὅτι ἠρώτησαν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ τοῦ προφήτου, οὗ εἶρηκεν ὁ Μωϋσῆς, διὰ τοῦτο εἶπεν ὁ Ἰωάννης, ὅτι « Οὐκ εἰμὶ ἐγώ. » Καὶ ὅρα τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀγνωμοσύνην τε καὶ εὐήθειαν, ὅτι πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τὸν Μεσσίαν ἤτοι τὸν Χριστὸν, ἐξεδέχοντο καὶ ἠρώτησαν περὶ ἐκείνου, ἐλθόντα δὲ, ἠθέτησαν τοῦτον.

ς'. Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν εἶπεν ὁ αὐτὸς Μωϋσῆς ὁ μέγας, « Εὐφράνθητε, οὐρανοὶ, ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. » Εἰπέ μοι, τίνα ἄλλον προσκυνοῦσιν οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ αὐτὸν τὸν Θεὸν, ὥστε ὃν ἔδειξεν ὁ Μωϋσῆς ἄνθρωπον καὶ προφήτην καὶ νομοθέτην, ὃν ἔδειξε προσκυνούμενον ὑπὸ τῶν ἀγγέλων, αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ παρ' ἡμῶν καὶ τῶν ἀγγέλων προσκυνούμενος καὶ τιμώμενος. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ Μωσέως.

ζ'. Ὁ δὲ Δαβὶδ ὁ προφήτης οὕτως εἴρηκεν, « Ὁ Θεὸς, τὸ κρίμά σου τῷ βασιλεῖ δὸς, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως. Κρινεῖ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων, καὶ ταπεινώσει συκοφάντην, καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν. Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν· ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ

[11] Joan. I, 25, 27. [12] Psal. XCV, 11; XCVII, 8.

Digitized by Google

δικαιοσύνην, καὶ πλῆθος εἰρήνης, ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντοτε οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ, καὶ ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. Πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος, καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. » Πάντως δύο πρόσωπα εἰσάγων ὁ Προφήτης, τὸν Θεὸν καὶ τὸν υἱὸν τοῦ βασιλέως οὐδὲν ἕτερον λέγει ἀλλ' ἢ τὸν Θεὸν καὶ βασιλέα, καὶ τὸν τούτου Υἱὸν τὸν Χριστὸν, ὃς κρίνει τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώζει τοὺς πένητας, καὶ ταπεινοῖ τὸν συκοφάντην. Νῦν ὑπολάβῃς ἄνθρωπόν τινα ἰσχυρὸν καὶ δίκαιον, ἄρχοντα ἢ βασιλέα; Ἀλλὰ τὸν αὐτὸν λέγει, ὅτι συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ· ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ λέγει, ὅτι ἐστὶ πρὸ τῆς σελήνης, γενεᾶς γενεῶν. Καὶ εἰς τίνα τῶν ἀνθρώπων χωρεῖ τοῦτο, ὅτι πρὸ τῆς σελήνης γενεᾶς γενεῶν ἦν, καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ; Εἰς οὐδένα ἄλλον, ἀλλ' εἰς αὐτὸν πάντως τὸν Χριστόν ἐστιν ἡ προφητεία. Ἐν γὰρ τῷ εἰπεῖν, ὅτι κρινεῖ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων, καὶ ταπεινώσει τοὺς συκοφάντας, ἔδειξε τὴν τούτου δικαιοσύνην καὶ ἰσχὺν καὶ κηδεμονίαν εἰς τοὺς ἀνθρώπους. Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, ὅτι πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεᾶς γενεῶν, ἔδειξε τὸ τούτου ἄναρχον. Ἐν δὲ τῷ, « Συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, » ἔδειξε τὸ τούτου ἀτελεύτητον. « Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡς ἡ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνην, καὶ πλῆθος εἰρήνης, ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη. » Πάλιν τίς κατέβη ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, τουτέστιν ἡσύχως καὶ ἀταράχως, καὶ ἄνευ τῆς οἰκείας ἀξίας αὐτοῦ καὶ μεγαλειότητος, ἢ ὁ Χριστὸς, ὃς κατῆλθεν ἐξ οὐρανοῦ ἐν τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκεν αὐτὸν ἐν πενιχρᾷ φάτνῃ καὶ σπηλαίῳ ταπεινῷ; Οὐ γὰρ ἦλθεν ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσῃ τὸν κόσμον. Ὅταν δὲ ἔλθῃ κρῖναι τὴν οἰκουμένην, τότε μέλλει φανῆναι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ πάντων τῶν ἀγγέλων, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἔφησεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι « Οὐκ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον. » « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνην, καὶ πλῆθος εἰρήνης ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη. » Τί βούλεται τὸ, « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνην, καὶ πλῆθος εἰρήνης; » Οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὅτι τῆς τοιαύτης ἀδικίας χειριστόν τε καὶ κάκιστον, ἵνα ἀφήσωσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν Θεὸν δημιουργὸν καὶ πλάστην αὐτῶν, τὸν ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντα αὐτοὺς, καὶ προσκυνήσωσι τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς κτίσμασι, καὶ τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν. Καὶ ὥσπερ τις ὑπὸ μέθης καὶ βαθείας σκοτίας παραβλέψας τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, τὸν ἐπιμελούμενον παντὶ τρόπῳ, καὶ κηδόμενον καὶ ζητοῦντα τὴν τούτου προμήθειαν καὶ ὠφέλειαν καὶ σωτηρίαν, ἀκολουθήσας ἐχθρῷ τῷ ἐπιθυμοῦντι τὴν σφαγὴν αὐτοῦ καὶ τὸν ὄλεθρον, δε-

luna. Et adorabunt eum omnes reges terræ. Omnes gentes servient ei, et erit nomen ejus benedictum in sæcula. Ante solem permanet nomen ejus, et benedicentur in eo omnes tribus terræ : omnes gentes beatificabunt illum. Beatus Dominus Deus Israelis, solus faciens mirabilia, et benedictum nomen ejus in sæculum et in æternum [13]. » Duas hic in universum personas propheta inducens, Deum scilicet, et filium regis, nihil aliud innuit quam Deum vel regem, et illius Filium Christum, qui judicat pauperes populi, et salvos facit inopes, et humiliat calumniatorem. Neque hic hominem quemdam fortem et justum, principem vel regem intelligas. De eodem enim dicit, quod commoraturus sit cum sole ; item de eodem, quod sit ante lunam et generationes generationum. In quem vero hominum hoc competere potest, ut ante lunam in generationes generationum esse dici possit, et ut cum sole commoretur ? In nullum certe alium, sed revera in solum ipsumque Christum prophetia quadrat. Cum enim dicit, quod judicet pauperes populi, et salvet filios inopum, et calumniatores humiliet, illius ostendit justitiam, fortitudinem, et curam qua erga homines utitur. Cum vero dicit, quod ante solem permaneat nomen ejus, et ante lunam in generationes generationum, illius æternitatem principio carentem indicat. Et eo quod dixit : « Commorabitur cum sole, » illius æternitatem fine carentem denotavit. Item, « Descendet veluti pluvia super lanam, et sicut gutta stillans super terram. Exoriri faciet in diebus suis justitiam et multitudinem pacis, donec auferatur luna. » Denuo (responde) quis descendit ut pluvia super lanam, id est quiete, et sine strepitu, et citra propriam majestatem magnificentiamque suam, præter Christum ? qui descendit cœlitus in sanctam Virginem, quæ conceptum eum peperit in vili præsepio et humili casa. Non enim venerat judicaturus mundum, sed ut mundum salvaret. Cum vero veniet judicaturus orbem, apparebit in gloria Patris sui cum omnibus angelis, quemadmodum ipse Christus in Evangelio testatur : « Non veni judicaturus mundum sed ut mundum salvem [14]. » Item, « Exoriri faciet in diebus suis justitiam et multitudinem pacis donec auferatur luna. » Quisnam horum sensus, « Producet in diebus suis justitiam et multitudinem pacis ? » Non alius, quam quod impietatis summam notat perniciem : quod scilicet homines derelicturi sint Deum, procreatorem et factorem suum, qui eos nusquam existentes in hanc substantiam redegit ; et adoraturi sint diabolum, creaturas, et opera manuum suarum. Et quemadmodum aliquis ebrietate victus, aut in densis profundisque tenebris oberratus, neglecto proprio parente, qui commodum et utilitatem salutemque suam in primis et unice desiderat promotamque cupit, hostem sequitur, cædis et perniciei suæ cupidum, ligatus scilicet et vinctus ab eo manusque pedes-

[13] Psal. LXXI, 2 seqq. [14] Joan. XII, 47.

Digitized by Google

que, deductus tandem in carcerem munitissimum et obscurum, non agnoscit nec discernere potest patrem et amicum ab inimico et hoste propter ebrietatem et crapulam, nec etiam vult; et postea licet tandem ad sensus vestigia revertatur, illud non potest, in vinculis nimirum detentus: sic homo etiam initio errabundus, et a recta planaque seductus via, incidit in manus diaboli. Et quisnam locus est hoc obscurior et deformior? Hic vero hominem voluptatum copia inebriatum, omnis sensus expertem fecit: tunc veluti inebriati, aut inordinato et superfluo humore et insania, aut a dæmone agitati, audientes non audiunt, et videntes non sentiunt, propter mentem scilicet et rationem, quæ ducis officio fungitur, seductam: verum ea quæ solida stant, tanquam mobilia imaginantur; et quæ moventur, immota consistere putant; et quæ illis utilia sunt aversantur, noxia vero amplectuntur, nec honestum bonumque a malo dijudicare possunt, nec ab inimico amicum. Hoc ipsum, ut diximus, homini contigit. Respuit enim Deum; et ligatus a dæmone in densissimis ignorantiæ tenebris tyrannidem illius sustinuit. David vero divina gratia repletus intellexit, in quantum perniciei barathrum, procellam et tempestatem homo inciderit, et quanta Deum affecerit injuria, ipsum repudiando (duplex enim hic injuria deprehenditur: hominem enim injuria affecit diabolus, quod hunc tam procul a Deo se duxerit; et, si dicere fas est, in ipsum quoque Deum facit injurias, illius nimirum creaturam seducendo. Similiter et homo Deum affecit injuria, quod hoc repudiato, diaboli imperium secutus sit), quis denique ipsum a densissimis tenebris et iniquitate esset redempturus. Cum itaque propheta dicat, « Oriri faciet justitiam, » hoc innuit, quod quemadmodum ægroti in tenebris decumbentes, ipsi quidem non in lucem prodeunt, sed lux ad illos penetrat, sic etiam homini in diabolicis tenebris decumbenti exoritur is qui misericordiæ viscera erat assumpturus: quo exorto et totum orbem illuminante, omnes tenebræ discedentes disparuerunt. Homo vero illuminatus, ubi cognovit jam quali vinculo constrictus decumbat, et seipsum nullo modo adjuvare valens, ad eum qui hoc potest, respicit. Hic vero, cum nollet hominem ulterius diaboli tyrannide premi, liberavit eum sanavitque. Liberatus vero, sanatusque non amplius diabolo adhæsit, verum hoc redemptione facta, per fidem hominis ea qua Deus affectus fuerat injuria evanuit, et hujus apparuit justitia, exorto jam rationali sole justitiæ, Christo nimirum. Homo itaque fide percepta, tempestate et fluctibus carentem fidei portum ingressus, multitudinem pacis nunquam jactandæ procellis aut conturbandæ accepit. Tunc impletum est Davidis oraculum, dicentis, « Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum peccata obtecta sunt. Beatus vir, cui Dominus peccatum non imputat[15]. »

[15] Psal. xxxi, 1.

A σμευθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ δεθεὶς χεῖρας καὶ πόδας, εἰσαχθεὶς ἐν φρουρᾷ ὀχυρωτάτῃ καὶ ζοφώδει, οὐκ ἐγίνωσκεν, οὐδὲ ἠδύνατο διακρίνειν τὸν πατέρα καὶ φίλον ἀπὸ τοῦ ἐχθροῦ καὶ πολεμίου ὑπὸ τῆς μέθης καὶ τοῦ κόρου, οὐδὲ ἐβούλετο. Εἰ δὲ καὶ ὁμέ ποτε ἦλθεν εἰς ἔγνος αἰσθήσεως, οὐκ ἴσχυσεν ἐν δεσμοῖς εὑρισκόμενος οὕτως ὁ ἄνθρωπος, ἀρχῆθεν πλανηθεὶς, καὶ παρατραπεὶς τῆς ἀληθοῦς καὶ εὐθείας ὁδοῦ, ἐνέπεσεν εἰς τὰς χεῖρας τοῦ διαβόλου. Καὶ ποῖος τούτου σκοτεινότερος τόπος ἢ ἀηδέστερος; Ὁ δὲ μεθύσας τὸν ἄνθρωπον ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἡδονῶν, καὶ ποιήσας αὐτὸν πάντη ἀναίσθητον, καὶ ὥσπερ οἱ ὑπὸ οἴνου μεθύοντες, μᾶλλον δὲ ὑπὸ ἀτάκτου χυμοῦ καὶ φρενίτιδος, ἢ ὑπὸ δαίμονος ἐλαυνόμενοι, ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσι, καὶ βλέποντες οὐκ αἰσθάνονται, διὰ B τὸ τὸν ἡγεμόνα νοῦν παρατραπῆναι, ἀλλὰ τὰ ἱστάμενα φαντάζονται ὡς κινούμενα, τὰ δὲ κινούμενα ὡς ἱστάμενα, καὶ τὰ ὠφελοῦντα μὲν αὐτοὺς ἀποσείονται, τὰ δὲ βλάπτοντα περιπτύσσονται, καὶ οὐ δύνανται διακρίνειν τὸ καλὸν τοῦ κακοῦ, ἢ τοῦ ἐχθροῦ τὸν φίλον. Τοῦτ' αὐτὸ πέπονθεν, ὡς εἴρηται, καὶ ὁ ἄνθρωπος. Ἀθετήσας τὸν Θεὸν, καὶ δεσμευθεὶς ὑπὸ τοῦ δαίμονος, ἐτυραννεῖτο ἐν βαθυτάτῳ σκότει τῆς ἀγνωσίας. Ὁ δὲ Δαβὶδ ἐμπλησθεὶς θείας χάριτος, καὶ κατανοήσας εἰς ποῖον βάραθρον καὶ ἀπώλειαν ἐνέπεσεν ὁ ἄνθρωπος, καὶ κλύδωνα, καὶ χειμῶνα, καὶ ὁπόσην ἀδικίαν ἠδίκησε τὸν Θεὸν ἀθετήσας αὐτὸν, καὶ τίς ἐστιν ὁ μέλλων λυτρώσεσθαι αὐτὸν τοῦ βαθυτάτου σκότους καὶ τῆς ἀδικίας, διπλῆ καὶ γὰρ εὑρίσκετο ἡ ἀδικία, ἠδίκησε γὰρ τὸν C ἄνθρωπον ὁ διάβολος, ἀποστήσας αὐτὸν μακρὰν τοῦ Θεοῦ· εἰ θέμις δὲ εἰπεῖν, ἠδίκησε καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν, πλανήσας τὸ πλάσμα αὐτοῦ, ἠδίκησε δ' ὁμοίως καὶ ὁ ἄνθρωπος τὸν Θεὸν, ἀθετήσας αὐτὸν, καὶ ἀκολουθήσας τῷ διαβόλῳ. Διὰ γοῦν τὸ εἰπεῖν τὸν Προφήτην, « Ἀνατελεῖ δικαιοσύνην, » ἔδειξεν ὅτι ὥσπερ οἱ ἐν σκότει εὑρισκόμενοι καὶ κείμενοι ἀῤῥωστοῦντες, οὐκ ἀπέρχονται εἰς τὸν ἥλιον, ἀλλ' ὁ ἥλιος πρὸς αὐτοὺς, οὕτω κειμένου τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ διαβολικῷ σκότει, ἀνατελεῖ ὁ μέλλων λαβεῖν σπλάγχνα οἰκτιρμῶν. Ἀνατείλαντος δὲ ἐκείνου, καὶ φωτίσαντος τὴν οἰκουμένην, ἀπελήλατο πᾶσα σκοτία, καὶ ἠφανίσθη. Φωτισθεὶς τοίνυν ὁ ἄνθρωπος, καὶ κατανοήσας ἐν ποίῳ δεσμῷ εὑρίσκετο κείμενος, καὶ μὴ δυνάμενος D αὐτὸς ἑαυτῷ βοηθῆσαι, ἀνέβλεψε πρὸς τὸν δυνάμενον. Ὁ δὲ μὴ θέλων ἐπιπλέον τυραννεῖσθαι ὑπὸ τοῦ διαβόλου τὸν ἄνθρωπον, ἔλυσεν αὐτὸν καὶ ἐθεράπευσε. Λυθεὶς τοίνυν καὶ θεραπευθεὶς οὐκ ἔτι προσέπεσε τῷ διαβόλῳ, ἀλλὰ τούτου γεγονότος, ἠφανίσθη ἡ πρὸς τὸν Θεὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀδικία διὰ τῆς πίστεως, καὶ ἐφανερώθη ἡ τούτου δικαιοσύνη, ἀνατείλαντος τοῦ νοητοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ. Πιστεύσας γοῦν ὁ ἄνθρωπος, καὶ εἰσελθὼν ἐν τῷ ἀχειμάστῳ καὶ ἀκυμάντῳ λιμένι τῆς πίστεως, ἀπέλαβε πλῆθος εἰρήνης μηδέποτε σαλευομένης, ἢ παρενοχλουμένης. Τότε ἐπληρώθη τὸ τοῦ Δαβὶδ λόγιον τὸ φάσκον, « Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἀπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρ-

Digitized by Google

τίαι. Μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν. » Ἐν τῷ εἰπεῖν, ὅτι « ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, » ἔδειξεν ἄνθρωπον ὄντα τὸν τὰ τοιαῦτα τεράστια ἐργασάμενον. Ἐν γὰρ τῷ Θεῷ ἡμέρας περιεργάζεσθαι ἢ μετρεῖν οὐ θεμιτόν. Ὁ δὲ Χριστὸς ἤρξατο καθὸ ἄνθρωπος, καὶ τούτου αἱ ἡμέραι μετροῦνται. Τὸ δὲ, « ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη, » τοῦτο αἰνίττεται ὅτι αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος ὁ ποιήσας αὐτὰ, αὐτός ἐστι καὶ Θεός. Ἀνθρώπου γὰρ ψιλοῦ οὐκ ἔστι τὸ περισώζεσθαι, ἕως οὗ ἂν ἵστασθαι τὴν σελήνην. Τὸ γὰρ « ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη, » οὐδὲν ἄλλο δηλῶν ὁ Προφήτης εἶπεν, ἀλλ' ἢ ὅτι ὥσπερ οὐδὲ ἡ σελήνη μέλλει διαφθαρῆναι, ἀλλὰ σώζεσθαι, οὕτως οὐδὲ ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος. Ἐπεὶ γοῦν τοῦ Θεοῦ μόνου ἐστὶ τὸ κυρίως ἀτελεύτητον, ἔδειξεν ὅτι ὁ αὐτός ἐστι Θεός τε καὶ ἄνθρωπος. Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, ὅτι « Προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, » καὶ τὸ, « Πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ, » ἔδειξε τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφὴν, καὶ τὴν τῶν βασιλέων προσκύνησιν. Ἵνα δὲ μὴ εἴπωσιν οἱ βουλόμενοι παραχαράττειν τὴν ἀλήθειαν, ὅτι περί τινος βασιλέως ἰσχυροῦ μὲν ὄντος, ὡς τοῦ Ἰουλίου καὶ Αὐγούστου καὶ Τιβερίου, οἵτινες προσεκυνοῦντο μὲν παρὰ τῶν βασιλέων τῆς γῆς καὶ τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐπῃνοῦντο παρ' ἐκείνων, ἦσαν δὲ ὅμως ἄνθρωποι καὶ αὐτοὶ ὡς οἱ πάντες, εἰπὼν ὅτι « Εὐλογητὸν τὸ ὄνομα αὐτοῦ, » προσέθηκεν ὅτι « εἰς τοὺς αἰῶνας. » Παντὸς γὰρ ἀνθρώπου ἔπαινος ἐν τῷδε τῷ βίῳ συναποτίθεται. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ παρόντος κόσμου συμπλήρωσιν οὔτε ὁ τούτου ἔπαινος διαμένει, ἀλλ' οὔτε ὁ ψόγος. Μόνα δὲ τὰ αὐτοῦ ἔργα συναπέρχονται αὐτῷ, καὶ τὰς ἐξ αὐτῶν ἀμοιβὰς ἐκδέχεται παρὰ τοῦ μέλλοντος κρίνειν τὴν οἰκουμένην, εἴτε ἀγαθά εἰσιν, εἴτε καὶ μή. Τὸ δὲ, « Εἰς τοὺς αἰῶνας ἔσται εὐλογημένον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, » οὐκ ἔστιν ἀνθρώπου, ἀλλὰ Θεοῦ. « Πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ. » Ποῖος τῶν ἀνθρώπων εὑρίσκεται πρὸ τοῦ ἡλίου; Πάντως οὐδείς, οὐδ' αὐτὸς ὁ Χριστὸς καθὸ ἄνθρωπος, ἀλλὰ καθὸ Θεός. Καθὸ δὲ ἄνθρωπος, καὶ ἤρξατο, καὶ ἡμέραν ἔχει μεμετρημένην· καὶ προσεκύνησαν αὐτὸν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, ὡς Θεόν τε καὶ ἄνθρωπον, καὶ ἐν αὐτῷ ηὐλογήθησαν πάντα τὰ ἔθνη.

A Sed quod in loco supra citato dicit, « in diebus illius, » innuit hominem fore, qui hæc miracula editurus sit. In Deo enim dies curiosius inquirere, vel mensurare nefas est. Christus autem, quatenus homo est, initium habuit, et hujus dies mensurantur. Illud vero, « donec auferatur luna, » nullo alio sensu propheta dixit, quam hoc, quod veluti luna servanda est, nec peritura, ita nec ille homo. Quoniam vero absolute fine carere soli Deo proprium est, indicavit hisce, quod hic et Deus et homo sit. Illis vero verbis, « Adorabunt eum omnes reges terræ, et omnes gentes servient illi, » indicavit gentium conversionem ad Christum, et regum adorationem. Ne vero hi qui veritatem destruere et invertere cupiunt, hæc de rege aliquo potenti B et invicto intelligerent, utpote Julio, Augusto, Tiberio, vel aliis, qui et ipsi a regibus terræ et gentibus adorati sunt, et ab his celebrati, quamvis homines essent, ut et nos omnes, David cum dicit nomen ejus esse benedictum, etiam hoc addit, « in sæcula. » Uniuscujusque enim hominis laus in vita hac una cum illa deponitur : sed post mundi hujus consummationem nec laus ipsius permanet, nec infamia. Sola enim opera illius una cum ipso discedunt, quorum etiam retaliationem ab eo exspectat qui mundum judicaturus est, sive bona fuerint, sive minus. Illud vero, « In sæcula benedictum erit nomen ipsius, » nequaquam hominis est, sed Dei. Item, « Ante solem permanet nomen illius. » Quis rogo hominum ante solem conditum C invenitur? Nullus omnino, et nec ipse Christus, quatenus homo est, sed quatenus Deus est. Secundum humanitatem vero et esse cœpit, et dies habet mensuratos; et adoraverunt eum omnes gentes, et omnes reges terræ, ut Deum et hominem, et in eo omnes gentes sunt benedictæ.

η'. Καὶ συνάδει ἡ τοῦ Δαβὶδ προφητεία μετὰ τοῦ Ἡσαΐου καὶ Ἰακὼβ εἰπόντων περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἐστὶ προσδοκία ἐθνῶν, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀποδέδεικται. Ὅμως τὰ πάντα συνελὼν ὁ Προφήτης, καὶ θεασάμενος τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν συγκατάβασιν, καὶ ὅτι Θεὸς ὢν μέλλει γενέσθαι ἄνθρωπος, καὶ ἰδὼν τὸν πρώην ἄγριον καὶ ἀπηνῆ τύραννον τὸν διάβολον, ὅσον οὔπω παρὰ τοῦ τυραννηθέντος ὑπ' αὐτοῦ ἀνθρώπου ἐμπαιζόμενον καὶ καταπατούμενον, ἔνθους ὑφ' ἡδονῆς γεγονὼς, ἐξεβόησε τὴν μακαρίαν ἐκείνην φωνὴν, τὸ, « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος, καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. » Ἆρα χρῄζει καὶ ὁ παρὼν λόγος ἐξηγήσεως, ἢ ὡς ἡ ἀλήθεια ἔχει, παντὸς ἡλίου καὶ πάσης ἀληθείας ἀνθρωπίνης ἐστὶ καθαρώτερός τε καὶ σαφέστερος; Ὃν γὰρ

8. Porro hæc Davidis prophetia cum Isaia et Jacobo convenit, qui de Christo dicunt, quod sit exspectatio gentium, quemadmodum in superioribus demonstratum est. Tandem vero omnia comprehendens propheta, et respiciens Verbi Dei con- D versationem pro hominum salute factam, et quod Deus exsistens hominem assumpturus esset : videns denique illum modo ferocem et immitem tyrannum diabolum ab homine, quem modo ante tyrannide presserat, jam tantum non illusum esse et conculcari, voluptate quasi abreptus, beatam illam vocem exclamans profert : « Benedictus Dominus Deus Israelis, qui solus facit mirabilia, et benedictum nomen ejus in æternum et in sæculum sæculi [16]. » Indiget sane et præsens locus expositione aliqua, licet revera quolibet sole et omni humana veritate purior sit et dilucidior. Quem enim David

[16] Psal. LXXI, 18.

Digitized by Google

paulo ante hominem nominaverat, quemque ante solem et lunam conditam exstitisse dixerat, hunc ipsum nunc pure et simpliciter Deum appellavit. Quis vero tam infelix, ut de illo dubitet et inquirat curiosius, quem David Deum nominavit, nec eum adoret, quem David Deum esse prædicat?

9. Verumtamen et alibi magnus ille David sic dixit : « Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam potentiæ emittet tibi Dominus ex Sion, et dominare in medio inimicorum tuorum. Penes te est principatus in die potentiæ tuæ, et in splendore sanctorum tuorum : ex utero auroræ genui te [17]. » En nunc aliam illius prophetiam considera : « Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis. » Quisnam est ille prophetæ et regis Dominus? Num rex aliquis ex præclaris istis, et in hac terra multa potentia præditis? Minime. Quam ob rem? Propter libertatem, quam a Deo tunc temporis Judæi habebant, a quo solo regebantur. Principem vero et ductorem habuerunt olim quidem Mosem, post hunc vero filium Nun Josue, deinde judices. Ipsis vero propria animi sui voluntate et affectu regem a Deo petentibus, dedit ipsis regem e gente propria filium Cis, nempe Saulem, deinde Davidem filium Jessæ. De quo et Deus testatus Samueli dixerat : « Inveni Davidem filium Jessæ, virum secundum cor meum, qui faciet juxta omnes voluntates meas [18]. » Et Judæi quidem regebantur a suæ gentis regibus, illorum vero reges usque ad Christi nati tempora liberi, nullique hominum aut regum terrenorum subditi fuisse inveniuntur. Et revera sic est, quoniam nullus alius prophetarum, utpote nec Isaias, nec Jeremias, nec Daniel, calumniari conatus hoc prophetæ oraculum, dicere potuit, quod ab aliquo rege mortali et perituro ad alium prophetæ similem dicta sint hæc verba : « Dixit Dominus Domino meo. » Cui vero dixit Deus, « Sede a dextris meis? » Ad hominem nimirum, quem Verbum et Filius illius assumpsit. Filius enim ante omnia sæcula principatus fuerat particeps cum Deo; dixit autem hoc Deus Pater ad hominem, quem Verbum et Filius suus assumpsit, sanctificavit, glorificavit, et temporalem cepit principatum, ex quo hunc assumpserat. Volens itaque propheticus sermo ostendere, Deum Patrem quidem, qui ab æterno exsistit, principio carere, hominem vero, quem Verbum et Filius illius assumpsit, initium cepisse, dixit : « Sede, » etc. Tum etiam stabilitatem et perpetuitatem, honorisque magnificentiam ipsa sedes denotat. Et quemadmodum ignis in ferro ferri quidem frigiditatem non recipit, ferrum autem in ignis naturam transit, rursum vero nec ferri nigredine ignis inficitur, sed ferrum hujus splendore et claritate assumpta omnino pellucidum fit : talis etiam mea de unigenito Dei Filio et ho-

πρὸ ὀλίγου ὁ Δαβὶδ ἄνθρωπον ὠνόμασε, καὶ ὃν πρὸ τοῦ ἡλίου ἐλάλησεν εἶναι καὶ τῆς σελήνης, τοῦτον καθαρῶς Θεὸν ἐκάλεσε. Ὃν δὲ ὁ Δαβὶδ ὀνομάζει Θεὸν, τίς οὕτως ἄθλιος, ὅστις ἀμφιβάλλει περὶ τούτου καὶ πολυπραγμονεῖ, καὶ οὐ προσκυνεῖ ὃν ὁ Δαβὶδ καταγγέλλει Θεόν;

A pus adversus animam illius insurrexerit? Et quemadmodum duo infensissimi hostes una domo conjuncti pugnas movent mutuas, e quibus qui viribus præstantior est, victoria potitur; sic etiam anima cum corporis affectibus et appetitu pugnans congreditur; cum autem ipsius Dei auxilio destituta sit, corpori succumbit, rerumque ordo invertitur, ut quæ prius domina erat corporis, et imperium exercebat, in posterum serva et voluptatum mancipium facta sit. Christi autem generatio et Filii Dei incarnatio univit ea quæ in cœlo et in terra sunt. Angeli itaque videntes inenarrabilem illum Deum descensum, quod scilicet is qui Deus erat, propter innatam sibi bonitatem carnem assumeret, et inimicam adversamque sibi in homine habitantem naturam assumptam, sibi cum divinitate uniret, sanctificaret et exaltaret; hoc, inquam, videntes angeli, stupendo hoc miraculo et omnem naturam exsuperante, in admirationem et stuporem rapti, exclamaverunt ad Dei laudes celebrandas, et dixerunt: « Gloria in excelsis Deo. » Videntes etiam hominum cum angelis concordiam jam confirmatam, et sublatam esse diutinam illam inimicitiam, dixerunt, « In terra pax, et hominibus bona voluntas. » Unde impletum est illud Davidis oraculum, dicens: « Lætentur cœli, et exsultet terra. Annuntiaverunt cœli justitiam ejus, et viderunt omnes populi gloriam ipsius; adorate eum, omnes angeli ejus. Montes tripudient a conspectu Domini, quoniam venit, quoniam venit ad judicandum terram. Judicabit terram in justitia, et populos in æquitate[35]. » Respice, quæso, prophetarum et angelorum consonantiam, carmini musico bene concordanti simile. Propheta enim dicit: « Lætentur cœli; » et angeli canunt, « Gloria Deo in excelsis. » Propheta dicit, « Exsultet terra; » canunt angeli, « Ac in terra pax, in hominibus bona voluntas. » Quibus etiam hoc non dissimile est: « Annuntiaverunt cœli justitiam ipsius, et viderunt omnes populi gloriam ejus. » Quin et Moses dixit: « Exsultate cum eo, cœli, adorate eum, omnes angeli ejus; » David vero sic: « Adorate eum, angeli ejus; » qui equidem adorantes dixerunt, « Gloria Deo in excelsis. » Qua de causa autem hanc repetitionem adjectam putas, « Quoniam venit, quoniam venit ad judicandum terram? » Non quidem alia de causa, quam quod primum illud membrum, in quo simpliciter dicitur, « Quoniam venit, » primum Salvatoris adventum in mundum denotat, quo non in propria sua majestate venit, sed humili quadam specie et contempta. Consentit enim cum verbis Domini dicentis: « Non veni ut judicem mundum, sed ut mundum salvem[36]. » Quod vero idem repetens dicit, « Quoniam venit ad judicandum terram, » denotavit secundam Christi in mundo præsentiam. Tunc enim veniet judicaturus terram. Quod idem cum Domini verbis con-

[35] Psal. xcv, xcvi et xcvii. [36] Joan. xii, 47.

Digitized by Google

sentit : « Cum venerit Filius hominis in gloria sua, et omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit super sedem gloriæ suæ, et congregabuntur coram eo omnes gentes, et separabit eos sicut segregat pastor oves ab hædis; et statuet oves quidem a dextris suis, hædos vero a sinistris, et dabit singulis juxta opera sua [37], » his quidem qui Evangelii legibus immorigeri scelera commiserunt, pœnam nunquam finiendam; illis vero qui vitæ munus juxta Evangelii regulam juste administraverunt, vitam æternam, paradisum, et bona indefinita. En quanta sententiarum copia in paucis verbis lateat? quæ instar aureæ catenæ inter se connexæ sunt, cujus connexio ad cœlum usque pertingit, et annuli ex sese mutuo dependent. Talis enim mihi omnis sacra Scriptura videtur. Omnes nempe prophetæ, qui ab Abrahæ et Mosis temporibus usque ad Christum floruerunt, eadem spectant, eadem dicunt, eadem scribunt, omnesque ceu uno ore de Christo eadem vaticinantur. Et hæc quidem hactenus.

18. In ipsa vero Christi generatione, Persicæ regionis Magi divinarum rerum peritia et revelatione, Deum et hominem præter naturæ leges natum esse cognoverunt. Magi vero non vulgares erant homines, sed dominatores et regionum præsides. Ili itaque cum hujus rei notitiam percepissent, deliberare inter se cœperunt, quanam via ad regem modo natum pervenire, illique dona possent offerre. Hæc vero illis meditantibus et dubitantibus simul, quo modo voti sui compotes redderentur (alienigenæ enim et peregrinæ regionis incolæ cum essent, non habebant etiam viæ ducem), coram ipsis stella apparuit, quæ præeundo viam desideratam cœpit indicare noctes simul et dies. Stellam itaque a Persia in Palæstinam usque secuti, cum Hierosolymam pervenissent, stella sese occuluit; nempe aliud nimirum innuente Domino, quam ut itineris duce destituti, de Christo loquerentur, et sic omnibus illius nativitas innotesceret. Cum enim stella a magis (ut dictum est) disparuisset, interrogaverunt: « Ubi est qui est natus rex Judæorum? vidimus enim stellam ipsius in Oriente, et venimus ut adoremus illum. Illis auditis, qui tunc regnabat, Herodes perturbatus est, et tota Hierosolyma cum eo. Et congregatis pontificibus et scribis populi, percontatus est eos, ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethleem Judææ; sic enim scriptum est per prophetam Michæam: Et tu, Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es inter principes Juda; ex te enim prodibit dux, qui pascet populum meum Israel, et exitus ipsius a diebus antiquis [38]. » Videsne nunc quomodo in prophetis descripta inveniantur, quæ ad Christum pertinent? Non enim ea tantum prædixerunt, quæ in ipsum Christum competebant, verum etiam loci, in quo erat nasciturus, meminerunt. Illud enim significat quod dicitur: « Et tu, Bethleem, terra

A Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καὶ συναχθήσονται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀφοριεῖ αὐτοὺς ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων, καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων, καὶ ἀποδώσει πᾶσι κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν· » ἦγουν τοῖς μὲν ἐναντία τοῦ Εὐαγγελίου καὶ κακῶς πράξασι κόλασιν ἀτελεύτητον, τοῖς δὲ κατὰ τὸν εὐαγγελικὸν νόμον καὶ καλῶς πολιτευσαμένοις ζωὴν αἰώνιον, καὶ τὸν παράδεισον, καὶ ἀγαθὰ τέλος μὴ ἔχοντα. Εἶδες ἐν βραχέσι ῥήμασι βάθος νοημάτων, καὶ οἷον ὥσπερ χρυσῆν τινα ἅλυσιν, ἧς ἡ κεφαλὴ ἀφικνεῖτο εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εἷς κρίκος εἶχετο τοῦ ἑτέρου; οὕτω μοι νόει καὶ πᾶσαν τὴν B θείαν Γραφήν. Πάντες γὰρ οἱ προφῆται ἀπό τε τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Μωσέως ἕως τοῦ Χριστοῦ τὰ αὐτὰ εἶδον, τὰ αὐτὰ λέγουσι, τὰ αὐτὰ γράφουσι, καὶ πάντες ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος τὰ αὐτὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητεύουσι. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

ιη'. Ἐν δὲ τῇ τοῦ Χριστοῦ γεννήσει ἐκ τῆς Περσίδος χώρας Μάγοι ἐκ θείας γνώσεως καὶ ἀποκαλύψεως ἔγνωσαν, ὅτι Θεὸς γεννᾶται καὶ ὑπὲρ φύσιν ἄνθρωπος. Οἱ δὲ Μάγοι οὐκ ἦσαν οἱ τυχόντες, ἀλλὰ αὐθένται καὶ τοπάρχαι. Γνόντες γοῦν ἅπερ ἔγνωσαν, ἀνελογίσαντο καθ' ἑαυτοὺς, ὅπως ἐλθόντες προσκυνήσωσι τῷ βασιλεῖ, καὶ δῶρα τούτῳ προσφέρωσι. Ταῦτα δὲ αὐτῶν ἐνθυμηθέντων, καὶ διαπορουμένων πῶς ἂν τύχωσι τοῦ ἐφετοῦ, ἐξ ἀλλοδαπῆς καὶ γὰρ C χώρας ἐτύγχανον, καὶ οὐκ εἶχον τὸν ὁδηγήσοντα, ἐφάνη ἔμπροσθεν αὐτῶν ἀστὴρ, καὶ ἤρξατο ὁδηγεῖν αὐτοὺς νύκτα τε καὶ ἡμέραν. Ἠκολούθησαν τοίνυν τῷ ἀστέρι ἀπὸ Περσίδος μέχρι τῆς Παλαιστίνης. Καὶ ἐλθόντων εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐκρύβη ἀπ' αὐτῶν ὁ ἀστήρ. Τί δηλοῦντος τοῦ πράγματος; Ἵνα, μὴ ἔχοντες τὸν ὁδηγοῦντα αὐτοῖς, λαλήσωσι περὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῖς πᾶσι κατάδηλος γένηται ἡ τούτου γέννησις. Ὡς γοῦν ἀπέστη ἀπὸ τῶν Μάγων, ὡς εἴρηται, ὁ ἀστὴρ, ἤροντο, « Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ. Τοῦτο ἀκούσας ὁ τότε βασιλεὺς Ἡρώδης, ἐταράχθη, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ. Καὶ συναγαγὼν D πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου Μιχαίου· Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς εἶ ἐλαχίστη ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. Ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραὴλ, καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων. » Βλέπεις; πῶς εὑρίσκονται γεγραμμένα τὰ τοῦ Χριστοῦ παρὰ τῶν προφητῶν; Μὴ μόνον γὰρ ὅσα ἀνέβαινεν εἰς αὐτὸν τὸν Χριστὸν προεῖπον, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ τόπου οὗ ἔμελλε γεννηθῆναι. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, « Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς εἶ ἐλαχίστη.. » Ὅτι σὺ ἡ πρώην ἐλαχίστη ὑπάρχουσα καὶ εὐτελὴς καὶ οὐδα-

[37] Matth. xxv, 31 seqq. [38] Matth. II, 1-6.

Digitized by Google

μινὴ (τοιοῦτον γὰρ εὑρίσκετο τὸ χωρίον), ἐπεὶ ὁ A Juda, nequaquam es minima.» Tu enim, inquit, quæ modo minima eras, tenuis et contempta (talis enim erat locus iste), quoniam Christus in te nasciturus est, non amplius, ut modo, tenuis es et parvula, sed celebris, illustris et a multis honorata. Quod vero sequitur, «Ex te enim prodibit dux, qui pascet populum meum Israël,» non propter Hebræorum populum a propheta recensetur (jam ante enim demonstratum est, quod Hebræi, eo quod indigni fuerunt, a Deo rejecti et exclusi sint, et filii diaboli nominati); verum gentes hoc loco populum Dei et Israëlem nominavit, de quibus omnino propheta hoc dixit. Prodibit ex Bethleem dux, qui scilicet Christus est, qui pascet populum meum Israël, gentes nimirum. Quis enim dux alius de B Bethleem egressus est præter Christum? et quosnam pavit præter gentes omnesque alios in se credentes? Hæc autem verba: «Et exitus ejus a diebus antiquis,» ipsius divinitatem significant. In quem enim hominum tempus illud competere invenietur, quod est a diebus antiquis? In nullum certe alium præterquam in unum Deum. Quapropter David etiam vaticinatus dixit: «Non dabo somnum oculis meis, donec invenero locum Domino, tabernaculum Deo Jacob. Ecce audivimus eam in Ephrata, invenimus eam in campis silvæ. Intremus in tabernacula ipsius, adoremus in loco ubi steterunt pedes ejus [39].» Observa nunc Prophetam. Revelatum illi erat divinitus, Filium Dei nasciturum esse C e Virgine, qui cum verus Deus sit, hominem esset assumpturus, quemadmodum ex multis oraculis illius per partes hactenus comprobavimus. Et quidnam aliis opus est? De ipsa autem Virgine sic cecinit: «Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populi tui et domus patris tui [40].» Davidis enim filia erat diva Maria; et quia hæc auditura erat archangeli Gabrielis vocem, dicit: «Inclina aurem tuam;» nimirum ad inenarrabile illud gaudium, cujus particeps erat futura. Et quia ab eo tempore omnia antiquitus instituta pro vilibus et contemptis abroganda erant et cassanda, novaque Christi lex una cum Testamento per totum mundum affulsura, inquit, «Obliviscere populi tui et domus patris tui,» et novis illis jam futuris esto D intenta. Et hæc quidem ad Virginem referenda sunt. Postquam vero, ut dictum est, jam agnovisset quod Dei Filius hominem esset assumpturus, et ex filia ipsius nasciturus, rogavit ut et locum in quo nasciturus erat Christus, sibi Deus ostenderet. Hoc autem tanto animi fervore et studio investigavit, ut nec cibum sumeret, nec somno nec quieti indulgeret, donec ipse quoque natalis locus sibi a Deo revelaretur. Et tunc prophetico spiritu agitatus dixit: «Ecce in Ephrata audivimus eam,» id est in Bethleem; «invenimus eam in campis silvæ,» unum eumdem locum bis denotans. Tunc subjungit: «Intremus in tabernacula ipsius, ad-

Χριστὸς ἐμελλεν γεννηθῆναι ἐν σοὶ, οὐκέτι ὑπάρχεις ὡς τὸ πρώην εὐτελὴς καὶ μικρὰ, ἀλλ' ἔνδοξος καὶ περιφανὴς, καὶ παρὰ πολλῶν τιμωμένη. Τὸ δὲ, « Ἐκ σοῦ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραὴλ, » οὐ διὰ τὸν τῶν Ἑβραίων λαὸν λέγει ὁ προφητικὸς λόγος. Προαποδέδεικται γὰρ ὅτι ἀνάξιοι τυγχάνοντες ὁ τῶν Ἑβραίων λαὸς, ἀπεξεβλήθησαν καὶ ἐξωστρακίσθησαν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ υἱοὶ τοῦ διαβόλου ἐκλήθησαν. Ἀλλὰ τὰ ἔθνη ὀνομάζει λαὸν Θεοῦ καὶ Ἰσραὴλ. Καὶ περὶ αὐτῶν εἶπεν ὁ προφήτης ὅτι Ἐξελεύσεται ἡγούμενος ἐκ τῆς Βηθλεὲμ, τουτέστιν ὁ Χριστὸς, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραὴλ, δηλονότι τὰ ἔθνη. Ποῖος γὰρ ἄλλος ἡγούμενος ἐξῆλθεν ἐκ Βηθλεὲμ εἰ μὴ ὁ Χριστός; καὶ τίνας ἐποίμανεν εἰ μὴ τὰ ἔθνη, καὶ πάντας τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας; Τὸ δὲ, « Αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων, » τὴν αὐτοῦ θεότητα δηλοῖ. Τίς γὰρ τῶν ἀνθρώπων δύναται εὑρεθῆναι πῷ καιρῷ ἐκείνῳ « ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων; » Πάντως οὐδεὶς ἕτερος ἢ ὁ Θεός. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Δαβὶδ προφητεύων ἔλεγεν, ὅτι « Οὐ μὴ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Εὐφραθᾷ, εὕρομεν αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ. Εἰσελευσώμεθα εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. » Πρόσεξον τὸν προφήτην· ἀπεκαλύφθη παρὰ Θεοῦ, ὅτι ὁ Υἱὸς αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ μέλλει γεννηθῆναι ἐκ τῆς Παρθένου, καὶ Θεὸς ὢν ἀληθὴς, μέλλει γενέσθαι καὶ ἄνθρωπος ἀληθὴς, καθὼς ἐκ τῶν πολλῶν αὐτοῦ προφητειῶν εἰρήκαμεν μερικῶς. Καὶ τί; χρεία ἑτέρων; Περὶ δὲ τῆς Παρθένου οὕτως εἴρηκεν, « Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. Τοῦ γὰρ Δαβὶδ θυγάτηρ ἦν ἡ ἁγία Μαρία. Καὶ διὸ ἔμελλεν ἀκοῦσαι τὸν τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ λόγον, λέγει, Κλῖνον τὸ οὖς σου. Διὰ δὲ τὴν ἄῤῥητον χαρὰν, ἣν ἔμελλε δέξασθαι, καὶ ὅτι ἀπὸ τοῦ νῦν τὰ παλαιὰ ὡς ἀτελῆ μέλλουσι γενέσθαι ἀργὰ καὶ ἄπρακτα, ὁ δὲ τοῦ Κυρίου νέος νόμος καὶ ἡ διαθήκη μέλλει λάμψειν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, ἔφη, Καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ πρόσσχες τὰ νέα ἐρχόμενα. Καὶ ταῦτα μὲν τῇ Παρθένῳ. Ἐπεὶ δὲ, ὡς εἴρηται, εἶδε τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον γενόμενον, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ θυγατέρα τεξομένην αὐτὸν, ἐζήτησεν ἵνα δείξῃ αὐτῷ ὁ Θεὸς καὶ τὸν τόπον ἔνθα ἔμελλε γεννηθῆναι ὁ Χριστός. Ἐζήτησε δὲ τοῦτο μετὰ τοσαύτης παρακλήσεως καὶ σπουδῆς, ὅτι οὔτε ἤσθιεν, οὔτε ἐκάθευδεν, οὔτε ἀνεπαύετο, μέχρις ἂν ἀπεκαλύφθη παρὰ Θεοῦ καὶ τὸν τῆς γεννήσεως τόπον. Τότε τοίνυν προφητεύσας εἶπεν, « Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθᾷ, » τουτέστιν ἐν Βηθλεέμ· « εὕρομεν αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ, » τὸν αὐτὸν τόπον πάλιν δηλῶν. Τότε λέγει « Εἰσελευσώμεθα εἰς

[39] Psal. cxxxi, 4-5. [40] Psal. xliv, 11.

Digitized by Google

oremus in loco ubi steterunt pedes ejus.» Hæc verba, «Introemus in tabernacula ipsius,» tanquam de contemptis et nullo pretio habitis dixit. Scena enim vel tabernaculum dicitur, recenter exstructum et quod statim refrangitur domicilium. « Adoremus locum ubi steterunt pedes ipsius.» Quid opus est me multa de his dicere? Quin potius teipsum de his appello. Magnum enim illum prophetam et regem, qui Dei quoque testimonio commendari dignus fuit (sic enim de illo Deus loquitur, «Inveni David, » etc.), quemnam adoravisse dicemus? An illum tantummodo qui nasciturus erat? sed et locum in quo steterant pedes illius, tanquam hominem nobis omnibus tantummodo similem? Quis vero tam stupidus, imo tam desertus a Deo, ut hoc vel in animum admittat? Sed quemadmodum in superioribus hunc eumdem et hominem esse comprobavit, ita nunc quoque in loci contemplatione illum facere videmus, in quo cum Joanne propheta omnino consensit, cum quidem David dicit, « Adorate locum ubi steterunt pedes ejus; » ille vero, «Non sum dignus ut portem calceamenta illius, qui post me venturus est[41].» Jamne intelligis ut tum in magnis quam in parvis omnes prophetæ consentiant, ipsum adorent et celebrent? nec quisquam prophetarum est, qui ubi de Christo vaticinari et verba facere cœperit, seipsum non parvum, contemptum et nullius pretii dignum esse confiteatur: quod etiam de Abraham legimus, qui seipsum terram appellavit et cinerem. Verumtamen non Michæas modo et David de Bethleem locuti sunt, sed etiam plures alii, quos volentes, ut in aliis multis, omittimus propter nimiam scripturæ copiam. Sed redeundum ad Magorum, unde supra digressi sumus, historiam. Tunc Herodes postquam cognovit, quod in Bethleem nasceretur Christus (hoc enim ex prophetis pontifices et scribæ cognoverant), clam accersitis Magis præcepit: « Profecti illuc, accurate inquirite de puero; ubi vero illum inveneritis, renuntiate et mihi, ut ego veniam et adorem illum[42].» Hæc autem animo dixit mendaci et subdolo. Cum enim regem nasciturum audiret, qui gubernaturus esset Israelem, Christum talem regem fore putavit, quales multi sunt, cujus regnum temporale esset et terrenum. Et cum in Bethleem quidem Christi natales fore intelligeret, locum vero illius certum et determinatum ignoraret, invidia motus, et infantis cædem jam ante præmeditatus, hæc simulate et ficte Magis dicit: « Renuntiate mihi, ut et ego veniam et adorem illum.» Hi vero audito rege profecti sunt. «Et ecce stella, quam viderant in Oriente, præcedebat illos, donec progressa staret supra locum in quo erat puer[43].» Tu vero, cum Magos dixisse audis: «Vidimus stellam ipsius in Oriente,» nequaquam putes Christum propter hoc reliquis omnibus similem et nudum hominem esse. Qui enim circa stellarum motus

A τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. » Τὸ, « Εἰσελευσώμεθα εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, » ὡς εὐτελῆ καὶ μὴ ἔχοντα ψήφισμά τι, εἶπε. Σκηνὴ γὰρ λέγεται τὸ προσφάτως γενόμενον, καὶ μετ' ὀλίγον λυόμενον οἴκημα. « Προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. » Τί; ἐστι χρεία, ἵνα περὶ τούτου ἐρῶ ἐγώ; Ἐρωτῶ δέ σε, ὁ προφήτης, ὁ μέγας βασιλεὺς, ὁ παρὰ τοῦ Θεοῦ μαρτυρηθεὶς, οὕτω γὰρ περὶ αὐτοῦ εἴρηκεν ὁ Θεὸς, « Εὗρον Δαβὶδ, » καὶ τὰ ἑξῆς, τίνα προσεκύνησε, καὶ οὐ μόνον αὐτὸν τὸν γεννηθησόμενον, ἀλλὰ καὶ τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ; Οὕτως ἁπλῶς ἄνθρωπον, ὡς ἕνα τῶν πολλῶν; Καὶ τίς τοσοῦτον ἀναίσθητος, μᾶλλον δὲ ἐγκαταλελειμμένος παρὰ Θεοῦ, ὥστε καὶ νομίσαι αὐτό; Ἀλλὰ καθὼς καὶ ἐν B τοῖς ἔμπροσθεν τὸν αὐτὸν ἔλεγε Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, οὕτω καὶ ἐν τῇ τοῦ τόπου θεωρίᾳ. Καὶ συμφωνεῖ μετὰ τοῦ προφήτου Ἰωάννου, ὅτι αὐτὸς μὲν εἶπεν, ὅτι « Προσκυνεῖτε τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ· » ἐκεῖνος δὲ, ὅτι « Οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα βαστάσω τὰ ὑποδήματα τοῦ ὀπίσω μου ἐρχομένου. » Βλέπεις, πῶς καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις καὶ ἐν τοῖς μικροῖς πάντες ὁμοφωνοῦσιν οἱ προφῆται, καὶ προσκυνοῦσι καὶ μεγαλύνουσι; καὶ οὐδεὶς τῶν προφητῶν ἐστιν, ὃς μετὰ τὸ προφητεῦσαι καὶ εἰπεῖν περὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐδὲν δείκνυσιν ἑαυτὸν μικρὸν καὶ εὐτελῆ, καὶ οὐδενὸς ἄξιον λόγου, καθὼς καὶ Ἀβραὰμ γῆν καὶ σποδὸν ἐκάλεσεν ἑαυτόν. Οὐ μόνον δὲ ὁ Μιχαίας καὶ ὁ Δαβὶδ εἶπε περὶ τῆς Βηθλεὲμ, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ ἕτεροι εἶπον, οὓς καὶ παρῃτησάμεθα ἐκόντες; διὰ τὸ πολὺ τῆς C γραφῆς, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις. Ἀλλ' ἰτέον ἔνθα τὸν τῶν Μάγων λόγον καταλείψαντές ἐσμεν. Τότε Ἡρῴδης ἀκούσας, ὅτι ἐν Βηθλεὲμ γεννᾶται ὁ Χριστὸς (ἐγίνωσκον γὰρ παρὰ τῶν προφητῶν οἵ τε ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τοῦτο,) λάθρα καλέσας τοὺς Μάγους, λέγει πρὸς αὐτοὺς, « Ἀπελθόντες ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου· ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ. » Τοῦτο δὲ εἶπε ψευδόμενος. Ἐνόμιζε γὰρ, ὅτι ἐπεὶ βασιλεὺς γεννᾶται, καὶ ὅτι μέλλει ποιμανεῖν τὸν Ἰσραὴλ, τοιοῦτός ἐστι βασιλεὺς ὁ Χριστὸς, ὡς εἷς τῶν πολλῶν, καὶ ἡ τούτου βασιλεία πρόσκαιρος καὶ ἐπίγειος. Καὶ ἐπεὶ ἐν μὲν τῇ Βηθλεὲμ ἤκουσε τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν εἶναι, τὴν δὲ τοῦ τόπου ἀκρι- D βειαν οὐκ ἐγίνωσκε, βουλόμενος ἀνελεῖν τὸ παιδίον, φθόνῳ κινούμενος, λέγει τοῖς Μάγοις ψευδῶς καὶ ἐπιπλάστως τὸ, « Ἀναγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ. » Οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως, ἐπορεύθησαν. « Καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς, ἕως οὗ ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον. » Σὺ δὲ μὴ ἀκούσας τῶν Μάγων εἰπόντων ὅτι, « Εἴδομεν αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, » νομίσῃς καὶ αὐτὸν ὡς ἕνα τῶν πολλῶν εἶναι τὸν Χριστόν. Οἱ γὰρ περὶ τὰ τοιαῦτα ἀστρολόγοι οὕτως λέγουσιν, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος κέκτηται ἀστέρα τὸν μηνύοντα αὐτῷ πᾶν ὅπερ ἂν μέλλει συμβαίνειν αὐτῷ παρ' ὅλην αὐτοῦ τὴν ζωήν. Ἐξαιρέτως δὲ τῶν

[41] Joan. I, 27. [42] Matth. II, 8. [43] ibid. 9.

Digitized by Google

ἄλλων ἀνθρώπων ἅπας βασιλεὺς ἔχει τὸν ἴδιον αὐτοῦ ἀστέρα. Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστι ψεῦδος σαφὲς, πρόδηλον. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔστι τοῦτο τὸ ζητούμενον, ἀποδεικνύειν τὴν τῶν ἀστρολόγων ψευδολογίαν, παραιτητέον αὐτό. Ἴδωμεν δὲ περὶ τοῦ φανέντος ἀστέρος, τί δοκεῖ εἶναι αὐτό. Ἆρά ἐστιν εἷς τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ ἀστέρων; Ἀλλ' οὐ δοκεῖ εἶναι τοῦτο. Πρῶτον μὲν ὅτι πάντες οἱ ἀστέρες, ἀλλὰ καὶ ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη ἐξ ἀνατολῶν ἐπὶ τὴν δύσιν κινοῦνται, ὁ δὲ ἀπὸ ἄρκτου πρὸς μεσημβρίαν. Ἡ γὰρ τῶν Περσῶν χώρα εἰς τὰ ἀνατολικὰ μέρη εὑρίσκεται, ἡ δὲ Παλαιστίνη πρὸς μεσημβρίαν, ἔνθα καὶ ἡ Βηθλεέμ. Ἔτι εἰ ἦν ἀστὴρ, οὐδὲν ἔμελλε κινεῖσθαι πορευομένων τῶν Μάγων, καθευδόντων δὲ αὖθις ἱστασθαι καὶ αὐτόν. Ἔτι εἰ ἦν ἀστὴρ, ἡλίου φανέντος, διασκεδασθῆναι καὶ κρυβῆναι ἔμελλε τὸ φῶς αὐτοῦ. Ἐπεὶ δὲ λάμποντος τοῦ ἡλίου μέσης ἡμέρας ἔφαινεν ὑπὲρ τὸν ἥλιον, οὐδὲ γὰρ ἠδύνατο ὁ ἥλιος καταλύψαι καὶ κρύψαι τὸ φῶς ἐκεῖνο, πρόδηλον ὅτι οὐκ ἦν ἀστήρ. Ἔτι εἰ ἦν ἀστὴρ, πῶς ἔμελλον γνωρίζειν οἱ Μάγοι ἀπὸ τοῦ ὑπερβάλλοντος ὕψους τὸ μικρὸν καὶ εὐτελὲς οἴκημα, ἐν ᾧ εὑρίσκετο ὁ Χριστός; Ἀλλ' οὐκ ἦν ἀστὴρ, καθὼς ἐκ τῶν λεγομένων ἀναφαίνεται. Θεία δέ τις δύναμις ἦν ἡ τούτους ὁδηγοῦσα, ἥτις καὶ πρόσγειος ἐφαίνετο, καὶ ὥσπερ ἐν τῇ ἐρήμῳ τοὺς Ἑβραίους ὡδήγει ὁ τοῦ πυρὸς στῦλος, οὕτω καὶ νῦν τοὺς ἐκ Περσίδος Μάγους ὁ νομιζόμενος ἀστήρ. Καὶ ἃ ἐποίει τότε θαυμάσια καὶ τεράστια ὁ Θεὸς ἐπὶ τῷ γένει τῶν Ἑβραίων, πολλαπλάσια ἐγένοντο ἐπὶ τὰ ἔθνη. Ἰδοὺ γοῦν πρῶτοι τῶν ἐθνῶν προσκυνηταὶ οἱ Μάγοι ἀναφαίνονται. Στηριχθέντος δὲ τοῦ ἀστέρος, ὡς εἴρηται, ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον, εἰσῆλθον οἱ Μάγοι, καὶ εὑρόντες τὸν Χριστὸν μετὰ τῆς ἁγίας αὐτοῦ μητρὸς, προσεκύνησαν αὐτῷ, φέροντες δῶρα, χρυσὸν καὶ λίβανον καὶ σμύρναν. Πρόσεξον γοῦν, τίνα κοινωνίαν ἔχουσι τὰ δῶρα πρὸς ἄλληλα. Πάντως κατὰ μὲν τὸ φαινόμενον οὐδεμίαν, κατὰ δὲ τὸ νοούμενον πολλὴν καὶ μεγάλην. Ὡς μὲν γὰρ βασιλεῖ, προσήνεγκαν χρυσόν· ὡς δὲ θνητῷ, ἐπεὶ ἄνθρωπος ἦν, σμύρναν, οὕτω καὶ γὰρ ἦν σύνηθες ἐνταφιάζειν τοῖς Ἰουδαίοις· ὡς δὲ Θεῷ, λίβανον, οὕτω γὰρ ἦν καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ τεταγμένον θυμιᾶν λιβανωτόν. Ὁρᾷς ὅπως καὶ αὐτοὶ οἱ Μάγοι τὸν Χριστὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον ὡμολόγησαν; Μετὰ δὲ τὴν τῶν Μάγων προσκύνησιν σταλεὶς παρὰ Θεοῦ ἄγγελος εἶπε πρὸς αὐτοὺς, ἵνα μηκέτι πρὸς Ἡρῴδην ἀνακάμψωσι, καὶ δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. Ἄγγελος δὲ ἐλθὼν λέγει τῷ Ἰωσήφ, « Παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς Αἴγυπτον· μέλλει γὰρ ὁ Ἡρῴδης ζητεῖν τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου. » Καὶ ἀπῆλθεν ἐκεῖ. Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ προφήτου, « Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. » Τότε Ἡρῴδης ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν Μάγων, ἐθυμώθη λίαν, καὶ ἀποστείλας, ἀνεῖλε πάντας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ παῖδας, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω μέχρι καὶ χιλιάδων πολλῶν. Τί τοῦτο; Πρῶτον μὲν ἵνα φαίνη-

versantur astrologi, talia docent, quod singuli homines stellas habeant singulas et peculiares, futuræ vitæ omnes successus et eventus sibi denuntiantes, et quod inprimis quisque regum stellam sibi propriam vindicet. Hæc enim falsa esse, manifestissime constat. Sed quia nostri instituti non est, astrologorum vanitatem convincere, omittemus hoc; nunc vero de stella, quæ tunc apparuit, qualis et quænam illa fuerit, videamus. Quod autem una stellarum fuerit cœlestium, non probabile videtur. Primo quidem, quod omnes stellæ una cum sole et luna ex oriente moventur in occasum; hæc vero ex septentrione in meridiem motum suum inclinavit. Persarum enim regio ad orientem sita est, Palæstina autem ad meridiem, in qua et Bethleem est. Præterea si stella erat, non certe una cum Magis proficiscentibus moveri, et iisdem dormitantibus consistere visa fuisset. Tum si stellam dixerimus fuisse, fulgorem illius propter radios solares disparere et obscurari oportebat. Cum vero in meridie etiam una cum sole splendorem suum retinuerit (non enim ab hoc potuit obscurari), manifestum est stellam non fuisse. Postremo, si stella fuit cœlestis, quanam ratione illius indicio Magi parvum illud et vile tugurium, in quo Christus erat, per immensam illam cœlestium orbium ab hoc altitudinem cognoscere potuerunt? Ex prædictis igitur patet stellam non fuisse. Virtus autem quædam divina fuit, quam itineris ducem habuerunt, quæ etiam terræ propinquior apparebat. Et quemadmodum Hebræos per desertum columna ducebat ignea, ita etiam Persarum Magos hoc, quod ipsis sidus esse videbatur, viam præmonstravit. Sed et ipsa, quæ tunc Deus Hebræorum genti exhibuit miracula et prodigia, plura multo gentibus contigerunt. Primi enim ex gentibus Christi adoratores Magi fuerunt. Stella enim, ut modo dictum est, immota consistente supra locum in quo erat puer, Magi ingressi sunt, et inventum Christum cum diva matre ejus adoraverunt, offerentes munera, aurum, thus et myrrham. Considera nunc, quæ sit munerum inter sese communio, quæ quidem, quod speciem externam attinet, nulla prorsus est, sed quod ad sensum, magna et arcta. Aurum enim tanquam regi obtulerunt; ceu mortali, quia homo erat, myrrham. Hanc in sepultura mortuorum adhibere Hebræis in more erat. Thus autem ceu Deo offerunt, Deo enim thure sacrificare statutum et solemne erat. Unde vides quomodo Magi quoque Christum, et Deum et hominem esse confessi sint. Cæterum post Magorum adorationem missus ad eos Dei angelus præcepit, ne rursus ad Herodem redirent, quare per aliam viam abierunt in regionem suam. Angelus autem veniens, dixit ipsi Joseph: «Assume puerum et matrem ejus, et abi in Ægyptum. Herodes enim quæsiturus est animam pueri[a].» Et secessit illuc. Tunc impletum est

[a] Matth. II, 13, 14.

Digitized by Google

illud prophetæ vaticinium, « Ex Ægypto vocavi filium meum[45]. » Herodes autem videns sibi illusum esse a Magis, indignatus est valde, et missis satellitibus interfecit omnes pueros in Bethleem, quotquot erant bimuli et minores natu, et horum aliquot millia. Sed quis horum sensus? Primo quidem ut appareret illum qui natus erat Deum esse, quemadmodum prophetæ annuntiaverunt. Præterea autem et homo est verus, non secundum imaginationem, ut nonnulli docuerunt. Secundo vero ut appareret hinc Jeremiæ prophetia, quæ dicit: « Vox in Rama audita est, lamentatio, ploratus et fletus multus. Rachel plorans liberos suos, et noluit consolari, propterea quod non supersint[46]. » Tertio, quod non de Christi tantum generatione prophetæ prædixerint, verum etiam de multis locis et demonstrationibus, partim quidem propter multorum infirmitatem, ut his ducibus in veritatem perducerentur; partim vero, ut impiorum obturarent ora, ne illis veritatem impugnandi esset occasio. Quæcunque enim de Christo aut dicta aut facta sunt, in aliquam hominum utilitatem cedunt. Observa itaque, et comperies, quod omnia quæ vel dicta vel facta sunt ab Adam usque ad hodiernum tempus, in Christo demum declarata sunt et completa, quod in alio quoquam fieri non poterat. Quare et hoc completur, « Ex Ægypto vocavi filium meum. » Puer autem Christus jam ad virilem et justam ætatem progressus, Joannem Zachariæ filium accessit, qui Christum ad se venientem conspicatus dicit Judæis, « Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi[47]. » Cur autem Joannes hunc Agnum Dei esse dixerit, postea explicabimus. Quis vero alius mundi peccatum tollere poterit, quam ipse Deus? Quare hunc, de quo prius dixerat: «Non sum dignus ut portem calceamenta ejus, » nunc Deum esse confessus est. At Christus dicit illi: « Propheta, ades, baptiza me. » Joannes autem: « Ego opus habeo abs te baptizari, et tu venis ad me[48], » En etiam hoc considera. Propheta ille magnus, qui, ut et vos ipsi fatemini, ex promissione natus est, qui a Deo ad baptizandum missus erat, num a nudo homine tam serviliter baptismum posceret? Hoc certe nemo vere sapiens affirmaverit. Sed ab eo, quem Deum esse confessus erat, baptismum petit. Sed dicet fortasse aliquis, quod et ipse Christus a Joanne baptismum petierit. Verum non simili ratione hoc facit; quare medium, quod inter utrosque est, considerandum erit. Joannes quidem ipsum antea et Deum et hominem esse confessus erat. Cum enim dixisset se indignum, qui calceamenta illius portaret: et, « Ecce qui tollit peccatum mundi; » ipsumque his verbis Deum esse ostendisset, addit et hoc, « Ego opus habeo abs te baptizari, et tu venis ad me? » Christus autem non sic, sed imperiose et cum auctoritate illum compellat, dicens: « Propheta, ades, baptiza me. » Ille autem humilitatem suam, qua indignus erat, simul

A ται, ὅτι ὁ γεννηθείς ἐστι μὲν Θεὸς, καθὼς οἱ προφῆται ἐκήρυξαν, ἔστι δὲ καὶ ἄνθρωπος ἀληθῶς, καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν, καθώς τινες ἐδογμάτισαν· δεύτερον δὲ, ὅτι ἀνεφάνη καὶ ἡ τοῦ προφήτου Ἱερεμίου προφητεία, ἡ λέγουσα, « Φωνὴ ἐν Ῥαμᾶ ἠκούσθη, θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς. Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί. » Τρίτον, ὅτι μὴ μόνον περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως προεῖπον οἱ προφῆται, ἀλλὰ καὶ περὶ τόπων πολλῶν καὶ ἑτέρων ἀποδείξεων, τὸ μὲν διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀσθένειαν, ἵνα ἀνάγωνται ἀπὸ τούτων εἰς τὴν ἀλήθειαν, τὸ δὲ ἵνα ἐπιστομίζωνται οἱ κακοὶ, καὶ οὐδὲν ἔχωσι χώραν λέγειν κατὰ τῆς ἀληθείας. Ὅσα καὶ γὰρ ἐλαλήθησαν περὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅσα ἐγένοντο, εἰς τίνα
B τῶν ἀνθρώπων χωρεῖ; Παρατήρησαι, καὶ μέλλεις εὑρεῖν, ὅτι ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι τῆς σήμερον, ὅσα ἐλαλήθησαν, καὶ ὅσα ἐπράχθησαν, ὅλα ἐν τῷ Χριστῷ ἀνεφάνησαν, ὅπερ ἀμήχανον ἐν ἄλλῳ τινὶ τελεσθῆναι, καὶ ὅτι « Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. » Ἀνδρωθὲν δὲ τὸ παιδίον, καὶ ἐλθὸν εἰς τὸ τῆς ἡλικίας τέλειον, ἔρχεται πρὸς Ἰωάννην τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱόν. Ὁ δὲ ἰδὼν τὸν Χριστὸν πρὸς αὐτὸν ἐρχόμενον, λέγει τοῖς Ἰουδαίοις, « Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. » Πῶς γοῦν ὠνόμασεν αὐτὸν ὁ Ἰωάννης ἀμνόν; ἐροῦμεν μετ' ὀλίγον. Τὸ δὲ αἴρειν τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, τίς ἄλλος δύναται ποιῆσαι τοῦτο εἰ μὴ Θεός; Καὶ οὗ πρότερον ἔλεγεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄξιος τὰ ὑποδήματα
C βαστάσαι, τοῦτον κατὰ τὸ παρὸν Θεὸν ὡμολόγησεν. Ὁ δὲ Χριστὸς λέγει πρὸς αὐτὸν, « Προφῆτα, δεῦρο, βάπτισόν με. » Τί γοῦν ὁ Ἰωάννης; « Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; » Σκόπει καὶ τοῦτο. Ὁ προφήτης ὁ μέγας ὁ ἐξ ἐπαγγελίας γεννηθεὶς, ὡς καὶ ὑμεῖς λέγετε, ὁ παρὰ Θεοῦ ἀποσταλεὶς βαπτίζειν, παρὰ ψιλοῦ ἀνθρώπου ἠτεῖτο βάπτισμα ἐν δουλικῷ τῷ σχήματι; Πάντως οὐδεὶς τῶν εὖ φρονούντων εἴποι αὐτό· ἀλλ' ὃν Θεὸν ὡμολόγησε πάντως, ἐξ αὐταῦ αἰτεῖ καὶ τὸ βάπτισμα. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις, ὅτι ὁ Χριστὸς ᾔτει παρὰ τοῦ Ἰωάννου βάπτισμα. Ἀλλ' οὐκ ᾔτει τοῦτο ὁμοίως. Καὶ σκόπει τὸ μέσον τῶν δύο. Ὁ μὲν γὰρ Ἰωάννης πρῶτον αὐτὸν Θεὸν ὁμολογήσας καὶ ἄνθρωπον· ἐν γὰρ τῷ εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄξιος τὰ τούτου ὑπο-
D δήματα βαστάζειν, καὶ ὅτι « Ἴδε ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, » καὶ δεῖξαι αὐτὸν Θεόν· ἐπήγαγεν, « Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; » Ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ δεσποτικῶς τε ἅμα καὶ ἐξουσιαστικῶς ἔφη πρὸς αὐτὸν, « Προφῆτα, δεῦρο, βάπτισόν με. » Ὁ δὲ ἔδειξε μὲν καὶ τὴν αὐτοῦ ἀναξιότητα, ὑπήκουσε δὲ καὶ τῷ τοῦ Κυρίου προστάγματι. Ἔρχεται τοίνυν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ βαπτισθέντος τοῦ Χριστοῦ ἐσχίσθησαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶν οὐρανῶν, λέγουσα, « Σὺ εἶ ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ ηὐδόκησα. » Εἶδες πρᾶγμα φοβερὸν, καὶ γέμον ἐκπλήξεως; Ἕως τοῦ νῦν ἄγιοι ἐλάλουν, προφῆται

[45] Osee xi, 2. [46] Jerem. xxxi, 15. [47] Joan. i, 29. [48] Matth. iii, 14, 15.

Digitized by Google

προέλεγον, ἄγγελοι ὑπηρέτουν· νῦν δὲ οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἄνθρωποι, ἀλλ' αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς ὁ εἰπών, ὅτι « Σὺ εἶ ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν σοὶ ηὐδόκησα. » Filius meus dilectus, in te mihi bene complacitum est[69]. » Animadvertisne rem terribilem, et stupore plenam? Hactenus quidem sancti loquebantur, prædixerunt prophetæ, ministraverunt angeli; nunc vero nec angeli, nec homines, sed ipse Deus est, qui dicit, « Tu es Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. »

ostendit, et Domini mandato paruit. Jordanem itaque ingreditur. Sed Christo baptizato scissi sunt cœli, et vox cœlitus audita est, dicens: « Tu es

ιθ'. Ἆρα ἐξ ὧν ἐγράψαμεν, δύνασαι ἵνα κρίνῃς καὶ σὺ, καὶ πᾶς Μουσουλμάνος φρόνιμος, ὅτι εὑρίσκονται ἅγιοι ἄνθρωποι, οἵτινες εἶδον περὶ τοῦ Χριστοῦ ὀπτασίας, καὶ εἰσὶ προφῆται, οἱ περὶ αὐτοῦ προφητεύσαντες, ἢ τοσούτων καὶ τοιούτων λαληθέντων καὶ ἀποδειχθέντων, ὅτι πεπλανημένους λογίζονται καὶ κρίνουσιν ἡμᾶς τοὺς Χριστιανοὺς, ἑαυτοὺς δὲ ὀρθοδόξους, καὶ ἵνα ἐξ ὧν ἀκούουσι, λογίσωνται ἡμᾶς ὀρθῶς φρονοῦντας, ἢ καὶ ἔτι εὐχῆς ἀξίους παρὰ τῶν Μουσουλμάνων κρίνουσιν ἡμᾶς, ὡς σὺ λέγεις· διὸ ὁμολογοῦμεν καὶ πιστεύομεν ὅτι ὁ Χριστὸς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστι καὶ Θεὸς, καθὼς σὺ γράφεις ἐν τῇ πρός με ἐπιστολῇ πάντως. Ἀπὸ τούτου ἐπλανήθησαν οἱ Ἕλληνες, ἀπὸ τούτου ἐπλανήθησαν οἱ Ἑβραῖοι, ἀπὸ τούτου οἱ Μουσουλμάνοι. Διὸ οὐκ ἐδέχοντο ταῦτα πίστει, ὡς ἄξια πίστεως, ἀλλ' ἐζήτουν αὐτὰ μετὰ ἀποδείξεως. Καὶ ἴσως οἱ Ἕλληνες, οἱ μὴ ἔχοντες βίβλους καὶ προφήτας, οὐδέν εἰσι τοσαύτης κατηγορίας ἄξιοι, ὥσπερ οἱ Ἰουδαῖοι καὶ οἱ Μουσουλμάνοι. Καὶ γὰρ οὐκ ἔστι γελοῖον πρᾶγμα, ἵνα τὰς μὲν βίβλους τιμῶσι, τὰ δὲ ἐν αὐτοῖς γεγραμμένα ἀθετῶσι; καὶ τοὺς προφήτας μακαρίζοντες, τὸν παρ' αὐτοῖς προφητευόμενον ἀποστρέφωνται; Ἐπὶ πλέον δέ εἰσι κατηγορίας ἄξιοι οἱ Μουσουλμάνοι. Παραλαβόντες γὰρ οὗτοι μετὰ τῶν ἄλλων βιβλίων, ὅτι τὸ τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον ἅγιον καὶ τέλειον καὶ ἀπὸ Θεοῦ ἐστι, λόγῳ μόνῳ τιμῶσιν αὐτὸ, ἔργῳ δὲ τοσοῦτον ἀφίστανται μακρόθεν αὐτοῦ, ὅσον τοῦ οὐρανοῦ ἡ γῆ. Καὶ ἀφέντες τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν, ἀκολουθοῦσι ταῖς τῶν Ἑλλήνων ματαίαις καὶ πεπλανημέναις δόξαις, καὶ ἅπερ οὐ δύνανται ὁ νοῦς αὐτῶν ἵνα καταλάβῃ, οὐ παραδέχονται ὅλως, ἀλλὰ ζητοῦντες τὰ ὑπὲρ φύσιν, καὶ μὴ δυνάμενοι κατανοῆσαι αὐτὰ, πλανῶνται ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ λέγουσι τὰ τῆς διανοίας αὐτῶν ἀναπλάσματα, ὅτι Πῶς ἐστι δυνατὸν ἔχειν τὸν Θεὸν υἱὸν ἄνευ γυναικός; καὶ ταῦτα τίνες οἱ ἐρευνῶντες τὴν τοῦ Θεοῦ γέννησιν; Οἱ μὴ γινώσκοντες πόσους ἀστέρας ἔχει ὁ οὐρανὸς, πόσας κοτύλας ὕδατος ἔχει τὸ πέλαγος, πόση ἐστὶν ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἄμμος, καὶ ἄλλα ὅμοια τούτοις μυρία. Καὶ τὴν τούτων κατάληψιν ἀγνοοῦντες, πιστεύουσιν ὅμως, ὅτι Θεοῦ εἰσι ποιήματα, καὶ ἐν εἰρήνῃ διάγουσι, τὴν δὲ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γέννησιν ἀκριβολογοῦσιν ὅμως ἐκεῖνοι οἱ μὴ γινώσκοντες τὴν ἰδίαν γέννησιν· εἰπάτωσαν ἡμῖν, πῶς ἐσωματώθη τὸ τοῦ πατρὸς αὐτῶν σπέρμα ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρὸς αὐτῶν, καὶ πότε ἐγένετο ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν τῷ σώματι αὐτῶν, καὶ πότε ἦλθεν, καὶ εἰ ἡνωμένη ἐστὶ μετὰ τοῦ σπέρματος, ἢ οὔ; καὶ εἰ ἔστιν ἡνωμένη,

19. Ex his sane quæ scripsimus judicare poteris et tu, et si quis alius Musulmanorum prudens fuerit, quod inveniantur sancti homines, qui visiones de Christo viderint, et quod prophetæ sint, qui de illo sint vaticinati: quamvis adhuc tot ac tantis argumentis citatis et demonstratis, arbitrentur et judicent nos qui Christum profitemur errabundos esse, se vero orthodoxos. His vero auditis, discant nos recte sentire; quamvis nos Musulmanorum intercessione opus habere judicent, quemadmodum tu dicis, eo quod confitemur et credimus Christum Dei Filium esse et Deum, quemadmodum tu in epistola ad me missa scribis. Defecerunt autem ab hoc Græci, defecerunt ab hoc Hebræi, ab eodem etiam Musulmani, propterea quod hæc non ut fide digna per fidem receperunt, sed demonstrationibus cupierunt inquirere. Minus tamen Græci, qui libris simul et prophetis carent, incusandi sunt, quam Judæi et Musulmani. Nonne enim ridiculum est, quod ipsos libros venerantur, ea vero quæ in ipsis continentur, contemnunt, et cum prophetas beatos esse prædicent, eum qui ab ipsis prædictus est, aversantur? Maxime tamen omnium Musulmani vituperandi, qui cum una cum aliis libris Christi Evangelium ceu sacrosanctum, absolutum et divinum recipiant, verbis nudis illud venerantur, factis vero tantum ab illo dissident, quantum cœlum a terra distat, et relicta veritatis via, vanas et errabundas Græcorum opiniones sequuntur, et quæ intellectus ipsorum capere nequit, omnino non recipiunt; sed dum supra naturam singula investigantes ea apprehendere non possunt, a veritate aberrant, et cogitationum suarum figmenta proferunt, nempe, Quomodo possibile est ut Deus habeat Filium sine muliere? Et hi sunt qui perscrutantur penitius Dei generationem, et ignorant interim quot in cœlo stellæ luceant, quot aquæ mensuras contineat pelagus, quantus sit arenæ in littore maris numerus, et alia hujusmodi infinita. Et licet horum certam rationem ignorent, credunt tamen quod hæc Dei opera sint, neque de his tumultuantur. Filii vero Dei generationem argutius scrutari tentant, hi ipsi, inquam, qui nec propriam sui ipsius generationem noverunt. Agedum dicant illi nobis, quomodo patris ipsorum semen in matris utero corpus factum sit, et quando anima ipsorum in corpus devenerit, vel num adveniens cum ipso semine conjuncta vel unita fuerit, seu minus. Vel, si unita fuit, quodnam illud sit unionis vinculum. Vel,

[69] Ibid. 17.

Digitized by Google

quod si unita cum semine non est, quando tandem cum corpore uniatur, unde etiam veniat, et ubi ante adventum suum in corpus exsistat, et in quo loco commoretur. Quod si hæc cognitu impossibilia sunt, quia fit ut Dei generationem perscrutentur, qui propriam vitam, qua vivunt, non cognoscunt, neque sciunt an in crastinum victuri sint, inquirunt qua ratione Christus sit Dei Filius? Quique ignorant cujusnam patris ipsi filii sint, verum singuli matrum suarum verbis credunt, quibus fieri potest ut decepti alio nomine appellentur pro vero et paterno; credunt tamen, et falsa pro veris recipiunt, prophetarum autem oracula damnant, et Christi sermones contemnunt, illisque fidem negant. Quapropter nequaquam illorum capaces sunt, quæ naturam omnem excedunt, quæ nec ipsi angeli possunt intelligere, nedum ut hi suo intellectu percipiant; qui ignorant, quod Christus, quem ipsi Verbum Dei, animam Dei, et Spiritum Dei appellant, millies sese Filium Dei dixerit; et quod a Verbo Dei mendacium dici et annuntiari sit impossibile, impræmeditate et sine dubitatione credunt (quis enim tam stultus et stupidus, tantæ imo impudentiæ esset, qui Verbum Dei mendacii coarguere auderet?) Musulmani tamen, cum manifeste obloqui non possint, ipsam veritatem calumniis inficiunt dicendo, quod Christus hoc non dixerit, sed Christiani, nec quidquam boni illud argumentum apud illos efficere potest. Nos vero Christiani dicimus, quod Christi verba, quibus Evangelium continetur, agnoscamus. Musulmani autem dupliciter peccant; partim quidem quod non credunt Christum esse Dei Filium, partim vero quod Christianos de rebus sibi quoque ignotis accusant. Dicunt autem: Quomodo est possibile Deum habere Filium sine muliere? Et quis tam stultus et stupidus, ut tantum crimen et impietatem admitteret? Deceret vero, ut sine omni dubitatione hæc pro ipsius Christi verbis reciperent. Cum autem inquirunt, et diligentius curiosiusque rimantur, manifeste apparet, quod nec illum veracem esse credunt, quem Dei Verbum esse confitentur; imo nec Abrahæ, nec Davidi, nec prophetis fidem habent. Incredulitatem enim sequitur ignorantia. Isaias enim dicit: « Nisi credideritis, non intelligetis [89]. » Intelligisne quomodo fides cognitionem, incredulitas vero ignorantiam pariat? Fides autem non est rerum visibilium. Quæ enim videntur, fide nulla indigent; clara enim per se sunt. Fides autem earum rerum est quæ nec videntur, nec intellectu percipiuntur. Nequaquam igitur vos hæc curiosius investigare oportebat, nec adversus veritatem contendere, sed sequi et parere Abrahæ et prophetis, et imprimis Christo; nec privatæ voluntati et arbitrio consentientes dicere: Impossibile est Deo esse Filium, ut non

A ποίῳ τρόπῳ εὑρίσκεται ἡνωμένη; εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἡνωμένη, πότε ἐνοῦται, καὶ πόθεν ἔρχεται, καὶ πρὶν ἢ ἔλθῃ ποῦ εὑρίσκεται, καὶ ἐν ποίῳ τόπῳ αὐλίζεται; Εἰ δὲ ταῦτα ἀδύνατα, πῶς ἐρευνῶσι Θεοῦ γέννησιν; Καὶ οἵτινες οὐκ οἴδασι τὴν ἑαυτῶν ζωὴν, οὐδὲ ἐπίστανται, εἴπερ μέλλουσιν εὑρίσκεσθαι τὴν αὔριον ζῶντες, ἐξετάζουσι πῶς ὁ Χριστὸς Υἱὸς Θεοῦ ἐστι; καὶ οἵτινες οὐκ οἴδασι ποίου πατρὸς υἱοὶ εὑρίσκονται, ἀλλ' ἕκαστος πιστοῦται τοῖς τῆς μητρὸς αὐτοῦ λόγοις, ἔστιν ὅτε καὶ ἀκούουσιν ἄλλον ἀντ' ἄλλου, καὶ πιστεύουσι, καὶ δέχονται τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, τοὺς δὲ λόγους τῶν προφητῶν παραγράφονται, καὶ τοὺς τοῦ Χριστοῦ λόγους ἀθετοῦσι, καὶ οὐ πιστεύουσι. Διὸ οὐδέν εἰσιν ἱκανοὶ ἵνα

B νοήσωσι τὰ ὑπὲρ φύσιν, καὶ ἃ οὐδὲ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι δύνανται ἵνα νοήσωσι, καὶ ἵνα βάλωσι κατὰ νοῦν αὐτῶν οἱ ἀναίσθητοι, ὡς ὁ Χριστὸς, ὃν λέγουσιν οἱ Μουσουλμάνοι Λόγον Θεοῦ, καὶ ψυχὴν Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ, εἶπε μυριάκις ὡς Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπεὶ ἀπὸ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ ψεῦδος τῶν ἀδυνάτων ἐστὶν ἐξελθεῖν, ἀλογοπραγήτως καὶ ἀνεξετάστως οὐ πιστεύουσι τοῦτο. Καὶ τίς ἐστι μωρὸς καὶ ἀναίσθητος τοσοῦτον, ἔτι δὲ καὶ ἀναίσχυντος, ὁ μέλλων τολμήσειν εἰπεῖν ὅτι ἀπὸ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ δύναται ψεῦδος ἐξελθεῖν; Οἱ γοῦν Μουσουλμάνοι φανερῶς ἀντειπεῖν μὴ δυνάμενοι, διαβάλλουσι τὴν ἀλήθειαν, λέγοντες, ὅτι Χριστὸς οὐκ εἶπε τοῦτο, ἀλλ' οἱ Χριστιανοί. Καὶ οὐδὲν

C ἐνεργεῖται τοῦτο καλῶς παρ' αὐτῶν, ἀλλ' ἡμεῖς οἱ Χριστιανοὶ λέγομεν, ὅτι γινώσκομεν τοὺς λόγους τοῦ Χριστοῦ, οἱ ἔχοντες τὸ Εὐαγγέλιον. Οἱ δὲ Μουσουλμάνοι ποιοῦσι διπλοῦν τὸ κακόν· τὸ μὲν, ὅτι οὐ πιστεύουσιν ὡς ὁ Χριστὸς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστι· τὸ δ', ὅτι κατηγοροῦσι τοὺς Χριστιανοὺς, εἰς ἃ οὐ γινώσκουσιν οἱ Μουσουλμάνοι, ἀλλὰ λέγουσιν, ὅτι Πῶς ἐστι δυνατὸν ἔχειν τὸν Θεὸν Υἱὸν ἄνευ γυναικός; καὶ ποῖος μωρὸς καὶ ἀναίσθητος μέλλει ὑπολαβεῖν τὸ τοσοῦτον κακὸν καὶ τὴν ἀσέβειαν; Καλὸν

D ἦν, ἵνα ἀνεξετάστως δέχωνται τοῦτο, ὡς αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λόγους. Εἰ δὲ ἐξετάζουσι καὶ πολυπραγμονοῦσι, πρόδηλον ὅτι ὃν ὁμολογοῦσι Λόγον Θεοῦ, οὐ πιστεύουσιν ὅτι ἀληθής ἐστιν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Δαβὶδ καὶ τοὺς προφήτας. Τῇ γὰρ ἀπιστίᾳ ἐπακολουθεῖ ἄγνοια. Φησὶ γὰρ Ἡσαΐας, « Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐ μὴ συνεῖτε. » Βλέπεις πῶς τῇ μὲν πίστει ἕπεται γνῶσις, τῇ δὲ ἀπιστίᾳ ἐπακολουθεῖ ἄγνοια; πίστις γὰρ οὐκ ἔστι πραγμάτων βλεπομένων· τὰ γὰρ βλεπόμενα οὐ δέονται πίστεως, φανερὰ γάρ εἰσιν· ἡ δὲ πίστις μὴ βλεπομένων πραγμάτων, μηδὲ γινωσκομένων ἐστίν. Ἔδει γοῦν καὶ ὑμᾶς μὴ πολυπραγμονεῖν, μηδὲ ἀντιφερίζειν πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἕπεσθαι καὶ ἀκολουθεῖν Ἀβραὰμ καὶ τοῖς προφήταις, μᾶλλον δὲ αὐτῷ τῷ Χριστῷ, καὶ μὴ στοιχοῦντας τῷ ἰδίῳ θελήματι λέγειν, ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἔχειν τὸν Θεὸν Υἱὸν, μήπως (ὡς φῂς) ὦσι καὶ σχίσματα ἐν αὐτοῖς. Πλανηθέντες γὰρ τῆς ἀληθοῦς καὶ εὐθείας ὁδοῦ,

[89] Isa. VII, 9.

Digitized by Google

μάταια και ψευδῆ λέγειν οὐ παύεσθε· Πάντως ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς ἐστι. Καὶ τίς οὕτω πιστὸς, ὡς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὃν ὑμεῖς λέγετε ψυχὴν Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ; ποία δὲ γραφὴ ἁγιωτέρα καὶ πιστοτέρα τοῦ Εὐαγγελίου; ὃ δὴ Εὐαγγέλιον ὁμολογεῖ καὶ αὐτὸς ὁ Μωάμεθ ἅγιον καὶ τέλειον· ἴδοι γοῦν, ὡς εἴρηται, ἵνα ἀπολυπραγμονήτως πιστεύητε τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια καὶ τῶν προφητῶν. Ἐπεὶ δὲ εἰς τοιαύτας ἀτοπίας εὑρίσκεσθε, ἰδοὺ ἐξανάγκης μέλλομεν εἰπεῖν τι παραδειγματικώτερον, εἰ καὶ τὰ παραδείγματα οὐ δύνανται δεῖξαι ἀκριβῆ τὴν ἀλήθειαν, ἐξαιρέτως δὲ εἰς τὸν Θεόν. Τῶν ἀδυνάτων γάρ ἐστιν ἀνθρώπινον νοῦν εὑρεῖν τι πρᾶγμα εἰκονίζον ἀκριβῶς τὴν τοῦ Θεοῦ γέννησιν. Ὅμως ἐξανάγκης, ὡς εἴρηται, λέγομεν ὅτι γεννᾶται ὡς λόγος ἐκ νοῦ, καὶ ἀκτὶς ἐξ ἡλίου. Τί γοῦν δοκεῖ ὑμῖν; μετὰ γυναικὸς γεννᾷ ὁ νοῦς τὸν λόγον, καὶ ὁ ἥλιος τὴν ἀκτῖνα αὐτοῦ; ἢ διὰ τοῦτο εὑρίσκεται διάστασις καὶ χωρισμὸς καὶ σχίσματα μέσον αὐτῶν; Καὶ ἐὰν ἡ τοιαύτη γέννησις οὐκ ἔχει ἅπερ λέγετε ὑμεῖς, πῶς ἡ τοῦ Θεοῦ ἀπαθὴς καὶ ἁπλῆ γέννησις ὑπόκειται τοῖς τοιούτοις καὶ τοσούτοις ἀτοπήμασι; Ταῦτα πάντα εἰρήκαμεν ἐξανάγκης διὰ τὴν ἀπιστίαν καὶ ἀσθένειαν ὑμῶν. Τὰ τοῦ Θεοῦ γὰρ ὑπὲρ πᾶσαν ἀνθρωπίνην καὶ ἀγγελικὴν κατάληψίν εἰσιν. Εὐκοπώτερον γάρ ἐστι καταπιεῖν ἄνθρωπον τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν σὺν πᾶσι τοῖς κτίσμασιν, ἢ Θεοῦ φύσιν καταλαβεῖν. Εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, οὐδὲ τὴν γέννησιν ἐξανάγκης. Ὅμως ὁ Μωάμεθ καὶ πάντες οἱ Μουσουλμάνοι ὁμολογοῦσι καὶ λέγουσιν ὅτι ὁ Χριστὸς ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου Μαρίας ἄνευ ἀνδρὸς ἐγεννήθη, καὶ παρθένος ἔτεκεν αὐτὸν, καὶ μετὰ τὴν γέννησιν παρθένος ἔμεινε, καὶ ἀεὶ παρθένος εὑρίσκεται. Ἐπεὶ γοῦν τοῦτο ὁμολογοῦσιν, ὥσπερ ἐστὶ καὶ ἀλήθεια, εἰπάτωσαν ὑμῖν τὸν λόγον τῆς τοιαύτης γεννήσεως. Εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, τί ματαιοπονοῦσιν, ἀέρα δέροντες, καὶ λέγοντες, ὅτι ἀδύνατον ἔχειν τὸν Θεὸν Υἱὸν ἄνευ γυναικός; καὶ ταῦτα τίνες; οἱ τὰ εὐτελῆ καὶ οὐδαμινὰ μὴ γινώσκοντες. Εἰπάτωσαν γὰρ ἡμῖν, ὁ κώνωψ ποῦ ἔχει τὰ σπλάγχνα, ἢ πόθεν ἐξέρχεται ἡ φωνὴ αὐτοῦ; ποῖός ἐστι τοῦ μύρμηκος ὁ ἐγκέφαλος, ποία ἡ καρδία; ἢ πῶς ἔχει τοιαύτην γνῶσιν, ὥστε ποιεῖν τεράστια πράγματα; ἢ ἡ μέλισσα, καὶ τὰ ὅμοια αὐτοῖς; Εἰ γοῦν τὰ εὐτελῆ καὶ οὐδαμινὰ ἀγνοοῦσι, μαθόντες τὴν ἑαυτῶν ἀσθένειαν, σιωπάτωσαν, καὶ μὴ πολυπραγμονοῦντες ἀπιστείτωσαν τὰ ὑπὲρ κατάληψιν ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων, ἀλλὰ πιστευέτωσαν τοῖς λόγοις Ἀβραὰμ καὶ τῶν προφητῶν, οἵτινες ἔγνωσαν διά τε ὁράσεων καὶ ἀποκαλύψεων καὶ προφητειῶν, ὅτι ὁ Χριστὸς αὐτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸς ἀληθινὸς, καὶ τέλειος ἄνθρωπος.

A forte (ut tu inquis) dissidia inter utrosque exsistant. Errantes enim a vero et recto tramite, vana et inania loqui nunquam desinitis. Fides certe ex auditu est: et quid quæso tam fide dignum esse quam Verbum Dei, quod vos animam Dei, et Spiritum Dei appellatis? Quæ autem scriptura Evangelio est sanctior, et fide dignior? Illud enim et ipse Mahomet sacrosanctum et absolutum esse confitetur. Opus igitur fuerit (ut et ante dictum est), curiositate omni omissa, Dei et prophetarum credere miraculis. Quoniam vero in tantam absurditatem devenistis, en necessitate compulsi aliquid apertius ceu exemplo oculis subjecto adumbrabimus, licet veritas exemplis perfecte demonstrari non possit, eaque imprimis quæ Deum B spectant. Impossibile enim est humanam rationem rem aliquam invenire, quæ exacte et absolute Dei generationem referre possit. Verumtamen necessitate coacti (ut modo diximus) fatemur Filium Dei sic a Deo generari, ut ratio ex mente vel intellectu, et radii ex sole generari consueverunt. Quid igitur vobis videtur? Num ex muliere intellectus rationem, aut sol radios giguit? vel num propterea aliquod inter hæc dissidium deprehenditur? Quod si igitur hæc generatio ab his (quod et vos fatemini) libera est, quomodo Dei simplicem et omni passione carentem generationem tot et tantis absurditatibus subjectam esse putabimus? Cæterum omnia hæc dicere postulavit necessitas, C propter incredulitatem et infirmitatem vestram. Divina enim omnem humanum et angelicum intellectum exsuperant. Facilius enim est cœlum et terram cum omnibus creaturis devorare, quam Dei naturam comprehendere. Si autem illud impossibile est, nec generationem ipsius cognoscere necesse fuerit. Nihilominus tamen et ipse Mahomet et omnes Musulmani confitentur, quod Christus ex diva virgine Maria citra virilem operam natus sit, et quod virgo ipsum pepererit, et virgo post partum permanserit, semperque virgo esse deprehendatur. Cum igitur hæc vere confiteantur, exponant nobis agedum hujus generationis rationem. Si autem hoc impossibile est, quid quæso aerem flagellando frustra laborant, dicendo quod impossi- D bile sit Deum habere Filium sine muliere? Et hæc quidem dicunt, qui nec vilissima contemptissimaque cognoverunt. Edisserant enim hi nobis, ubinam culex viscera sua habeat, vel quis vocis illius meatus sit; quale sit formicæ cerebrum, quale cor; qualis sit apum consideratio, et quæ his similia sunt. Quod si autem vilia hæc et contempta ignorant, infirmitatem suam agnoscentes conticeant, nec curiositate sua illis fidem derogent, quæ angelorum hominumque intellectum excedunt; quin credant potius Abrahæ et prophetarum oraculis, qui hæc per visiones, revelationes et oracula cognoverunt quod Christus scilicet revera Filius Dei sit, et idem verus Deus, et homo perfectus

Digitized by Google

APOLOGIA SECUNDA.

Quod Filius et Verbum Dei cum Deus esset, extremis temporibus, propter hominum salutem homo factus sit, crucifixus mortem subiit, sepultus resurrexit, et in cœlos est assumptus. Non tamen divinitas, sed homo passus est, qui idem judicaturus est orbem universum.

1. Quandoquidem tibi sufficienter per Abrahami, Isaac et Jacobi, Mosis, Davidis et prophetarum, in primis autem, si verum fateri volumus, per ipsius Dei Patris testimonia demonstravimus de Christo, quod Deus sit vere, et Dei Filius, agedum nunc etiam reliqua, de quibus dubitas, in medium proferentes, discutiamus et inspiciamus. Vehementer autem nos, qui Christi nomen agnoscimus, incusas. Tua vero hæc sunt : Quonam modo fieri potest ut Deus homo fiat? item, quomodo homo factus est? Item si Christus Deus erat, et Dei Filius, cur non vel nudo verbo servavit hominem, sed tanquam impotentia laborans hominem assumpsit et mortuus est, ut hominem salvaret, juxta Christianorum sententiam? Præterea si Deus erat, quomodo passus est? Deus enim non patitur quidquam. Et tu quidem nos incusans, hæc loqueris ; quibus nos sic respondemus : De Dei quidem possibilitate et impossibilitate in superioribus diximus, quæ et sufficiunt ; nostram enim infirmitatem sumus confessi, quod Dei possibilitatem et impossibilitatem discernere non possimus. Sentimus autem et credimus omnia apud Deum possibilia esse, et impossibile apud hunc esse prorsus nihil. Tum quod homo factus sit, cum Deus verus esset, didicimus, credimus, et hæc est horum veritas. Quo autem modo hoc evenerit, non novi. Quomodo enim humanæ rationi ea cognita essent, quæ angelis incognita sunt? Qui vero Dominicæ incarnationis scopus sit, et quæ causa humanæ in Christo naturæ, nos quantum fieri potest modo explicabimus; tu vero attente hæc nostra audias.

2. Deus cum nulla re in universum indigeret, sola bonitate sua permotus mundum universum exstruxit et condidit, visibilem simul et invisibilem ; creavit angelos; creavit cœlum et terram, et omnia quæ in his continentur. Sed et hominem fecit, et formavit e pulvere de terra sumpto, et cum illi animam rationalem inspirasset, secundum imaginem Dei creavit eum, et ex costa ipsius formavit feminam; illisque in paradisum collocatis, præcepit ut de omni ligno paradisi vescerentur, ex arbore autem scientiæ boni et mali non comederent : quia quacunque die de hac comederent, morte essent morituri, quemadmodum magnus ille Moses in Veteri Testamento descripsit. Quidam vero angelicorum ordinum princeps, cum seipsum splendidum et mire formosum conspexisset, non intellexit se servum et creaturam esse, et quod Dominus ipsum cum nullus esset, condidisset, unde servi instar Dominum adorare deberet, sed stultus et

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΔΕΥΤΕΡΑ.

Ὅτι ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, Θεὸς ὤν, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν ἐγένετο ἄνθρωπος, καὶ ἀπέθανε σταυρωθείς, καὶ ἐτάφη, καὶ ἀνέστη, καὶ ἀνελήφθη, καὶ οὐ θεότης ἔπαθεν, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων κρίνειν πᾶσαν τὴν γῆν.

A mortis Dominum; et ut si Christum postea sepultum viderent, crederent hunc qui propria virtute mortuos excitavisset, multo magis potestate sua suum ipsius corpus esse excitaturum. Dicebat enim discipulis suis apostolis : « Nemo tollit animam meam a me. Potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo recipiendi eam [66]. » Quod tamen singulis diebus credentibus in Christum turbis hominum innumerabilibus, ipsumque Deum et Dei Filium confitentibus, pontifices, scribæ, et horum principes contra Dei doctrinam instructi, huic essent contradicturi, ex Isaiæ prophetia prædictum erat, qui dicit : « Oculos habentes non videbunt, et aures habentes non audient; incrassatum est enim cor eorum, et oculos ipsorum occluserunt, et auribus difficulter audiverunt [67]. » Quæ prophetia omnis impleta est. Miracula enim edente Christo, tanquam cæci apparuerunt : et hoc docente, surdis fuerunt similes, instar aspidis surdæ et obturantis aures suas. Et tunc quidem dicebat ad illos Christus : « Quod si cæci essetis, non haberetis peccatum; nunc vero dicitis, Videmus; peccatum igitur vestrum in vobis manet [68]. » Tum etiam alibi dicit de illis Christus : « Si ex Deo essetis, utique diligeretis me [69]. » Nihilominus tamen hæc Christo faciente, haudquaquam ad cognitionem pervenerunt; quin potius occasionem quærebant, qua eum interficerent. Sed quid attinet de miraculis ipsius, quæ in Hebræorum gente fecit, dicere, cum infinita sint et innumerabilia? Sed nec illis editis ad cognitionem pervenerunt vani et errabundi homines, verum invidia et improbitate victi quærebant omni modo et conatu, quomodo in Christum accusationem aliquam movere, ipsumque benefactorem suum interficere possent; nec aliam invenerunt, quam quod blasphemum dicerent, qui se dixisset Dei Filium, et qui cum homo esset, se Deum esse jactitaret. Et cum audirent Christum dicentem credentibus in se : « Remittuntur tibi peccata tua [70], » dicebant : « Quemnam teipsum facis? » et : « Quisnam potest remittere peccata præter solum Deum [70*]? » Et sane vere dixerunt Judæi, quod solius Dei sit peccata remittere; nam ignorantes hi miseri, quod Christus Dei esset Filius, ea quæ modo diximus, dixerunt, et obtenebratum est imprudens cor ipsorum, et obcæcati sunt oculi ipsorum, nec viderunt quod cum auctoritate hæc faceret, quæcunque faciebat. Unus enim discipulorum Christi Petrus, cum in navi esset, Christo viso dixit : « Jube me ad te venire super aquas. » Et dixit illi Christus : « Veni. Hic autem navim egressus, aquis inambulans ad ipsum venit. » Hoc cum contigisset, quidnam aliud illos cogitare oportebat, quam quod idem ille esset, qui mare Rubrum dissecuerat, et patres illorum sicco traduxerat pede, qui etiam nunc humidam natura materiam aquarum instar aridæ soli-

B

C

D

[66] Joan. x, 17, 18. [67] Isa. vi, 9, 10. [68] Joan. ix, 41. [69] Joan. viii, 42. [70] Ibid. 53. [70*] Matth. xiv, 28.

Digitized by Google

dam solo verbo et mandato suo fecerat? Sed quo plura his similia miracula coram vident, eo magis ira et furore tumultuantur. Deinde tempestate orta vehementi simul et magna in mari, adeo ut navis, in qua erant Christi discipuli, obtegeretur fluctibus, magna voce ipsi exclamaverunt dicentes : « Jesu, serva nos, perimus. » Christus autem ipsi mari imperiose simul et cum auctoritate præcipit : « Tace, obmutesce, » et statim facta est tranquillitas magna. Judæi itaque viso hoc inopinato miraculo attoniti, magna voce clamaverunt : « Quis est hic, quod et venti et mare illi obediunt [71] ? » Verum tamen miracula viderunt infinita, et naturam rerum exsuperantia; ipsi vero prorsus incorrigibiles permanserunt : unde et Christus ad ipsos dicit : « Ego sum ostium [72]. » Et alibi : Ego sum via [73]. Rursus alibi : « Ego sum veritas [74]. Quod si mihi non creditis, vel operibus credite [74a]. « Hæc vero Christus dixit, ut qui obcæcati erant Judæi, cognoscerent quod nullus prophetarum et sanctorum tanta cum auctoritate sermones suos, ut Dominus, protulerit, sed seipsos servos et ministros esse ostenderunt. Christus vero non sic, sed ceu Dominus et princeps creaturæ cum auctoritate dixit et fecit omnia instar Dei. Et sane ex populo et turbis magna hominum multitudo in illum credidit; ex scribis vero, Pharisæis et principibus pauci et faciles numeratu. Iis igitur sic absolutis, et tantis infinitisque editis miraculis, atque doctrina vera per tres annos continuos singulis diebus per Christum annuntiata, proferente etiam illo nonnunquam prophetarum testimonia (non quod testimoniis aliorum de se indigeret, sed propter incredulitatem et Judæorum animi duritiam, tum denique propter hominum infirmitatem), nonnunquam etiam hoc citante Abrahamum aut Mosen, inprimis vero Deum ipsum Patrem suum, Judæis autem nihilominus incurabili morbo circa hæc laborantibus, nec propriam illorum salutem volentibus admittere, relictis his Christus ea quæ ad universalem totius mundi salutem faciunt agere cœpit et dicere discipulis suis quænam illi essent eventura : « Ecce enim, inquit, ascendimus Hierosolymam, et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis, tradentque eum gentibus, et flagellabunt eum, et illudent illi, et despuent in illum, occident illum, et tertia die resurget; et auditis his discipuli ejus mœrore affecti sunt valde [75]. » « Tunc subduxit discipulos suos Christus, et ascendit in montem Thabor, et refulsit facies illius, Christi scilicet, plus quam sol, et vestimenta illius facta fuerunt veluti nix. Videntes vero discipuli splendorem faciei illius, ceciderunt in terram; non enim poterant hunc ferre. Viderunt autem et Mosen et Eliam cum Christo colloquentes, forma servili [76]. Nunc itaque hoc factum considera : primo quidem ut apostoli viso splendore divinitatis suæ certo intelligerent, quod sua sponte et propria

ἦσαν θεωροῦντες τὰ τοιαῦτα θαύματα, τοσοῦτον τῷ θυμῷ ἠνωχλοῦντο. Ἔτι κλύδωνος γεγονότος σφοδροῦ καὶ μεγάλου ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὥστε καλύπτεσθαι τὸ πλοῖον, ἐν ᾧ ἦσαν οἱ τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ, ὑπὸ τῶν κυμάτων, ἔκραξαν οὗτοι μεγάλῃ τῇ φωνῇ, λέγοντες, « Ἰησοῦ, σῶσον ἡμᾶς· ἀπολλύμεθα. » Καὶ ὁ Χριστὸς λέγει τῇ θαλάσσῃ δεσποτικῶς οὕτω καὶ ἐξουσιωδῶς, « Σιώπα, πεφίμωσο· » καὶ εὐθὺς ἐγένετο γαλήνη μεγάλη. Οἱ τοίνυν Ἰουδαῖοι ἰδόντες τὸ τοιοῦτον παράδοξον θαῦμα, καὶ ἐκπλαγέντες, ἔκραξαν μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ εἶπον, « Τίς ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ, οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ; » Ἀλλὰ τὰ μὲν θαύματα τὰ ἄπειρα ἔβλεπον καὶ ὑπὲρ φύσιν, ἐκεῖνοι δὲ ἔμενον παντελῶς ἀδιόρθωτοι. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγε πρὸς αὐτοὺς, « Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· » καὶ ἀλλαχοῦ, « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός· » καὶ αὖθις ἀλλαχοῦ, « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· » καὶ, ὅτι « Κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύετε. » Ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὁ Χριστὸς, ἵνα γνῶσιν οἱ ἐσκοτισμένοι Ἰουδαῖοι ὅτι οὐδεὶς τῶν προφητῶν ἢ τῶν ἁγίων εἶπέ ποτε λόγους ἐξουσιαστικοὺς ὡς Δεσπότης, ἀλλ' ἐδείκνυον ἑαυτοὺς δούλους καὶ ὑπηρέτας αὐτοῦ· ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὡς Δεσπότης καὶ Κύριος τῆς κτίσεως ἔλεγε, καὶ ἔπραττε κατ' ἐξουσίαν ὡς Θεός. Καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ ὄχλου καὶ τοῦ λαοῦ ἐπίστευσεν πλῆθη πολλὰ καὶ ἄπειρα εἰς αὐτὸν, ἀπὸ δὲ τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων καὶ τῶν ἀρχόντων ὀλίγοι καὶ εὐαρίθμητοι. Τούτων γοῦν οὕτω τελουμένων, καὶ τοσούτων ἀπείρων θαυμάτων ἐνεργουμένων, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀδιακόπως χρόνους τρεῖς λαλουμένης διδασκαλίας παρὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ποὶ μὲν φέροντος αὐτοῦ μαρτυρίας εἰς μέσον ἀπὸ τῶν προφητῶν, οὐχ ὡς χρείαν ἔχοντος ἑτέρων μαρτυρίας ὑπὲρ αὐτοῦ, Θεοῦ ὄντος, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπιστίαν καὶ σκληροκαρδίαν τῶν Ἰουδαίων, ἔτι δὲ καὶ ἀσθένειαν τῶν ἀνθρώπων, ποὶ δὲ φέροντος τόν τε Ἀβραὰμ καὶ τὸν Μωσέα, μᾶλλον δὲ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα αὐτοῦ, καὶ τῶν Ἰουδαίων ἔτι διὰ ταῦτα ἀνιάτως νοσούντων, καὶ μὴ βουλομένων τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν, ἀφεὶς αὐτοὺς ὁ Χριστὸς, ἤρξατο πράττειν τὰ τῆς σωτηρίας τοῦ κόσμου καθολικῶς, καὶ λέγειν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν· ὅτι « Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ γραμματεῦσι, καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι, καὶ μαστιγώσουσιν αὐτὸν, καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ, καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Καὶ ἀκούσαντες τοῦτο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐλυπήθησαν σφόδρα, καὶ ἐταράχθησαν. « Τότε ἐπαίρει τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ὁ Χριστὸς, καὶ ἀνέβη ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Θαβὼρ, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ δὴ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τὸν ἥλιον, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡσεὶ χιών. Ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ τὴν λαμπρότητα τοῦ προσώπου αὐτοῦ, ἔπεσον εἰς τὴν γῆν· οὐ γὰρ ἠδυνήθησαν φέρειν αὐτήν. Εἶδον δὲ καὶ τὸν Μωϋσῆν καὶ τὸν Ἠλίαν τὸν προφήτην μετὰ τοῦ Χριστοῦ συλλαλοῦντας ἐν δουλικῷ

[71] Matth. xiv, 25-33; Marc. vi, 53 seqq. [72] Joan. x, 9. [73] Joan. xiv, 6. [74] ibid. [74a] Joan. x, 38.
[75] Matth. xvi, 21. [76] Matth. xvii, 1 seq.

Digitized by Google

τῷ σχήματι. Καὶ σκόπει τὸ γεγονός· πρῶτον μέν, ἵνα ἰδόντες οἱ ἀπόστολοι τὴν λαμπρότητα τῆς αὐτοῦ θεότητος νοήσωσιν ἀκριβῶς, ὅτι ἐκουσίως καὶ οἰκείῳ θελήματι παρεδόθη εἰς σφαγήν, οὐ δυναττείᾳ· δεύτερον δὲ, ἵνα λάβωσι παραμυθίαν καὶ ἀνακωχὴν ἀπὸ τῆς λύπης, ἣν εἶχον ἀκούσαντες περὶ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ· καὶ τρίτον, ἵνα ἰδόντες τὸν Μωσέα καὶ τὸν Ἠλίαν τοὺς προφήτας παριστάμενους τῷ Χριστῷ μετὰ δέους, πληροφορηθῶσιν ἀκριβῶς ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Δεσπότης καὶ Κύριος πάντων τῶν προφητῶν, καὶ πάσης τῆς κτίσεως. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν καὶ μέγα, ὅτι ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου βαπτιζομένου τοῦ Χριστοῦ, ἐγένετο φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν σχισθέντων αὐτῶν, λέγουσα, « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε. » Τοῦτο δηλοῦντος τοῦ λόγου, ἵνα τὸ μὲν κατὰ πάντα πιστωθῶσι καὶ πληροφορηθῶσιν ὅτι σὺτός ἐστιν ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ, ἵνα ἐπεὶ ὁ καιρὸς τῆς ταφῆς τοῦ Χριστοῦ ἤγγιζε, καὶ μετὰ τὴν ταφὴν καὶ τὴν ἀνάστασιν, μέλλουσιν ἀποσταλῆναι ἐπὶ τὸ κήρυγμα οἱ ἀπόστολοι, εὑρίσκονται δὲ ὀλίγοι οὗτοι καὶ ἰδιῶται, καὶ ἀσθενεῖς, οὐδὲν ἀποβλέψωσι πρὸς τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, καὶ ἵνα ἰδόντες τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν τε καὶ λαμπρότητα, ἀκούσαντες δὲ καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς φωνήν τε καὶ μαρτυρίαν, νοήσωσιν ὅτι εἷς Θεός ἐστιν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ μία ἐστὶ θεότης, καὶ φύσις, καὶ δύναμις Πατρός τε καὶ Υἱοῦ, καὶ θαῤῥήσαντες εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, ἀπέλθωσι μετὰ προθυμίας ἐπὶ τὸ κήρυγμα, καὶ πληρωθῇ κἀντεῦθεν ἡ τοῦ Δαβὶδ προφητεία, ἡ λέγουσα, « Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται. » Ὁ δὲ προφήτης Μωϋσῆς ἐκεῖνος εἶπεν, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, ὅτι « Προφήτην ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ὡς ἐμέ. Πᾶσα ψυχὴ, ἥτις οὐκ ἀκούσεται τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται. » Καὶ ὅτι τότε μὲν εἶπεν ἐκεῖνος, ὅτι « Πᾶσα ψυχὴ, ἥτις οὐκ ἀκούσεται τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται, » καὶ ὅτι τὰ λαληθέντα παρά τε τοῦ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν λόγοι εἰσὶ τοῦ Θεοῦ, τοῦτο πρόδηλον καὶ ἀληθές· ἀλλ' ὅμως καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, καὶ ἐπὶ τῆς μεταμορφώσεως, ἀπὸ τῶν οὐρανῶν κατῆλθεν ἡ φωνὴ, καὶ οὐ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ ἀμέσως ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Βλέπεις πῶς ἄνωθεν καὶ ἐξαρχῆς ἐκ τοῦ κατὰ μικρὸν ἐφαίνοντο τὰ τοῦ Χριστοῦ; Καὶ ὥσπερ ἀπὸ τῆς νυκτὸς οὐδὲν φαίνεται παρευθὺς ὁ ἥλιος, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἄρχεται ἡ αὐγὴ, εἶτα φῶς, καὶ μετὰ ταῦτα ὁ ἥλιος, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. Ἐκ τοῦ καταμικρὸν ἤρξατο, εἶτα ἔλαμψε καὶ ὁ Χριστὸς εἰς τὸν κόσμον, καὶ εἰς τὰς ψυχὰς τῶν εἰς αὐτὸν πιστευσάντων, ὁ νοητὸς ἥλιος. Εἶτα ἔρχεται ὁ Χριστὸς εἰς Ἱεροσόλυμα, ἵνα τελεσθῇ ἐπ' αὐτῷ τὸ πάθος, καθὼς εἶπε πρὸς τοὺς ἀποστόλους. Καὶ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς τὴν πόλιν, ἤρξατο τὸ πλῆθος κράζειν καὶ λέγειν, ἐξαιρέτως δὲ οἱ τῶν Ἑβραίων παῖδες, « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου,

A voluntate sua in mortem traderetur, non aliorum potentia coactus; secundo, ut hinc consolationem et animi tranquillitatem acciperent, et a mœrore, quem ex narratione passionis Christi ante conceperant, sese revocarent; tertio, ut viso Mose et Elia prophetis cum reverentia Christo astantibus, certi redderentur hunc omnium prophetarum simul et omnis creaturæ esse Dominum. Verum et hoc miraculum ingens, quod quemadmodum Christo in Jordane baptizato, sic etiam vox de cœlo discisso facta est dicens: « Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacitum est, ipsum audite; » hoc nimirum oratione hac innuente, ut partim quidem plenissime certi et securi redderentur, hunc Filium et Verbum Dei esse; partim vero, ut quia jam tempus sepul- B turæ Christi instabat, et post sepulturam et resurrectionem apostoli ad prædicationem emittendi erant; hi vero licet pauci essent, indocti et infirmi, non tamen ad suam infirmitatem, sed ad Dei potentiam respicerent, et ut Christi gloria et splendore viso, Deique Patris voce et testimonio audito, intelligerent unum Deum esse et Patrem et Filium, quodque una sit divinitas natura et potentia Patris et Filii, utque in Dei potentiam confisi cum alacritate prædicationis negotium aggrederentur, et impleretur hic Davidis prophetia dicens, « Thabor et Hermon in nomine tuo exsultabunt. » Cæterum Moses ille propheta dixit, ut et ante adnotatum est: « Prophetam excitabit Dominus Deus ex fratribus vestris, sicut me. Omnis anima, quæ non audiverit C prophetam illum, exstirpabitur [11]. » Quod vero hic dixerit omnem animam quæ non audiverit prophetam illum, esse exstirpandam, et quod omnia quæ a Mose et prophetis dicuntur, verba Dei sint, manifestum est, et verum esse constat. Nihilominus tamen et in baptismo et in transformatione vox cœlitus demissa est, et non per hominem, sed immediate per ipsum Deum Patrem. Viden' igitur, quomodo primitus et ab initio paulatim ea quæ Christi sunt, apparuerint? Et quemadmodum post noctis tenebras non repente sol videtur, sed primo splendor, deinde lumen, tandem vero ipse sol: ita etiam de Christo factum esse videmus. Paulatim enim cœpit; deinde ipse Christus, sol verus et ra- D tionalis, lucem in mundum intulit, et in animas illorum qui in eum credunt. Deinde Hierosolymam Christus ipse ascendit, ut ipsius impleretur passio, quemadmodum apostolis prædixerat· « Et ingrediente ipso in urbem, cœpit populus exclamare et dicere (inprimis autem Hebræorum pueri): Benedictus, qui venit in nomine Domini, Hosanna in altissimis, rex Israelis; pax in cœlo et gloria in altissimis. » Furore autem repleti scribæ et Pharisæi dixerunt Jesu: « Increpa illos ut taceant. » At Christus respondit illis: « An nunquam legistis Prophetam dicentem: Ex ore infantium et lactentium concinnabo laudem? Quod si hi tacuerint, la-

[11] Deut. xviii, 18.

Digitized by Google

pides clamabunt [78]. » En etiam nunc attende. Angeli in ipsius Christi generationis celebratione cecinerunt, « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas ; » nunc vero dixerunt pueri : « Hosanna in altissimis, benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israelis ; pax in cœlo et gloria in altissimis. » Quis vero Dominus super terram vocatur? Nullus alius certe præter Deum. Dicuntur equidem etiam multi hominum domini, sed cum appositione nominis sui, ut legimus de Josue filio Nun dicente, « Dominus meus Moses ; » et de aliis multis dicentibus, « Dominus meus David. » Quam dicendi consuetudinem etiam hodie inter homines servatam videmus. Domini vero nomen sic indefinite nemini alii quam soli Deo tribuitur. Quapropter Christus cum Deus esset, non modo non increpavit dicentes : « Hosanna in altissimis, » etc., sed etiam Davidis citavit testimonium, dicens : « An non legistis Prophetam dicentem : Ex ore infantium et lactentium concinnavi laudem? » Qui vero lapides sunt, quos Christus vociferaturos dixit? Gentes nimirum, quæ tunc quidem cor habebant durum ad fidem suscipiendam, paulo post vero clamaverunt ipsis tonitribus clarius et sublimius ; quin et sepulcrorum lapides plane et aperte, qualiter vix unquam, Domini resurrectionem eum divina virtute et potestate factam exclamaverunt. Post hæc vero dicit discipulis suis Christus : « Ecce ascendimus Hierosolymam, et perficientur omnia quæ scripta sunt a prophetis de Filio hominis. Tradetur enim gentibus, et illudetur illi, calumnias patietur, et despuetur, et flagellatum occident, tertiaque die resurget [79]. » Et cum cœna jam esset finita, dicit discipulis suis : « Unus vestrum prodet me. » Et interrogaverunt eum singuli, « Num ego sum? » et nulli horum respondit. Tunc et Judas qui erat ex discipulorum numero dicit, « Num ego sum? Dicit illi Jesus, Tu dixisti. » Et paulo post dicit illi, « Quod facis fac cito [80]. » Non enim poterat quidquam nec Judas nec alius contra Christum facere, nisi hoc cum illo consentiente. Mox autem postea rursum dicit discipulis suis Christus : « Ex nunc appropinquavit tempus, quod prædixi vobis. Cæterum non turbetur cor vestrum, neque formidet [81]. » Et postquam docuisset et animavisset eos sufficienter, dixit eis : « Nunc quidem dolebitis, mox autem lætabimini, et gaudium vestrum nemo auferet a vobis [82]. » « Surgite, eamus hinc [83]. » Et abiit in locum consuetum. Pontifices autem congregati cum scribis et Pharisæis et omni concilio eorum, dixerunt : « Quid faciemus, quoniam homo hic multa signa edit? Si sic permiserimus eum, venient certe Romani, et tollent nos et locum hunc et gentem : conducit ut moriatur [84]. » Judas autem Iscariotes profectus ad pontifices et scribas, dixit illis : « Quid

A Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, βασιλεὺς Ἰσραὴλ, εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. » Τότε θυμοῦ πλησθέντες οἱ γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, λέγουσι τῷ Ἰησοῦ, « Ἐπιτίμησον αὐτοῖς ἵνα σιωπήσωσιν. » Ὁ δὲ Χριστὸς πρὸς αὐτούς, « Οὐδέποτε ἀνέγνωτε τοῦ Προφήτου λέγοντος, Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον; Ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται. » Πρόσεξον καὶ κατὰ τὸ παρόν. Εἶπον οἱ ἄγγελοι εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. » εἶπον οἱ παῖδες νῦν, « Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ, εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. » Τίς γοῦν καλεῖται Κύριος ἐπὶ γῆς ; Πάντως οὐδεὶς ἄλλος, ἢ ὁ Θεός.

B Λέγονται μὲν πολλάκις καὶ ἄνθρωποι κύριοι, μετὰ δὲ προσθήκης ὀνόματος, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ Ναυῆ τοῦ Ἰησοῦ εἰπόντος, ὅτι « Ὁ κύριός μου Μωϋσῆς, » καὶ ἐπὶ τοῦ . . . . . εἰπόντος, ὅτι « Ὁ κύριός μου ὁ Δαβίδ. » Ἀλλὰ καὶ μέχρι τῆς σήμερον ἐπικρατησάσης συνηθείας ἐν ἀνθρώποις. Οὕτω δὲ ἀπροσδιορίστως τὸ « κύριος » οὐδενὸς ἑτέρου ἐστὶν ἢ τοῦ Θεοῦ. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς Θεὸς ὢν, μὴ μόνον οὐδὲν ἐπετίμησε τοῖς λέγουσι τὸ, « Ὡσαννὰ ἐν ὑψίστοις, » ἀλλὰ καὶ τὸν Δαβὶδ εἰς μέσον ἤγαγεν, εἰπὼν ὅτι « Οὐδέποτε ἀνέγνωτε τοῦ Προφήτου λέγοντος, Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον ; » Τίνες δέ εἰσιν οἱ λίθοι, οὓς εἶπεν ὁ Χριστὸς, ὅτι κεκράξονται ; Τὰ ἔθνη, τὰ κατὰ τὸ παρὸν σκληρὰν ἔχοντα τὴν καρδίαν πρὸς ὑποδοχὴν τῆς πίστεως. Μετὰ βραχὺ δὲ αὐτὰ τὰ ἔθνη κεκράξονται βροντῆς ὑψηλότερον. Ἀλλὰ καὶ οἱ λίθοι τοῦ τάφου τρανῶς βοήσουσιν ὅσον οὔπω τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάστασιν, τὴν μετὰ τῆς θείας δυνάμεως καὶ ἐξουσίας γενησομένην. Μετὰ δὲ ταῦτα λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ Χριστὸς, « Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τελεσθήσονται πάντα γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν τῷ Υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου. Παραδοθήσεται γὰρ τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐμπαιχθήσεται, καὶ ὑβρισθήσεται, καὶ ἐμπτυσθήσεται, καὶ μαστιγώσαντες ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. » Καὶ δείπνου γενομένου, λέγει πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, « Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. » Καὶ ἠρώτων εἷς ἕκαστος αὐτὸν, « Μή τι ἐγώ εἰμι ; »

D Καὶ πρός τινα λόγον οὐκ ἀπεκρίθη. Λέγει δὲ καὶ Ἰούδας, μαθητὴς ὢν καὶ αὐτὸς, « Μή τι ἐγώ εἰμι ; » Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, « Σὺ εἶπας. » Καὶ μετὰ μικρὸν λέγει αὐτῷ, « Ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον. » Οὐδὲ γὰρ ἠδύνατο αὐτὸς ὁ Ἰούδας, ἢ ἕτερός τις ποιῆσαί τι κατὰ τοῦ Χριστοῦ ἄνευ τῆς αὐτοῦ θελήσεως. Καὶ μετ' ὀλίγον πάλιν λέγει τοῖς μαθηταῖς ὁ Χριστὸς, « Ἀπὸ τοῦ νῦν ἤγγικεν ὁ καιρὸς, ὃν προεῖπον ὑμῖν. Ἀλλὰ μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, μηδὲ δειλιάτω. » Καὶ διδάξας καὶ παραθαῤῥύνας αὐτοὺς ἱκανῶς, εἶπεν αὐτοῖς, « Νῦν μὲν λυπηθήσεσθε, μετ' ὀλίγον δὲ χαρήσεσθε, καὶ τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς αἴρει ἀφ'

[78] Matth. xxi, 9 ; Luc. xix, 38. [79] Luc. ix, 21 seqq. [80] Joan. xiii, 21-27. [81] Joan. xiv, 27. [82] Joan. xvi, 22. [83] Joan. xiv, 31. [84] Joan. xi, 47, 48.

Digitized by Google

ὑμῶν. Ἐγείρεσθε, ἀγωμεν. » Καὶ ἀπῆλθον εἰς τὸν τόπον, ὃν εἶχεν ἐκ συνηθείας. Οἱ μέντοι ἀρχιερεῖς συναχθέντες μετὰ τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων καὶ παντὸς τοῦ συνεδρίου αὐτῶν ἔλεγον, « Τί ποιοῦμεν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος πολλὰ σημεῖα ποιεῖ; Ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτως, πάντως ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος. Συμφέρει ἀποθανεῖν. » Ὁ δὲ Ἰσκαριώτης Ἰούδας ἀπελθὼν εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς, εἶπεν αὐτοῖς, « Τί θέλετέ μοι δοῦναι, καὶ ἐγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Καὶ ἔδωκαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια. » Καὶ μετ' ὀλίγον λαβὼν ὁ Ἰούδας λαὸν ἱκανὸν, ἔρχεται ἔνθα εὑρίσκετο ὁ Χριστός. Καὶ ἐρχομένων ἐκείνων, λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ Χριστὸς, « Ἐγείρεσθε, ἀγωμεν, ἰδοὺ ὁ παραδιδούς με ἤγγικεν. » Καὶ ἐλθόντος τοῦ Ἰούδα μετὰ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ Χριστὸς, « Τίνα ζητεῖτε; Λέγουσιν αὐτῷ ἐκεῖνοι, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον. Λέγει ὁ Χριστὸς, Ἐγώ εἰμι. Καὶ τοῦτο ἀκούσαντες, ἔπεσον πάντες εἰς τὴν γῆν. » Τί δέ; ὁ ποιήσας τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα θαύματα, ὁ ἀπὸ μόνης λαλιᾶς αὐτοῦ ῥίψας τοὺς ζητοῦντας αὐτὸν, οὐκ ἠδυνήθη ποιῆσαι, ἵνα μὴ δυνηθῶσι κρατῆσαι αὐτόν; Πάντως πρόδηλον ὅτι οἰκείᾳ βουλήσει παρεδόθη. Τότε λέγει αὐτοῖς ὁ Χριστὸς, « Εἰ οὖν ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν. » Καὶ ἀφέντες τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἐκράτησαν τὸν Χριστόν. Βλέπεις πῶς πρῶτον μὲν ἀπὸ μόνης τῆς λαλιᾶς ἔπεσον, ἔπειτα ἐν τῷ εἰπεῖν πρὸς αὐτοὺς, « Ἄφετε τούτους ὑπάγειν, ἐὰν ἐμὲ ζητῆτε, » μόνος παρεδόθη οἰκείᾳ θελήσει; Ἔδειξεν ὡς ἐν ταυτῷ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ τὴν θέλησιν. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Δαβὶδ εἶπε, « Παρεδόθην, καὶ οὐκ ἐξεπορευόμην. » Ἤγουν δυνάμεις ἔχων ὁ Χριστὸς, ἵνα μὴ παραδοθῇ, ἐθελοντὴς παρεδόθη. Ἀπήγαγον τοίνυν τὸν Χριστὸν εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς. Οἱ δὲ μαθηταὶ φοβηθέντες ἔφυγον. Οἱ γοῦν ἀρχιερεῖς παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν ἐχάρησαν· καὶ προσκαλεσάμενοι δύο ψευδομάρτυρας ἔλεγον κατ' αὐτοῦ ὅσα ἐβούλοντο ψευδῶς. Ὁ τοίνυν Ἰησοῦς ἐσώπα. Λέγει γοῦν αὐτῷ ὁ ἀρχιερεὺς, « Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς, εἰ σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Εὐλογητοῦ, εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. » Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, « Ἐγώ εἰμι. Πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπάρτι ὄψεσθε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. » Τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λέγων, ὅτι « Ἐβλασφήμησε· τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; ἴδε νῦν ὑμεῖς ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ. Τί ὑμῖν δοκεῖ; » Οἱ δὲ εἶπον, « Ἔνοχος θανάτου ἐστίν. » Ἔδωκε γοῦν αὐτῷ εἷς τῶν παρεστηκότων ῥάπισμα. Καὶ ἐμπτύσαντες αὐτῷ, ἀπήγαγον καὶ παρέδωκαν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ. Ὁ δὲ Ἰούδας ἀπελθὼν, λέγει τοῖς ἀρχιερεῦσιν, « Ἥμαρτον, παραδοὺς αἷμα ἀθῶον. » Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ, ἀπελθὼν ἀπήγξατο. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ ἀργύρια, εἶπον, « Οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν, ἐπεὶ τιμὴ αἵμα-

dabitis mihi ut ego prodam illum[85]? Et dederunt illi triginta] argenteos. » Et paulo post Judas turba multâ assumpta, eo devenit ubi Christus inveniebatur. Quibus venientibus, dicit discipulis suis Christus : « Surgite, eamus, ecce qui prodit me, appropinquat. » Et accedente Juda cum Judæorum turma, dicit illis Christus : « Quem quæritis? Dicunt illi, Jesum Nazarenum. Dicit illis Christus, « Ego sum. » Et hoc audito, omnes prostrati sunt in terram. Num igitur qui tot ac tanta fecerat miracula, qui una voce prostravit quærentes se, non potuit nunc efficere ne illum comprehenderent? Haud dubie igitur sua sponte illis traditus est. Tunc dicit illis Jesus : « Si igitur me quæritis, sinite hos abire. » Et dimissis discipulis ipsius, comprehenderunt Christum. Videsne quomodo ante quidem unico verbo prostrati ceciderint; deinde vero cum diceret illis, « Sinite hos abire, si me quæritis, » solus propria sua voluntate consentiente his traditus sit? Demonstravit itaque in se et potentiam suam, et voluntatem. Quapropter et David dixit, « Traditus sum, et non declinavi. » Si enim Christus cum evadere posset traditus est, volens seipsum tradidit. Abduxerunt itaque Christum ad pontifices. Discipuli autem timore correpti fugerunt. Sacerdotum autem principes propter Jesum comprehensum gavisi sunt; et advocatis duobus falsis testibus contra illum, quæcunque libebat dicebant mendacia. Jesus vero tacebat. Dicit igitur illi summus sacerdos : « Adjuro te per Deum ut dicas nobis, num tu sis filius Benedicti, vel num tu sis Christus Filius Dei viventis. Dicit illi Jesus, Ego sum. Verumtamen dico vobis, a nunc videbitis Filium hominis sedentem a dextris potentiæ, et venientem in nubibus cœli. » Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens : « Blasphemavit, quid ultra indigemus testibus? Ecce vos ipsi audivistis blasphemiam ipsius. Quid vobis videtur? At illi dixerunt : Reus mortis est. » Quidam igitur astantium dedit illi alapam. Et cum illusissent illi, abduxerunt illum, et tradiderunt Pilato. Judas vero abiens dicit principibus sacerdotum : « Peccavi, prodens sanguinem innoxium; » et argenteis in templum projectis, abiit, et suspendit se. Pontifices vero pecuniis acceptis dixerunt, « Non licet eam ponere in corbonam, quoniam pretium sanguinis est. » Emerunt igitur hac agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Milites autem præsidis acceptum Jesum exuerunt vestibus suis, et induerunt illum chlamyde probrosa, et abduxerunt eum ad regem Herodem. Et cum vidisset illum Herodes, remisit illum Pilato. Hic vero interrogavit eos dicens, « Quid dicitis de homine isto? » At illi dixerunt : « Crucifige illum. » Pilatus vero inquit : « Et quidnam mali fecit? » At illi dicunt : « Obloquitur Cæsari, et seipsum dicit Dei Filium. » Et sic conturbabant Pilatum. Hic vero voluntati

[85] Matth. xxvi, 15.

Digitized by Google

illorum satisfacturus, accepta aqua coram omnibus, manus abluit dicens : « Innoxius ego sum a sanguine justi hujus ; vos videritis. » Illi vero dixerunt : « Sanguis ejus super nos, et super filios nostros. » Et tunc tradidit Jesum militibus, ut crucifigeretur. Illi vero cum accepissent, illi illuserunt, et exspuerunt in faciem ejus, et flagellaverunt eum, quin et vestimenta illius diviserunt. Gestabat vero tunicam inconsutilem, super quam jecerunt sortem, quisnam illam acciperet. Et cum hæc fecissent, abduxerunt Jesum ad crucifigendum illum. Dederunt etiam illi potum, felle mistum acetum, et crucifixerunt eum. Et obtenebratus est sol ab hora tertia usque ad horam nonam ; et hora nona emisit spiritum, astantibus simul cruci sancta matre ipsius, et uno discipulorum Joanne. Reliqui vero discipuli omnes aufugerunt, et latuerunt absconsi præ timore suo. Et accedens quidam militum, lancea perfodit latus ipsius. Postea veniens quidem optimatum, Joseph nomine, a Pilato corpus Christi petiit ; et deponens illud, adjuvante simul alio quodam, Nicodemo scilicet, involvit sindone et myrrhæ fere libris centum, prout mos est Judæis sepelire. Nactus vero sepulcrum excisum in petra, sepelivit corpus Jesu, et imposuit illi lapidem valde magnum. Crastina autem die scribæ et Pharisæi venientes ad Pilatum dixerunt illi : « Domine, recordati sumus, quod impostor hic vivens adhuc dixerit, se post dies tres resurrecturum. Jube igitur muniri sepulcrum usque ad diem tertium ; ne forte discipuli illius venientes furentur illum, et dicant populo quod surrexerit a mortuis, et sic error postremus deterior sit priori. » Dixit Pilatus : « Habetis custodiam, abite et custodite quantum potestis. Hi autem profecti muniverunt sepulcrum, obsignantes lapidem una cum custodia » (custodiam autem hoc loco turmam militum intelligas). Et tertio die factus est terræ motus magnus, et devolutus est lapis de sepulcro, et milites præ timore mortuis sunt similes facti. Christus autem surrexit e sepulcro. Milites vero profecti annuntiaverunt principibus sacerdotum et Scribis omnia quæ facta fuerant ; et dederunt illis pontifices pecuniam copiosam, dicentes illis, « Dicite quod vobis dormientibus venerint discipuli illius, et furati sint illum. Quod si hoc coram præside auditum fuerit, nos persuadebimus eum, vosque omni cura exsolvemus. » Hi vero pecunia accepta, fecerunt ut edocti fuerant. Jesus autem abiens invenit discipulos suos, et dixit illis : « Pax vobis. » Hi vero videntes illum gavisi sunt. Et cum mansisset apud illos dies quadraginta, docens et confirmans illos, die quadragesima illis dixit : « Abeuntes ite in mundum universum, prædicate in omnes gentes. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, hic salvabitur. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Credentes autem signa hæc consequentur : In nomine meo dæmonia ejicient, linguis novis loquentur, serpentes tollent, et si quid lethiferi biberint, non nocebit illis ; super

A τός ἐστιν. » Ἠγόρασαν τοίνυν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις. Οἱ δὲ στρατιῶται τοῦ ἡγεμόνος παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν χλαμύδα ὕβρεως, καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸν βασιλέα Ἡρῴδην. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν ὁ Ἡρῴδης, πάλιν ἀπέστειλε τοῦτον τῷ Πιλάτῳ. Ὁ δὲ Πιλάτος ἠρώτησεν αὐτοὺς εἰπών, « Τί λέγετε περὶ τοῦ ἀνθρώπου τούτου ; » Οἱ δὲ εἶπον, « Σταύρωσον αὐτόν. » Καὶ ὁ Πιλάτος, « Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν οὗτος ; » Οἱ δὲ ἔλεγον, « Ἀντιλέγει τῷ Καίσαρι, καὶ Υἱὸν Θεοῦ ἑαυτὸν ποιεῖ. » Καὶ ὤχλουν τὸν Πιλάτον. Ὁ δὲ βουλόμενος ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτῶν, λαβὼν ὕδωρ, ἀπενίψατο ἔμπροσθεν πάντων, εἰπών, « Ἀθῷός εἰμι ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος τ[illegible]ῦ δικαίου τούτου· ὑμεῖς ὄψεσθε. » Οἱ δὲ εἶπον, « Τὸ

B αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. » Τότε παρέδωκε τὸν Ἰησοῦν τοῖς στρατιώταις, ἵνα σταυρωθῇ. Οἱ δὲ παραλαβόντες αὐτὸν, ἐνέπαιξαν αὐτῷ, καὶ ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐμαστίγωσαν αὐτόν· ἐμερίσαντο δὲ καὶ τὰ ἱμάτια τούτου. Ἐφόρει δὲ καὶ χιτῶνα ἄρραφον, ὑφαντὸν δι' ὅλου, καὶ περὶ ἐκείνου ἔβαλον κλῆρον, ποῖος μέλλει λαβεῖν αὐτόν. Καὶ ταῦτα ποιήσαντες, ἀπήγαγον τὸν Ἰησοῦν, ἵνα σταυρώσιν αὐτόν. Ἐπότισαν γοῦν αὐτὸν καὶ ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν. Καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος ἀπὸ ὥρας τρίτης ἕως ὥρας ἐννάτης, καὶ τῇ ἐννάτῃ ὥρᾳ ἀπέθανε, παριστα-

C μένων ἐν τῷ σταυρῷ τῆς τε ἁγίας αὐτοῦ μητρὸς καὶ ἑνὸς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ τοῦ Ἰωάννου. Οἱ δὲ ἄλλοι μαθηταὶ αὐτοῦ ἔφυγον πάντες, καὶ ἐκρύβησαν ἀπὸ τοῦ φόβου αὐτῶν. Καὶ ἐλθὼν εἰς τῶν στρατιωτῶν μετὰ ξίφους, ἔνυξεν αὐτοῦ τὴν πλευράν. Ἐλθὼν δὲ εἷς τῶν ἀρχόντων, Ἰωσὴφ ὀνομαζόμενος, ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τῷ Πιλάτῳ, καὶ καθελὼν τοῦτο ἀπὸ τοῦ σταυροῦ μετὰ καὶ ἑτέρου, τοὔνομα Νικοδήμου, ἐνείλησε μετὰ σινδόνος, καὶ σμύρνης, ὡσεὶ λιτρῶν ἑκατόν. Οὕτω γὰρ ἦν ἔθος τοῖς Ἰουδαίοις μετὰ σμύρνης ἐνταφιάζειν. Εὑρὼν δὲ καὶ μνημεῖον λελατομημένον ἐκ πέτρας, ἔθαψε τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ

D θεὶς ἐπ' αὐτῷ καὶ λίθον σφόδρα μέγαν. Τῇ γοῦν ἐπαύριον ἐλθόντες οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς Πιλάτον, εἶπον αὐτῷ· « Κύριε, ἐμνήσθημεν ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν ὅτι Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. Κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας. μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, κλέψωσιν αὐτὸν, καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης. » Ἔφη δὲ ὁ Πιλάτος, « Ἔχετε κουστωδίαν, ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε. Οἱ δὲ ἀπελθόντες, ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον μετὰ τῆς κουστωδίας » (κουστωδία δὲ ἐλέγετο τὸ τάγμα τῶν στρατιωτῶν). Καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγένετο σεισμὸς μέγας, καὶ ἐκυλίσθη ὁ λίθος ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου αὐτῶν οἱ στρατιῶται ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. Ὁ δὲ Χριστὸς ἀνέστη ἐκ τοῦ τάφου. Οἱ δὲ στρατιῶται ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ γραμματεῦσιν ἅπαντα τὰ γενόμενα. Καὶ ἔδωκαν αὐτοῖς οἱ ἀρχιερεῖς ἀργύρια ἱκανὰ, εἰπόντες πρὸς αὐτοὺς, « Εἴπατε ὅτι Ἡμῶν

Digitized by Google

κοιμωμένων ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἔκλεψαν αὐτόν. Καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν. » Οἱ δὲ λαβόντες τὰ ἀργύρια, ἐποίησαν ὡς ἐδιδάχθησαν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπελθὼν εὗρε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, « Εἰρήνη ὑμῖν. » Οἱ δὲ ἰδόντες αὐτὸν, ἐχάρησαν. Καὶ ποιήσας μετ' αὐτῶν ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ διδάξας καὶ στηρίξας αὐτοὺς, τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ λέγει πρὸς αὐτοὺς, « Ἀπελθόντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε πάντα τὰ ἔθνη. Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται, ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται. Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει· Ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι, γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς, ὄφεις ἀροῦσι, κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψῃ, ἐπὶ ἀῤῥώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσιν. Ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ, ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. » Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς, καὶ ἐν τῷ εὐλογεῖν αὐτοὺς, διέστη ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἀνεφέρετο εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Οἱ δὲ ἀπόστολοι ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ μετὰ χαρᾶς μεγάλης, ἐκδεχόμενοι τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν. Τί δὲ περὶ τῶν γεγονότων; Εἰ μὲν κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν πειραθείημεν σπουδάσαι, γραφῇ δοῦναι πάντα τὰ γεγονότα, πολλῆς ἂν σχολῆς δεηθείημεν· ἐπεὶ δὲ πολύς ἐστιν ὁ περὶ τούτων λόγος, καὶ δυσερμήνευτος διὰ τὴν ἀγνωσίαν ὑμῶν, φέρε δὴ λοιπὸν εἴπωμεν, ὡς ἐν βραχέσι λόγοις τὸ κατὰ δύναμιν. Εἴδομεν προφητείας ἐπὶ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ, ὥσπερ νιφάδας ὕδατος.

A infirmos manus ponent, et sanabuntur. Vos autem sedete Hierosolymis, donec virtute ex alto induamini. » Et benedixit illis, interque benedicendum secessit ab illis, et sublatus est in cœlos, et sedet ad dextram Dei. Apostoli autem reversi sunt Hierosolymam cum gaudio magno, exspectantes virtutem ex alto promissam. Quis autem horum omnium sensus? Quod si singula secundum omnem diligentiam discutere vellemus, omniaque quæ facta sunt describere, multo sane opus haberemus otio. Quoniam autem varia est horum ratio, et explicatu difficilis propter vestram ignorantiam, agedum quod reliquum est brevissimis verbis, quantum fieri potest, absolvemus. Inspiciamus itaque prophetias, quæ de Christi passione copiosissimæ, ceu torrens aquis auctus nivalibus, habentur.

B

ς'. Συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς, οἱ γραμματεῖς, οἱ Φαρισαῖοι, ἀλλὰ δὴ καὶ Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς, καὶ Πόντιος Πιλάτος κατὰ τοῦ Χριστοῦ. Καὶ λέγει ὁ Δαβὶδ, « Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. »

6. Congregati sunt pontifices, scribæ, Pharisæi, tum etiam rex Herodes et Pilatus adversus Christum. David autem dicit: « Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum, contra Dominum, et contra Christum ejus [86]. »

ζ'. Παρέδωκε τὸν Χριστὸν τοῖς Ἰουδαίοις εἰς θάνατον Ἰούδας ὁ μαθητὴς αὐτοῦ. Καὶ πάλιν λέγει ὁ αὐτὸς Δαβὶδ περὶ αὐτοῦ, « Οἱ ἐχθροί μου εἶπον κακά μοι· Πότε ἀποθανεῖται, καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ; Καὶ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν, μάτην ἐλάλει. Ἡ καρδία αὐτοῦ συνήγαγεν ἀνομίαν. Ἐξεπορεύετο ἔξω, καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτό. Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν. Κατάστησον ἐπ' αὐτὸν ἁμαρτωλὸν, καὶ διάβολος στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. Ἐν τῷ κρίνεσθαι αὐτὸν, ἐξέλθοι καταδεδικασμένος, καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ γενέσθω εἰς ἁμαρτίαν. Γενηθήτωσαν αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὀλίγαι, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος. Ἐν γενεᾷ μιᾷ ἐξαλειφθείη τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἀναμνησθείη ἡ ἀνομία τῶν πατέρων αὐτοῦ ἐναντι Κυρίου, καὶ ἡ ἁμαρτία τῆς μητρὸς αὐτοῦ μὴ ἐξαλειφθείη. Ἐξολοθρευθείη ἐκ γῆς μνημόσυνον αὐτοῦ. Ἠγάπησε κατάραν, καὶ ἥξει αὐτῷ, καὶ οὐκ ἠθέλησεν εὐλογίαν, καὶ μακρυνθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. »

C

7. Prodidit Christum Judæis in mortem Judas discipulus ejus. Et rursum de eodem idem David loquitur: « Inimici mei dixerunt mihi mala: Quando morietur, et peribit nomen ejus? Et ingrediebatur ut videret, vana loquebatur, cor illius congregavit iniquitatem. Egrediebatur foras, et loquebatur in idipsum. Etenim homo pacis meæ, qui comedit panes meos, magnificavit adversus me supplantationem [87]. Constitue super eum peccatorem, et calumniator stet a dextris ejus. Et cum judicatur exeat condemnatus, et preces ejus fiant in peccatum. Fiant dies ejus pauci, et episcopatum ejus accipiat alter. In generatione una deleatur nomen ejus. In memoriam redeat iniquitatis patrum ejus in conspectu Domini; et peccatum matris ejus non deleatur. Dispereat de terra memoria ejus. Dilexit maledictionem, et veniet ei; et non voluit benedictionem, et elongabitur ab eo [88]. »

D

η'. Παρέλαβον οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Χριστὸν, καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς. Καὶ λέγει Ἡσαΐας περὶ αὐτοῦ, « Ἐγὼ δὲ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἠγόμην τοῦ θύεσθαι. »

8. Apprehenderunt Judæi Christum, et abduxerunt eum ad principes sacerdotum. Et de hoc Jeremias dicit: « Ego vero tanquam agnus innocens ducebar, ut mactarer [89]. »

θ'. Ἔλαβεν Ἰούδας τριάκοντα ἀργύρια, καὶ πάλιν ἔῤῥιψεν αὐτὰ, καὶ ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν

9. Accepit Judas triginta argenteos, emeruntque pro illis agrum figuli. Et Jeremias dicit: « Sta-

[86] Psal. II, 1, 2. [87] Psal. XL, 7-10. [88] Psal. CVIII, 7-18. [89] Jerem. XI, 19.

Digitized by Google

toerunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem æstimatum emerunt a filiis Israel, et dederunt ea in agrum figuli, quemadmodum constituit mihi Dominus [90]. »

τοῦ κεραμέως. Καὶ λέγει Ἱερεμίας, « Ἔστησαν τὰ τριάκοντα ἀργύρια τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος. »

10. Venerunt falsi testes, et mendacia adversus Christum locuti sunt. Et rursum dicit David : « Surgentes in me testes iniqui, quæ ignorabam interrogaverunt me, et reddiderunt mihi mala pro bonis [91]. »

ι'. Ἦλθον ψευδομάρτυρες, καὶ ἔλεγον ψευδῆ κατὰ τοῦ Χριστοῦ. Καὶ λέγει πάλιν ὁ Δαβίδ, « Ἀναστάντες μοι μάρτυρες ἄδικοι, ἃ οὐκ ἐγίνωσκον ἠρώτων με. Ἀνταπεδίδοσάν μοι πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν. »

11. Congregati sunt apud principes sacerdotum, Annam et Caipham, illudentes Christo. De hoc David : « Circumdederunt me canes multi, tauri pingues circumsteterunt me [92]. Opprobria opprobrantium tibi ceciderunt super me [93]. Multiplicati sunt supra capillos capitis mei, qui me odio habent sine causa. Corroborati sunt inimici mei, et qui me persequuntur injuste. Quæ non rapui de illis multatus sum [94]. » Hoc est, Adam quidem ex arbore prohibita comedens, juste mortuus est ; Christus vero peccati ignarus, injuste mortem subiit.

ια'. Συνήχθησαν εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς, τὸν Ἄνναν καὶ τὸν Καϊάφαν, ἐμπαίζοντες τῷ Χριστῷ. Καὶ λέγει αὖθις ὁ αὐτὸς Δαβίδ, « Περιεκύκλωσάν με κύνες πολλοί, ταῦροι πίονες περιέσχον με, οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ. Ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου οἱ μισοῦντές με δωρεάν. Ἐκραταιώθησαν οἱ ἐχθροί μου, οἱ ἐκδιώκοντές με ἀδίκως. Ἃ οὐχ ἥρπαζον, τότε ἀπετίννυον. » Τουτέστιν, ὁ μὲν Ἀδὰμ, φαγὼν ἀπὸ τοῦ ξύλου, δικαίως ἀπέθανεν, ὁ δὲ Χριστὸς, μὴ γνοὺς ἁμαρτίαν, ὑπέστη καὶ οὗτος ἀδίκως θάνατον.

12. Tradiderunt Christum Pilato, Pilatus rursum militibus ; hi vero exuerunt eum, et diviserunt vestimenta illius, super tunicam vero inconsutilem miserunt sortem, ne eam discinderent. Et de hoc David loquitur : « Diviserunt vestimenta mea sibi ipsis, et super vestitum meum miserunt sortem [95]. »

ιβ'. Παρέδωκαν τὸν Χριστὸν τῷ Πιλάτῳ, ὁ δὲ Πιλᾶτος τοῖς στρατιώταις. Οἱ δὲ στρατιῶται ἐξέδυσαν αὐτὸν, καὶ ἐμέρισαν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, εἰς δὲ τὸν ἄῤῥαφον χιτῶνα ἔβαλον κλῆρον, ἵνα μὴ σχίσωσιν αὐτόν. Καὶ λέγει πάλιν ὁ αὐτὸς Δαβίδ, « Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. »

13. Induerunt eum tunica probrosa. De quo etiam David : « Ego vero eum tumultuantur in me, saccum induebam [96]. »

ιγ'. Ἐφόρεσαν αὐτὸν χιτῶνα ὄνειδος. Καὶ λέγει πάλιν ὁ αὐτὸς Δαβίδ, « Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ αὐτοὺς παρενοχλεῖν μοι ἐνεδυόμην σάκκον. »

14. Flagellaverunt Christum, et alapas illi inflixerunt, inspuerunt in faciem illius. Et de hoc Isaias : « Ego vero non inobediens sum, nec obloquor, tergum meum dedi ad plagas, et maxillas meas ad alapas. Faciem autem meam non averti a pudore inspuentium. Et Dominus mihi auxiliator factus est, eo quod non aversus sim, sed posui faciem meam ceu petram stabilem, et cognovi quod non confundar [97]. »

ιδ'. Ἐμαστίγωσαν τὸν Χριστὸν, ἔδωκαν αὐτὸν ῥάπισμα, ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Καὶ λέγει Ἡσαΐας, « Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀπειθῶ, οὐδὲ ἀντιλέγω, τὸν νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, τὰς σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπεστράφη ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων, καὶ Κύριος βοηθός μοι ἐγενήθη. Διὰ τοῦτο οὐκ ἐνετράπην, ἀλλ' ἔθηκα τὸ πρόσωπόν μου ὡς στερεὰν πέτραν, καὶ ἔγνων ὅτι οὐ μὴ αἰσχυνθῶ. »

15. Dederunt illi fel aceto mistum ; et David dixit : « Dederunt in cibum meum fel, et in siti mea potaverunt me aceto [98]. »

ιε'. Ἔδωκαν αὐτῷ χολὴν μετὰ ὄξους μεμιγμένην. Καὶ λέγει ὁ Δαβίδ, « Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος. »

16. Abduxerunt Christum ut illum crucifigerent. Et Isaias dicit : « Tanquam ovis ductus est ad mactationem, et tanquam agnus coram tondente ipsum mutus, sic non aperit os suum in humilitate sua. Judicium illius sublatum est ; generationem vero ejus quis explicabit ? Quoniam aufertur de terra vita ipsius [99]. »

ις'. Ἀπήγαγον τὸν Χριστὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι. Καὶ λέγει Ἡσαΐας, « Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη· τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται ; Ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. »

17. Interrogavit eum Pilatus : « Tune es Filius Dei ? » Et dixit illi Christus : « Tu dixisti. » Pilatus vero tradidit eum ut crucifigeretur ; et David, clavos innuens, dicit : « Perforaverunt manus meas et pedes meos [1]. »

ιζ'. Ἠρώτησεν αὐτὸν ὁ Πιλᾶτος, « Σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ; » Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Χριστὸς, « Σὺ εἶπας. » Ὁ δὲ Πιλᾶτος παρέδωκε τὸν Ἰησοῦν ἵνα σταυρωθῇ. Καὶ λέγει ὁ Δαβὶδ διὰ τοὺς ἥλους, « Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου. »

[90] Zachar. XI, 12. [91] Psal. XXXIV, 11. [92] Psal. XXI, 17. [93] Psal. LXVIII, 10. [94] ibid. 5. [95] Psal. XXI, 19. [96] Psal. XXXV, 13. [97] Isa. L, 6, 7. [98] Psal. LXVIII, 22. [99] Isa. LIII, 7. [1] Psal. XXI, 18.

Digitized by Google

ιη'. Ἐκέντησαν τὴν πλευρὰν αὐτοῦ μετὰ ξίφους. Καὶ λέγει Ζαχαρίας, « Ἐπιβλέψονται πρός με εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. »

ιθ'. Ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος εὑρισκομένου τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ σταυρῷ ἀπὸ ὥρας ἕκτης ἕως ὥρας ἐννάτης. Καὶ λέγει Ζαχαρίας, « Καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐχ ἡμέρα, καὶ οὐ νύξ, καὶ πρὸς ἑσπέραν φῶς ἔσται, καὶ ἔσται Κύριος εἷς βασιλέα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται Κύριος εἷς, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἕν. » Πρόσεξον γοῦν, ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἡ νὺξ διαδέχεται τὴν ἡμέραν, καὶ ἡ ἡμέρα τὴν νύκτα. Ἐπὶ δὲ τῆς τοῦ Χριστοῦ σταυρώσεως οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος, καὶ εἰ μὲν κατὰ τὴν πολλάκις συνήθως γινομένην ἐπισκότισιν τοῦ ἡλίου ἐν τῷ καιρῷ τῆς αὐτοῦ ἐκλείψεως ἐγένετο, οὐκ ἂν περὶ αὐτῆς ἔλεγεν ὁ προφήτης, ὡς δὲ ἄλλοτέ ποτε. Ἐπεὶ δὲ ἡ μὲν κατὰ φύσιν τοῦ ἡλίου ἔκλειψις καὶ ἐπισκότισις ἐν τῷ καιρῷ τῆς μετὰ τῆς σελήνης συνόδου γίνεται, ἐν δὲ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ αὐτῆς οὐδέποτε, ἀλλ' οὐδὲ χωρεῖ ἵνα γένηται ποτε, διὰ τοῦτο ὡς ἐξαίσιον καὶ θαυμαστὸν καὶ ὑπὲρ φύσιν πρᾶγμα ἐσημειώσατο ὁ προφητικὸς λόγος, ἵνα γνῶσιν οἱ ἄφρονες, καὶ οἱ μὴ ἔχοντες αἴσθησιν λάβωσιν αἴσθησιν, ὅτι ἐπὶ τῷ τοῦ Χριστοῦ πάθει ὁ ἥλιος ἐσκοτίσθη, καὶ οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἐπίστευσαν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Θεός. Αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν, τοῦ ναοῦ τὸ καταπέτασμα ἐσχίσθη εἰς δύο ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. Τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη (ὡς λέγει τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον), καὶ εἰσῆλθον εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς, καὶ οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἐπίστευσαν, ἀλλ' ἐπωρώθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία, καὶ ἐν τῇ σκοτίᾳ περιπλεύονται.

18. Confoderunt latus ipsius lancea. Et de hoc Zacharias : « Respicient in me, quem pupugerunt [a]. »

19. Obtenebratus est sol, Christo in crucem suspenso, ab hora sexta usque ad horam nonam. Et sic dicit Zacharias : « Et dies hæc cognoscibilis Domino, et non dies, et non nox, et sub vesperam erit lux, et Dominus erit in regem super universam terram. In die illa erit Dominus unus, et nomen ejus unum [a]. » Attende igitur. A creatione ipsa mundi nox diem excipit, et similiter dies noctem; in passione vero Domini non sic, sed sol obtenebratus est. Quod si vero juxta communem, quæ sæpius contingere solet, obtenebrationem solis eclipsis contigisset, nequaquam de hac, ut nec alibi, propheta dixisset; cum naturaliter solis eclipsis eo tempore contingere soleat, quo luna cum sole conjuncta est, quod in decima quarta illius die nunquam fit, nec unquam erit. Propterea ceu stupendam, admirandam et naturæ leges excedentem rem propheticus sermo denotat, ut et imprudentes intelligant, et qui sensu carent sensum recipiant, quod in Christi passione sol obtenebratus est, et vanissimi homines non crediderunt. Petræ dissilierunt, templi velum in duas partes scissum est a summo usque ad imum, monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum qui obdormierant, surrexerunt (quemadmodum sanctum Evangelium testatur) et ingressi sunt Hierosolymam, et apparuerunt multis; sed vanissimi homines non crediderunt, verum obtenebratum est insciens cor illorum, et in tenebris conversantur.

κ'. Ἀπέθανε. Καὶ λέγει Ἡσαΐας, « Οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ κάλλος. Καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον τὸ εἶδος αὐτοῦ παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. » Περὶ δὲ τοῦ σταυροῦ κείσθω ὁ λόγος, καὶ ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ ἐροῦμεν.

20. Christus exspiravit. Et Isaias dicit : « Non est illi species, neque decor; et vidimus eum, nec habebat speciem, neque decorem. Sed forma ejus inhonorata et deficiens præ filiis hominum [b]. » De cruce vero sermo noster jam sileat; de hac enim suo loco et tempore dicemus.

κα'. Παρειστήκεισαν δὲ τῷ σταυρῷ ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ὁ Ἰωάννης. Τί δὲ καὶ περὶ τούτου λέγει, ἄκουσον. « Ἦν ἄνθρωπος ἐν Ἱερουσαλὴμ, ᾧ ὄνομα Συμεὼν, καὶ ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἅγιος καὶ δίκαιος, καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, ἕως οὗ ἴδῃ τὸν Χριστὸν. Καὶ ὡς ἀπήγαγον εἰς τὸ ἱερὸν τοῦτον παιδίον ὄντα, ἐπὶ τῷ πληρῶσαι τὰ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένα περὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὁ Συμεὼν ἐδέξατο αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἐν ταῖς ἀγκάλαις αὐτοῦ, ἱερεὺς γὰρ ἦν, καὶ εἶπε, « Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ, ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν, φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ. » Καὶ στραφεὶς πρὸς τὴν Παρθένον εἶπεν· « Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον

21. Astiterunt autem cruci mater Jesu, et unus discipulorum illius Joannes. Quid autem de hoc dicatur, audi. « Erat homo Hierosolymis cui nomen Simeon, et homo iste justus et pius; et responsum acceperat a Deo, non visurum se mortem nisi prius Christum videret. Et cum ipsum puerum adhuc in templum attulissent, ad implendum ea quæ in lege descripta sunt, idem ille Christum in ulnas suas suscepit (sacerdos enim erat) et dixit : Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace, quoniam viderunt oculi mei salutare tuum, quod paravisti ante faciem omnium populorum, lumen in revelationem gentium, et gloriam populi tui Israel. « Et conversus ad virginem Mariam dixit : « Ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum in Israel, et in signum cui contradicitur. Et tuam ipsius an-

[a] Zachar. XII, 10. [b] Zachar. XIV, 6, 7. [a] Isa. LIII, 2, 3.

Digitized by Google

mam penetrabit gladius, ut retegantur ex multis cordibus cogitationes[5]. » Nunc autem quid hæc sibi velint, perpendito. A Deo definitum erat, ne mortem videret Simeon, nisi prius vidisset Christum; et jam ad senium extremum devenerat. Christum vero videns, dixit : « Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum : » hoc verbo plane denotans, hunc ipsum Deum esse, qui illi responsum dederat de non videnda morte, et quasi a Domino vitæ et mortis postulat ut ab hac vita terrestri liberetur. Quod autem dicit : « Hic positus est in ruinam et resurrectionem multorum in Israel, » manifestum est, quod scilicet animabus suis ceciderunt, quotquot in illum non crediderunt. Qui vero crediderunt, a peccati lapsu surrexerunt. Item hoc : « In signum cui contradicitur, » propterea dixit, quod omnes de Christo disceptaverunt, hi quidem dicendo hunc bonum esse, alii vero, malum. Quin et in ipsa cruce duo latrones inter se contendebant (una enim cum illo duos latrones crucifixerunt, unum a dextris ipsius, alterum a sinistris), et alter quidem, Christum in cruce suspensum conspicatus, convicia in illum jecit. Alter vero, hunc increpavit dicens : « Non times tu Deum, cum in eodem sis judicio? Et nos quidem juste, operibus enim nostris digna patimur : hic vero iniqui nihil designavit. Et dicit ipsi Jesu : « Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum; » et salvatus est, alter vero periit[6]. Item : « Tuam vero ipsius animam pertransibit gladius,» ut retegantur ex multis cordibus cogitationes. » Hæc ita intelligenda sunt. Quidam hæreticorum putaverunt Christum esse quidem Dei Filium, Deumque verum, hominem autem verum esse negaverunt, sed hominem factum esse modo quodam imaginatorio. Et hoc quidem multis videtur, quod homo quidem sit citra controversiam, non tamen homo verus. Hoc igitur instar prophetæ prævidens Simeon matri dixit Deiparæ : « Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut retegantur ex multis cordibus cogitationes; » hoc innuens his verbis : Cum homines te matrem illius dolentem viderint, flentem et plorantem, cum hunc in cruce pendere conspexeris, certi reddentur et confirmabuntur, qui cogitationes de illo habent dubias, quod citra omnem controversiam et homo sit, et tuus filius. Sancta enim mater illius doluit quidem hunc in cruce conspicata, exspectavit autem simul resurrectionem illius tertio die secuturam, et lætata est, quod et contigit. Nunc igitur intelligis, quomodo omnia quæ de Christo facta sunt, prophetæ et sancti prædixerint, quemadmodum etiam in hoc nostro argumento factum est. Et vos quidem, sicut illi, imaginatorio modo hominem factum esse non dicitis, sed Christum verum hominem esse fatemini; nihilominus tamen aliquid hæreticis simile dicitis. Non enim arbitramini,

catum, qui peccantes privantur gloria Dei et paradiso? Sed et alia plurima absurda malaque emersura sunt, si unum aliquod absurdum concedatur. Decet igitur ut per fidem suscipiamus ea quæ a Deo facta sunt, nec ea inquisitioni et curiositati nostræ permittamus. Propter nimiam tamen curiositatem tuam, rationem aliquam hujus afferemus; quæ si veritati fuerit consentanea, gloria sit et laus Deo sanctissimo; in hunc quippe solum referenda, qui veritatem omnem cognovit. Moses scribit, quin potius Deus per Mosem loquitur: « Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua, et ex tota cogitatione tua, et ex totis viribus tuis [22]. » Sed et Christus in Evangelio dicit: « Qui diligit me, diligetur a Patre meo [23]. » Item Isaias: « Hæc dicit Dominus: Num obliviscetur mulier liberorum suorum? Verumtamen et si obliviscatur mulier, ego tamen non obliviscar, dicit Dominus [24]. » Et revera quidem evenire videmus, ut Dei amor, quo homines prosequitur, multis modis parentum in liberos amorem exsuperet. Debet igitur omnis homo plus quam matrem, patrem, uxorem, liberos, fratres, imo plus quam suam ipsius animam, Deum diligere. Omnis enim hominis virtus, omnisque actio huc tendit, hunc que finem sibi habet propositum, ut Deum diligat; et quantocunque illum amore prosecutus fuerit, tanto et infinitis modis majore diligetur a Domino.

κζ'. Ἀπὸ ποίου γοῦν τρόπου καὶ ἀπὸ ποίας πράξεως δύναται ἐλθεῖν ἄνθρωπος εἰς αἴσθησιν, ἵνα ἀγαπήσῃ τὸν Θεὸν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τοῦ ἐνθυμηθῆναι καὶ ἀναλογίσασθαι κατὰ νοῦν ὅτι δι' ἐμὲ τὸν ἁμαρτωλὸν τὸν παραβάντα τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον καὶ τὴν ἐντολὴν, ὄντινα ἠπάτησεν ὁ διάβολος, καὶ ἀπέκτεινε μακρύ-
νας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ; Ἐφόρεσεν ὁ Θεὸς τὴν ἡμετέραν σάρκα, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἀπέθανε δι' ἐμὲ, καὶ ὁ ἐκείνου θάνατος γέγονεν ἡμετέρα ζωὴ, καὶ ἡ ἐκείνου ἀνάστασις ἔδωκεν ἐμοὶ τὸν παράδεισον, καὶ τὴν ἣν ἀπώλεσα βασιλείαν, καὶ ἄρχεται ἐνθυ-
μεῖσθαι τὴν ἄπειρον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν τε καὶ ἀγάπην. Καὶ ἐνθυμούμενος ἔρχεται εἰς τὴν τοῦ D
Θεοῦ ἀγάπην, καὶ πληροῖ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς λόγους τοῦ Εὐαγγελίου. Πληρῶν δὲ ταῦτα ὁ ἄνθρωπος, ἀγαπᾶται αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὡς πληρωτὴς τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν. Καὶ τότε πληροῦται ὁ διὰ τοῦ Μωϋσέως ὑπὸ τοῦ Θεοῦ λόγος, τὸ, « Ἀγα-
πήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου. » Πληροῦται δὲ καὶ ὁ τοῦ Χριστοῦ λόγος ὁ λέγων, ὅτι « Ὁ ἀγαπῶν με ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ Πατρός μου· » καὶ ὁ ἀγαπώμενος παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἀγαπᾶται. Εἷς γάρ ἐστι

27. Qua igitur ratione? Quo denique facto commotus homo, eo intellectus pervenire poterit ut Deum diligat? Si nimirum hæc meditetur, et animo suo reputet: En propter me peccatorem, transgressorem divinæ legis et præcepti, quem deceperat diabolus, longeque a Deo abductum occiderat, nostram carnem gestavit Deus, homo factus est, et propter me mortem subiit, ejusque mors vita nostra facta est, ejusque resurrectio mihi paradisum regnumque, quod amiseram, reddidit. Quod si hoc modo considerare cœperit homo immensum Dei in humanum genus amorem et charitatem, hujus consideratione in amorem Dei devenit, impletque Dei præcepta, et verba Evangelii; quibus ab ipso completis etiam ipse a Deo redamatur, ceu observator mandatorum Domini. Tuncque impletur sermo Domini per Mosem dictus: « Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua, et ex tota cogitatione tua, et ex totis viribus tuis. » Impletur et Christi verbum, quod dicit, « Qui diliget me, diligetur a Patre meo; » et qui diligitur a Patre, diligitur etiam a Filio. Unus enim Deus est, et Pater, et Filius. Et hac de causa Deus homo factus est. Præterea olim prophetis locutus est Deus, et

[22] Deut. VI, 5. [23] Joan. XIV, 21. [24] Isa. XLIX, 15.

Digitized by Google

apparuerunt illis visiones ; et nunc quidem in nube, ut ipsi Job ; nunc vero in igne et caligine, ut Mosi ; alias vero in aura tenui, ut Heliæ. Quemadmodum et Oseas propheta dicit : « Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum [25]. » *Assimilatus sum*, inquit, non, Visus sum, utpote visiones adumbraturus. Nunc igitur cum humani generis amator sit, et misericors, hominemque in tantum diligat quantum nulla lingua potest eloqui, nec ulla mens intelligere, quemadmodum ante per multifarias visiones servis suis sanctis conversabatur, si tunc per carnem ceu velo intermediante nobis conversatus est, et adhuc servis suis et amicis est conversaturus, quemadmodum illud ante resurrectionem suam ex mortuis, et post illam demonstravit. Quin, et adhuc speramus, quotquot Christum profitemur, quod cum Dei Filius et Verbum Deus fuerit, homo factus sit, et in mundum veniens non venerit ut mundum judicaret, sed ut doceret mundum, quod ipse sit Filius Dei, Deus nempe is qui a prophetis prædictus erat, et ut in illum crederent, omnesque in illum credentes et baptizati salvarentur, qui vero non crederent, condemnarentur. Rursus autem certo futurum est, ut denuo redeat, non velut ante, in vili figura, et statu humili, homoque quod externam specie attinet, sub qua Deus sit intelligendus : sed instar Dei manifesti, et ceu unigenitus Dei Patris Filius, in gloria sua, cum omnibus angelis, cunctisque ordinibus cœlestium. Quemadmodum David dixit superius, quod veniat ad judicandum terram, et ad judicandum orbem. Quin et ipsum Christum in Evangeliis dixisse scriptum est, « Quod venturus sit Filius hominis in nubibus cœli in gloria sua, et omnes sancti angeli cum eo. Tunc sedebit super thronum gloriæ suæ, et congregabuntur coram eo omnes gentes, et separabit eos veluti pastor segregat oves ab hædis, et statuet oves quidem a dextris suis, justos nimirum, hædos vero, id est peccatores, a sinistris [26]. » Et dabit peccatoribus quidem pœnam æternam, justis vero vitam sempiternam, paradisum et bona omnia. Verumtamen et Daniel sic dicit : « Videbam donec throni ponerentur, et Antiquus dierum consedit. Thronus ejus quasi flamma ignis, et rotæ ejus ignis ardens : fluvius ignis trahebat præcedens illum. Mille millia ministrabant illi, et decies centena millia stabant ante illum. Judicium consedit, et libri aperti sunt. Videbam in visione, et ecce cum nubibus cœli veniebat quasi Filius hominis, et usque ad Antiquum dierum pervenit, et ante faciem illius allati sunt illi. Et ipsi data est potestas et gloria, et regnum : et omnes populi, tribus et linguæ illi servient, et potestas illius potestas sempiterna, quæ non transibit, et regnum illius non corrumpetur. Horruit spiritus meus, ego Daniel in visione mea, et visiones capitis mei perturbaverunt me [27]. » Sed ecce

A Θεὸς ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός. Καὶ διὰ τοῦτο γέγονεν ὁ Θεὸς ἄνθρωπος. Ἔτι κατὰ καιροὺς ἐλάλησεν ὁ Θεὸς τοῖς προφήταις, καὶ ἐφάνησαν ὁράσεις πρὸς αὐτούς· ἀλλὰ ποτὲ μὲν διὰ νεφέλης, ὡς τῷ Ἰὼβ, ποτὲ δὲ διὰ πυρὸς καὶ γνόφου, ὡς τῷ Μωϋσεῖ, ποτὲ δὲ δ' αὔρας λεπτῆς, ὡς τῷ Ἠλίᾳ· ὡς καὶ Ὡσηὲ ὁ προφήτης οὐτωσί φησιν, « Ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. » Ὡμοιώθην εἶπεν, οὐκ « ὤφθην, » ὡς βούλεται σχηματίζειν τὰς ὄψεις. Νῦν δὲ ὡς φιλάνθρωπος καὶ οἰκτίρμων, ἀγαπήσας τὸν ἄνθρωπον ὅσον οὔτε γλῶσσα δύναται εἰπεῖν, οὔτε νοῦς ἐννοῆσαι, ὥσπερ πρώην διὰ τῶν ἀλλεπαλλήλων θεωριῶν ὁμίλει τοῖς δούλοις αὐτοῦ τοῖς ἁγίοις, οὕτω διὰ μέσης σαρκὸς ὡς παραπετάσματος ὡμίλησε. Καὶ ἔτι ἀπόκειται ὁμιλεῖν τοῖς δούλοις καὶ B φίλοις αὐτοῦ, καθὼς ἔδειξε τοῦτο πρὸ τῆς ἀναστάσεως, καὶ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν αὐτοῦ. Καὶ ἔτι ἐλπίζομεν πάντες οἱ Χριστιανοὶ, ὅτι Θεὸς ὢν ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον, οὐκ ἦλθεν ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα διδάξῃ τὸν κόσμον ὅτι, αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ Θεὸς, ὁ παρὰ τῶν ἁγίων προφητῶν κηρυχθεὶς, καὶ ἵνα πιστεύσωσιν εἰς αὐτὸν, καὶ οἱ πιστεύσαντες καὶ βαπτισθέντες σωθῶσιν, οἱ δὲ ἀπιστήσαντες κατακριθῶσι. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀπόκειται, ἵνα πάλιν ἔλθῃ, οὐχ' ὡς τὸ πρώην ἐν εὐτελεῖ τῷ σχήματι καὶ ταπεινῇ καταστάσει, καὶ ἄνθρωπος μὲν τὸ φαινόμενον, Θεὸς δὲ τὸ νοούμενον, ἀλλ' ὡς Θεὸς φανερὸς, καὶ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἐν τῇ C δόξῃ αὐτοῦ μετὰ πάντων τῶν ἀγγέλων καὶ πάντων τῶν οὐρανίων ταγμάτων, καθὼς ὁ Δαβὶδ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηκεν, ὅτι ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν, κρῖναι τὴν οἰκουμένην. Καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις οὐτωσὶ γράφων εἴρηκεν, « Ὅταν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καὶ συναχθήσονται πάντα τὰ ἔθνη ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ ἀφορίσει αὐτοὺς ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων, καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τουτέστι τοὺς δικαίους, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων, ἤγουν τοὺς ἁμαρτωλούς. Καὶ δώσει τοῖς μὲν ἁμαρτωλοῖς κόλασιν αἰώνιον, τοῖς δὲ δικαίοις ζωὴν D αἰώνιον, καὶ τὸν παράδεισον, καὶ πολλὰ ἀγαθά. Ἀλλὰ καὶ Δανιὴλ οὐτωσί φησιν· « Ἐθεώρουν ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ ὁ Παλαιὸς τῶν ἡμερῶν ἐκάθισεν. Ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡσεὶ φλὸξ πυρὸς, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον, ποταμὸς πυρὸς εἵλκε πορευόμενος ἔμπροσθεν αὐτοῦ, χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. Κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἀνεῴχθησαν. Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος ἦν, καὶ ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασεν, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ προσηνέχθησαν αὐτῷ, καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία, καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυ-

[25] Osee, XII, 10. [26] Matth. XXV, 31, 32. [27] Dan. VII, 9-15.

Digitized by Google

καὶ, γλῶσσαι αὐτῷ δουλεύσουσι, καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται. Ἔφριξε τὸ πνεῦμά μου, ἐγὼ Δανιὴλ ἐν τῇ ὄψει μου, καὶ αἱ ὁράσεις τῆς κεφαλῆς μου συνετάρασσόν με. » Καὶ ἰδοὺ πρόσεξον ἀκριβῶς, τὰ παρὰ τοῦ προφήτου λεχθέντα. Ἐθεώρουν, φησὶν, ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ ὁ Παλαιὸς τῶν ἡμερῶν ἐκάθισε· Τίς ἐστιν ὁ Παλαιὸς τῶν ἡμερῶν; Ὁ Θεός. Τίνες ἐλειτούργουν αὐτῷ, τουτέστιν ἐδούλευον; καὶ τίνες οἱ περιστάμενοι χίλιαι χιλιάδες, καὶ μύριαι μυριάδες; Πάντες ἄγγελοι. Ποῖόν ἐστι τὸ κριτήριον; Οὐδὲν ἄλλο ἀλλ' ἢ τὸ κριτήριον ὃ εἶπεν ὁ Δαβὶδ περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν, κρῖναι τὴν οἰκουμένην. Καὶ ὁ αὐτὸς Χριστὸς εἶπε περὶ ἑαυτοῦ ὅτι ἐν ἐκείνῳ τῷ κριτηρίῳ μέλλει κρίνειν πᾶσαν τὴν γῆν. Ἐν γὰρ καὶ τὸ αὐτό ἐστι κριτήριον Πατρός τε καὶ Υἱοῦ. Ποῖος δέ ἐστιν ὁ πύριινος ποταμὸς, ὃν εἶδεν ὁ προφήτης πορευόμενον ἔμπροσθεν τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν; Ὁ μέλλων ὑποδέξεσθαι τὸν διάβολον καὶ πάντας τοὺς ἁμαρτωλούς. Καὶ τίνες εἰσὶν αἱ βίβλοι, αἵτινες ἀνεῴχθησαν; Οὐδὲν ἄλλο ἢ αἱ τῶν ἀνθρώπων πράξεις, αἵτινες μέλλουσι ἀποκαλυφθῆναι ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ. Ποῖος δέ ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὃν εἶδεν ἐν τῇ ὁράσει αὐτοῦ ὁ Δανιὴλ ἐρχόμενον μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ φθάσαντα ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν, πρὸς ὃν καὶ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία, καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι, ὥστε προσκυνῆσαι καὶ δουλεῦσαι αὐτῷ, καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐστι ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται; Πάντως ἱκανή ἐστιν ἡ προφητεία αὕτη, ἵνα καὶ πάντη τὸν ἀνόητον ἀγάγῃ εἰς αἴσθησιν, καὶ νοήσῃ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ ἀναβιβάσας τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἀνελάβετο καὶ ἀνήγαγεν ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ αὐτοῦ. Καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ, καὶ ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ βασιλεία, καὶ αὐτῷ προσεκύνησαν πάντες ἄγγελοι Θεοῦ, καὶ αὐτῷ προσεκύνησαν πᾶσαι αἱ φυλαὶ καὶ γλῶσσαι, καθὼς καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν οἱ προφῆται ἐκήρυξαν. Καὶ αὐτός ἐστιν ὁ καθίσας ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ, ὡς ὁ Δαβὶδ λέγει. Καὶ αὐτοῦ ἐστιν ἡ αἰώνιος βασιλεία, ἥτις οὐ παρελεύσεται. Καὶ αὐτοῦ ἐστιν ἡ ἐξουσία, ἥτις οὐ διαφθαρήσεται, ἑτέρου δὲ ἀνθρώπου οὐδαμῶς. Οὐδὲ γὰρ ἐγεννήθη πρὸ τοῦ ἡλίου ἄνθρωπος, ἀλλ' ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, καθὸ Θεὸς, οὐ καθὸ ἄνθρωπος· οὐδὲ γὰρ δύναται ἔχειν ἐξουσίαν αἰώνιον ἄνθρωπος, οὐδὲ βασιλείαν ἀσάλευτον ἄλλος ἀλλ' ἢ μόνον ὁ ἄνθρωπος, ὃν ἀνελάβετο ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔστιν ἀχώριστος αὐτῷ. Ταῦτα πάντα ἰδὼν ὁ Δανιὴλ, καὶ θαυμάσας μὲν ὡς εἰκὸς, μὴ δυνηθεὶς δὲ κατανοῆσαι τὸ μέγα καὶ παράδοξον τοῦτο θαῦμα καὶ μυστήριον, εἶπεν, « Ἔφριξε τὸ πνεῦμά μου, ἐγὼ Δανιὴλ ἐν τῇ ὄψει μου, καὶ αἱ ὁράσεις τῆς κεφαλῆς μου συνετάρασσόν με. » Ὃν δὲ ἰδὼν Δανιὴλ ὁ μέγας, ἔφριξε τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ συνεταράχθησαν αἱ ὁράσεις τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, τοῦτον οἱ Μουσουλμάνοι οὐχ ὁμολογοῦσι Θεόν. Καὶ τίς οὕτω ἀναίσθητος, ὅστις οὐ μὴ καταγνώσεται ὑπερβαλλόντως αὐτῶν;

A diligenter observa, quæ hic a propheta dicta sunt: Videbam, inquit, donec throni sunt appositi, et Antiquus dierum consedit. Quis est Antiquus dierum? Deus. Quinam ministraverunt, vel servierunt illi, et quinam sunt astantes illi mille millia, et decies centena millia? Omnes angeli. Quale est hoc judicium? Aliud nullum præterquam quod David prædixit de Christo, quod veniat ad judicandum terram, ad judicandum orbem; et ipse Christus de se dicit, quod in illo judicio judicanda sit omnis terra. Unum enim idemque est Patris et Filii judicium. Quis vero est fluvius ille igneus, quem ante Antiquum dierum egredientem vidit propheta? Hic nimirum, qui diabolum et B omnes peccatores excepturus est. Quinam libri sunt quos apertos esse legimus? Ipsa nimirum hominum facinora, quæ omnia in die illo retegentur. Quis vero est Filius hominis, quem vidit in visione sua Daniel venientem in nubibus cœli, et pertingentem usque ad Antiquum dierum? cui etiam datus est principatus, honor et regnum, et omnes populi tribus et linguæ adorant illum, et serviunt illi: et cujus potestas, potestas est sempiterna, quæ non transibit, et cujus regnum non corrumpetur? Sufficiens certe hæc prophetia est, ut etiam plane stupidum ad sensum meliorem perducere posset, ut intelligeret Christum Filium et Verbum Dei esse, qui subvehens in altum hominem quem assumpsit, subduxit illum in nubes C cœli ad Deum et Patrem suum: et huic datus est honor, potestas et regnum; et hunc adorant omnes angeli Dei; hunc etiam adorant omnes tribus et linguæ, quemadmodum in superioribus prophetæ prophetaverunt. Et ille quidem est, qui consedit ad dexteram Dei, juxta Davidis vaticinium, et hujus regnum est sempiternum, quod non transibit: et hujus est potestas, quæ non corrumpetur. In alium vero hominem hæc minime competunt. Non enim homo ullus ante solem natus est: verum solus Filius et Verbum Dei, secundum quod Deus est, non secundum humanam illius naturam. Nullus enim alius hominum potestatem sempiternam et regnum inconcussum habere potest, præter solum hominem, quem as- D sumpsit Filius et Verbum Dei, qui ab illo etiam separari nequit. Hæc omnia videns Daniel, et admiratus hæc, ut par erat, cum autem non posset magnum illud et inæstimabile miraculum et mysterium percipere, dixit: « Horruit spiritus meus, ego Daniel in visione mea, visiones capitis mei conturbaverunt me. » Hunc vero quo viso Daniel ille magnus spiritus suo horruit, et visiones capitis sui conturbaverunt eum, Musulmani Deum esse pernegant. Et quis tam stupidus, ut non vel maxime illos condemnaverit?

Digitized by Google

APOLOGIA TERTIA.

Quod post Domini assumptionem duodecim discipuli illius totum orbem docuerint, miraculis simul fidem suam confirmantes. Tum de Deipara Virgine, de quæstione Christi, cruce et imagine.

1. Quod itaque Christus Filius Dei, et Deus et homo a sanctis simul et prophetis adeoque ab ipso Deo Patre prædicatus sit, sufficienter in præcedentibus demonstravimus. Nunc vero agedum reliquis etiam discussis, inspiciamus ea quæ hæc insecuta sunt, negotia. Christus enim cum prædixisset se ascensurum ad Patrem suum, in ipsa assumptionis hora dicit sanctis suis discipulis, et apostolis : « Profecti in mundum universum annuntiate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvabitur ; qui vero non crediderit, condemnabitur. Vos vero desidete Hierosolymis, donec induamini virtute ex alto [28]. » Et cum adoravissent, abierunt. Post dies vero aliquot, cum apostoli unanimiter in eadem domo considerent, factus est sonus ceu flatus alicujus vehementis : et repleti sunt omnes divina gratia. Non quod Christo adhuc in terris agenti impossibile fuerit gratiam illis dare [29], sed ut omnes intelligerent, unum Deum esse et Patrem et Filium, et unam eamdemque Patris et Filii naturam et potentiam. Dedit enim Christus apostolis, cum in terris ageret, virtutem et potestatem « calcandi super serpentes et scorpios, et adversus omnem potestatem inimici [30], » id est diaboli; misit vero nunc etiam Deus Pater illis gratiam suam. Et impleti divina gratia, ut dictum est, apostoli, singuli illorum ea cognoverunt, quæ naturam excedunt, omnes scilicet omnium gentium quæ sub cœlo sunt linguas, quam exactissime. Causam vero hujus inspice. Ut nimirum aggrederentur totius mundi doctrinam et functionem, data est ipsis omnium linguarum cognitio : ne interprete indigerent, sed ut ipsi et interpretes essent, et doctores. Et docere cœperunt initio facto a Jerusalem. Sic enim scriptum erat ab Isaia : « E Sion egredietur lex, et verbum Domini de Jerusalem [31]. » Judæi vero adhuc corde occæcato præditi, non intellexerunt; et impletum est in ipsis, quod in lege scribitur : « Linguis novis, et aliis labiis loquar populo isti, et neque sic audient me, dicit Dominus [32]. » Et apostoli quidem populum docentes, jusserunt in Christum credere, illumque confiteri, quod sit Filius Dei viventis. Et facta sunt per illos miracula, et prodigia multa, non tamen ea qua Christus faciebat, auctoritate et potestate, sed tanquam a servis et ministris. In nomine enim Christi miracula edebant, sic dicendo : « In nomine Jesu Christi visum recipe, » et visum recepit cæcus : « In nomine Jesu Christi Filii Dei resurgat mortuus, » et surrexit. Et hoc

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΤΡΙΤΗ.

Ὅτι μετὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάληψιν οἱ δώδεκα μαθηταὶ αὐτοῦ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐδίδαξαν τοῖς θαύμασι πιστούμενοι, καὶ περὶ τῆς ἀειπαρθένου Θεοτόκου, ἔτι τε περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐρωτήσεως, καὶ τοῦ σταυροῦ καὶ τῶν εἰκόνων.

α'. Ὅτι μὲν ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ἐκηρύχθη παρά τε τῶν ἁγίων καὶ προφητῶν, ἀλλὰ δὴ καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός, ἱκανῶς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀποδέδεικται. Φέρε δὴ λοιπὸν ἐξετάσαντες, ἴδωμεν καὶ περὶ πάντων τῶν μετὰ ταῦτα ἐπακολουθησάντων πραγμάτων. Προειπὼν γὰρ ὁ Χριστὸς, ὅτι « Ἰδοὺ ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου » ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς αὐτοῦ ἀναλήψεως, λέγει τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις, « Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε τὸ Εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει. Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται · ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται. Ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ, ἕως οὗ ἐνδύσησθε τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν. » Καὶ προσκύνησαντες ἀπῆλθον. Καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς, καθημένων ὁμοθυμαδὸν τῶν ἀποστόλων, ἐγένετο ἦχος ὥσπερ σφοδροῦ τινος πνεύματος, καὶ ἐνεπλήσθησαν ἅπαντες θείας χάριτος, οὐχ ὡς ἀδυνάτως ἔχοντος τοῦ Χριστοῦ δοῦναι αὐτοῖς τὴν χάριν, ἔτι εὑρισκομένου αὐτοῦ ἐν τῇ γῇ, ἀλλ' ἵνα γνῶσι πάντες ὅτι εἷς Θεός ἐστιν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ μία καὶ ἡ αὐτή ἐστι τοῦ τε Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ φύσις καὶ δύναμις. Ἔδωκε μὲν ὁ Χριστὸς ἔτι ἐν τῇ γῇ ὢν πρὸς τοὺς ἀποστόλους δύναμιν καὶ ἐξουσίαν « τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, » τουτέστι, τοῦ διαβόλου · ἀπέστειλε δὲ καὶ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τὴν χάριν αὐτοῦ εἰς αὐτούς · καὶ ἐμπλησθέντες, ὡς εἴρηται, οἱ ἀπόστολοι θείας χάριτος, ἔγνωσαν τὰ ὑπὲρ φύσιν ἕκαστος αὐτῶν, πᾶσαν γλῶσσαν παντὸς γένους τοῦ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν. Καὶ σκόπει διατί ; Ὅτι ἐνεχειρίσθησαν τὴν τῆς οἰκουμένης διδασκαλίαν καὶ προστασίαν, ἐδόθη πρὸς αὐτοὺς ἡ τῶν γλωσσῶν γνῶσις, ἵνα μὴ ἔχωσι χρείαν ἑρμηνέως, ἀλλ' αὐτοὶ εὑρίσκωνται καὶ ἑρμηνεῖς καὶ διδάσκαλοι καὶ ἤρξαντο διδάσκειν ἀρξάμενοι ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. Οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ Ἡσαΐου, « Ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. » Οἱ γοῦν Ἰουδαῖοι ἔτι πεπωρωμένην ἔχοντες τὴν καρδίαν, οὐ συνῆκαν. Καὶ ἐπληρώθη ἐπ' αὐτοῖς τὸ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένον, τὸ, « Ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί μου, λέγει Κύριος. » Καὶ ἔλεγον διδάσκοντες οἱ ἀπόστολοι τὸν λαὸν, ὅπως πιστεύσωσιν εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ ὁμολογῶσιν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Καὶ ἐγένοντο διὰ τῶν ἀποστόλων θαύματα καὶ τεράστια ἄπειρα, οὐχ οὕτως αὐθεντικῶς καὶ ἐξουσιαστικῶς ὥσπερ ἐποίησε ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὡς δοῦλοι καὶ ὑπηρέται. Μετὰ γὰρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ἐθαυματούργουν, οὕτω

[28] Marc. xvi, 14, 15. [29] Luc xxiv, 49. [30] Luc. x, 19. [31] Isa. xviii, 11. [32] Isa. xxviii, 11; I Cor. xiv, 21.

Digitized by Google

λέγοντες, « Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀνάβλεψον, » καὶ ἀνέβλεπεν ὁ τυφλός. « Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἔγειραι, ὁ νεκρός, » καὶ ἀνίστατο. Τὸ αὐτὸ Ἔλεγον, καὶ ἐθεραπεύετο ὁ παράλυτος. Καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ ἐθεράπευον πᾶσαν νόσον, καὶ ἐπίστευον καθημέραν πλήθη ἄπειρα εἰς τὸν Χριστόν. Εἶτα μερισθέντες οἱ δώδεκα ἀπόστολοι, διέδραμον ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ἐποίησαν οἱ ἀσεβεῖς πολλὰ κακὰ καὶ ἐναντία εἰς αὐτούς, καὶ εἰ τοὺς πιστεύοντας εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ ἀπέκτεινον καθημέραν ἐν διαφόροις τόποις πλήθη Χριστιανῶν ἀναρίθμητα. Καὶ γὰρ ἅπας ὁ κόσμος εἰδωλολάτρει. Εἷς Χριστιανὸς ἐφονεύετο, καὶ δέκα ἤρχοντο ἐνώπιον τῶν τυράννων. Δέκα ἀπέθνησκον, καὶ ἑκατὸν ἤρχοντο, χίλιοι, τρισχίλιοι, δέκα χιλιάδες, εἴκοσι χιλιάδες ἤρχοντο εἰς τὸ μαρτύριον. Ἵνα δὲ μὴ δόξωσιν εἰς τοὺς πολλοὺς οἱ λόγοι μου ψευδεῖς, λέγω μᾶλλον ἐλάττους τῆς ἀληθείας. Καὶ γὰρ πολλάκις ἐπίστευον τὴν ἡμέραν πεντήκοντα χιλιάδες, καὶ ἐπέκεινα. Καὶ ὥσπερ ἀπὸ τῶν κτισμάτων ἦλθεν ὁ δίκαιος Ἀβραὰμ εἰς τὴν ἀληθῆ γνῶσιν, καὶ προσεκύνησε, καὶ ἐδούλευσε τῷ μόνῳ φύσει ὄντι Θεῷ, οὕτως ἀπὸ τῶν τοῦ Χριστοῦ θαυμάτων καὶ τῶν ἀποστόλων ἦλθον τὰ ἔθνη ὁμοίως εἰς τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν, καὶ προσεκύνησαν καὶ ὡμολόγησαν δικαίως ὅτι αὐτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου ὁ Χριστὸς, αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ ἀληθὴς Θεός. Πόθεν οὖν ἐγένετο τοῦτο; ἀπὸ ποίας δυνάμεως καὶ ἰσχύος; ἀπὸ ποίου πλούτου καὶ μεγαλείου; ἀπὸ ποίων φιλοσόφων καὶ ῥητόρων; Πάντως ἀπ' οὐδενός, ἢ ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, ἣν ἐνεδύσαντο οἱ δώδεκα ἀπόστολοι, οἱ ἀμαθεῖς, οἱ ἄγροικοι, οἱ ἀσθενεῖς. Οὕτω γὰρ εἴρηκεν ὁ Χριστὸς πρὸς αὐτούς, ὅτι « Ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων· μὴ μεριμνήσητε γοῦν τί εἴπητε, ἢ τί λαλήσητε ἔμπροσθεν αὐτῶν. Ἐγὼ γὰρ δώσω ὑμῖν στόμα καὶ σοφίαν, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντιστῆναι οὐδὲ ἀντειπεῖν πάντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν. » Καὶ οὕτως ἐγένετο. Πάντες οἱ φιλόσοφοι, πάντες οἱ ῥήτορες, πάντες οἱ μάγοι οὕτως ἐφαίνοντο ἔμπροσθεν τῶν ἀποστόλων, ὡς ἰχθύες ἄφωνοι. Τότε ἐπληρώθη ἡ τοῦ Δαβὶδ προφητεία, ἡ λέγουσα, « Καὶ ἐλάλουν ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ἠσχυνόμην. » Ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦ Ἡσαΐου, ἡ λέγουσα ὁμοίως, ὡς « Ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά. » Ἐμερίσθησαν γὰρ οἱ ἀπόστολοι, καὶ διεσπάρησαν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ἐδίδαξεν εἷς ἕκαστος τὸ Εὐαγγέλιον εἰς ὃν τόπον ἀπῆλθε, καὶ ἐπληρώθη ἡ τοῦ Δαβὶδ προφητεία, ἡ λέγουσα, « Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. » Σκέψαι γοῦν καὶ ἴδε καὶ πρόσεξον ἀκριβῶς, ὅτι ἅπαντα ὅσα ἐγράφησαν ἐνταῦθα, οὐδεμία καὶ μόνη λέξις ἐγράφη ἀπ' ἀλλαχόθεν ἀλλ' ἢ ἀπὸ τοῦ Μωϋσέως, ἀπὸ τῶν προφητῶν, ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ, καὶ ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου, ἅπερ καὶ ὀφείλει ἅπας Μουσουλμάνος ἵνα στέρνῃ ὡς

A idem dixerunt cum sanaretur paralyticus. Quin in nomine Christi sanabant omnem morbum; et quotidie multæ hominum turbæ in Christum crediderunt. Tandem divisi duodecim apostoli peragraverunt totum orbem. Impii vero eosdem multis malis et damnis afflixerunt, aliosque in Christum credentes, ut quotidie diversis in locis magnam occiderent Christianorum multitudinem. Universus enim mundus idololatriæ deditus erat. Sed uno Christiano occiso, decem coram tyrannis emerserunt; et si decem occiderentur, exsurgebant centum; si mille, apparebant decem millia; si decem millia, viginti millia succedebant in martyrium. Ne vero verba mea a multis ceu ficta esse judicentur, minus dico quam veritas rei postulet. Sæpius enim

B uno die crediderunt hominum quinquaginta millia, et amplius. Et quemadmodum a creaturis ad veram cognitionem pervenit Abraham justus, et servivit coluitque solum Deum verum; sic etiam per Christi et apostolorum miracula gentes similiter in veritatis cognitionem pervenerunt, eamdemque coluerunt, et perfecte confessi sunt Christum verum esse mundi Salvatorem, Filiumque Dei viventis, et verum Deum. Unde igitur hoc factum est? qua virtute et potentia? quibus opibus et magnificentia? per quosnam philosophos et oratores? Per nullum prorsus; sed sola Dei virtute, quam induerant duodecim apostoli, rudes antea, agrestes et infirmi. Sic enim dixerat illis Christus: « Ecce

C mitto vos tanquam oves in medio luporum; ne solliciti sitis, quid dicatis, aut quid loquamini coram ipsis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere, nec contradicere omnes qui sese opponunt vobis [33]. » Et sic evenisse legimus. Omnes enim philosophi, omnes rhetores, omnes magi, coram apostolis ceu pisces muti apparuerunt. Tunc impletum est illud Davidis vaticinium: « Et loquebar in testimoniis tuis coram regibus, et non confundebar [34]. » Quin et illud Isaiæ: « Quam speciosi sunt pedes evangelizantium pacem, qui annuntiant bona [35]. » Divisi itaque sunt apostoli, et dispersi in universam terram; singulique in illis locis, ad quos pervenerant, docuerunt Evangelium. Et impleta est Davidis prophetia di-

D ceus: « In omnem terram exivit sonus eorum, et in terminos orbis verba ipsorum [36]. » Considera igitur, vide et attende diligenter horum omnium quæ hic scripta sunt, ne unicam quidem dictionem aliunde quam e Mose, Davide, prophetis et Evangelio transcriptam esse, quæ omnia pro sanctis, justis et bonis ipsi quoque Musulmani venerari solent. Ipse enim Mahomet, quem omnes Musulmani præceptorem suum agnoscunt, non potuit in universum veritatem occulere, verum libros hos sanctos esse testatur. Quod si igitur libros dicunt sanctos et bonos, ea vere quæ in his continentur, Musulmani contemnunt, necesse omnino fuerit ut

[33] Matth. x, 16 20, [34] Psal. cxviii, 47. [35] Isa. lii, 7; Nahum. i, 15; Rom. x, 15. [36] Psal. xviii, 5; Rom x, 18.

Digitized by Google

cuncti homines illos condemnent, quin potius (si verum dicere oportet) ut illorum ceu mente captorum misereantur, quod vos nimirum tot tantisque donati occasionibus, quibus veritatem et invenire et cognoscere licet, quod Christus Filius et Verbum Dei sit, relicta tamen veritatis via, a scopo vero aberraveritis. Sed redeundum eo unde digressi sumus.

ἅγια, καὶ δίκαια, καὶ καλά. Αὐτὸς γὰρ ὁ Μωάμεθ, ὃν ἔχουσι πάντες οἱ Μουσουλμάνοι διδάσκαλον, αὐτὸς οὐκ ἠδυνήθη, ἵνα κρύψῃ παντελῶς τὴν ἀλήθειαν, καὶ μαρτυρεῖ τὰς βίβλους ἁγίας. Ἐὰν γοῦν τὰς βίβλους μὲν λέγωσιν ἁγίας καὶ καλὰς, τὰ δὲ λεγόμενα ἐν αὐταῖς ἀθετῶσιν οἱ Μουσουλμάνοι, πάντως δέον ἐστὶν, ἵνα πᾶς ἄνθρωπος κατηγορήσῃ, μᾶλλον δὲ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐλεήσῃ αὐτοὺς ὡς μαινομένους, ὅτι ὑμεῖς ἔχοντες τοσαύτας καὶ τηλικαύτας ἀφορμὰς, ὥστε εὑρεῖν τὴν ἀλήθειαν, καὶ γνῶναι ὅτι ὁ Χριστὸς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἀφέντες τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν, ἐπλανήθητε ἀστοχήσαντες. Ἀλλ' ἐπανιτέον ὅθεν ἐξήλθομεν.

2. Qui itaque apostolos persequebantur, et sua premebant tyrannide, hi ipsi tandem in Christum credebant, et confitebantur hunc esse Filium Dei viventis, imo apostolorum loco illi ipsi præcones nominis Christi reddebantur. Et omnes quidem apostolos morte, qua Christum confessi sunt, sublatos esse, verum est; non tamen in hos tantum sævierunt impii, quantum in illos qui ab idololatria ad Christum conversi fuerant. Atroces enim de illis pœnas sumebant. Membratim dissecabant eos, et quasi uno momento salvi et integri apparuerunt. In caminos dejecerunt: sed tanquam aquas ingressi servabantur. Plumbum liquefactum coacti bibebant, sed non lædebantur. In maris profundum demergebant: et in littus evaserunt. Et quisnam (ut dici solet) martyrum tormenta et tentationes posset exponere? Tandem autem mortui sunt, et tormenta voluptatum loco, et mortem pro vita æstimaverunt, ostenditque per martyres Christus suam ipsius divinitatem et potentiam, quin fidem quoque et desiderium, quo erga illum tenebantur. Eo enim quod salvi et illæsi servarentur martyres Christi, apparebat potentia et divinitas: per mortem vero quam sustinebant, illorum in Christum fides elucebat et charitas, quemadmodum postea planius demonstrabitur. Insignis enim certantium fortitudo, et horum fides instar facis fulgebat. Qui enim illos servabat illæsos ex talibus tantisque tormentis, poterat omnino, ne morerentur, efficere. Sed quemadmodum in proprio corpore Christus fecit, ut ad solam qua Hebræos compellavit interrogationem, Quem quæritis? omnes conciderent: cumque ad eosdem diceret, Sinite hos abire, discipulis dimissis, se Christum scilicet apprehenderent: sicut, inquam, in hoc potentia simul et voluntas illius apparuit, ita etiam evenit in martyribus. Servabantur enim illæsi, divina virtute et potentia, in magnis pœnis et tormentis: nihilominus tamen mortui sunt, ut illorum in Christum fides appareret, et viverent, in æternum vitam vere beatam et immortalem. His igitur visis, qui idolis serviebant, et intelligentes simul opera esse plus quam naturalia, quæ Deus nimirum operaretur, conversi sunt omnes reges, omnes præsides, omnes tyranni, universa denique multitudo terram mareque inhabitans, Christum coluerunt, confessi sunt et crediderunt hunc Filium Dei, et Deum verum esse: et impletum est Davidis aliorumque prophetarum oraculum, dicens:

β'. Οἱ τοίνυν διώκοντες καὶ τυραννοῦντες τοὺς ἀποστόλους ἐπίστευον εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ ὡμολόγουν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ ἀντὶ τῶν ἀποστόλων μᾶλλον ἐγένοντο ἐκεῖνοι κήρυκες τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ. Καὶ ὅτι μὲν πάντες οἱ ἀπόστολοι τὸν διὰ μαρτυρίου θάνατον ἀπέθνησκον, τοῦτο οὕτως ἔχει. Ἀλλ' οὐκ ἐτυράννουν οἱ ἀσεβεῖς ἐκείνους, ὅσον τοὺς ἐπιστρέφοντας ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας εἰς τὸν Χριστόν. Μεγάλας καὶ γὰρ τιμωρίας ἐποίουν εἰς αὐτοὺς, μεληδὸν κατέτεμνον τούτους, καὶ ὡς ἐν ῥοπῇ μιᾷ εὑρίσκοντο σῶοι καὶ ἀκέραιοι. Εἰς τὰς καμίνους ἐνέβαλλον, καὶ ὡς ἐν ὕδατι εἰσερχόμενοι ἐφυλάσσοντο. Μόλυβδον πεπυρακτωμένον ἐπότιζον αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐβλάπτοντο. Εἰς τὸν τῆς θαλάσσης βυθὸν ἔῤῥιπτον, καὶ εἰς τὴν χέρσον εὑρίσκοντο. Καὶ τίς δύναται, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐξαριθμήσασθαι καὶ εἰπεῖν τὰς τῶν μαρτύρων βασάνους καὶ τὰ πειρατήρια; Τέλος τοίνυν ἀπέθνησκον, καὶ ἐλογίζοντο τὰς μὲν βασάνους τρυφὰς, τὸν δὲ θάνατον ζωήν. Καὶ ἐδείκνυεν ὁ Χριστὸς διὰ τῶν μαρτύρων τὴν αὐτοῦ θεότητά τε καὶ δύναμιν, ἀλλὰ καὶ τὴν πίστιν καὶ τὸν πόθον αὐτῶν, ὃν εἶχον εἰς αὐτόν. Διὰ μὲν οὖν τὸ φυλάσσεσθαι σώους καὶ ἀβλαβεῖς τοὺς μάρτυρα; ἐφαίνετο ἡ τοῦ Χριστοῦ δύναμις καὶ θεότης, διὰ δὲ τοῦ θανάτου ὃν ἀπέθνησκον, ἐδεικνύετο ἡ εἰς τὸν Χριστὸν πίστις τε καὶ ἀγάπη αὐτῶν, ὡς ἂν ἐντεῦθεν ἀπὸ τούτου δειχθῇ ἔτι καθαρώτερον τὸ δοκίμιον τῆς ἀνδρείας τῶν ἀγωνιζομένων, καὶ ἡ τούτων πίστις ὡς πυρσὸς ἀναλάμψῃ. Ὁ γὰρ φυλάξας αὐτοὺς ἀβλαβεῖς ἐκ τῶν τοσούτων καὶ τοιούτων πειρατηρίων ἠδύνατο πάντως ποιῆσαι ἵνα μὴ ἀποθάνωσιν. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι πεποίηκεν ὁ Χριστὸς, ὅτι διὰ μόνης πρὸς τοὺς Ἑβραίους ἐρωτήσεως, ὅτι Τίνα ζητεῖτε, εὑρέθησαν πάντες πεσόντες· διὰ δὲ τὸ εἰπεῖν αὐτοῖς ὅτι « Ἄφετε τούτους ὑπάγειν, » ἀφῆκαν τοὺς μαθητὰς, καὶ παρέλαβον τὸν Χριστόν· καὶ ὡς ἐν ταυτῷ ἐφάνη καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ καὶ ἡ θέλησις, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μαρτύρων. Ἐφυλάσσοντο μὲν γὰρ ἀβλαβεῖς ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως καὶ ἐξουσίας ἀπὸ τῶν μεγάλων τιμωριῶν καὶ βασάνων· ἀπέθνησκον δὲ ὅμως, ἵνα φανῇ ἡ εἰς τὸν Χριστὸν πίστις αὐτῶν, καὶ ζῶσιν εἰς ἀπεράντους αἰῶνας τὴν ὄντως μακαρίαν ζωὴν καὶ ἀθάνατον. Ταῦτα πάντα ἰδόντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς εἰδώλοις, καὶ κατανοήσαντες ὅτι τὰ γινόμενα οὐκ εἰσὶ φυσικῆς ἀκολουθίας ἔργα, ἀλλ' ὑπὲρ φύσιν εἰσὶ, καὶ Θεός ἐστιν ὁ ταῦτα ἐνεργῶν, μετεστράφησαν πάντες οἱ βασιλεῖς, πάν-

Digitized by Google

τες οἱ τοπάρχαι, πάντες οἱ τύραννοι, ἅπαν τὸ A πλῆθος τῆς γῆς καὶ θαλάσσης, καὶ προσεκύνησαν καὶ ὡμολόγησαν καὶ ἐπίστευσαν ὅτι Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς ἀληθινός ἐστιν ὁ Χριστός. Καὶ ἐπληρώθη ἡ τοῦ Δαβὶδ προφητεία, ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν ἑτέρων προφητῶν, ἡ λέγουσα, ὅτι « Προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ, πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. » Ἐὰν δὲ εὑρίσκωνται καὶ τινὲς, οἱ μὴ πιστεύοντες τὸν Χριστὸν ὅτι ἐστὶν Υἱὸς Θεοῦ, οὐ διὰ τοῦτο ἐψεύσαντο οἱ προφῆται, ἀλλ' ὥσπερ μὲν ἥλιος λέγεται φωτίζειν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, καὶ οὕτως γάρ ἐστιν, οἱ δὲ τυφλώττοντες τὸν ἥλιον οὐχ ὁρῶσιν, οὔτε μὴν φωτίζονται παρ' αὐτοῦ. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ πᾶσα ἡ B οἰκουμένη προσεκύνησεν αὐτῷ, καὶ Θεὸν αὐτὸν ὡμολόγησεν· οἱ δὲ μὴ προσκυνοῦντες αὐτὸν, ἢ πρότερον μὲν προσκυνήσαντες, ὕστερον δὲ μεταμεληθέντες καὶ δοξάσαντες δόγματα ἀσεβείας, τότε ἵνα γνῶσι τὴν ἀλήθειαν, ὅταν οὐκ ὠφεληθῶσι. Πῶς; Ἔτι ζῶν πᾶς ἄνθρωπος ποιεῖ καὶ πράττει περὶ αὐτοῦ ὅσα βούλεται καὶ προαιρεῖται, εἴτε ἔργα εἰς σωτηρίαν αὐτοῦ, εἴτε εἰς καταδίκην καὶ κόλασιν. Μετάνοια δὲ οὐκ ἔστι μετὰ θάνατον. Ἐὰν γοῦν οἱ μὴ πιστεύοντες εἰς τὸν Χριστὸν ἔλθωσιν εἰς αἴσθησιν τοῦ καλοῦ, καὶ πιστεύσωσιν εἰς αὐτὸν, ἰδοὺ εὗρον τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν, καὶ ἐκληρονόμησαν τὴν σωτηρίαν αὐτῶν. Εἰ δ' ἔτι ἐπιμείνωσι τῇ ἀσεβείᾳ αὐτῶν, τὸ ἐξῆς ὁ νοῶν νοείτω. Ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ πάλιν οὑτωσί φησι, « Πάντα τὰ C ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας, ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως, ὅτι Κύριος ὕψιστος, φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ψάλλετε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλλετε. Ψάλλετε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλλετε, ὅτι βασιλεὺς πάσης τῆς γῆς ὁ Θεός. Ψάλλετε συνετῶς, ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη. Ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ. Ἄρχοντες λαῶν συνήχθησαν μετὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ. Ὅτι τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. » Καὶ σκόπει ἀκριβῶς τὰ λεγόμενα. « Πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας, ἀλαλάξατε ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως τῷ Θεῷ. » Οὐ τοὺς Ἰουδαίους προσκαλεῖται μόνους, οὐ τοὺς Ἰσμαηλίτας, οὐ τοὺς κατοικοῦντας ἐν μέρει τῆς οἰκουμένης, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ὑφ' ἥλιον προσκα- D λεῖται εἰς ταύτην τὴν πνευματικὴν ἀγαλλίασιν. Ἐν γὰρ τῷ εἰπεῖν « πάντα τὰ ἔθνη, » οὐδένα τῶν ἀνθρώπων ἀφῆκεν ἐκτὸς τῶν πάντων. Διατί; « Ὅτι Κύριος ὕψιστος, φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. » Ἀλλ' ἐρεῖ τις, Καὶ πότε οὐκ ἦν ὁ Θεὸς ὕψιστος, ὦ μακάριε Δαβὶδ, καὶ πότε οὐκ ἦν φοβερὸς καὶ μέγας; « Ψάλλετε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλλετε. Ψάλλετε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλλετε. » Ἰδοὺ καὶ πάλιν τὸ ἄπορον ἄπορον. Ἐρωτηθεὶς πότε οὐκ ἦν ὁ Θεὸς ὕψιστος καὶ μέγας καὶ φοβερὸς, ἀποκρίνεται, ὅτι « Ψάλλετε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλλετε, ψάλλετε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλλετε. » Καὶ πάλιν ὁ Δαβὶδ, ὅτι « Βασιλεὺς πάσης τῆς γῆς ὁ Θεὸς,

« Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes servient illi, omnes gentes illum beatum dicent[37]. » Etiamsi vero quidam inveniantur, qui Christum non credant Filium Dei esse, non tamen propter hos prophetas mendacii arguere licebit: sed quemadmodum sol quidem totum orbem illuminare dicitur (quod et revera fit) cæci tamen solem nec vident, nec ab hoc illuminantur; ita etiam in Christo solet evenire. Omnes reges terræ et universus orbis adoraverunt illum, et Deum esse confessi sunt; qui vero illum non adoraverunt, vel qui prius quidem hoc adorato postea pœnitentia ducti, dogmata ejus impia esse æstimaverunt, tunc sane veritatis cognitione non multum juvantur. Quamobrem? Omnis enim homo dum vivit, opera facit quæcunque vult, et animo concipit tam ad salutem suam tendentia, quam ad damnationem et pœnam. Pœnitentiæ vero post mortem locus non est reliquus. Si igitur Christi fideles in boni cognitionem pervenerint, et crediderint in ipsum, eum invenerunt veritatis viam, et salutem suam acquisiverunt; si vero in impietate sua perseveraverint, quid de illis postea fiat? qui intelligit, intelligat. Porro David rursum sic dicit: « Omnes gentes, plaudite manibus, jubilate Deo in voce exsultationis. Quoniam Dominus altissimus, terribilis, rex magnus super universam terram. Psallite Deo nostro, psallite. Psallite regi nostro, psallite. Quoniam rex universæ terræ, Deus. Psallite prudenter. Regnavit Deus super gentes. Deus sedet super thronum sanctum suum; principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham. Quoniam Dei fortes terræ vehementer elevati sunt[38]. » Nunc vero diligenter quæ dicuntur perpendito. « Omnes gentes, inquit, plaudite manibus, jubilate in voce exsultationis Deo. » Non Judæos solos advocat, nec Ismaëlitas, nec alios alicujus partis terræ incolas, sed omnem quæ soli subjacet terram convocat ad hanc spiritualem exsultationem. Cum enim dicit, « Omnes gentes, » nullum hominem ex omnibus istis exclusit. Causa: « Quia Dominus altissimus, terribilis, rex magnus super universam terram. » Sed dicat aliquis: Quandonam, o bone David, Deus non erat altissimus? quando non erat terribilis et magnus? « Psallite Deo nostro, psallite. Psallite Regi nostro, psallite. » En vides hic aliud explicatu difficilius, qui rem inexplicabilem interrogavisti, quando nempe Deus non fuerit altissimus, magnus et terribilis? Respondet enim, « Psallite Deo nostro, psallite. Psallite Regi nostro, psallite. » Et rursum David inquit: « Quoniam rex universæ terræ Deus. Psallite prudenter. Regnavit Deus super gentes. Deus sedet super thronum sancti sui. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham. Quoniam Dei fortes terræ vehementer exaltati sunt. » Sed nunc agedum inspiciamus, quidnam sibi velit propheticum oraculum.

[37] Psal. LXXI, 11, 12. [38] Psal. XLVI, 2 seqq.

Digitized by Google

ψάλλετε συνετῶς. Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη, ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ. Ἄρχοντες λαῶν συνήχθησαν μετὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ, ὅτι τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. » Καὶ λοιπὸν δεῦρο δή, δεῦρο, σκεψώμεθα τί βούλεται τὸ προφητικὸν λόγιον.

3. Psalmus quidem carmen est concinnum, Deo consecratum. Et quemadmodum aliquis a tropæo aut victoria reversus, præ ingenti gaudio nihil aliud dicit, quam, « Vicimus hostes ; » rursum vero interrogatus, Quomodo et qua ratione illi victoria obvenerit, eadem illa respondet, « Vicimus hostes, vicimus, inquam. » Eodem modo propheta prudentibus oculis gentium conversionem perspiciens, exclamavit : « Omnes gentes, plaudite manibus, jubilate Deo in voce exsultationis » Id est, Et qui antea fideles fuistis, et qui postea demum credidistis, omnes simul plaudite manibus : neque simpliciter sine ratione et ordine manibus vestris plaudatis, sed cum voce exsultationis, et lætitiæ. Quapropter propheta quoque voluptate ceu abreptus, dixit : « Psallite Deo nostro, psallite. Psallite Regi nostro, psallite. Quoniam Dominus altissimus, terribilis, rex magnus super universam terram. » Et quasi ipse exponens sua verba, addit : « Regnavit Deus supra gentes ; » id est, gentes prius diaboli tyrannide pressæ, relictis nunc patriis suis diis, idolis scilicet inanimatis et mutis, declinaverunt, coluerunt et crediderunt soli vero et viventi Deo, illiusque regno subjectæ sunt : antea enim regno Dei indigni judicabantur. « Deus sedet super thronum sanctum suum. » Omnis thronus gloriam significat, et requiem. Et quoniam Deus antea non celebratur a gentibus, sed a solis angelis et sanctis, gentes gloria Dei destituebantur ; nunc vero accedentes fruuntur omnes gloria Dei, et requievit Deus in gentibus. Quoniam vero etiam hominum thronus gloriam habet, et honorem, quin et requiem, innocentiam autem a peccatis habere non potest, adjunxit : « super thronum sanctum suum. » Humana enim omnia una cum labili, et ad peccandum prompta natura etiam illud extraneum, incertum vel separabile habent, ut in prima Apologia diximus. Dei vero thronus altus, et sublimis sanctusque est, et magnificentiam gloriamque suam habet naturalem et inseparabilem. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham. Quinam sunt congregati illi principes ? Reges terræ, et præsides tam parvi quam magni. Et quisnam est Deus Abraham ? Num alius est præter Deum illum universorum, qui creavit cœlum, et terram ? et propterea Deum Abrahæ dixit ? Absit blasphemia. Minime. Sed partim quidem Dominum et judicem universæ terræ, qui miseretur et irascitur, vocavit Deum Abrahæ. Qui illi in devastatione Sodomarum apparuit, coram quo se terram et cinerem esse judicavit, qui scilicet erat Filius et Verbum Dei, quemadmodum in præcedentibus demonstratum est, et adhuc patebit : partim vero, ut quemadmodum Abraham Deo credidit, et reputata est illi fides ad justitiam : sic etiam omnibus gentibus, si deserto cultu patrio, imo (ut vera dicam) vano et falso,

A γ'. Ἡ ψαλμῳδία ὕμνος ἐστὶν ἐμμελὴς τῷ Θεῷ ἀφιερωμένος. Καὶ ὥσπερ ἀπὸ τροπαίου καὶ νίκης ἐπανελθών τις, ὑπὸ μεγάλης χαρᾶς οὐδὲν ἕτερον λέγει, ἢ ὅτι « Νενικήκαμεν τοὺς ἐχθρούς, » καὶ αὖθις ἐρωτώμενος, Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ γέγονε τὰ τῆς νίκης, πάλιν τὰ αὐτὰ ἀποκρίνεται, ὅτι « Νενικήκαμεν, νενικήκαμεν · » τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὁ προφήτης, νοεροῖς ἰδὼν ὄμμασι τὴν τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφὴν, ἔκραξε, « Πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας, ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως. » Τουτέστι, Καὶ οἱ πρώην πιστοὶ, καὶ οἱ μετὰ ταῦτα πιστεύσαντες, πάντες ὁμοῦ κροτήσατε χεῖρας. Οὐχ οὕτως ἁπλῶς ἀσκόπως καὶ ἀτάκτως κροτήσατε τὰς χεῖρας ὑμῶν, ἀλλ' ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἔνθους B ὑφ' ἡδονῆς γενόμενος ἔλεγε, « Ψάλλετε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλλετε. Ψάλλετε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλλετε. Ὅτι Κύριος ὕψιστος, φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. » Καὶ ὥσπερ αὐτὸς ἐξηγούμενος τὰ ἑαυτοῦ ῥήματα, λέγει, « Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη · » τουτέστιν, ὅτι τὰ πρότερον ὑπὸ τοῦ διαβόλου τυραννούμενα ἔθνη, νῦν καταλιπόντα τοὺς πατρῴους αὐτῶν θεοὺς, τὰ ἄψυχα εἴδωλα καὶ κωφὰ, ὑπέκλιναν καὶ προσεκύνησαν, καὶ ἐπίστευσαν τῷ μόνῳ ἀληθεῖ καὶ ζῶντι Θεῷ, καὶ ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐγένοντο. Οὐδὲ γὰρ ἄξιοι τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας εὑρίσκοντο. Ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ. Πᾶς θρόνος δηλοῖ δόξαν καὶ ἀνάπαυσιν. Καὶ ἐπεὶ πρότερον μὲν ὁ Θεὸς οὐκ ἐδοξάζετο παρὰ τῶν ἐθνῶν, ἀλλὰ παρὰ C μόνων τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν ἁγίων, ἐστερεοῦντο τὰ ἔθνη τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, νῦν δὲ προσελθόντα ἀπέλαυον οἱ πάντες τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπανεπαύθη ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ τῶν ἀνθρώπων θρόνος ἔχει τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν, ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν ἀνάπαυσιν, τὴν δὲ ἀναμαρτησίαν οὐκ ἔστι δυνατὸν ἔχειν, προσέθηκε τὸ « ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ. » Τὰ γὰρ ἀνθρώπινα μετὰ τοῦ σφαλεροῦ καὶ ἐφαμάρτου ἔχουσι καὶ τὸ ἐξωτερικὸν, ὡς ἐν τῇ πρώτῃ ἀπολογίᾳ εἰρήκαμεν. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ θρόνος καὶ ὑψηλὸς, καὶ ἐπηρμένος, καὶ ἁγιός ἐστι, καὶ φυσικὸν καὶ ἀχώριστον ἔχει τὸ μεγαλεῖον αὐτοῦ, καὶ τὴν δόξαν · « Ἄρχοντες λαῶν συνήχθησαν μετὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ. » Τίνες εἰσὶν οἱ συναχθέντες D ἄρχοντες ; Οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, οἱ τοπάρχαι, οἵ τε μικροὶ καὶ μεγάλοι. Καὶ τίς ἐστιν ὁ τοῦ Ἀβραὰμ Θεός ; Μὴ ἕτερός ἐστι παρὰ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ διὰ τοῦτο ἴδιον αὐτοῦ καλεῖ τοῦ Ἀβραάμ ; Ἄπαγε τῆς βλασφημίας ! Οὐχὶ, ἀλλὰ τὸ μὲν, ὅτι κύριον καὶ κριτὴν πάσης τῆς γῆς, καὶ ἐλεοῦντα καὶ ὀργιζόμενον ἐκάλεσεν Ἀβραὰμ, τὸν ἐπὶ τῇ καταστροφῇ τῶν Σοδόμων ὀφθέντα αὐτῷ, καὶ γῆν καὶ σποδὸν ἑκρινεν ἑαυτὸν ἔμπροσθεν ἐκείνου, ὃς ἦν ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀπεδείχθη, καὶ ἔτι φανήσεται · τὸ δὲ, ὅτι ὥσπερ πι-

Digitized by Google

στεύσαντος τοῦ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, ἐλογίσθη ἡ τούτου πίστις εἰς δικαιοσύνην, οὕτω καὶ πάντα τὰ ἔθνη καταλιπόντα τὸ πάτριον σέβας, μᾶλλον δὲ τἀληθὲς εἰπεῖν, τὸ μάταιον καὶ πεπλανημένον, καὶ ἐπιστρέψαντα ἐπὶ τὸν ἀληθῆ Θεὸν, καὶ ὁμολογήσαντα τὸν Χριστὸν Υἱὸν Θεοῦ, καὶ Θεὸν ἀληθινὸν, ἐλογίσθη καὶ αὐτῶν ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην, ὥσπερ τῷ Ἀβραὰμ καὶ ἀφείθησαν πᾶσαι αἱ ἀνομίαι αὐτῶν, πᾶσαι αἱ ἀσέβειαι, πᾶσαι αἱ ἁμαρτίαι.

A conversæ fuerint ad Deum verum, et Christum confessæ fuerint Filium Dei esse, Deum verum, etiam illis fides ad justitiam reputabitur, ut et Abrahæ, et remissæ sunt illis omnes iniquitates, impietas et peccata ipsorum.

δ'. Ἔτι εἰπόντος τοῦ Θεοῦ τότε τῷ Ἀβραὰμ, ὅτι « Πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε, » καὶ ὅτι « Ἐν τῷ σπέρματί σου εὐλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη, » προκατιδὼν ὁ προφήτης, ὅτι ὅσον οὔπω πληροῦται ὁ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἐπιστραφέντα καὶ γὰρ πάντα τὰ ἔθνη γεγόνασι τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ ὅτι διὰ τῆς εἰς τὸν Χριστὸν πίστεως, ὅς ἐστι σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ κατὰ σάρκα, ἀλλὰ δὴ καὶ αὐτοῦ τοῦ Δαβὶδ καὶ βασιλέως σώζονται τὰ ἔθνη, τότε εἶπεν, ὅτι « Ἄρχοντες λαῶν συνήχθησαν μετὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραὰμ, » ἀναμιμνήσκων πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν πρὸς τὸν Θεὸν τοῦ Ἀβραὰμ πάλαι προσκύνησιν, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν ἐπαγγελίαν. Καὶ πλησθεὶς ἀῤῥήτου ἡδονῆς ὁ προφήτης ἔλεγε, « Ψάλλετε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλλετε. Ψάλλετε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλλετε. Πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας. » Πάλιν δὲ διδάσκων ἔλεγε, « Ψάλλετε συνετῶς. » Τί ἐστι « Ψάλλετε συνετῶς; » Τουτέστι νουνεχῶς, φρονίμως. Μετ' ἐπιστήνης γνῶτε τὰ λεγόμενα, γνῶτε τὰ πραττόμενα. Μὴ κροτεῖτε τὰς χεῖρας ὑμῶν ἀθέσμως καὶ ἀτάκτως, ὡς ἐν τοῖς συμποσίοις κροτοῦσι τὰς χεῖρας οἱ ἄφρονες, ἀλλὰ μαθόντες πόθεν ἡ νίκη, πόθεν ἡ ἐλευθερία πόθεν ἡ σωτηρία, δότε μεγαλωσύνην, δότε εὐχαριστίαν τῷ νικοποιῷ Θεῷ· « Κροτήσατε τὰς χεῖρας, δότε φωνὴν αἰνέσεως καὶ ἀγαλλιάσεως τῷ Θεῷ τοῦ Ἀβραὰμ, » τουτέστι τῷ γεννηθέντι ἐκ σπέρματος τοῦ Ἀβραὰμ κατὰ σάρκα, ὃν ἐκήρυξαν πάντες οἱ προφῆται, ὃν ἀπεφήναντο, ὃν ὡμολόγησαν Θεόν τε καὶ ἄνθρωπον, ὃς ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ τοῦ ἁγίου, ὃν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου ἀνέλαβεν ὑπὲρ φύσιν ἄνθρωπον. « Ψάλλετε συνετῶς. » Ἤγουν ἐγκύψατε εἰς τὸ βάθος τῶν νοημάτων, ἴδετε τὸν ἐν τοῖς προφητικοῖς λόγοις ἐγκεκρυμμένον οὐράνιον μαργαρίτην, ὥσπερ τὸν παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐν τοῖς ὀστρέοις τιμώμενον. « Ψάλλετε συνετῶς. » Ὁ γὰρ ἀκένωτος θησαυρὸς ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν ἐστιν. Ἀναπτύξαντες τὰς τῶν πατέρων ῥήσεις, εὑρήσετε αὐτὸν, ὅς ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ ποιητὴς πάσης κτίσεως. « Τῷ γὰρ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. » Ὁρᾷς, πῶς ποτὲ μὲν Θεὸν ὀνομάζει αὐτὸν ὁ Δαβὶδ, ποτὲ δὲ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, ποτὲ δὲ Λόγον Θεοῦ, ποτὲ δὲ ποιητὴν πάσης κτίσεως; Ἐν γὰρ τῷ εἰπεῖν αὐτὸν ποιητὴν τοῦ οὐρανοῦ, πάσης κτίσεως ποιητὴν αὐτὸν ἀπεφήνατο. Ὁ γὰρ ποιήσας τοὺς οὐρανοὺς, αὐτός ἐστιν ὁ ποιήσας τοὺς ἀγγέλους καὶ τοὺς ἀνθρώπους.

4. Præterea dicente tunc Deo ad Abraham: « Patrem multarum gentium constitui te, » et: in semine tuo benedicentur omnes gentes[39]; » prævidens id quidem David, quod Dei sermo ad Abraham factus nondum impletus esset (nam omnes gentes ad fidem conversæ, filii Abrahæ facti sunt), et quod gentes per fidem in Christum, qui est semen Abrahæ secundum carnem, qui et ipsius Davidis regis est filius, salvandæ essent, dixit: « Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham; » in memoriam revocans omnibus hominibus olim factam ipsius Abrahæ coram Deo adorationem, et Dei ad illum promissionem: et impletus voluptate inenarrabili propheta dixit: « Psallite Deo nostro, psallite. Psallite Regi nostro, psallite. Omnes gentes, plaudite manibus. » Deinde vero docens dixit: « Psallite prudenter. » Quidnam hoc est, « Psallite prudenter? » Id est, cordate, sapienter, cum vera scientia cognoscite quæ dicuntur, cognoscite, inquam, ea quæ fiunt, nec complodite vestras manus illicito et turbato modo, ut in comessationibus manibus plaudere solent insanientes: sed cum didiceritis ante undenam hæc victoria, unde libertas, unde hæc salus, exhibete magnificentiam, exhibete gratiarum actionem Deo auctori victoriæ. « Plaudite manibus, edite vocem laudis et exsultationis ipsi Deo Abraham; » id est, illi qui enatus est ex semine Abrahæ secundum carnem, quem annuntiaverunt omnes prophetæ, quem demonstraverunt, quem confessi sunt Deum et hominem; qui sedit super thronum suum sanctum, hominem scilicet, quem ex diva assumpsit Virgine modo supernaturali. « Psallite prudenter, » in profundum animi nimirum vestri recondite, respicite repositam in propheticis oraculis cœlestem margaritam, quæ a multis tanquam in ostreis honorata est. « Psallite prudenter; » thesaurus enim inexhaustus intra manus vestras est, quem evolutis patrum vaticiniis invenietis, qui est Christus Filius et Verbum Dei, creator omnis creaturæ. « Verbo enim Domini cœli confirmati sunt, et Spiritu oris sui omnis virtus illorum [40]. » Videsne quomodo nunc quidem Deum appellat David, nunc vero Deum et hominem; nunc etiam Verbum Dei, nunc etiam creatorem omnis creaturæ? Cum enim cœli creatorem dixit, omnis creaturæ creatorem esse declaravit. Qui enim cœlos fecit, idem est qui creavit angelos et homines.

ε'. Καὶ ὁ μὲν Μωϋσῆς λέγει, « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν

5. Et Moses quidem inquit: « In principio crea-

[39] Gen. XVII, 5. [40] Psal. XXXII, 6.

Digitized by Google

vit Deus cœlum et terram [41]; » David autem, « Verbo (inquit) Domini cœli firmati sunt. » Certe quem Mahometh Verbum Dei vocat, et Musulmani omnes, quem omnes Christiani ceu Verbum Dei et Deum adorant, de hoc eodem David dicit, quod cœlos firmaverit, id est, creaverit. De hoc eodem Moses dicit, quod in principio condiderit cœlum et terram. Et quis tam stultus est ut dubitet, nec eum adoret, quem David Deum esse prædicat? quem Moses Deum esse fatetur? Tu vero cum de cœlis audis, non est quod plures cœlos esse existimes, sed unum, et non plures. Interpres enim Hebraicam phrasim secutus, juxta illius leges et consuetudinem pluraliter transtulit. Videamus vero de quibusnam David hæc dicat: « Cujus fortes terræ valde elevati sunt. » Quinam? Discipuli illius pauci, qui modo erant humiles, indocti et rudes, nunc vero doctores totius orbis: qui persecutionem sustinuerunt ab omnibus, qui injuriis affecti, qui colaphis cæsi, qui non habebant quo caput reclinarent, nunc sublimes et magni videntur, et fortes Dei, et ad honoris fastigium elevati. Omnes enim principes, omnes satrapæ, omnes reges terræ post Deum apostolos habent advocatos, ipsosque doctores et duces salutis suæ confitentur. Apostoli enim docuerunt Evangelium omnem creaturam, miraculis simul illud comprobantes, ut diximus: et qui prius persecutores erant nominis Christi, nunc pro illo vitam deponunt: et qui prius in illum calumnias et tyrannidem exercebant, nunc per Christum et apostolos facti sunt pastores, doctores, et orbis luminaria ipso sole splendidiora: et qui modo idolorum erant cultores, nunc Christi sunt martyres, et accepta a Deo gratia (ut dictum est) miracula edere conspiciuntur. Martyres enim non vivi modo miracula et prodigia edebant, quibus visis idololatræ obstupuerunt, sed etiam post mortem magna et stupenda miracula ediderunt. Vivi enim adhuc in tyrannorum conspectu interrogabant idola, dicentes: In nomine Christi dicite veritatem. Et responderunt idola, Christus est Deus verus. Infideles autem his auditis magna voce exclamabant: Magnus est Deus Christianorum, magna etiam fides ipsorum, et in Christum crediderunt. Et quidem quod omnes martyres Christi miracula ediderint, quæ propter nimiam copiam nunc omittuntur, constat. Verumtamen e multis non pauca ab illius sæculi scriptoribus collecta sunt, e quibus et hoc unum fuerit. Christi martyr Georgius, qui a nobis Christianis colitur (quem etiam ipsi Musulmani in honore habent, et ab illis Cheter Eliaz dicitur), tormentis et quæstionibus excruciatus est ab impiis et idololatris, ut Christum abnegaret, et illorum deos coleret adoraretque. Hic vero maluit infinitas mortes et infinita tormenta pro nomine Christi sustinere, quam fidem suam in Christum rejicere. Multis igitur tormentis et suppliciis ex-

ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· » ὁ δὲ Δαβὶδ, « Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν. » Πάντως ὃν λέγει ὁ Μωάμεθ Λόγον Θεοῦ, καὶ πάντες οἱ Μουσουλμάνοι, ὃν προσκυνοῦσι πάντες οἱ Χριστιανοὶ ὡς Λόγον Θεοῦ καὶ Θεὸν, τὸν αὐτὸν λέγει Δαβὶδ, ὅτι ἐστερέωσε τοὺς οὐρανοὺς, τουτέστιν ἐποίησε. Τὸν αὐτὸν λέγει Μωϋσῆς, ὅτι « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Καὶ τίς οὕτω μάταιος, ὃς ἀμφιβάλλει, καὶ οὐ προσκυνεῖ ὃν ὁ Δαβὶδ κηρύττει Θεὸν, ὃν ὁ Μωσῆς λέγει Θεόν; Σὺ δὲ οὐρανοὺς ἀκούσας, μηδὲν ὑπολάβῃς πολλοὺς γεγονότας οὐρανοὺς, ἀλλ' ἕνα, καὶ οὐ πολλούς. Ὁ δὲ ἑρμηνεὺς τῇ Ἑβραΐδι ἀκολουθήσας διαλέκτῳ, ἔγραψε πληθυντικῶς κατὰ τὴν ἐκείνων τάξιν τε καὶ συνήθειαν. Ἴδωμεν δὲ καὶ περὶ τίνων λέγει Δαβὶδ τὸ, « Οὗ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. » Τίνες; Οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ οἱ ὀλίγοι, οἱ πρώην εὐτελεῖς καὶ ἀμαθεῖς καὶ ἄγροικοι, νῦν δὲ διδάσκαλοι τῆς οἰκουμένης, οἱ διωκόμενοι παρὰ πάντων, οἱ ὑβριζόμενοι, οἱ κολαφιζόμενοι, οἱ μὴ ἔχοντες ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι, νῦν ἀναφαίνονται ὑψηλοὶ καὶ μεγάλοι, καὶ τοῦ Θεοῦ κραταιοὶ, καὶ εἰς τὴν τῆς τιμῆς κορυφὴν ἀναχθέντες. Πάντες γὰρ ἄρχοντες πάντες σατράπαι, πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς μετὰ Θεὸν τοὺς ἀποστόλους ἔχουσι προστάτας, καὶ αὐτοὺς ὁμολογοῦσι διδασκάλους καὶ ὁδηγοὺς τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας. Οἱ ἀπόστολοι γὰρ ἐδίδαξαν τὸ Εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει, τοῖς θαύμασι πιστούμενοι, καθὼς εἴπομεν. Καὶ οἱ πρότερον διῶκται τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ νῦν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀποθνήσκουσι. Καὶ οἱ πρότερον ὑβρισταὶ καὶ τύραννοι, νῦν διὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων ποιμένες καὶ διδάσκαλοι καὶ φωστῆρες τῆς οἰκουμένης κατέστησαν, ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμποντες. Καὶ οἱ τῶν εἰδώλων πάλαι προσκυνηταὶ νῦν τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες, καὶ λαβόντες τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ χάριν, εὑρίσκονται ποιοῦντες, ὡς εἴρηται, θαύματα. Οὐ μόνον γὰρ ζῶντες οἱ μάρτυρες ἐνήργουν θαύματα καὶ τεράστια, ἅπερ ἔβλεπον οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ ἐξίσταντο, ἀλλὰ καὶ μετὰ θάνατον μεγάλα καὶ ἐξαίσια θαύματα ἐνήργουν. Ζῶντες γὰρ ἠρώτων ἔμπροσθεν τῶν τυράννων τὰ εἴδωλα, λέγοντες ὅτι Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ εἴπατε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἀπεκρίνατο τὰ εἴδωλα, ὅτι Ὁ Χριστὸς Θεὸς ἀληθινός ἐστι. Καὶ ταῦτα ἀκούοντες οἱ ἀσεβεῖς, καὶ βλέποντες ἔλεγον μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Μέγας ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν, μεγάλη ἡ πίστις αὐτῶν, καὶ ἐπίστευον εἰς τὸν Χριστόν. Καὶ ὅτι μὲν πάντες οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες θαύματα ἐνήργουν ἄπειρα, ἄτινα διὰ τὸ πλῆθος ἐλάθησαν, τοιοῦτόν ἐστιν. ὅμως δὲ ἐκ τῶν πολλῶν συνεγράψαντο οἱ τῷ καιρῷ εὑρισκόμενοι ἐκείνῳ οὐκ ὀλίγα, ἐξ ὧν ἓν ἐστι τοῦτο. Ὁ παρ' ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν τιμώμενος μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Γεώργιος, ὃς καὶ παρ' αὐτῶν τῶν Μουσουλμάνων τιμᾶται, ὀνομάζεται δὲ παρ' αὐτῶν Χετὴρ Ἠλίαζ, βασανιζόμενος καὶ πειραζόμενος παρὰ τῶν ἀσεβῶν καὶ εἰδωλολατρῶν, ἵνα τὸν μὲν Χριστὸν ἀρνήσηται, σεβασθῇ δὲ καὶ

[41] Gen. I, 1.

Digitized by Google

προσκυνήσῃ τοῖς ἐκείνων θεοῖς, ὁ δὲ προείλετο μυρίους θανάτους καὶ μυρίας βασάνους ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, ἢ ὅλως ἀθετῆσαι τὴν εἰς τὸν Χριστὸν πίστιν αὐτοῦ. Καὶ ἐποίησαν αὐτῷ τιμωρίας μεγάλας, καὶ πειρατήρια. Λέγει δὲ ὁ μάρτυς τῷ τυράννῳ, Ἀπελθόντες ἴδωμεν τοὺς θεοὺς ὑμῶν. Ὁ δὲ ἀκούσας ἐχάρη λίαν, ὑπολαβὼν ὅτι ἀπέρχεται θύσων τοῖς θεοῖς αὐτοῦ. Ἀπελθόντων τοίνυν πάντων ὁμοῦ τοῦ τε τυράννου σὺν παντὶ τῷ πλήθει, συνεισῆλθε εἰς τὸν βωμὸν καὶ ὁ μάρτυς Γεώργιος, καὶ λέγει μεγάλῃ τῇ φωνῇ· Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τὰ ἄφωνα εἴδωλα εἴπατε τὴν ἀλήθειαν, τίς ἐστι Θεὸς ἀληθής; Καὶ παρευθὺς λαλήσαντα τὰ εἴδωλα εἶπον, Ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ τούτου Πατὴρ ὁ Θεός. Καὶ πάλιν ὁ μάρτυς, Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ πεσόντα εἰς τὴν γῆν, συντρίβητε. Καὶ ἐπακολουθησάσης τῷ λόγῳ καὶ ἐνεργείας, ἔπεσον πάντα τὰ εἴδωλα εἰς τὴν γῆν, καὶ συνετρίβησαν. Τὸ δὲ πλῆθος ἰδόντες τὸ τεράστιον, μεγάλῃ καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ ἐξεβόησαν, Μεγάλη ἡ πίστις τῶν Χριστιανῶν, μέγας ὁ Θεὸς Γεωργίου.

cruciatus martyr, dicit tyranno: Euntes videamus deos vestros. Hic vero hoc audito, valde gavisus est, existimans hunc diis suis esse sacrificaturum. Omnibus vero simul profectis, et tyranno quoque cum turba sua hunc comitante, martyr Georgius ad aram accessit, et dicit voce magna: In nomine Christi, o idola muta, veritatem dicite. Quisnam Deus verus est? Et repente idola loquendi facultate donata, dixerunt, Christus Filius Dei, et hujus Pater Deus. Et rursum adjecit martyr: In nomine Christi terræ illisa conteramini; et ipso effectu verbum hoc comitante, omnia idola in terram conciderunt, et confracta sunt. Hominum vero turbæ hoc miraculo viso, magna et clara voce exclamaverunt: Magna est fides Christianorum, et magnus est Deus Georgii.

ς'. Ἀκουσάτωσαν οἱ μὴ πιστεύοντες εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ αἰσχυνθήτωσαν, ὅτι ὁ πατὴρ τοῦ ψεύδους διάβολος οὐκ ἠδυνήθη κρύψαι τὸ ὂν, ἀλλ' ἐπιτιμηθεὶς παρὰ τοῦ ἁγίου, καὶ οἷον ὥσπερ ὑπὸ τῆς ἀληθείας μαστιχθεὶς, ὡμολόγησε τὸν Χριστὸν Θεὸν εἶναι ἀληθινόν. Οἱ δὲ μὴ πιστεύσαντες ἔτι ὡς ἐν βαθυτάτῳ σκότει περιπατοῦσι πλανώμενοι. Ἔτι δὲ τοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τῆς γῆς εὑρισκομένου, ἔφερον πρὸς αὐτὸν ἄνθρωπον οἱ γονεῖς αὐτοῦ δαιμονιζόμενον, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, ἵνα θεραπεύσῃ τοῦτον. Ὁ δὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ εὑρισκόμενος δαίμων, ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν, ἔκραξε λέγων, « Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, υἱὲ τοῦ Θεοῦ; ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς. » Οὐδὲ γὰρ εἷς διάβολος ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ πολλοί. Τοῦ δὲ Ἰησοῦ ἐπιτιμήσαντος αὐτὸν, ἐξῆλθον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐγένετο ὑγιής. Τί δὲ, ὃν ἐμαρτύρησεν ὁ Θεὸς, ὃν ἐκήρυξαν οἱ προφῆται, εἰς ὃν ἐπίστευε πᾶσα ἠφοικουμένη, ὃν καὶ αὐτοὶ οἱ δαίμονες μὴ βουλόμενοι ὡμολόγησαν Θεὸν, φρίττουσι δὲ καὶ τρέμουσι τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, τοῦτον οἱ μὴ ὁμολογοῦνται Θεὸν οὐκ εἰσὶ μάταιοι καὶ πεπλανημένοι; Παντί που δῆλον. Καὶ τότε πληρωθήσεται ἐπ' αὐτοὺς τὸ προφητικὸν λόγιον τοῦ Δαβὶδ, ὅτι « Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκε. Παρεσυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὁμοιώθη αὐτοῖς· » καὶ μακάριον αὐτοῖς ἦν, εἴπερ ἐκρίθησαν ὡς τὰ ἄλογα ζῶα. Ἐκεῖνα γὰρ ἐπεὶ οὐχ ἁμαρτάνουσιν, οὐδὲ κολασθῆναι μέλλουσιν. Οὐαὶ δὲ τοῖς μὴ πιστεύσασιν εἰς τὸν Χριστόν· εἴθε μὴ ἐγεννήθησαν οἱ ἄνθρωποι ἐκεῖνοι!

6. Audiant, qui in Christum non credunt, et confundantur, quod pater mendacii diabolus verum occulere non potuit, sed a sancto increpatus, et a veritate ceu flagellatus, Christum Deum esse verum confessus est. Qui vero non credunt, tanquam in densissimis tenebris errantes obambulant. Porro Christo adhuc in terris agente, attulerunt illi parentes quidam filium qui dæmonio agitabatur, et orabant eum ut illum sanaret. Dæmon vero, qui hominem occupaverat, viso Christo exclamavit, dicens: « Quid mihi tecum rei est, Fili Dei? Venisti ante tempus ad affligendum nos? » Non enim unus tantum in homine erat diabolus, sed multi. Cum autem Jesus hunc increparet, ex homine digressi sunt, et sanitati restitutus est. Quem igitur Deus ipse testatus est, quem prædicaverunt prophetæ, in quem universus orbis credidit, quem et ipsi dæmones licet inviti Deum esse confessi sunt, cujus nomen horrent et tremunt, hunc inquam, qui non confitentur, nonne stulti sunt et seducti? Omnino certe. Tunc itaque implebitur in illis propheticum illud Davidis oraculum: « Homo in honore exsistens, non intellexit; comparatus est jumentis brutis, et similis his factus est [49]. » Et sane felices essent, si pro brutis haberentur animalibus. Hæc enim cum non peccent, nec pœnam etiam datura sunt. Væ autem in Christum non credentibus; utinam non nati essent homines isti!

ζ'. Μετὰ δὲ τὸν θάνατον τῶν μαρτύρων προσέτρεχον οἱ ἄνθρωποι εἰς τοὺς τάφους καὶ τὰ μνημεῖα αὐτῶν, καὶ ἐθεραπεύοντο τὰς νόσους αὐτῶν. Ἀλλὰ καὶ μέχρι τῆς σήμερον ἄπειρα θαύματα ἐνεργοῦνται εἰς τοὺς τάφους τῶν μαρτύρων καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων, τῶν πολιτευσαμένων κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ Εὐαγγελίου, ἔνθα εὑρίσκοντο κείμενοι. Ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ

7. Post mortem vero martyrum concurrerunt ad sepulcra, et monumenta horum homines, et sanati sunt a morbis suis. Cæterum usque ad hodiernum diem infinita eduntur miracula circa sepulcra martyrum, et aliorum sanctorum, qui juxta Evangelii præcepta vitam suam instituerunt. Quin et nunc modum non habent Dei homines, qui salutis stu-

[49] Psal. XLVIII, 13.

Digitized by Google

diosi sunt, et quidam agunt in montibus, illi vero in speluncis, alii cum hominibus conversantur, et virtutem habent potentiamque edendi miracula, et edunt. Quid vero tibi videtur? Num propter falsum, fictum, et fucati Dei nomen cooperatus est duodecim apostolis Deus, indoctis illis, et rudibus; per infinita miracula, et convertit universum orbem ad fidem Christi, et Dei cognitionem, frenumque injecit rhetoribus et philosophis? Et quis tam miser qui hoc dixerit? Nobilissimæ enim omnium creaturarum sunt, angelus et homo. Cæterum et angelus, cum animo suo divinitatem affectaret, a propria gloria excidit, et ex angelo diabolus factus est, et ex luce in tenebras mutatus. Similiter et homo, cum sanctus esset, et paradisum incoleret, postquam divinitatem affectare cœpit, en statim e sancto peccator comparuit, et paradiso expulsus, ad terræ culturam condemnatus est. Et, quod calamitosissimum est, qui immortalis erat creatus, morti subjectus est, et audivit : « In sudore vultus tui comedes panem tuum : » et « Quia terra es, in terram reverteris [43]. » Sed quid de angelo et Adamo dicimus, quod propter divinitatis affectationem hæc modo dicta passi sint, cum vel hi qui Mosi se opponere audebant, et incensum Deo offerre religionis gratia, quod non illis, sed solis licebat sacerdotibus, terræ hiatu aperto absorpti sint : Dathan nimirum, Abiron, et Core? Emicuit etiam ignis e terra, et combussit Ophnem et Phinees. Sacrificavit Ozias Judæorum rex, et repentina lepra multatus est. Vides igitur, ut cum omne peccatum Deus ad tempus ferre soleat, et peccatoris pœnitentiam exspectare, hanc solam audaciam non fert, sed eo ipso momento Dei indignatio et ira in hujusmodi audentem oboritur?

παρὸν οὐκ ἔχουσι μέτρον οἱ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι οἱ ἐπιμελούμενοι τῆς σωτηρίας, καὶ οἱ μὲν εὑρίσκονται εἰς τὰ ὄρη, οἱ δὲ εἰς τὰ σπήλαια, οἱ δὲ μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἔχουσι δύναμιν καὶ ἰσχὺν ποιῆσαι θαύματα καὶ ποιοῦσιν. Ἆρα τί σοι δοκεῖ; Ἕνεκεν ψευδοῦς καὶ πεπλασμένου καὶ ἀντιθέου ὀνόματος συνήργησεν ὁ Θεὸς τοῖς δώδεκα ἀποστόλοις, τοῖς ἀμαθέσι καὶ ἀγροίκοις διὰ τῶν ἀπείρων θαυμάτων, καὶ ἐπέστρεψαν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν καὶ τὴν θεογνωσίαν, καὶ ἐπεστόμιζον τοὺς ῥήτορας καὶ φιλοσόφους; Καὶ τίς οὕτως ἄθλιος, ὅστις εἴποι αὐτό; Καὶ γὰρ τὰ τιμιώτερα πράγματα ἁπάσης τῆς κτίσεως ὁ ἄγγελος καὶ ὁ ἄνθρωπός εἰσιν. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἄγγελος ἐνθυμηθεὶς γενέσθαι Θεὸς, ἐξέπεσε τῆς οἰκείας δόξης, καὶ ἀντὶ ἀγγέλου ἐγένετο διάβολος, καὶ ἀντὶ φωτὸς ἐγένετο σκότος. Τὸ αὐτὸ καὶ ὁ ἄνθρωπος ἅγιος ὢν, καὶ ἐντὸς τοῦ παραδείσου εὑρισκόμενος, ἐπεθύμησε γενέσθαι Θεὸς, καὶ παρευθὺς ἀντὶ τοῦ εἶναι ἅγιος εὑρέθη ἁμαρτωλός. Καὶ ἐκβληθεὶς τοῦ παραδείσου, κατεδικάσθη ἐργάζεσθαι τὴν γῆν. Καὶ τὸ δὴ χεῖρον, ὅτι ἀθάνατος κτισθεὶς παρεδόθη εἰς θάνατον, καὶ ἤκουσεν ὅτι « Ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φάγῃ τὸν ἄρτον σου, » καὶ ὅτι « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Καὶ τί λέγω περὶ τοῦ ἀγγέλου καὶ τοῦ Ἀδάμ, ὅτι ἐπιθυμήσαντες γενέσθαι θεοὶ, ἔπαθον ὅσα εἴπομεν; ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως, τολμησάντων τινῶν ποιῆσαι ἃ μὴ θέμις ποιεῖν, ἦγουν θυμιάσαι τῷ Θεῷ δουλείας χάριν, διὰ τὸ μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς θυμιάσαι ἀλλ' ἢ μόνοις τοῖς ἱερεῦσιν, ἠνοίχθη ἡ γῆ, καὶ κατέπιε τὸν Δαθὰν καὶ τὸν Ἀβειρὼν καὶ τὸν Κορέ. Ἐξῆλθε πῦρ ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ κατέκαυσε τὸν Ὀφνεὶ καὶ Φινεές. Καὶ ἐθυμίασεν Ὀζίας ὁ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς, ἀλλὰ παρευθὺς ἐλεπρώθη. Βλέπεις πῶς πάσης ἁμαρτίας ἀνέχεται ὁ Θεὸς, καὶ καρτερεῖ τὴν τοῦ ἁμαρτωλοῦ μετάνοιαν, ταύτην δὲ τὴν τόλμαν οὐκ ἀνέχεται, ἀλλὰ κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν ἔρχεται ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγανάκτησις καὶ ὀργὴ εἰς τὸν τὰ τοιαῦτα τολμῶντα;

8. Quandoquidem igitur, ut demonstratum est, Deus apostolis cooperatus est, et martyribus, in fidei Christianæ comprobationem, qui in Christum non credit, non credit Deo. Sic enim ipse Christus in Evangeliis dixit : « Qui non credit Filio, nec Patri credit, » et : « Qui non habet Filium, nec Patrem habet. » Quod si igitur Christus non erat Deus, nec Dei Filius, sed temeritate quadam hæc dicere ausus fuit, annon eadem pati debebat, quæ diabolus et Adam passi sunt? Sed cum Deus esset verus, aperte omnes docuit, ut puram veritatem agnoscerent, quin potius illius divinitatem. Quandoquidem igitur plane et confidenter se Deum esse dixit, et Filium Dei altissimi [44], nec in abscondito et angulo obscuro, sed in medio omnium hoc dixit: cum denique et ipse Mahomet omnesque Musulmani confiteantur Christum Verbum Dei esse, et Spiritum Dei, et animam Dei, omnes etiam Musulmani hac religione tenentur, ut sine omni dubita-

η'. Ἐπεὶ γοῦν, ὡς ἀποδέδεικται, Θεὸς ἦν ὁ συνεργῶν τοῖς τε ἀποστόλοις καὶ μάρτυσιν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν, ὁ μὴ πιστεύων εἰς τὸν Χριστὸν, οὐ πιστεύει Θεῷ. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εἶπεν, ὅτι « Ὁ μὴ πιστεύων τῷ Υἱῷ, οὐδὲ τῷ Πατρὶ, » καὶ, « Ὁ μὴ ἔχων τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει. » Εἴπερ γοῦν οὐκ ἦν ὁ Χριστὸς Θεὸς καὶ Θεοῦ Υἱὸς, ἀλλὰ τολμῶν ἔλεγε ταῦτα, οὐκ ἔμελλε παθεῖν, ἅπερ ἔπαθεν ὅ τε διάβολος καὶ ὁ Ἀδάμ; Ἀλλὰ Θεὸς ὢν ἀληθινὸς, ἔλεγε καθαρῶς καὶ ἐδίδασκε τοῖς πᾶσιν, ἵνα γνῶσι καθαρῶς τὴν ἀλήθειαν, μᾶλλον δὲ τὴν αὐτοῦ θεότητα. Ἐπεὶ γοῦν τρανῶς καὶ πεπαῤῥησιασμένως ἔλεγεν, ὅτι « Θεός εἰμι καὶ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, » καὶ οὐκ ἐν παραβύστῳ καὶ γωνίᾳ ἔλεγεν αὐτὸ, ἀλλὰ μέσον πάντων, ὁμολογεῖ δὲ περὶ τούτου ὁ Μωάμεθ, καὶ πάντες οἱ Μουσουλμάνοι, ὅτι Λόγος Θεοῦ ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ πνεῦμα Θεοῦ καὶ ψυχὴ Θεοῦ, οὕτω χρεωστοῦσι πάντες οἱ Μουσουλμάνοι, ἵνα ἀνεξετάστως καὶ ἀπολυ-

[43] Gen. III, 18, 19. [44] Matth. III, 17; XVII, 5.

Digitized by Google

πραγμονήτως πιστεύωσι, καθὼς εἶπε περὶ αὐτοῦ ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ κατ' ἔτος γινομένου ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῷ τάφῳ τοῦ Χριστοῦ θαύματος κατὰ τὴν καιρὸν τῆς αὐτοῦ ἀναστάσεως, ὡς καὶ σὺ οἶσθα, ἔχεις εἰπεῖν τι; Οἶδας πάντως ὅτι κρίμασιν εἰς οἶδε Θεὸς, κατεξουσιάζουσιν οἱ Μουσουλμάνοι καὶ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου, καὶ κατὰ τὸν δηλωθέντα καιρὸν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως; πολλὴν καὶ μεγάλην ποιοῦνται τὴν ἐπιμέλειαν καὶ φροντίδα, ὥστε μηκέτ' εἶναι τὸ παράπαν λυχνιαῖον φῶς. Ἐνεργεῖται τοιγαροῦν τοῦτο οὕτως ἀπαραιτήτως κατὰ τὴν τούτων ἐπιμέλειαν. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ, καθ' ὃν ᾄδουσιν οἱ ἐκεῖσε εὑρισκόμενοι Χριστιανοὶ τὸν τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ ὕμνον, κατέρχεται φῶς οὐρανόθεν, ἀνάπτον τὰς εἰς τὸν τοιοῦτον τάφον τοῦ Χριστοῦ εὑρισκομένας τρεῖς λαμπάδας, ἐνώπιον τοῦ ἐκεῖσε εὑρισκομένου τηνικαῦτα κατὰ καιρὸν ἄρχοντος τῶν Μουσουλμάνων. Τί γοῦν σοι δοκεῖ; Ψευδῶς ἔλεγεν ὁ Χριστὸς, ὅτι Θεός ἐστι καὶ Θεοῦ Υἱός; Ψευδῶς δὲ πιστεύουσι καὶ οἱ Χριστιανοί; Καὶ πῶς τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, καθ' ἣν ἀνυμνοῦσιν οὗτοι, ὡς εἴπομεν, τὸν Χριστὸν Θεὸν καὶ Θεοῦ Υἱὸν, καὶ ποιητὴν πάσης κτίσεως, εἰς πλείονα δῆθεν πίστωσιν καὶ δήλωσιν τοῦ θαύματος, μαρτυροῦντος τοῦτο τοῦ Θεοῦ, ὥστ' εἶναι τοῦτ' ἀληθὲς, κατέρχεται οὐρανόθεν φῶς ἐξάπτον τὰς εἰς τὸν τάφον αὐτοῦ δὴ τοῦ Χριστοῦ, ὡς δεδήλωται, λαμπάδας. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ βαπτίσεως, κατῆλθεν ἐξ οὐρανοῦ φωνὴ λέγουσα, ὅτι « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, » τουτέστιν ὁ Χριστὸς, οὕτω καὶ κατὰ τὸν ῥηθέντα καιρὸν κατέρχεται τὸ ἐξ οὐρανοῦ φῶς, πιστούμενον καὶ μαρτυροῦν πᾶσι πιστοῖς τε καὶ ἀπίστοις ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ ἀληθὴς Θεός τε καὶ ἄνθρωπος. Τίς γοῦν οὕτως ἄθλιος, ὃς οὐ προσκυνεῖ καὶ ὁμολογεῖ αὐτὸν Θεὸν καὶ Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ; Εἰ δὲ ἐρευνῶσιν ἴσως καὶ ἀντιλέγουσιν, ὡς ἔοικε λέγουσιν, ὅτι ὁ Χριστὸς ψευδῶς ἐλάλησε, τίς ἐστι χρεία λοιπὸν ἑτέρου κατηγόρου; Αὐτοὶ γὰρ ἑαυτῶν εἰσι κατήγοροι. ἐπεὶ ὃν ὁμολογοῦσι Λόγον Θεοῦ, καὶ πνεῦμα, καὶ ψυχὴν Θεοῦ, τοῦτον λέγουσι ψεύδεσθαι. Καὶ πῶς ἐστι δυνατὸν τοῦτο, Λόγον Θεοῦ ψεύδεσθαι; Γινώσκοντες οὖν τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν, καταφεύγουσιν εἰς τοῦτο, λέγοντες ὅτι οἱ Χριστιανοὶ, ὡς δῆθεν τιμῶντες τὸν Χριστὸν, λέγουσιν ὅτι περὶ ἑαυτοῦ εἶπεν ὁ Χριστὸς ὅτι Υἱὸς Θεοῦ ἐστιν. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἀλήθεια τοῦτο, ἀλλὰ διαβολή. Οὐ μόνον γὰρ ὁ Χριστὸς οὐκ εἶπε τοῦτο, οὐδὲ ἐδίδαξεν· ἀλλὰ ἐρωτηθεὶς παρὰ τῶν Ἰουδαίων, ἠρνήσατο εἰπὼν, ὅτι « Ἐγὼ οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ὑμεῖς λέγετε αὐτό. » Τοῦτο γοῦν πρόσχημά ἐστι καὶ σκῆψις. Βουλόμενοι γάρ τινες ὑβρίσαι τὸν Χριστὸν, φανερῶς οὐκ ἠδυνήθησαν, φοβηθέντες τὴν φανερὰν τῶν ἀνθρώπων κατάγνωσιν, καὶ ἐπλάσαντο ἄλλα ἐπ' ἄλλοις. Ἀλλὰ γινωσκέτωσαν οἱ βουλόμενοι μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, ὅτι αὐτὸς ὁ Χριστὸς εἴρηκεν οἰκείοις χείλεσιν οὐχ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ τρὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, καὶ σχεδὸν ἅπαν τὸ Εὐαγγέλιον αὐτὸ τοῦτο λέγει καὶ διδάσκει, ἵνα δηλονότι γνῶσιν οἱ

tione et curiosa inquisitione credant, sicuti de seipso Christus testatus est. Porro miraculo, quod annuatim Hierosolymis juxta Christi sepulcrum tempore Resurrectionis illius contingit, ut ipse novisti, numquid contradicere potes? Non ignoras enim, quod Dei sic permittente judicio, loco illi sancto Musulmani dominantur, et circa tempus Resurrectionis Christi multam magnamque curam adhibent, et diligentiam, ne ullum aliquod lumen ardens conspiciatur. Fit igitur hoc sine omni controversia diligentissime. Eo autem temporis articulo, quo Christiani, qui illic agunt, hymnum de Christi resurrectione compositum decantant, lumen cœlo delabitur, vidente hoc Musulmanorum principe qui interea temporis ibi commoratur, incendens tres illas, quæ Christi sepulcro astant, lampades. Quid igitur tibi videtur? Num falso dixit Christus se Deum esse, et Dei Filium? Falsone hoc Christiani credunt? Quomodo igitur eadem hora, qua illi Christum, ut diximus, Deum et Dei Filium decantant, et creatorem omnis creaturæ, in copiosiorem nimirum miraculi assertionem expositionemque, testante simul Deo hoc verum esse, lumen cœlitus delapsum, lampades (ut dictum est) circa Christi sepulcrum astantes, incendit? Quemadmodum enim in Jordane cum Christus baptizaretur, vox cœlitus descendit, dicens : « Hic est Filius meus dilectus, » Christum denotans : sic tempore supra memorato lumen cœlitus delabitur, asserens et testificans omnibus tam fidelibus quam infidelibus, quod ipse sit Christus, Filius et Verbum Dei, verus Deus et homo. Quis igitur tam miser, ut illum non adoret, et Deum esse confiteatur, et Filium Verbumque Dei? Si autem fortasse multum indagando his (ut nimirum fieri solet) contradixerint, Christum hæc falso locutum esse, quidnam alia accusatione opus est? Ipsi enim seipsos incusant, si eum, quem Verbum Dei, spiritum et animam Dei esse confitentur, mentiri dixerint. Quomodo autem possibile est, ut Verbum Dei mentiatur? Agnoscentes igitur infirmitatem suam, huc confugiunt, dicentes, quod Christiani, Christum nimirum honoraturi, dicant, hunc de seipso dixisse, quod Filius Dei sit; cum tamen hoc non veritati consentaneum, sed calumnia sit. Christus enim non modo non dixit hoc, neque docuit, sed etiam a Judæis interrogatus, negavit, dicens : « Non sum, verum vos hoc dicitis. » Et hic quidem vester prætextus est, et suffugium. Quidam enim Christum injuria affecturi, manifeste hoc facere non potuerunt, timentes nimirum publicam subire hominum condemnationem; quapropter alia finxerunt ex aliis. Cæterum quotquot veritatis studiosi sunt, sciant ipsum Christum propriis labiis non semel dixisse, bisve aut ter, sed sæpius, totumque fere Evangelium hoc unum dicit et docet, ut nimirum intelligant homines, solum et verum Deum et Filium, quem ante omnia sæcula verum Deum genuit. Totius enim Evangelii

Digitized by Google

finis et scopus hic est, ut scilicet omnis homo A sese ab impietate ad Dei religionem convertat, ut dictum est, et ut homines opera faciant salute digna. Quapropter Christus quotidie hoc dixit, et docuit, quod ab illo excipientes apostoli Evangelium conscripserunt, et docuerunt in orbe universo : et propter hanc doctrinam, Evangelium et dogmata, occubuerunt ipsi simul et martyres. Porro et alii quidam hæreticorum de Christo dixerunt, quod Christus revera quidem ante omnem fuerit creaturam, quodque angelorum et Adami creator sit, cœli etiam, et terræ, omnisque creaturæ : quod revera sic, et non aliter est : eumdem vero Filium Dei esse negaverunt. Qui sane hæreticorum multum damni veræ fidei confessoribus intulerunt. Qui enim illo tempore imperio præerat, B illorum astipulabatur sententiæ, illorumque partes fovebat, et adjuvabat in tali dogmate. Quod si hi, Evangelium summa veneratione prosequentes, demonstrare poterant, nusquam de sese Christum dixisse quod Deus sit, et Dei Filius, quanam alia probatione opus erat quam hac? Hæc enim vel sola servavisset eos præ cæteris argumentis omnibus. Cæterum Evangelium in pretio habebant, et amplectebantur, sanctumque nominabant, et legentes hoc perpetuo cum prophetarum scriptis miserrimi homines, nihilominus hæc ridicula et stulta protulerunt. Et alii quidem in hac hæresi diem obierunt, et anathemate tenentur ; alii vero vivunt et Ægyptum incolunt, Arianique Jacobitæ, et Nestoriani dicuntur. Interrogentur itaque hi, C et fatebuntur veritatem omnem, quod Evangelium tale ab initio scriptum sit, quale hodierno die exstat.

ἄνθρωποι τὸν μόνον καὶ ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἐγέννησεν υἱὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων Θεὸν ἀληθινόν. Ἅπας καὶ γὰρ ὁ τρόπος καὶ ὁ σκοπὸς τοῦ Εὐαγγελίου οὗτός ἐστιν, ἵνα δηλονότι ἐπιστρέψῃ πᾶς ἄνθρωπος ἀπὸ τῆς ἀσεβείας εἰς θεοσέβειαν, καθὼς εἴρηται, καὶ ἵνα πράττωσιν οἱ ἄνθρωποι ἔργα σωτηρίας ἄξια, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἔλεγε καὶ ἐδίδασκεν ὁ Χριστὸς καθημέραν τοῦτο. Ἅπερ καὶ παραλαβόντες ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ οἱ ἀπόστολοι, συνεγράψαντο τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ἐδίδαξαν εἰς τὸν ἅπαντα κόσμον, καὶ ἕνεκεν ταύτης τῆς πίστεως καὶ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τῶν δογμάτων ἀπέθανον οὗτοι καὶ οἱ μάρτυρες. Ὅμως τινὲς τῶν αἱρετικῶν ἔλεγον περὶ τοῦ Χριστοῦ ὅτι μὲν ἀληθῶς ὁ Χριστὸς πρὸ πάσης κτίσεως, εὑρίσκεται, καὶ αὐτός ἐστι δημιουργὸς τῶν ἀγγέλων καὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ οὐρανοῦ, τῆς γῆς τε καὶ ἁπάσης τῆς κτίσεως, τοῦτο οὕτως ἔχειν, καὶ οὐκ ἄλλως· ὅτι δὲ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τοῦτο οὐκ ἔστι. Καὶ ἐποίησαν οἱ τοιοῦτοι αἱρετικοὶ πολὺ κακὸν τοὺς ὀρθοδόξους. Ὁ γὰρ βασιλεύων τῷ τότε ἦν φρονῶν τὰ ἐκείνων, καὶ συνήργει καὶ ἐβοήθει αὐτοῖς ἐπὶ τῷ τοιούτῳ δόγματι. Ἐπεὶ γοῦν εἶχον τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ἐτίμων αὐτὸ, εἴπερ οὐδὲν ἔλεγεν ὁ Χριστὸς περὶ ἑαυτοῦ ὅτι Θεός ἐστι καὶ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, τίνος ἄλλης παραστάσεως ἐδέοντο, ἢ ταύτης ; Καὶ γὰρ αὕτη καὶ μόνη ἔσωζεν ἀντὶ πασῶν ἑτέρων παραστάσεων. Ἀλλὰ τὸ μὲν Εὐαγγέλιον καὶ ἐτίμων καὶ ἔστεργον, καὶ ἅγιον ὠνόμαζον. Καὶ ἀναγινώσκοντες τοῦτο οἱ τάλανες, καὶ τοὺς προφήτας διηνεκῶς, ἔλεγον τὰ αὐτὰ καταγάλαστα καὶ μεμεστωμένα μωρίας λόγια. Καὶ οἱ μὲν ἐτελεύτησαν ἐν ταύτῃ τῇ αἱρέσει, καὶ εἰσὶν ὑπὸ ἀναθέματι, οἱ δὲ ζῶσι, καὶ εὑρίσκονται κατὰ τὴν Αἴγυπτον, καὶ καλοῦνται Ἀρειανοὶ, καὶ Ἰακωβῖται, καὶ Νεστοριανοί. Ἐρωτηθήτωσαν τοίνυν οὗτοι, καὶ μέλλουσιν ὁμολογήσειν τὴν πᾶσαν ἀλήθειαν, ὅτι οὕτως ἐστὶν ἐξαρχῆς τὸ Εὐαγγέλιον γεγραμμένον, ὡς εὑρίσκεται καὶ τὴν σήμερον.

9. Dicitis præterea, Christianos in tres credere personas, Patrem, Matrem et Filium. Et quoniam in omnibus quæ Christianorum dogmata spectant, profanus es, ut in aliis, sic etiam hic erras. Sed audi. Nos equidem, qui Christum profitemur, unum Deum adoramus, creatorem omnium, visibilium et invisibilium : hujusque Verbum et Filium, Christum scilicet. Hæc vera sunt, nec sentimus aliter. Talem enim hunc credimus, et fatemur. Divam D vero Virginem Mariam, creaturam Dei judicamus, et Dei ancillam. Credimus autem, et confitemur, quod huic similis homo nec natus sit, nec posthac ex viro et muliere nasciturus usque ad consummationem sæculi. Et secundum humanam quidem naturam, eam angelis inferiorem esse judicamus, tanquam hominem ; honore autem et sanctimonia, ipsam omnibus angelis indubie præferimus, eo quod Verbum et Filium Dei secundum carnem pepererit ; omnesque nos illam advocatam et auxiliatricem agnoscimus. Orat et intercedit indesinenter pro peccatoribus. Miracula edit et operatur admiratione et stupore digna. Hanc autem colimus, non ut Deum, sed ut Matrem Filii Dei secundum

ιθ'. Λέγετε, ὅτι πιστεύομεν οἱ Χριστιανοὶ εἰς τρία πρόσωπα, εἰς Πατέρα, Μητέρα, καὶ Υἱόν. Καὶ ἐπεὶ εἰς τὰ τῶν Χριστιανῶν εὑρίσκῃ κατὰ πάντα ὁμήτος, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, πλανᾶσαι καὶ περὶ τούτου. Καὶ ἄκουσον ὅτι μὲν ἡμεῖς οἱ Χριστιανοὶ προσκυνοῦμεν ἕνα Θεὸν, τὸν ποιητὴν πάντων, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, καὶ τὸν τούτου Υἱὸν καὶ Λόγον, τὸν Χριστὸν δηλονότι· τοῦτο τοιοῦτόν ἐστι, καὶ οὐκ ἄλλως. Καὶ πιστεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν αὐτόν. Τὴν δὲ ἀεὶ Παρθένον ἁγίαν Μαρίαν ἔχομεν πλάσμα Θεοῦ, καὶ δούλην Θεοῦ. Καὶ πιστεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν ὅτι οὔτε ἐγεννήθη, οὔτε γεννηθῆναι μέλλει ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἄνθρωπος μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, ὡς αὕτη. Καὶ κατὰ μὲν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν λογιζόμεθα αὐτὴν κάτω τῶν ἀγγέλων, ὡς ἄνθρωπον, τῇ δὲ τιμῇ καὶ τῇ ἁγιωσύνῃ ἐπάνω πάντων τῶν ἀγγέλων ἀσυγκρίτως, ὅτι τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ ἐγέννησε κατὰ σάρκα, καὶ ἔχομεν αὐτὴν προστάτην πάντες καὶ βιηθὸν, καὶ δέεται καὶ παρακλεῖ διηνεκῶς ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ἐνεργεῖ καὶ πράττει θαύματα μεγάλα καὶ ἐξαίσια. Καὶ προσκυνοῦμεν αὐτὴν οὐχ ὡς Θεὸν, ἀλλ' ὡς Μητέρα τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ κατὰ σάρκα. Ἔστω τοίνυν ὑπὸ

Digitized by Google

ἀναθέματι ὁ προσκυνῶν δύο, ἢ τρεῖς, ἢ καὶ πολλούς. Ἀλλὰ προσκυνοῦμεν ἕνα Θεὸν, ποιητὴν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καὶ πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων. A

ι'. Φέρετε εἰς κατηγορίαν ἡμῶν ὅτι ἐρωτηθεὶς ὁ Χριστὸς παρὰ τῶν Ἰουδαίων, ὅτι « Υἱὸς Θεοῦ εἶ σύ; » ἠρνήσατο, καὶ εἶπεν, ὅτι Ὑμεῖς λέγετε τοῦτο. » Καὶ φέρετε αὐτὸ εἰς μαρτυρίαν καθ' ἡμῶν, ἵνα δείξητε τὰ παρ' ὑμῶν λεγόμενα ἀληθῆ. Ταῦτα γοῦν ποιεῖτε ἀπὸ τοῦ μὴ γινώσκειν ὑμᾶς τὰς Γραφάς. Εἰ γὰρ εὑρίσκεσθε ἐξετάζοντες καὶ ἐρευνῶντες τὰς Γραφὰς ὡς δεῖ, οὐκ ἂν ἐπλανήθητε. Νῦν δὲ κατηγορεῖτε ἡμῶν, εἰς ἃ οὐ γινώσκετε. Ὅμως ἀφίημι λέγειν κατὰ τὸ παρὸν τὰς ἀπ' ἀρχῆς τοῦ κόσμου μαρτυρίας, αἵτινες ἐλαλήθησαν περὶ τοῦ Χριστοῦ, δεικνύουσαι αὐτὸν Θεὸν καὶ Θεοῦ Υἱὸν καὶ ἄνθρωπον, πολλὰς B οὔσας. Διὸ ἀπὸ τούτων φθάσαντες εἴπομεν μερικάς τινας. Ὅμως λέγω καὶ τοῦτο, ὅτι οὐ δι' ἄλλο τι ἐσταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Χριστὸν, ἢ ὅτι ἐδείκνυεν ἑαυτὸν Θεόν τε καὶ ἄνθρωπον, καὶ Θεοῦ Υἱόν. Καὶ τῇ μὲν ἔλεγεν, ὅτι « Ὁ ἐμὲ θεωρῶν θεωρεῖ τὸν Πατέρα μου, » πῇ δὲ, ὅτι « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν, » πῇ δὲ, ὅτι « Εἰ ἐμὲ ἐγνώκειτε, καὶ τὸν Πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν. » πῇ δὲ, ὅτι « Ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσει εἰς τὸν αἰῶνα. » Καὶ ἀλλαχοῦ, ὅτι « Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι. » Ἅπερ θεωροῦντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἔλεγον πρὸς αὐτὸν, « Τίνα σεαυτὸν ποιεῖς; ἄνθρωπος ὤν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν; » Τί δὲ ὁ Χριστός; « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται. » Καὶ, « Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει C τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. » Καὶ, ὅτι « Οὐδεὶς εἶδε τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, οὐδὲ τὸν Πατέρα τις ἑώρακεν εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, καὶ ᾧ βούλεται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι. » Ὁ οὖν Χριστὸς ὁ λέγων ταῦτα καὶ διδάσκων τοὺς ἀνθρώπους, ἐρωτηθεὶς ἐμελλε κρύψειν τὴν ἀλήθειαν; Καὶ ποῖος ἄφρων καὶ ἠλιθιος ὑπολάβοι τοῦτο; Εἰ γὰρ οὐκ ἦν Θεὸς καὶ Υἱὸς Θεοῦ, οὐκ ἂν εἶπον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐρωτηθέντες παρ' αὐτοῦ, « Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; » καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν, ὅτι « Οἱ μὲν λέγουσιν εἶναί σε Ἠλίαν, οἱ δὲ Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν. » Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Χριστὸς, « Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; » Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ, ὅτι « Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ D ζῶντος. » Ἔμελλε καὶ γὰρ εἰπεῖν ὁ Χριστὸς τῷ Πέτρῳ, ὅτι « Πεπλάνησαι, βλασφήμως εἴρηκας, κακῶς λελάληκας, οὐκ εἰμὶ Υἱὸς Θεοῦ. » Καὶ γὰρ ἐπεὶ διδάσκαλος αὐτῶν ἦν ὁ Χριστὸς, τί ἕτερον ἔμελλε διδάσκειν αὐτοὺς εἰ μὴ τὴν ἀλήθειαν; Τί γοῦν ὁ Χριστὸς τῷ Σίμωνι Πέτρῳ; « Μακάριος εἶ, Σίμων υἱὲ τοῦ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Οὐκ ἀγνοῶν δὲ ἠρώτα ὁ Χριστὸς τὸν Πέτρον τὸ, τίνα λέγουσιν εἶναι αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου πρὸ τοῦ θανάτου ἐκείνου ἔλεγεν, ὅτι « Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν ἀπέθανεν, ἀλλὰ πορεύομαι ἀνα-

carnem. Cæterum anathema sit, quisquis vel duos vel tres vel plures deos adoraverit. Sed adoramus unum Deum, creatorem cœli et terræ, omnium visibilium et invisibilium.

10. Affertis in accusationem nostri, quod Christus a Judæis interrogatus, « Num Filius Dei es? » negaverit, dicens : « Vos hoc dicitis. » Et hoc testimonii loco contra nos adducitis, ut iis quæ a vobis dicta sunt, fidem facere possitis. Hæc autem propter Scripturarum ignorantiam facitis. Si enim Scripturas, ut fieri omnino oportet, excutieretis investigaretisque, nequaquam seduceremini. Nunc autem nos accusatis de his quæ vos ipsi non intelligitis. Verumtamen omittam dicere in præsenti, quæ ab initio mundi de Christo testimonia dicta sunt, ipsum et Deum et Dei Filium hominemque esse comprobantia, quia multa sunt. Quare his præteritis dicemus singularia quædam. Simul et hoc dico, Judæos non alia de causa Christum crucifixisse, quam quod se Deum diceret, et hominem Deique Filium. Et alicubi quidem dicebat : « Qui me videt, videt Patrem meum [46]. » Alibi vero : « Ego et Pater unum sumus [46]. » Rursus alio in loco : « Si me novissetis, et Patrem meum utique cognovissetis [47]. » Item : « Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum [48]. » Et alibi : « Remittentur tibi peccata tua [49]. » Quæ omnia perpendentes Judæi dicebant : « Quemnam teipsum facis? cum homo sis, facis te Deum [50]? » Quid vero Christus? « Qui credit in me, etiamsi moriatur, vivet [51]. » Et : « Quemadmodum Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius, quos voluerit, vivificat [52]. » Et : « Nemo vidit Filium, nisi Pater, nec Patrem aliquis vidit, nisi Filius, et cui Filius voluerit revelare [53]. » Christus igitur hæc dicens, docensque homines, interrogatus veritatem celaret? Et quis vel insanus vel stultus hoc crederet? Si enim non erat Deus, nec Dei Filius, non utique discipuli ejus ab illo interrogati : « Quem me dicunt homines esse filium hominis? » dixissent illi, « Alii quidem te dicunt esse Eliam, alii Jeremiam, vel unum prophetarum. » Et dixit illis Christus : « Vos vero quem me dicitis esse? » Et respondens Petrus, dixit illi : « Tu es Christus, Filius Dei viventis [54]. » Dixisset tunc Christus Petro : « Erravisti, impie locutus es et perverse : non enim Filius Dei sum. » Cum enim præceptor illorum Christus esset, ecquid aliud quam veritatem erat illos docturus? Quid autem Christus Simoni Petro respondet? « Beatus es, Simon fili Jona, quoniam caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est [55]. » Christus vero non quasi ignorans interrogavit Petrum, quemnam illum esse dicerent homines, sed quemadmodum de Lazaro priusquam moreretur dicebat : « Lazarus amicus noster mortuus est, sed abeo, et suscitabo illum, » profectus vero illuc interrogabat : « Ubi

[46] Joan. xiv, 9. [46] Joan. x, 30. [47] Joan. viii, 19. [48] ibid. 55. [49] Matth. ix, 2. [50] Joan. x, 33. [51] Joan. xi, 25. [52] Joan. v, 21. [53] Matth. xi, 27. [54] Matth. xvi, 13-16. [55] ibid. 17.

Digitized by Google

posuistis eum? » Deinde cum auctoritate dixit : « Lazare, exi foras [56], » et obedivit exanimis verbo Domini; ut, inquam, Christus hæc fecit, ostendens suam divinitatem et humanitatem : sic etiam nunc interrogavit discipulos, ut ostenderet se Deum esse et hominem, et ut a parvis initiis ad fastigium veritatis perducerentur. Cæterum post ipsam quoque resurrectionem, quidnam Thomas dixit, qui et ipse unus erat e duodecim discipulis? Qui contrectato Christi latere, planissime idem dixit : « Dominus meus, et Deus meus [57]. » Quid autem illi Christus? Non dicit, Desine blasphemare, sed quid? « Quia vidisti me, credidisti. Beati qui non vident, et credunt [58]. » Quin in prædicationis initio, quidnam Nathanael ad Christum dicit? Ipse enim Nathanael legis doctor erat apud Judæos, veniensque ad Christum, interrogavit eum quæcunque voluit et cupiebat; cum vero ex Christo etiam ea cognovisset quæ animo suo occultata tegebat, dicit ad Jesum : « Tu es ille Filius Dei, tu es ille rex Israelis. » Num autem hunc Christus ceu male dicentem increpuit? Nequaquam. Quid vero? Dicit illi Christus : « Quia dixi tibi quæ corde occultata tegebas, credis. Majora his videbis [59]. » Et cum Christus a Pilato interrogatus dixit, « Tu dixisti [60], » non negationis formula est, sed affirmationis et confessionis, qua etiam ad Judam usus est. Cum enim cum discipulis suis discubuisset, dixit ad eos : « Unus vestrum prodet me. » Et dixerunt singuli de sese : « Num ego sum, Domine? et alius, « Num ego sum? » Dixit tandem et Judas, « Num ego sum? » Dicit Christus, « Tu dixisti. » Hæc sane non negandi figura, sed affirmandi erat, qua eadem Pilato respondit. Formula enim erat illi genti peculiaris, qua etiam ceu vulgari et usitata Christus usus est, quemadmodum etiam apud Musulmanos frequenter in usu est. Si enim quis dicat alterum consulendo, Faciemusne hoc aut illud? tunc pro eo quod alter dicere debebat, Fiat, dicit, « Tu novisti. » Neque hoc negandi, sed assentiendi formula est. Ita et Christus hac illis usitata formula, « Tu dixisti, » usus est. Nihilominus tamen Pilatus interrogavit Christum, dicens, « Tune es rex Judæorum? » Respondit illi Jesus, « Regnum meum non est ex hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri utique mei pugnarent pro me, ne Judæis traderer. Nunc autem regnum meum non est hinc. » Dixit illi Pilatus : « Num igitur rex es tu? » Respondit Jesus : « Tu dicis me regem esse. Ego in hoc natus sum, et propterea in mundum veni, ut testimonium feram veritati. Omnis qui ex veritate est, audit vocem meam. » Dicit illi Pilatus, « Quid est veritas? » Videsne quomodo idem hic planius demonstratum est? Christus omnino se regem esse comprobavit, et a Pilato interrogatus idem hoc respondit. Nam pro eo quod dixisset, « Certe rex

A στήσων αὐτόν; » πορευθεὶς δὲ πρῶτα, « Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; » εἶτα ἐξουσίᾳ ἐλάλησε, « Λάζαρε, δεῦρο ἔξω, » καὶ ὑπήκουσεν ὁ ἄπνους τῷ τοῦ Κυρίου προστάγματι· δεικνύων τήν τε αὐτοῦ θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα· οὕτω καὶ κατὰ τὸ παρὸν ἠρώτησε πρὸς τοὺς μαθητάς, ἵνα δείξῃ αὐτὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, καὶ ἵνα ἐκ τοῦ καταμικρὸν ἀνάγωνται εἰς τὸ ὕψος τῆς ἀληθοῦς γνώσεως. Ἀλλὰ δὴ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τί εἶπεν ὁ Θωμᾶς, εἷς ὢν καὶ αὐτὸς τῶν δώδεκα μαθητῶν, ψηλαφήσας τὴν πλευρὰν τοῦ Χριστοῦ; Πάντως καὶ αὐτὸς οὕτως εἴρηκεν, « Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου. » Τί γοῦν φησι καὶ πρὸς αὐτὸν ὁ Χριστός; Οὐκ εἶπεν αὐτῷ, Παῦσαι βλασφημῶν, ἀλλὰ τί; « Ὅτι ἑώρακάς με, πεπίστευκας. Μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες. »

B Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος τί εἶπεν ὁ Ναθαναὴλ πρὸς τὸν Χριστόν; Καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς Ναθαναὴλ νομοδιδάσκαλος ὢν τῶν Ἰουδαίων, ἐλθὼν εἰς τὸν Χριστὸν, ἠρώτησεν αὐτὸν ὅσα ἤθελε καὶ ἐβούλετο· ἀκούσας δὲ παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ἅπερ εἶχεν ἀπόῤῥητα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, λέγει τῷ Ἰησοῦ, « Σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. » Ἐπετίμησε γοῦν αὐτῷ ὁ Χριστὸς, ὡς κακῶς λαλήσαντι; Οὐχί. Ἀλλὰ τί; Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Χριστός· « Ὅτι εἶπόν σοι τὰ ἀπόῤῥητα τῆς καρδίας σου, πιστεύεις· μείζω τούτων ὄψει. » Καὶ ὅτι μὲν ἐρωτηθεὶς παρὰ τοῦ Πιλάτου ὁ Χριστὸς, οὕτως εἴρηκεν, ὅτι « Σὺ εἶπας τοῦτο, » τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἀρνήσεως λόγος, ἀλλὰ συγκαταθέσεως καὶ ὁμολογίας. Καὶ ὥσπερ πρὸς τὸν Ἰούδαν

C εἶπε· καθήμενος καὶ γὰρ ἐν μιᾷ ὁ Χριστὸς μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, λέγει πρὸς αὐτοὺς, « Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με· » καὶ ἔλεγεν εἷς ἕκαστος περὶ αὐτοῦ, « Μήτι ἐγώ εἰμι; » καὶ ἄλλος, « Μήτι ἐγώ εἰμι; » εἶπε καὶ Ἰούδας, « Μήτι ἐγώ εἰμι; λέγει ὁ Χριστὸς, « Σὺ εἶπας· » τότε πάντως οὐκ ἦν ὁ λόγος ἀρνήσεως, ἀλλὰ συγκαταθέσεως· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Πιλάτου. Λόγος γὰρ ἦν συνήθης τοῦ τόπου, καὶ ὡς τοῦ τόπου ἐκείνου λόγῳ ἐχρήσατο αὐτῷ ὁ Χριστός. Καὶ ὥσπερ ἀρτίως πολλάκις καὶ ἐπὶ τῶν Μουσουλμάνων λέγει ἕτερος πρὸς ἕτερον μετὰ συμβουλῆς, ὅτι Ποιήσωμεν τόδε καὶ τόδε· καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν τὸν ἕτερον, ὅτι

D ἂν γένηται, ἀποκρίνεται ὅτι Σὺ γινώσκεις, καὶ οὐκ ἔστι λόγος ἀρνήσεως, ἀλλὰ συγκαταθέσεως· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ὡς τοῦ τόπου ἐκείνου λόγῳ ἐχρήσατο τῇ τοιαύτῃ λέξει ὁ Χριστὸς, τῇ, « Σὺ εἶπας. » Ὅμως αὐτὸς ὁ Πιλάτος ἠρώτησε τὸν Χριστὸν, λέγων, « Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; » Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, « Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ, οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις. Νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν. » Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Πιλάτος, « Οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ; » Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, « Σὺ λέγεις, ὅτι βασιλεύς εἰμι ἐγώ. Ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι, καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ. Πᾶς ὁ ὢν ἐκ

[56] Joan. xi, 11 seqq. [57] Joan. xx, 28. [58] ibid. 29. [59] Joan. i, 49. [60] Matth. xxvi, 64.

Digitized by Google

τῆς ἀληθείας ἀκούει μου τῆς φωνῆς.» Λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος, « Τί ἐστιν ἀλήθεια; » Ὁρᾷς πῶς ἐνταῦθα ἐδείχθη σαφέστερον; Πάντως ὁ Χριστὸς βασιλέα ἔδειξε καὶ εἶπεν ἑαυτὸν, καὶ ἐρωτηθεὶς παρὰ τοῦ Πιλάτου, πάλιν αὐτὸ τοῦτο ἀπεκρίθη. Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, Ναὶ βασιλεύς εἰμι, εἶπε, « Σὺ λέγεις, βασιλεύς εἰμι ἐγώ. » Τί γοῦν ὁ Πιλάτος, εἰπόντος τοῦ Χριστοῦ, ὅτι « Ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι, καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ; » Λέγει πρὸς αὐτὸν, « Τί ἐστιν ἀλήθεια; » τουτέστιν, εἰ εἰς τὸν κόσμον ἀλήθεια ἦν, οὐκ ἂν παρεδίδου εἰς θάνατον. Καὶ οἷον ἀποκλαιόμενος τὴν τῆς ἀληθείας στέρησιν, εἶπε, « Τί ἐστιν ἀλήθεια; » Ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως ἐρωτηθεὶς ὁ Χριστὸς, ὅτι « Ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς, εἰ σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ; οὐδὲν ἕτερον ἀπεκρίνατο, ἢ ὅτι « Ἐγώ εἰμι. » Οἶδας ὅπως εἰς ἃ οὐκ ἐπίστανται οἱ Μουσουλμάνοι, κατηγοροῦσι τοὺς ἀξίους ἐπαίνου; Ἰδοὺ τοίνυν εἴπερ ζητεῖς ἀλήθειαν, γνῶθι αὐτήν· εἰ δ' οὖν, σὺ οἶδας. Οὐ γὰρ παρὰ τῆς ἀληθείας ἐστὶν ἡ περὶ ταύτην ἄγνοια, ἀλλὰ παρὰ τῶν ἀποστρεφομένων αὐτήν.

sum, » dixit : « Tu dicis me regem esse. » Quid ergo Pilatus respondet Christo dicenti, « Ego in hoc natus sum, et propterea in mundum veni ut testimonium feram veritati? » Dicit illi : « Quid est veritas? » quasi dicat : Si in mundo esset veritas, nequaquam esses traditus in mortem; et quasi deplorans veritatis interitum, dixit ; « Quid est veritas? » Cæterum a principe sacerdotum quoque interrogatus Christus : « Adjuro te per Deum viventem ut nobis dicas, num tu sis Filius Dei, » nihil aliud respondit, quam « Ego sum. » Videsne quomodo de rebus sibi incognitis Musulmani homines laude dignos accusent? En nunc igitur, siquidem veritatem inquiris, ipsam agnoscito; nunc etenim novisti. Ignorantia enim non propter veritatem oboritur, sed propter illos qui eam aversantur.

ια'. Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τοῦ σταυροῦ λόγον δεδώκαμεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἵνα εἴπωμεν, ἄκουσον δὴ καὶ περὶ τούτου. Ὥσπερ γὰρ τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐλέγοντο, παρά τε τοῦ Μωϋσέως, τοῦ Δαβὶδ καὶ τῶν προφητῶν, ἐλέγοντο δὲ ἀμυδρῶς πως καὶ συνεσκιασμένως, ἀλλὰ δὴ καὶ περὶ τοῦ πάθους καὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, καθὼς διὰ τῶν τοσούτων προφητειῶν ἀνεφάνησαν, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. Καὶ σκόπει ὅπως ἐστὶ τοῦτο. Τοῦ Μωσέως ἐκβαλόντος τοὺς Ἑβραίους ἐκ τῆς Αἰγύπτου, ἐξῆλθον οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ κατεδίωξαν ὄπισθεν αὐτῶν· κατέλαβον οὖν αὐτοὺς ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Οἱ γοῦν Ἑβραῖοι φοβηθέντες, ἀπέγνωσαν τῆς ἑαυτῶν ζωῆς. Ὁ τοίνυν Μωϋσῆς ἐλάλησε πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, « Τί βοᾷς πρός με; Λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἀναζευξάτωσαν· καὶ σὺ ἔπαρον τὴν ῥάβδον σου, καὶ τύψον τὴν θάλασσαν, καὶ διαβήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ κατὰ τὸ ξηρόν. Λαβὼν τοίνυν τὴν ῥάβδον αὐτοῦ ὁ Μωϋσῆς, ἔτυψε τὴν θάλασσαν κατ' εὐθείαν τομὴν, καὶ ἐσχίσθη τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ ἔστη τεῖχος ἐκ δεξιῶν, καὶ τεῖχος ἐξ εὐωνύμων, καὶ διέβη ἅπας ὁ λαὸς ἐπὶ τοῦ ξηροῦ. Καταδεωξάντων δὲ καὶ τῶν Αἰγυπτίων, καὶ εἰσελθόντων ἐντὸς τοῦ ξηροῦ, εἶπε Κύριος πρὸς τὸν Μωϋσῆν, καὶ ἔτυψεν αὖθις τὴν θάλασσαν μετὰ τῆς ῥάβδου, οὐ μὴν ὡς τὸ πρότερον κατ' εὐθείαν, ἀλλ' ἐπιστρεπτικῶς. Καὶ ἐλθὸν τὸ ὕδωρ κατὰ χώραν, κατεπόντισε τὸν Φαραὼ βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων σὺν πᾶσι τοῖς ἅρμασι καὶ τῇ στρατιᾷ αὐτοῦ. Τότε πάντως ὁ τύπος τοῦ σταυροῦ διὰ τῆς ξυλίνης ῥάβδου τοῦ Μωϋσέως ἐνήργησε τὸ τεράστιον, καὶ ἡ τομὴ τῆς θαλάσσης ἔδειξε τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ, ἡ δὲ ῥάβδος τὴν φύσιν τοῦ ξύλου. Καὶ ἔτι ὥσπερ ὁ Μωσῆς διὰ τοῦ τύπου τοῦ σταυροῦ, καὶ τοῦ ξύλου, καὶ τῆς θαλάσσης ἠλευθέρωσε τοὺς Ἑβραίους τῆς πικρᾶς, δουλείας καὶ τυραννίδος τοῦ Φαραὼ, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς διὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἠλευθέρωσε τὸν ἄνθρωπον ἐκ τῆς πικρᾶς δουλείας καὶ καταδυναστείας τοῦ διαβόλου. Ἔτι ἀπελθόντος τοῦ Μωϋσέως μετὰ τοῦ λαοῦ ἐν τόπῳ τινὶ Μεριβᾷ ὀνομαζο-

11. Quoniam vero de cruce etiam nos in superioribus dicturos esse promisimus, nunc quoque de hac audias. Quemadmodum enim ea quæ Christum spectant, ab initio prædicta sunt a Mose, Davide et prophetis, dicta sunt autem obscure quodammodo et tecte; verumtamen sicut de passione et morte illius per tot prophetias exposuerunt, sic etiam de cruce. Et nunc qua ratione hoc factum sit, perpendito. Cum Moses Judæos Ægypto educeret, exiverunt Ægyptii, et insecuti sunt eos, quos et assecuti sunt apud mare Rubrum. Hebræi autem timore correpti, de vita desperaverunt. Moses itaque oravit ad Dominum : et dixit illi Deus : «Quid clamas ad me? Loquere filiis Israel, ut accingantur. Et tu tolle virgam tuam, et percute mare, et transibunt filii Israel per siccum.« Moses igitur accepta virga, percussit mare ictu recto, et divisa est aqua maris, et stetit murus a dextris et murus a sinistris, et transivit omnis populus per siccum.» Ægyptiis vero hos persequentibus, et super siccum ingressis, dixit ad Mosem Dominus, et rursum percussit mare virga sua, non quidem ictu recto, ut prius, sed transverso : et aqua in locum suum reversa, submersit Ægyptiorum regem Pharaonem cum omnibus curribus suis et universo exercitu. Tunc sane typus crucis per virgam Mosis ligneam hoc edidit miraculum, et sectio maris typum crucis designavit, virga vero ipsius ligni naturam. Insuper sicut Moses per typum crucis et ligni per mare liberavit Hebræos ex tristi Pharaonis servitute et tyrannide : sic Christus per crucem et potentiam illius liberavit hominem ex tristi servitute et potestate diaboli. Præterea discedente Mose cum populo, in quodam loco Mara nuncupato, cum non invenirent aquam ad bibendum (amaræ enim erant aquæ loci illius), ostendit Deus Mosi lignum, quo in aquas injecto dulcescere cœperunt, et sic omnis Judæorum populus saturatus est. Hoc nimirum innocente miraculo, quod diabolo, quæ in mundo fuit, amarulentia esset disparitura et immutanda per crucem in

Digitized by Google

magnam dulcedinem et lætitiam. Porro progrediente Mose per desertum cum populo, serpentum multitudo in locum quemdam incidit, quibus periclitabatur populus. Moses vero Dei jussu fecit serpentem æneum, lignumque rectum terræ infixit, cui serpentem transversum affixit, omnesque qui a serpentibus icti fuerant, viso æneo illo, sanabantur; nec ullus erat qui a serpentibus ictus, æneo viso non sanaretur. Nimirum et illo miraculo hoc innuente, quod erectum lignum affixusque illi transversus serpens crucis typum denotabat, æneusque serpens haud dubie Christi typus erat. Quemadmodum enim serpens hic formam quidem serpentis habuit, venenum vero nequaquam; sic etiam Christus homo quidem erat futurus, sed peccati expers, et quilibet diaboli morsu impetitus, si Christo respecto in illum crediderit, salvabitur; qui vero in illum non respexerit, nec crediderit, propter peccatum morietur. Insuper bello inter Judæos cum Amalekitis exorto, extendente Mose ad Deum manus suas, Hebræorum milites Amalekitis superiores erant; hoc autem manus demittente, Amalekitæ Israëlem repellebant. Præcepit igitur Moses, ut se manus extendentem juvarent, donec in universum devictus esset Amalek. Ecce etiam hac re manifeste crucis typum præferebat et ejusdem potentiam. Sed et beatus ille Jacob nepotibus suis benedicturus, manus suas in modum crucis transversas iisdem imposuit, crucis typum hac forma ostendens. Porro manifestius clariusque his Deus per prophetam Isaiam dicit: «Gentes et reges, qui tibi non servierint, peribunt, et gentes solitudine desolabuntur, in cupresso, pinu et cedro simul, ut glorificent locum sanctum meum, et locum pedum meorum glorificabo.[61,62] «Attende igitur, et vide rem novam et admirabilem. Quemadmodum enim Christi passionem prædixerunt prophetæ, et non solum hanc, verum etiam ejusdem speciem, ut, «Dederunt mihi in cibum fel, et in siti mea potaverunt me aceto, et perfoderunt manus meas et pedes meos, et diviserunt vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem,» et alia his similia: sic etiam crucis illius typum demonstraverunt, et quod per hanc abolenda esset diaboli tyrannis. Sed et genus ligni Isaias notavit, dicens: «In cupresso, pinu et cedro simul glorifices locum sanctum meum, et locum pedum meorum glorificabo.» Ex his enim tribus ligni generibus crux compacta est, unum quidem erectum, secundum transversum, tertium vero inferius, cui affixi sunt pedes Christi. David vero sic exclamat: «Exaltate Dominum Deum vestrum, et adorate scabellum pedum suorum, quoniam sanctus est[63].» Nunc vero de cruce, ea quæ dicta sunt sufficiant. Verum et Jacob benedicens, ut dictum est, filiis Joseph, manus transversas illis imposuit, et in modum crucis iisdem benedixit. Prævidentes enim prophetæ, quod per

μένῳ, καὶ μὴ εὑρισκόντων ὕδωρ ὥστε πιεῖν, καὶ γὰρ πικρὰ εὑρίσκοντο τὰ τῆς Μερρᾶς ὕδατα, ἔδεξεν ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσεῖ ξύλον, καὶ βαλὼν αὐτὸ ἐν τοῖς ὕδασιν, ἐγλυκάνθησαν, καὶ ἔπιεν ἅπας ὁ λαὸς τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐκορέσθη· τοῦτο δηλοῦντος τοῦ θαύματος, ὅτι ἡ παρὰ τοῦ διαβόλου γεγονυῖα ἐν τῷ κόσμῳ πικρία ἀφανισθῆναι μέλλει καὶ μεταβληθῆναι διὰ τοῦ σταυροῦ εἰς μεγάλην γλυκύτητα καὶ εὐφροσύνην. Ἐπὶ πορευομένου τοῦ Μωϋσέως ἐν τῇ ἐρήμῳ μετὰ τοῦ λαοῦ, εὑρέθη ἐν τόπῳ τινὶ πλῆθος ὄφεων, καὶ ἐκινδύνευεν ὁ λαὸς ὑπ' αὐτῶν. Ὁ δὲ Μωϋσῆς, κελευσθεὶς παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἐποίησεν ὄφιν χαλκοῦν. Ἔπηξε δὲ ξύλον ὄρθιον, καὶ ἔθηκεν αὐτὸν ἐγκάρσιον ἐν αὐτῷ. Καὶ πάντες οἱ δακνόμενοι ὑπὸ τῶν ὄφεων, ἔβλεπον τὸν τοιοῦτον χαλκοῦν ὄφιν, καὶ ἐθεραπεύοντο, καὶ οὐδεὶς ἦν ἀπὸ τῶν δακνομένων ὑπὸ τῶν αὐτῶν ὄφεων ὁ ἐμβλέψας εἰς αὐτὸν, ὃς οὐκ ἐθεραπεύετο. Τοῦτο δηλοῦντος καὶ τοῦ τοιούτου θαύματος, ὅτι τὸ πηχθὲν ὄρθιον ξύλον, καὶ ὁ ἐν αὐτῷ τεθεὶς ἐγκάρσιος ὄφις, τὸν τοῦ σταυροῦ τύπον εἰκόνιζεν. Ὁ μέντοι χαλκοῦς ὄφις προδήλως ἐδήλου τὸν Χριστόν. Καθὼς γὰρ ὁ ὄφις ἐκεῖνος τὸ μὲν εἶδος εἶχε τοῦ ὄφεως, ἰὸν δὲ οὐδαμῶς, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἄνθρωπος μὲν μέλλει γενέσθαι, ἁμαρτίας δὲ ἄνευ. Καὶ πᾶς ὁ δακνόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ βλέπων εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ πιστεύων εἰς αὐτὸν, σωθήσεται· ὁ δὲ μὴ βλέπων εἰς αὐτὸν, μηδὲ πιστεύων, ἀποθανεῖται ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας. Ἔτι πολέμου γεγονότος μετὰ τῶν Ἑβραίων καὶ τῶν Ἀμαληκιτῶν, ἐκτείναντος τοῦ Μωσέως τὰς χεῖρας αὐτοῦ πρὸς τὸν Θεὸν, κατετροποῦτο τὸν Ἀμαλὴκ ὁ τῶν Ἑβραίων λαός· θέντος δ' αὐτὰς κάτω, κατετροποῦτο ὁ Ἀμαλὴκ τὸν Ἰσραήλ. Προσέταξε τοίνυν διὰ τοῦτο ὁ Μωϋσῆς δύο τινὰς, ὥστε βοηθεῖν αὐτῷ ἐπὶ τῇ ἐκτάσει τῶν τούτου χειρῶν, μέχρις ἂν εἰς τέλος ἡττήθη ὁ Ἀμαλήκ. Ἰδοὺ καὶ τοῦτο προφανῶς τὸν τοῦ σταυροῦ τύπον ἐδήλου τε καὶ τὴν δύναμιν. Ἀλλὰ καὶ ὁ μακάριος Ἰακὼβ τοὺς ἐγγόνους αὐτοῦ εὐλογῶν, ἐναλλὰξ καὶ σταυροειδῶς τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν ἐκείνων ἐπέθηκε, τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ ἔκτοτε δεικνύων. Ἔτι δὲ τούτου σαφέστερόν τε καὶ καθαρώτερον ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου οὕτωσί φησι, «Τὰ ἔθνη καὶ οἱ βασιλεῖς, οἵτινές σοι οὐ δουλεύσουσιν, ἀπολοῦνται, καὶ τὰ ἔθνη ἐρημίᾳ ἐρημωθήσονται. Ἐν κυπαρίσσῳ καὶ πεύκῃ καὶ κέδρῳ ἅμα δοξάσαι τὸν τόπον τὸν ἁγιόν μου, καὶ τὸν τόπον τῶν ποδῶν μου δοξάσω.» Πρόσεξον τοίνυν, καὶ ἴδε πρᾶγμά τι ξένον καὶ ἐξαίσιον. Ὥσπερ γὰρ περὶ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ προηγόρευσαν οἱ προφῆται, καὶ μὴ μόνον τούτου, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰδῶν τοῦ πάθους, ἤτοι τοῦ, «Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος, καὶ ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, καὶ διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον,» καὶ τῶν ὁμοίων τούτοις, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἔδειξαν μὲν τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ, καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ μέλλει καταβληθῆναι ἡ τοῦ διαβόλου τυραννίς. Ἀλλὰ καὶ τὴν φύσιν τοῦ ὕλου ὁ Ἡσαΐας

[61,62] Isa. LX, 12, 13. [63] Psal. XCVIII, 5

Digitized by Google

mamque a sublimitate et magnificentia sua detraxit, et abduxit in absurdas et vanas corporis concupiscentias et voluptates : tuncque anima ceu mancipium corporalium cupiditatum servitio tradita est. Si igitur post mortuorum resurrectionem homines, qui juxta Dei voluntatem vixerunt, non possessuri sunt beatam illam vitam, quam Adam progenitor noster ante transgressionem habuit et amisit, sed eamdem omnino vitam, quam post maledictionem sustinuit, acquisituri sunt, væ hominibus illis ! Verum hoc pessimum est, quod non modo de misera hac et exsecrabili vita Mahometis absurda opinio fertur, quam Deum justis daturum promittit, sed de longe miseriori et turpiori, quam hæc sit quam modo vivimus. Adam enim post transgressionem, maledictionem et relegationem ex paradiso, Evam cognovit; verum et hoc propter liberorum procreationem fecit, quos et progenuit. Ante transgressionem vero, angelicam vitam vixerunt. Præterea Adam Eva cognita, etiam postea hæc eadem unica erat mulier, et non plures. Non enim unum marem creaverat Dominus, et multas feminas, nec multos mares, et unam feminam, sed unum virum, Adamum, et unam mulierem, Evam. Humano autem genere jam multiplicato, et in lascivas et iniquas operationes prolapso, gravatus et indignatus est contra ipsos Deus, quemadmodum beatus ille Moses in Veteri Testamento describit, quod scilicet dixerit Deus : « Non permanebit spiritus meus cum eis, quia caro sunt[67]. » Nec Dei verbum, cur ipsis caro sit, indicat : quomodo enim? Nam etiamsi homo post transgressionem carnem corruptibilem ac mortalem assumpserit, non tamen Adam corpus a Deo plasmatum adjecit; omnia enim quæ a Deo creata sunt, admodum sunt bona; sed ob id Deus dixit : « Non permanebit spiritus meus cum eis, quia caro sunt, » quod nimirum toti carnales et terreni facti essent, non habentes convenientem ipsis boni memoriam, et quod in lasciviam penitus incidissent. Tunc dicit ad Noe Deus : « Quoniam te inveni justum in generatione hac, arcam fac ligneam talem[68], » etc. Et fecit Noe arcam juxta verbum Domini, et arcam ingressus est cum tribus filiis suis, Sem, Cham et Japhet; ingressa est et uxor Noe in arcam, et tres uxores filiorum Noe. Viden' ut a Deo justi testimonium accipit Noe una uxore contentus? Quin et singuli filiorum ipsius singulas, easque solas, uxores habuerunt, et ab ira Dei servati sunt, totum vero humanum genus diluvii aquis deletum est. Hoc certe vel plane insipidum docere queat, quod unam eamque solam uxorem viro esse conveniat, justumque sit mulierem quoque uni solique viro conjungi. Verum et hoc, ut prædiximus, post transgressionem propter liberorum procreationem factum est. Mahomet vero manifeste docet, quod ea quæ justis a Deo tribuitur merces, balnea sint, et singulis

τῆς ψυχῆς· καὶ μὴ ἐχούσης καθολικῶς τὴν τοῦ Θεοῦ ἐπίσκεψιν, ἴσχυσε τὸ σῶμα, καὶ κατέσπασε τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ ὕψους καὶ τοῦ μεγαλείου αὐτῆς, καὶ κατήγαγεν εἰς τὰς παραλόγους καὶ ματαίας σωματικὰς ἐπιθυμίας καὶ ἡδονάς· καὶ οἷον ὥσπερ ἀνδράποδον, οὕτω κατεδουλώθη ἡ ψυχὴ εἰς τὰς σωματικὰς ὀρέξεις. Εἰ γοῦν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν οὐδὲν μέλλουσιν εὑρεῖν οἱ κατὰ τὴν ἀποδοχὴν τοῦ Θεοῦ πολιτευσάμενοι ἄνθρωποι τὴν μακαρίαν ἐκείνην ζωὴν, ἣν ὁ προπάτωρ Ἀδὰμ εἶχε πρὸ τῆς παραβάσεως, καὶ ἀπώλεσεν, ἀλλὰ πάλιν τὴν αὐτὴν ζωὴν μέλλουσιν εὑρεῖν, ἣν εἶχε μετὰ τὴν κατάραν, οὐαὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐκείνοις ! Καὶ τὸ δὴ χείριστον, ὅτι οὐδὲ μέχρι τῆς ταλαιπώρου ἐκείνης καὶ ἐπαράτου ζωῆς ἐστιν ἡ τοῦ Μωάμεθ παραλογία, ἣν δῆθεν ἐπαγγέλλεται ὁ Θεὸς δώσειν τοῖς δικαίοις, ἀλλὰ πολλῷ τῷ χείρονι διαφέρουσαν καὶ αἰσχράν. Ὁ γὰρ Ἀδὰμ μετὰ τὴν παράβασιν καὶ τὴν κατάρσν καὶ τὴν ἐξορίαν τὴν ἀπὸ τοῦ παραδείσου, ἔγνω τὴν Εὔαν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο διὰ τὴν τεκνοφονίαν, καὶ ἐτεκνοποίησε. Πρὸ δὲ τῆς παραβάσεως ἀγγελικῶς ἔζων. Ὅμως καὶ ὁ Ἀδὰμ εἷπερ ἔγνω τὴν Εὔαν, ἀλλὰ καὶ αὖθις μία καὶ μόνη εὑρίσκετο γυνὴ, καὶ οὐ πολλαί· οὔτε γὰρ ἓν ἄρσεν ἐποίησεν ὁ Θεὸς καὶ πολλὰ θήλεα, οὔτε πολλὰ ἄρσενα καὶ ἓν θῆλυ, ἀλλ' ἓν ἄρσεν τὸν Ἀδὰμ, καὶ ἓν θῆλυ τὴν Εὔαν. Πληθυνθέντος δὲ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, καὶ πεσόντος εἰς ἀσελγεῖς καὶ ἀθεμίτους πράξεις, ἐβαρύνθη ὁ Θεὸς, καὶ ὠργίσθη κατ' αὐτῶν, ὡς ὁ μακάριος Μωϋσῆς γράφων εὑρίσκεται ἐν τῷ παλαιῷ, ὅτι εἶπεν ὁ Θεὸς, « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτοὺς, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας· » Καὶ οὐ δηλοῖ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, διότι ἔχουσι σάρκας· πῶς γάρ; Κἂν γὰρ καὶ μετὰ τὴν παράβασιν ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος τὴν παχυτέραν καὶ θνητὴν σάρκα, ἀλλ' οὐκ ἀπεβάλετο τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ πλασθὲν σῶμα τῷ Ἀδάμ· καὶ γὰρ πάντα τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγονότα καλὰ λίαν· ἀλλὰ διὰ τοῦτο εἴρηκεν ὁ Θεὸς τὸ, « Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτοὺς, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας, » ὡς δῆθεν ὅλως σαρκικοὺς γεγονότας, παντελῶς γηΐνους, οὐκ ἔχοντας τὴν πρέπουσαν μνήμην τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ εἰς ἀσελγείας ἐμπεσόντας. Τότε λέγει τῷ Νῶε ὁ Θεὸς, ὅτι « Σὲ εὕρηκα δίκαιον ἐν ταύτῃ τῇ γενεᾷ· ποίησον κιβωτὸν μετὰ ξύλων τοιάνδε καὶ τοιάνδε. Καὶ ἐποίησε Νῶε τὴν κιβωτὸν κατὰ τὸ ῥῆμα Κυρίου. Καὶ εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ οἱ τρεῖς υἱοὶ αὐτοῦ, Σὴμ, Χὰμ, Ἰάφεθ· καὶ εἰσῆλθε ἡ γυνὴ τοῦ Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ αἱ τρεῖς γυναῖκες τῶν υἱῶν Νῶε. Ὀρθῶς πῶς ὁ Νῶε μὲν ἐμαρτυρήθη παρὰ τοῦ Θεοῦ δίκαιος, ὁ ἔχων τὴν μίαν γυναῖκα; Ἀλλὰ δὴ καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἀνὰ μίαν καὶ μόνην γυναῖκα ἔχων ἕκαστος, ἐσώθησαν ἀπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ· ἅπαν δὲ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπέθανεν ὑπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ τῶν ὑδάτων. Πάντως καὶ τὸν πάντη ἀνόητον τοῦτο διδάσκει ὅτι μίαν καὶ μόνην γυναῖκα ἔστιν ἀπὸ δικαίου ἔχειν τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἕνα καὶ μόνον

[67] Gen. vi, 3 [68] ibid. 13.

Digitized by Google

ἄνδρα τὴν γυναῖκα. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο μετὰ τὴν καταράν ἐγένετο διὰ τὴν τεκνογονίαν, ὡς εἴρηται. Ὁ δὲ Μωάμεθ διδάσκει ἀναφανδὸν ὅτι ἡ παρὰ Θεοῦ τοῖς δικαίοις ἀνταπόδοσις λουτρὰ καὶ γυναῖκες πολλαὶ ἑνὶ ἑκάστῳ, καὶ οἶκοι περικαλλεῖς. Ὁ γοῦν ταῦτα νομοθετῶν πῶς ἀπὸ Θεοῦ; Μάταιος δὲ ὁ ταῦτα παραδεχόμενος καὶ πιστεύων ὅτι τὸ γεγονὸς δι' ὀργὴν τῷ ἁμαρτωλῷ πολλαπλασιάζεται ἐν τῷ καιρῷ τῆς μισθαποδοσίας τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ τοῖς ἁγίοις καὶ δικαίοις. Καὶ πρόσεξον τὰ γεγονότα. Λέγει ὁ Μωϋσῆς, « Καὶ εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν αὐτοῦ. » Εἶτα λέγει, « Καὶ ἐξῆλθε Νῶε ἐκ τῆς κιβωτοῦ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν αὐτοῦ. » Καὶ εἰς μὲν τὴν εἰσέλευσιν λέγει, « Εἰσῆλθε Νῶε καὶ οἱ αὐτοῦ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν αὐτοῦ · » εἰς δὲ τὴν ἐξέλευσιν οὐχ οὕτως, ἀλλ' « Ἐξῆλθε Νῶε καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ · » πάντως οὐδὲν ἕτερον δηλοῦντος τοῦ λόγου ἢ ὅτι κἂν καὶ μίαν καὶ μόνην γυναῖκα ἔστιν ἀπὸ δικαίου ἔχειν τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ αὐτῆς ἀπέχεσθαι πρέπον ἐστίν. Ἐν γὰρ τῷ εἰπεῖν, ὅτι « Εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, » ἔδειξε τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ οἷόν τι διατείχισμα χωρίζον τὸν Νῶε ἀπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, ὅτι « Ἐξῆλθε Νῶε καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, » ἔδειξεν ὅτι ἀπὸ τοῦ οὐδὲν ἐστι τὸ κωλύον ἑνοῦσθαι τῇ ἑαυτοῦ γυναικί. Ὁ δ' αὐτὸς λόγος ἐστὶ καὶ περὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν γυναικῶν αὐτῶν. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Μωϋσῆς ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῦ Σινᾶ ἀνερχόμενος οὕτωσί φησι τοῖς Ἰουδαίοις, « Ἁγίσατε ἑαυτοὺς ἕκαστος ἕως τρίτης ἡμέρας, πλύναντες τὰ ἱμάτια ὑμῶν, καὶ γυναικὸς μὴ ἅψησθε. » Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Ἀδὰμ τὴν Εὔαν θεασάμενος, οὕτως εἴρηκεν, « Αὕτη ἐστὶν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. » Καὶ πρόσσχες ὅπως; μετὰ τοῦ ἐφαμάρτου καὶ τὸ εὐηθες κέκτηται ἡ πολυγαμία. Ὁ γὰρ Ἀδὰμ οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἔσονται πολλαὶ αἱ γυναῖκες μετὰ τοῦ ἀνδρὸς εἰς σάρκα μίαν, ἀλλὰ δύο, τουτέστιν ὁ ἀνὴρ καὶ ἡ τούτου γυνή. Μία δὲ καὶ πολλαὶ οὐ ταυτόν. Εἰ δ' ἴσως καὶ ὁ νομοθέτης Μωσῆς ἐνέδωκε τοῖς Ἰουδαίοις ἔχειν ἕνα ἕκαστον γυναῖκας, συγκαταβάσεως ἕνεκεν τοῦτο πεποίηκεν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ζώων θυσίας, ἵνα τῆς μιαρᾶς ἀπαλλάξῃ αὐτοὺς τῶν παίδων μιαιφονίας. Ὁ δὲ Χριστὸς ἐλθὼν, ὥσπερ ἐκώλυσε τὴν τῶν ζώων θυσίαν, πληρῶν τὸν τοῦ νόμου σκοπὸν, οὕτω καὶ τὴν πολυγαμίαν ἐκώλυσεν. Ὁ δὲ Μωάμεθ οὑτοσὶ ἀντὶ σωφροσύνης ἀκολασίαν νενομοθέτηκε, μὴ μόνον ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ταῦτα παρὰ Θεοῦ πολλαπλασιασθῆναι διδάξας. Καὶ ἔστιν ἰδεῖν ἐν αὐτῷ τὸ τοῦ Δαβὶδ λόγιον, τὸ φάσκον,

A uxores plures, domusque pulchre instructæ. Quomodo igitur a Deo fuisse dicetur, qui talia instituit? Quin etiam vanus est, qui talia recipit, creditque, quod ea quæ Dei ira peccatori pœna evenit, tempore retributionis in boni et honesti mercedem sanctis justisque multipliciter retribuatur. Sed attende his quæ facta sunt. Dicit Moses : « Et ingressus est Noe in arcam, et filii ejus, et uxor ejus, et uxores filiorum illius[69]. » Et postea dicit : « Et exivit Noe de arca, et uxor ejus, et filii illius, et uxores filiorum illius[70]. » Atque in introitu quidem dicit : « Ingressus est Noe, et filii ejus, et uxor illius, et uxores filiorum illius. » In egressu vero non sic, sed, « Egressus est Noe, et uxor ejus, et filii illius, et uxores filiorum illius cum eo; » non

B aliud nimirum hac loquendi figura innuens, quam quod justum æquumque sit, virum unam habere uxorem. Verumtamen tempus aliquando incidit, ut etiam ab illa abstinere conveniat. Cum enim Moses inquit, « Ingressus est Noe in arcam, et filii ejus, » filios illius ceu murum interposuit, ipsum Noe ab uxore sua separantem. Dum vero rursum dicit : « Egressus est Noe et uxor illius » significavit, quod abhinc nihil impediat, quominus uxori suæ conjungatur. Eadem etiam ratio est filiorum illius, et uxorum illorum. Porro et ipse Moses in montem Sinai ascensurus, Judæos sic compellat : « Purificate vos ipsos singuli usque ad tertium diem, lavantes vestimenta vestra, et uxorem ne tangatis[71]. »

C Quin et ipse Adam cum Evam vidisset, dixit, « Hæc est os de ossibus meis, et caro de carne mea. Et propterea derelinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una[72]. » Considera igitur quomodo post peccatum demum et stoliditatem hominum polygamia increverit. Adam enim non dicit : Et erunt multæ mulieres cum viro in carne una, sed duo, hoc est vir et mulier. Una vero et plures inter se pugnant. Quamvis autem legislator Moses singulis Judæorum uxores plures concesserit, in temporis successionem illud permisit : quemadmodum et in animalium sacrificiis factum est, ut eos ab impura filiorum cæde et oblatione abduceret. Sicut vero Christus adveniens animalium sacrificia prohibuit, legis

D scopum implendo : ita etiam uxorum pluritatem sustulit. Mahomet vero hic loco temperantiæ intemperantiam legibus suis constituit, non in hoc tantum sæculo, sed in futuro etiam hæc ab ipso Deo cum multo fœnore rependi docens, et videre in illo licet illud Davidis oraculum : « Laudatur peccator in concupiscentiis animæ suæ. Et iniquus benedicitur[73] » : id est laudatur et celebratur ab illis qui adulantur illi et scelus ipsius irritant, et qui nec sensum quidem morbi propter silentium possunt habere; propterea etiam ille incurabilis exsistit. Quod enim morbi sensu caret, medicinam non quærit, nec admittit. Et hoc omnium atrocissi-

[69] Gen. VII, 7. [70] Gen. VIII, 18. [71] Exod. XIX, 10. [72] Gen. II, 23, 24. [73] Psal. X, 3.

Digitized by Google

mum est, cum malitia laudatur, nec malitia esse creditur. Mahomet enim, de quo sermo est, hominum voluntati et voluptati in primis studuit, et secundum has docuit, ut voluptatis vi quam plurimos stultorum attraheret. Insuper num soli viri Deo curæ sunt, tanquam creaturæ ipsius, mulieres vero nequaquam, cum non sint Dei figmentum? Numque igitur viri tantum talibus a Deo acceptis bonis fruentur, mulieres vero nullis omnino? Quandoquidem autem una creatura est viri et mulieris, idemque homo est omnis homo, sique omnes simili ratione judicandi sunt, et simili ratione recepturi, qui quidem honeste vixerunt, bona, qui vero male, iram Dei, repulsam pœnamque, omnino manifeste constat omnes homines idem judicium subituros, tam viros quam mulieres, cum una eademque horum natura sit: eodem etiam modo omnes juxta opera sua, quæ patraverunt, vel bona vel mala sunt recepturi. Restat igitur, quod et justum et decorum est, ut mulieres eadem, quæ viri, accipiant. Et quemadmodum unicuique, qui honeste vitam suam transegit, juxta Mahometi leges mercedis loco multæ mulieres retribuuntur, sic dentur etiam singulis, quæ honeste vixerunt, mulieribus, plures viri. Quod si hoc tanquam absurdum reticuit, eadem mente et judicio de viris quoque illum sentire et judicare conveniebat. Præterea plures illi viri unicæ dati mulieri, vel laudis gratia illi dabuntur (quod scilicet honeste vixerint) vel damnationis. Quodsi ceu honeste vita sua functi sic remunerantur, cur his non plures datæ sunt mulieres, beneficii et mercedis gratia, ut dictum est, sed potius viris multis mulier una? Si vero illud ceu condemnatis contingit, hæc eadem sane beneficia laudis, et bonæ retributionis domicilia sunt, veluti Mahomet enarrat. Quod idem de multis mulieribus uni viro datis sentiendum est. Si enim viris dantur ceu damnationem meritæ, cur in easdem hæc conferuntur beneficia? Si autem laudem meruerunt, cur uni viro multæ tribuuntur? Et quidnam hac confusione est absurdius et magis deforme? Videsne in quot absurda vel invitus incidit, qui a via vera aberravit? Sed minime hæc ita sunt; non sunt, inquam, hæc. Quæ enim sanctis exsolvitur retributio, non in deliciis versatur, potationibus, balneis et mulieribus, quæ omnia peccati et iræ fructus sunt, ut dictum est; verum retributio hæc sanctitas est, puritas et vita angelica, gaudium et hilaritas, et exsultatio, « quam oculus non vidit, et auris non audivit, nec in cor hominis unquam ascendit »[14]. » Vides itaque fructum legislatori huic ex sua lege provenientem. Cognoscitur autem a fructu operum ratio illius, aut non? Et quis tam stupidus et excæcatus, ut hæc quæ dicta sunt non intelligat? Quomodo igitur Deum auctorem referet, qui hujusmodi statuit? Et de his quidnam pluribus opus est?

A ὅτι « Ἐπαινεῖται ὁ ἁμαρτωλὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ ἀδικῶν ἐνευλογεῖται, » τουτέστιν, ἐπαινεῖται καὶ ἐγκωμιάζεται παρὰ τῶν κολακευόντων αὐτὸν, καὶ ἐρεθιζόντων αὐτοῦ τὴν κακίαν, καὶ μηδὲ αἴσθησιν τῆς νόσου γοῦν διὰ σωπῆς ἐμποιῆσαι ἀνεχομένων. Διὸ καὶ ἀνίατος ὁ τοιοῦτος εὑρίσκεται. Τὸ γὰρ μηδὲ αἴσθησιν τοῦ πάθους ἔχον θεραπείαν οὔτε ζητεῖ, οὔτε προσίεται. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ πάντων δεινότατον, ὅταν ἡ κακία ἐπαινῆται, καὶ μηδὲ κακία εἶναι νομίζηται. Ὅ γὰρ δηλωθεὶς Μωάμεθ τὰ πρὸς χάριν καὶ τέρψιν τῶν ἀνθρώπων ἐσπούδασε καὶ ἐδίδαξεν, ἵνα διὰ τῆς ἡδονῆς ἐπισπάσηται τὸ πλῆθος τῶν ἀφρόνων. Ἔτι περὶ τῶν ἀνδρῶν μόνον μέλει τῷ Θεῷ, ὡς πλασμάτων αὐτοῦ, περὶ δὲ τῶν γυναικῶν οὐδαμῶς, διὰ τὸ μὴ
B εἶναι αὐτὰς πλάσμα Θεοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο οἱ μὲν ἄνδρες μέλλουσιν ἀπολαύειν τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ τοιούτων ἀγαθῶν, αἱ δὲ γυναῖκες οὐδόλως; Ἢ ἐπεὶ μία φύσις ἐστὶν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, καὶ εἷς ἄνθρωπός ἐστι πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ὁμοίως μέλλουσι κριθῆναι οἱ πάντες, καὶ ὁμοίως μέλλουσιν ἀπολαβεῖν, οἱ μὲν καλῶς πολιτευσάμενοι ἀγαθὰ, οἱ δὲ κακῶς ὀργὴν Θεοῦ καὶ ἀποστροφὴν καὶ κόλασιν, πάντως που παντὶ δῆλον ὅτι πάντες ἄνθρωποι ὁμοίως μέλλουσι κριθῆναι, ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες, ἐπεὶ καὶ μία καὶ ἡ αὐτὴ φύσις ἐστὶ καὶ ὁμοίως μέλλουσιν ἀπολαβεῖν, ὡς ἕκαστος αὐτῶν ἔπραξε κακά τε καὶ ἀγαθά. Καὶ λοιπὸν τὸ αὐτὸ δίκαιόν ἐστι καὶ πρέπον, ἵνα λάβωσι καὶ αἱ γυναῖκες ὅπερ οἱ ἄνδρες· καὶ ὥσπερ δίδονται πρὸς τοὺς κα-
C λῶς πολιτευσαμένους ἑνὶ ἑκάστῳ πολλαὶ γυναῖκες ἀντιμισθία, καθὼς ὁ Μωάμεθ νομοθετεῖ, διδόσθωσαν καὶ πρὸς τὰς καλῶς πολιτευσαμένας γυναῖκας μιᾷ ἑκάστῃ πολλοὶ ἄνδρες. Εἰ δ' ὡς ἄτοπον παρεσιώπησεν αὐτὸ, τὴν αὐτὴν ἔννοιαν καὶ κρίσιν ἔπρεπεν ἵνα ἀναλογίσηται καὶ κρίνῃ καὶ περὶ τῶν ἀνδρῶν. Ἔτι οἱ πολλοὶ ἄνδρες οἱ δοθησόμενοι μιᾷ γυναικὶ ὡς ἀποδοχῆς ἄξιοι μέλλουσι δοθῆναι διὰ τὸ καλῶς αὐτοὺς πολιτευθῆναι, ἢ ὡς καταδίκης; · καὶ εἰ μὲν ὡς καλῶς αὐτοὺς πολιτευσαμένους, διατί οὐκ ἐδόθησαν αὐτοῖς ἑνὶ ἑκάστῳ γυναῖκες πολλαὶ εὐεργεσίας χάριν καὶ ἀντιμισθίας, ὡς λέγετε, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς πολλοῖς ἀνδράσι γυνὴ μία; Εἰ δ' ὡς κατακρίτοις, καὶ μὴν αἱ τοιαῦται εὐεργεσίαι ἀποδοχῆς
D καὶ ἀγαθῆς ἀντιμισθίας δόματά εἰσιν, ὡς ὁ Μωάμεθ διαγορεύει. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν πολλῶν γυναικῶν τῶν δοθησομένων ἑνὶ ἀνδρί· εἰ μὲν ὡς καταδίκης ἄξιαι, πῶς δίδονται πρὸς αὐτὰς εὐεργεσίαι; εἰ δ' ἀποδοχῆς ἄξιαι, διατί δίδονται αἱ πολλαὶ ἑνὶ ἀνδρί; Καὶ τί τῆς τοιαύτης συγχύσεως ἀτοπώτερόν τε καὶ ἀηδέστερον; Βλέπεις πῶς ὁ παρατραπεὶς τῆς εὐθείας ὁδοῦ εἰς πόσα ἄτοπα παρεμπίπτει καὶ ἄκων; Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν. Οὐ γάρ ἐστιν ἡ τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς ἁγίους μισθαποδοσία τροφαὶ καὶ πόσεις, καὶ λουτρὰ καὶ γυναῖκες, ἅτινά εἰσιν ἁμαρτίας καὶ ὀργῆς ἀποτελέσματα, ὡς εἴρηται, ἀλλὰ ἁγιοσύνη καὶ καθαρότης, καὶ ἀγγελικὴ πολιτεία, χαρά τε καὶ εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίασις, « ἣν ὀφθαλμὸς

[14] Isa. LXIV, 4; I Cor. II, 9.

Digitized by Google

οὐκ εἶδε, καὶ οὗς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη ποτέ. » Εἶδες τὸν καρπὸν τῆς νομοθεσίας τοῦ νομοθέτου; Γινώσκεται ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῶν πράξεων ὁ τρόπος αὐτοῦ, ἢ οὔ; Καὶ τίς οὕτω τυφλὸς καὶ ἀνόητος καὶ ἐσκοτισμένος, ὁ μὴ συνιεὶς τὰ λεγόμενα; Ὁ δὲ ταῦτα νομοθετῶν πῶς ἀπὸ Θεοῦ; Καὶ περὶ τούτου τίς χρεία λόγων πλειόνων;

Ζ'. Περὶ δὲ τοῦ ἐγγεγραμμένου ὀνόματος τοῦ Μωάμεθ ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ, τίς χρεία ἀπολογίας λόγων; Οἱ μὲν φρόνιμοι κρινέτωσαν φρονίμως, οἱ δέ γε ἀνόητοι καὶ μωροὶ, ὡς βούλονται. Οὐχ ὡς ἐπιλαθόμενος τοῦ ἡμετέρου λόγου ἔγραψα περὶ τοῦ Μωάμεθ, ὅσον ἔγραψα. Εἶπον γὰρ, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ προκείμενος σκοπὸς τῆς νῦν πρὸς σέ μου ἀπολογίας, ἵνα ποιήσω καταδρομὴν κατὰ τῶν Μουσουλμάνων, καὶ εἴπω ἅπερ καὶ λέγουσι καὶ πράττουσιν ἄτοπα καὶ ὀλέθρια καὶ κακά, ἀλλ' ἵνα δείξω μόνον ὅτι παραλόγως καὶ ἀδίκως κατηγοροῦνται παρὰ τῶν Μουσουλμάνων οἱ Χριστιανοὶ, ὅ καὶ πεποίηκα. Εἰ δὲ καί τινα εἴπομεν περὶ τοῦ Μωάμεθ, ἡ τοῦ πράγματος ὑπόθεσις ἠνάγκασεν ἡμᾶς εἰς τοῦτο. Ἐπεὶ εἴπερ εἴχομεν κατὰ σκοπὸν τοῦ γράψαι περὶ τῶν ἀτοπημάτων τῆς διδαχῆς αὐτοῦ, πολλὰ εἴχομεν εἰπεῖν. Ὅτι δὲ οὐκ εἶπεν ὁ Χριστὸς περὶ τοῦ Μωάμεθ λόγον τὸν τυχόντα, οὐδὲ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἦν γεγραμμένον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, εἴπομεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅσον δῆτα καὶ εἴπομεν. Ὁ δὲ λόγος δηλώσει τοῦτο καὶ ἔτι σαφέστερον. Ἅπερ εἶδον οἱ ἀπόστολοι καὶ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἅπερ ἀκηκόασιν ἐξ αὐτοῦ τοῦ στόματος τοῦ Χριστοῦ, ταῦτα καὶ ἔγραψαν καὶ ἐδίδαξαν. Ἐξ αὐτῶν οὖν τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν τέσσαρες συνεγράψαντο τὸ Εὐαγγέλιον· ὁ μὲν εἷς ὀνομαζόμενος Ματθαῖος, Ἑβραϊκῶς δὲ ἐξέδωκε τοῦτο εἰς τὴν Παλαιστίνην, ἤτοι τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης· ὁ δὲ ἕτερος Μάρκος, λατινικῶς δὲ εἰς τὴν Ἀχαΐαν, καὶ ἐδόθη εἰς τε τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ῥώμην, ἀλλὰ δὴ καὶ εἰς τὰ κατὰ τὰ ἑσπέρια πάντα ἔθνη· ὁ ἕτερος Λουκᾶς, ἑλληνικῶς δὲ, καὶ ἐδόθη εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ Αἰθιοπίαν, καὶ Περσίαν, καὶ Ἰνδίαν, καὶ Ἀραβίαν· ὁ δέ γε ἕτερος Ἰωάννης, καὶ αὐτὸς ἑλληνικῶς, καὶ ἐδόθη εἰς τὰ μέρη τῆς Εὐρώπης, καὶ τὰς νήσους, καὶ ἔνθα εὑρίσκοντο Ἕλληνες. Καὶ οὕτω διεδόθη τὸ Εὐαγγέλιον εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, οὐ μετὰ βίας, οὐδὲ μετ' ἀνάγκης, οὐδὲ μετὰ ξίφους καὶ σπάθης, ἀλλ' ἐν ἀγάπῃ καὶ ἱλαρότητι καὶ ἐν ταπεινώσει εὑρίσκοντο διδάσκοντες οἱ ἀπόστολοι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἀντέστραπται τὰ πράγματα. Τῶν γὰρ ἀποστόλων τυπτομένων, κολαφιζομένων, λοιδορουμένων, διωκομένων, διδασκόντων, οὐ κατέπιπτε τὸ κήρυγμα, ἀλλ' ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐμεγαλύνετο, καὶ ηὐξάνετο τὸ τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον. Καὶ ἐκεῖνοι οἱ πολλὰ σπουδάσαντες καὶ πολλὰ κεκοπιακότες καλύψαι τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα, ἵνα μὴ ὁμολογήσῃ αὐτόν τις τῶν ἀνθρώπων Θεὸν, ὁ δὲ τοῦτο τολμήσων θανάτῳ ἀποβανεῖται, αὐτοὶ ἐκεῖνοι κατανοήσαντες τὴν ἀλήθειαν, προσέπεσον καὶ προσεκύνησαν, οἱ μὲν τοῖς ἀποστόλοις, οἱ δὲ τοῖς ἐκείνων διαδόχοις καὶ μαθηταῖς, καὶ ἐπίστευσαν, ὅτι αὐτός ἐστιν ἀληθὴς Θεὸς ὁ Χριστὸς, αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Καὶ ἐλυποῦντο καὶ ἔκλαιον τὰς παρελθούσας ἡμέρας, ἃς περιεπάτησαν ἐν τῇ σκοτίᾳ καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Σα-

7. De nomine vero Mahomet, scripto in dextra throni divini parte, quid opus est verborum apologiam contexere? Prudentes enim prudenter de hoc judicabunt, stulti vero et stupidi, ut voluerint. Non tamen, quasi nostri sermonis obliti, de Mahomete hæc quæ dicta sunt conscripsimus. Dixi enim, quod hujus meæ ad te Apologiæ finis non sit, Musulmanos impugnare, et quæcunque absurda, perniciosa malaque dicant, faciantque, proferre, sed ut ostendam tantummodo, quod sine omni ratione et inique Christiani a Musulmanis accusentur: quod etiam fecimus. Quod si interim quædam de Mahomete diximus, ipsius rei argumentum nos dicere coegit. Quandoquidem, si de absurdis doctrinæ suæ scribere instituissemus, multa hic nobis dicenda essent. Quod vero Christus de Mahomete sermonem non habuerit, nec in Evangelio nomen illius fuerit inscriptum, sufficienter a nobis in superioribus dictum est; sed et ipsa ratio hoc manifestius comprobabit. Quæcunque viderunt apostoli et discipuli Christi, et quæcunque ex ore illius audiverunt, hæc et litteris prodiderunt, et docuerunt. Ex illis itaque Christi discipulis quatuor conscripserunt Evangelium. Unus quidem Matthæus nomine, qui Hebraica lingua illud descripsit, in Palæstinæ institutionem, et Hierosolymæ, partiumque Africæ. Alter vero Marcus, Latino idiomate conscriptum vulgavit in Achaiam, Italiam et Romam, quin etiam in omnes gentes occidentales. Tertius Lucas, lingua Græca usus est, quod in Asiam, Æthiopiam, Persiam, Indiamque evulgatum est, et Arabiam. Quartus vero Joannes, etiam ipse Græcis litteris usus, Evangelium conscripsit, quod in Europæ aliquot partes diffusum est, et insulas aliaque loca a Græcis habitata. Sic, inquam, Evangelium dispersum est in mundum universum, non vi et necessitate, non gladio et ense, sed apostoli cum charitate, mansuetudine et humilitate verbum Dei prædicaverunt. Et contrario omnino modo res successit. Apostolis enim percussis et colaphos passis, calumnia pressis, et in persecutione simul docentibus prædicatio illorum non intercidit, sed quotidie crescebat et augebatur Christi Evangelium. Quin et hi ipsi, qui magno studio et labore in hoc incumbebant ut Christi nomen occultaretur, ne quis hominum confiteretur illum Deum esse, et ut mortis supplicium subiret qui hoc faceret; ii ipsi, inquam, veritate cognita illi adjuncti sunt, eamque coluerunt, alii quidem ab apostolis, alii ab horum successoribus et discipulis edocti, et crediderunt Christum esse verum Deum, et Dei viventis Filium: quin etiam dolore et fletibus prosequebantur anteactos dies, quibus in tenebris et Satanæ erroribus ambulaverant. Deus autem beni-

Digitized by Google

gnus et misericors, ipsorum suscepit pœnitentiam, ipsosque Christiani nominis persecutores pastorum officio dignatus est, et doctores præconesque Evangelii et nominis sui fecit. Omnes etiam Evangelium recipientes, describebant illud singuli, legebant, discebant, et in illo instituebantur, colebantque quæ in eo erant scripta, tum denique summo studio ignaros horum erudiebant. Et hoc modo Evangelium in orbem universum dispersum est, omnesque illud habebant totius terræ incolæ. A Christi temporibus itaque ad ea quibus docere cœpit Mahomet, anni elapsi sunt plus quingentis. Quis vero post Evangelii cognitionem intra quingentorum annorum spatium ausus fuisset expungere Mahometis nomen ex Evangelio, si modo in illo scriptum inveniebatur? partim quidem quod B qui unam tantum dictionem vel addere vel demere ausus fuisset, posthac Christiani nomen amisisset: partim vero, ut demus impium quemdam aliquam Evangelii dictionem expungere ausum fuisse, num universum orbem unius ineptias secuturum fuisse putabimus? Nequaquam. Hinc igitur elucet, Mahometis nomen nusquam in Evangelio descriptum fuisse. Præterea si Mahometis nomen Evangelii libris inerat, illum sane Christus vel bonum, vel malum esse fuerat testificaturus. Si bonum, recepturi hunc certe erant omnes reges terræ, omnes præsides, omnes Christiani, cum nimirum qui Christi testimonio esset comprobatus, ut scilicet illius etiam utilitate perfruerentur. Si vero malum dixit, retinuissent nimirum C illius signa et indicia, et ne ab hoc læderentur custodivissent. Quod si igitur vel ut bonum recepturi, vel ut malum aversaturi, non ejecisset universus orbis ex Evangelio Mahometis nomen, etiam hinc apparet hujus nomen in Evangelio scriptum non fuisse. Porro nemo est qui alteri, priusquam is natus sit, invideat. Quis igitur Mahometem invidia esset prosecutus, priusquam is nasceretur? Nemo prorsus. Et licet aliquis post nativitatem illius hunc invidia esset prosecutus, num totus orbis unius contra Mahometem invidiæ erat subscripturus? Et quis tam imprudens, ut hoc non impossibile fuisse judicet? Quare etiam hinc colligitur, Mahometis nomen in Evangelio non D fuisse descriptum. Præterea siquidem dicerent Ismaelitæ, quod in solo Evangelio Mahometis nomen scriptum inveniretur, quodque illud Christiani eraserint, sufficientes essent hæ quas diximus, demonstrationes ad veritatem comprobandum, et illorum refutandum mendacia. Cum vero addunt, illud etiam in veteri Testamento a Mose conscripto exstare, quomodo illud expunxerunt Hebræi? Illic etenim ne signum quidem de Mahomete invenitur. Considera igitur qua fronte Musulmani dicant Christianos nomen illius invidia motos ex Evangelio expunxisse? Hebræi vero quam ob causam idem fecerunt? in circumcisione quippe, et in aliis quibusdam, cibis videlicet

ταν. Ὁ δὲ πανάγαθος Θεὸς καὶ ἐλεήμων ἐδέξατο αὐτῶν τὴν μετάνοιαν, καὶ αὐτοὺς τοὺς διώκοντας τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα κατέστησε ποιμένας καὶ διδασκάλους καὶ κήρυκας τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Καὶ λαβόντες οἱ πάντες τὸ Εὐαγγέλιον, μετέγραψαν καὶ εἶχον αὐτὸ εἷς ἕκαστος, καὶ ἀνεγίνωσκε, καὶ ἐμάνθανε καὶ ἐδιδάσκετο, καὶ πρὸ ἐκείνου τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα, καὶ μεγάλῃ τῇ σπουδῇ ἐδίδασκε τὰ τοῦ Εὐαγγελίου τοῖς μὴ γινώσκουσι τὰ λεγόμενα. Καὶ οὕτω διεδόθη εἰς τὸν ἅπαντα κόσμον τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ εἶχον αὐτὸ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν. Ἀπὸ γοῦν τοῦ Χριστοῦ ἕως οὗ ἤρξατο διδάσκειν ὁ Μωάμεθ παρῆλθον χρόνοι ἐπέκεινα τῶν πεντακοσίων. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ Εὐαγγελίου τῶν πεντακοσίων χρόνων τίς ἔμελλε τολμήσειν ἐκβαλεῖν τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου, εἴπερ εὑρίσκετο ἐν αὐτῷ γεγραμμένον; τὸ μὲν, ὅτι μίαν καὶ μόνην λέξιν ὁ τολμήσας προσθήσειν ἢ ἐκβαλεῖν οὐ δύναται πλέον ἐκεῖνος ὀνομάζεσθαι Χριστιανός· τὸ δὲ, ὅτι εἴπερ καί τις κακὸς, ὑποθώμεθα, ἐξέβαλέ τινα λέξιν ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου, ὁ ἕτερος ἅπας κόσμος ἀκολουθήσειν ἔμελλε τῷ τοῦ ἑνὸς ἀτοπήματι; Πάντως; οὐχί. Ἀπὸ γοῦν τούτου ἀναφαίνεται ὅτι οὐκ ἦν καταγεγραμμένον τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. Ἔτι, εἴπερ εὑρίσκετο τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ἢ ὡς καλὸν ἔμελλε μαρτυρήσειν ὁ Χριστὸς ἐκεῖνον, ἢ ὡς κακόν· καὶ εἰ μὲν ὡς καλὸν, ἔμελλον ἐκδέχεσθαι πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, πάντες οἱ τοπάρχαι, πάντες οἱ Χριστιανοὶ, τὸν παρὰ τοῦ Χριστοῦ μαρτυρηθέντα, ἵνα λάβωσι τὴν ἀπὸ τούτου ὠφέλειαν· εἰ δ' ὡς κακὸν, πάλιν ἔμελλον ἔχειν τὰ ἐκείνου γνωρίσματα, καὶ φυλάττεσθαι ἐξ αὐτοῦ, ἵνα μὴ βλαβῶσι. Καὶ εἴτε ὡς ἐκδεχόμενοι τὸν καλὸν, εἴτε ὡς ἀποστρεφόμενοι τὸν κακὸν, οὐδὲν ἔμελλεν ἐκβαλεῖν ἅπας ὁ κόσμος ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα, καὶ ἀπὸ τούτου ἀναφαίνεται, ὅτι οὐκ ἦν γεγραμμένον ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τὸ τούτου ὄνομα. Ἔτι οὐδείς ἐστιν ὁ φθονῶν ἑτέρῳ, πρὶν γεννήσεως αὐτοῦ. Τίς γοῦν ἔμελλε φθονήσειν τῷ Μωάμεθ πρὸ τῆς αὐτοῦ γεννήσεως; Πάντως οὐδείς. Εἰ δ' ἴσως ἐφθόνησεν αὐτῷ τις μετὰ τὴν αὐτοῦ γέννησιν, πῶς ἔμελλεν ἀκολουθήσειν ἅπας ὁ κόσμος τῷ πρὸς τὸν Μωάμεθ ἑνὸς φθόνῳ; Καὶ τίς παράφρων οὕτως, ὥστε μὴ λογίσασθαι τοῦτο ἀδύνατον; Καὶ ἀπὸ τούτου ἀναφαίνεται ὅτι οὐκ ἦν καταγεγραμμένον τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. Ἔτι, εἰ μὲν ἔλεγον οἱ Ἰσμαηλῖται ὅτι μόνον ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εὑρίσκετο γεγραμμένον τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα, καὶ ἐξέβαλον αὐτὸ οἱ Χριστιανοὶ, καὶ οὕτως ἀρκεταί εἰσιν αἱ ἀποδείξεις, ἃς λέγομεν, ἵνα φανῇ τὸ ἀληθὲς, ὅτι οὐδὲν λέγουσιν ἀλήθειαν· ἐπεὶ δὲ λέγουσιν ὅτι ἐν τῷ παλαιῷ τῷ συγγραφέντι παρὰ τοῦ Μωϋσέως εὑρίσκετο γεγραμμένον, πῶς ἐξέβαλον αὐτὸ ἐκ τοῦ παλαιοῦ οἱ Ἑβραῖοι; οὐδὲ γὰρ εὑρίσκεται ἐκεῖσε ὅλως ἴχνος σημείου περὶ τοῦ Μωάμεθ. Καὶ ἰδοὺ ὡς οἱ Μουσουλμάνοι λέγουσι, Φθονήσαντες οἱ Χριστιανοὶ, ἐξέβαλον τὸ ὄνομα ἐκείνου. Οἱ δὲ Ἑβραῖοι διατί; Καὶ-

Digitized by Google

τε γε εἰς τε τὴν περιτομήν, καὶ εἰς ἄλλα τινά, εἰς τροφάς, φημι, καὶ ἕτερα ἔθιμα συμφωνοῦσιν οἱ Μουσουλμάνοι μετὰ τῶν Ἑβραίων. Ἰδοὺ γοῦν καὶ ἀπὸ τούτου ἀναφαίνεται ὅτι οὔτε ἐν τῷ παλαιῷ τῷ Μωσαϊκῷ εὑρίσκετο τὸ τοῦ Μωάμεθ ὄνομα, οὔτε ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. Ἱκανὰ γάρ εἰσιν, ἵνα καὶ τὸν πάντα ἀγνώμονα ἀγάγωσιν εἰς τὴν

η'. Σὺν πᾶσι δὲ τοῖς ἄλλοις κατηγορούμεθα καὶ τοῦτο παρὰ τῶν Μουσουλμάνων, ὅτι ἀθετήσαντες ἡμεῖς τὸν παρὰ τοῦ Μωϋσέως δοθέντα νόμον, ἐσμὲν ἄξιοι κατηγορίας. Καὶ ἡμεῖς οἱ κατηγορίας ἄξιοι κατηγοροῦμεν τοὺς Μουσουλμάνους πολλῶν ἐπαίνων ὄντας ἀξίους. Εἴτε γοῦν ἄξιοι ἐπαίνων εὑρίσκονται οἱ Μουσουλμάνοι, εἴτε καὶ μή, ἀπὸ μέρους περὶ ἐκείνων ἱκανῶς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀποδέδεικται. Φέρε γοῦν σκεψώμεθα καὶ περὶ ἡμῶν αὐτῶν. Ἆρα κατελύθη παρ' ἡμῶν ὁ τοῦ Μωϋσέως νόμος, μᾶλλον δὲ παρὰ τοῦ Εὐαγγελίου, ἢ συνέστη; Καὶ τὸ τοῦ νόμου ἀσθενὲς καὶ ἀδύνατον τὸ Εὐαγγέλιον ἀνεπλήρωσε. Πᾶς γὰρ λόγος, πᾶσα γραφή, πᾶσα πρᾶξις μετὰ σκοποῦ λέγεται, καὶ γράφεται, καὶ πράττεται· καὶ ὥσπερ παντὸς καρποῦ προηγεῖται ἄνθος, οὕτω παντὸς λόγου καὶ πράξεως καὶ γραφῆς προηγεῖται σκοπὸς τοῖς γε νοῦν ἔχουσι. Καὶ σκέψαι ἀκριβῶς τὰ λεγόμενα, πῶς ἐπλάσθη παρὰ Θεοῦ ὁ Ἀδάμ, καὶ ὅπως ἐτέθη ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ παραβὰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἐντολήν, τοῦ παραδείσου καὶ τοῦ Θεοῦ ἐξόριστος γέγονε, καὶ λαβὼν τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ κατάραν καὶ καταδίκην, πάλιν κατεδικάσθη ἀποστραφῆναι εἰς τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐπλάσθη. Καὶ γέγονε οὕτως. Θάνατον γὰρ ἐκληρώσατο, καὶ ἀποθανὼν κατείχετο εἰς τὸν ᾅδην. Ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ διαβόλου, καὶ ὅπαν δὲ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων. Καὶ ὅπως μετὰ ταῦτα ἐνέπεσον οἱ αὐτοὶ εἰς ἀσελγείς καὶ ἀθεμίτους πράξεις, καὶ τὸ δὴ ὁλέθριον, ὅτι ἀφέντες προσκυνεῖν τὸν ποιητὴν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς καὶ πλάστην αὐτῶν Θεόν, προσεκύνησαν τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς εἰδώλοις, πεπλατυσμένως ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰπομέν τε καὶ ἀπεδείξαμεν. Ἀλλ' ὁ πανάγαθος Θεὸς οὐκ ἠθέλησεν ἐπιπλέον τυραννεῖσθαι ὑπὸ τοῦ διαβόλου τὸ πλάσμα αὐτοῦ, καὶ ἠβουλήθη σῶσαι τὸν ἄνθρωπον. Ἐπεὶ δὲ αὐτεξούσιος παρὰ Θεοῦ ἐπλάσθη οὗτος, καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν δοθεῖσα αὐτεξουσιότης οὐκ ἀφῃρέθη ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἔμενε πάντοτε αὐτεξούσιος· καὶ ἠβουλήθη μὲν ὁ Θεὸς σῶσαι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ θελήσει καὶ προαιρέσει αὐτοῦ δὴ τοῦ ἀνθρώπου, οὐ βίᾳ δὲ καὶ ἀνάγκῃ, ὡς ὁ Μωάμεθ διαγορεύει. Χρόνιοι δὲ γενόμενοι πάντες οἱ ἄνθρωποι εἴς τε τὰς ἀσελγείας καὶ τὰ παρὰ φύσιν κακὰ, ἀλλὰ δὴ καὶ εἰς τὴν τῶν εἰδώλων προσκύνησιν, ἐκ τοῦ ἀπεντεῦθεν οὐκ ἦν αὐτοῖς δυνατὸν μεταποιηθῆναι εὐκόλως ἀπὸ τοῦ χρονίου νοσήματος. Ἤρξατο ὁ Θεὸς, ὡς ἄριστος ἰατρὸς, ἐκ τοῦ καταμικρὸν θεραπεύειν τὸ γένος τῶν Ἑβραίων, ἀρχὴν ἀγαθοῦ, καὶ προσέταξεν ἑνὶ ἀνθρώπῳ δικαίῳ καὶ ἁγίῳ τῷ Μωϋσεῖ, ἵνα ἀρξάμενος ἐκ τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ, διδάξῃ τὸ γένος τῶν Ἑβραίων· ὃ καὶ πεποίηκεν. Ἐπεὶ δὲ πάντα τὰ ἐν τῷ νόμῳ καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ γράψαι ἐν τῇδε τῇ μερικῇ μου ἀπολογίᾳ οὐκ ἔστιν εὔκολον, δεῦρο δὴ λοιπὸν μερικά τινα ἐκ τούτων εἰς μέσον θήσομεν· καὶ ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς κύλι-

aliisque ritibus, Musulmani cum Hebræis conveniunt. Nunc igitur vel hinc quoque constat, quod nec in Veteri Mosis Testamento, nec in Evangelio, Mahometis nomen contineatur. Et hæc quidem hactenus; sufficiunt enim hæc, ut vel stupidissimum in veritatis cognitionem inducant.

τῆς ἀληθείας γνῶσιν.

8. Inter alia vero omnia etiam in hoc Christiani a Musulmanis accusamur, quod spernentes legem a Mose latam, accusationem mereamur, cum tamen nos accusatione digni, Musulmanos accusemus summis celebrandos laudibus. Num itaque laudandi sint Musulmani, seu minus, singulatim in superioribus demonstratum est. Sed agedum de nobis ipsis nunc videamus. Non soluta est a nobis Mosis lex? Quin potius ab Evangelio confirmata est, et id quod in lege infirmum erat et impossibile, hoc Evangelium complevit. Omnis enim sermo, omnis scriptura, omnis actio cum fine certo dicitur, scribitur, et fit; et quemadmodum omnes fructus præcedit flos, ita omnium actionum dux est destinatus finis apud cordatos homines. Et nunc diligenter, quæ dicuntur, considera, quomodo Adam nimirum a Deo formatus sit, et in paradisum collocatus, e quo propter divinæ legis transgressionem extorris et exsul factus sit, et maledictione a Deo suscepta et damnatione ut in eam terram redeat, e qua sumptus est, condemnetur. Quod sic evenisse videmus. Mortem enim subiit, et defunctus in inferno detinebatur. Verumtamen opera diaboli totum genus humanum, et universi simul inciderunt in facinora lasciva et illicita: et hoc perniciosum illis erat, quod relicto cultu Creatoris cœli et terræ, et Dei factoris sui, seducti diabolum coluerunt, et idola, ut in superioribus diximus et demonstravimus. Deus vero misericors nequaquam voluit creaturam suam ulterius diaboli tyrannide premi; hominemque salvari voluit. Quoniam vero is ut sui juris et liberi arbitrii sit, a Deo conditus est, nec ablatum ab ipso est antea illi concessum liberum arbitrium, sed semper liberum habens arbitrium permansit; voluit salvare Deus hominem, sed tamen sua ipsius, hominis scilicet, voluntate et arbitrio, non vi et necessitate, ut Mahomet prædicat. Cum vero omnes homines diuturno plane morbo lasciviæ, et plus quam naturalium vitiorum et idololatriæ laboravissent, ab eo tempore impossibile erat eosdem facile a tam diutino morbo liberari. Cœpit igitur Deus instar peritissimi medici paulatim curare genus hominum. Hebræorumque gentem boni hujus initium constituit, præcepitque uni hominum justo et sancto, Mosi scilicet, ut ex Dei oraculis exorsus Hebræorum gentem institueret; quod et fecit. Quoniam vero omnia quæ lege et Evangelio continentur, huic meæ Apologiæ particulari inserere non facile licet, particularia tamen quædam ex his in medium afferemus; et quemadmodum ex uno calice omne quod in dolio est, vinum

Digitized by Google

nijudicatur, sic ex his singularibus, quisnam legis et Evangelii scopus sit, cognoscere poterimus, et num alterum contradicat alteri. Diligenter itaque his quæ dicuntur attendito. Moses dicit : « Non occides[76], » dicit Christus : « Qui irascitur fratri suo ignis pœnam subibit[76]. » Et Moses quidem dixit : « Non occides : » Christus vero, « Non irascaris. » Novisti igitur, quod primo quidem sanguinis, qui circa cor est in homine, effervescentia oboritur, qua homo incitatur ad iracundiam, ex quibus et ipsa cædes sequitur. Qui vero ratione animi æstum refrenaverit, si non ad iram commotus fuerit, quomodo in cædis crimen inciderit? Et Moses quidem dicendo, « Non occides, » hominem a malo et ipso peccato absterruit, ipsum vero non reddidit perfectum ; non enim hoc homini multum profuerit, si a malo abstineat, nisi etiam bonum operetur. Quapropter Christus non dixit, « Non occides, » sed, « Quicunque iratus fuerit fratri suo. » etc., radicitus ipsum crimen evellens. Et lex quodammodo fructum aufert (cædes enim iræ fructus est), Christus vero ipsam peccati arborem exstirpat, id est animi æstum et iram. Et Moses quidem dicens, « Non occides, » in hoc constitit, nec ultro progressus est. Christus vero non sic : sed cum dicit : « Quicunque irascitur fratri suo, obnoxius est gehennæ ignis, » sic addit : « Cum obtuleris munus tuum ad altare, et illic recordaris quod frater tuus aliquid habeat contra te, relinque munus tuum coram altari, et abi primum et reconcilieris cum fratre tuo, et tunc reversus offer munus tuum[77] ; » charitatem fratris sacrificio utiliorem judicans. Et sane non dixit : Si tu habueris aliquid contra fratrem tuum (hoc enim ante prohibuit) ; quid igitur ? « Si habuerit frater tuus contra te. » Non enim hunc modo a malo absterruit, sed et fratrem curari præcepit.

9. Dicit in lege Moses, « Non pejerabis, sed reddes Domino juramenta tua[78]. » Perjurium prohibens, juramentum concedit. Christus autem in Evangelio : « Ne jures omnino, sed sit vobis Ita ita, et Non non[79] ; » quidnam innuente hoc verbo? non aliud quam ut veraces simus, et fide digni, et ut loco multorum juramentorum verba nostra talia sint quæ fidem possint mereri. Et sane qui jurat, vel volens vel invitus, jurando potest fallere aut falli ; qui vero in universum non jurat, perjurii periculum effugit.

10. Moses idem dicit, « Oculum pro oculo, dentem pro dente[80] ; » nec aliud respicit quam ut timore contentiones et pugnas mutuas prohibeat. Christus autem in Evangelio : « Quicunque tibi alapam infixerit in dextram maxillam tuam, obverte illi et alteram ; et qui te in judicium volet rapere, et tunicam tuam tollere, dimitte illi et pallium. Et quicunque te adegerit ad milliare unum, abi cum illo duo[81]. » Nunc itaque te in-

A κος ἅπας ὁ ἐν τῷ πίθῳ οἶνος γινώσκεται, οὕτω καὶ ἀπὸ τούτων τῶν μερικῶν δυνάμεθα γνῶναι, τί ἐστιν ὁ τοῦ νόμου σκοπὸς καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ εἰ ἄρα ἀντίκειται τῷ ἑτέρῳ τὸ ἕτερον. Καὶ σκόπει ἀκριβῶς τὰ λεγόμενα. Λέγει Μωσῆς· « Οὐ φονεύσεις. » Λέγει ὁ Χριστὸς, « Ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς κόλασιν ἀπελεύσεται. » Καὶ ὁ μὲν Μωσῆς εἶπεν, « Οὐ φονεύσεις· » ὁ δὲ Χριστὸς, « Μὴδὲ ὀργισθῇς. » Οἶδας γοῦν ὅτι πρότερον μὲν γίνεται ζέσις τοῦ περικαρδίου αἵματος ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ θυμοῦται, ἔπειτα ἐπακολουθεῖ φόνος. Ὁ δὲ τῷ λόγῳ τὸν θυμὸν χαλινώσας, ἐὰν οὐκ ὀργισθῇ, πῶς οὗτος εἰς τὸ τοῦ φόνου ἐμπεσεῖται ἔγκλημα; Καὶ εἰπὼν ὁ Μωσῆς, « Οὐ φονεύσεις, » ἀπέστησε μὲν τοῦ κακοῦ τὸν ἄνθρωπον καὶ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλ' B οὐκ ἐποίησεν αὐτὸν τέλειον. Οὐ γὰρ ἀρκετόν ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ γενέσθαι μέγαν ἡ τοῦ κακοῦ ἀποχή, ἀλλ' ἡ πρᾶξις τοῦ ἀγαθοῦ. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς οὐκ εἶπεν, ὅτι « Οὐ φονεύσεις, » ἀλλὰ « Πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ αὐτοῦ ἀδελφῷ, » πρόῤῥιζον ἀνασπῶν τὴν κακίαν. Καὶ οἷον ὁ μὲν νόμος τὸν καρπὸν ἀναιρεῖ (καρπὸς γὰρ τοῦ θυμοῦ ἐστιν ὁ φόνος)· ὁ δὲ Χριστὸς τὸ δένδρον φθείρει τῆς ἁμαρτίας, τουτέστι θυμὸν καὶ ὀργήν. Καὶ ὁ μὲν Μωσῆς εἰπὼν, « Οὐ φονεύσεις, » μέχρι τούτου ἔστη· ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μετὰ τὸ εἰπεῖν, ὅτι « Ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἔνοχός ἐστιν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός, » οὕτως εἴρηκεν, ὅτι « Ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν, πρόσφερε τὸ δῶρόν σου· » τὴν μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἀγάπην τῆς θυσίας κρίνων συμφερωτέραν. Καίτοι γε οὐκ εἶπεν, Ἐὰν ἔχῃς κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τοῦτο γὰρ προεκώλυσεν· ἀλλὰ τί; « Ἐὰν ἔχῃ ὁ ἀδελφός σου κατὰ σοῦ. » Οὐ μόνον γὰρ τοῦτον ἀπέστησε τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀδελφὸν θεραπεῦσαι πεποίηκεν.

θ'. Λέγει Μωϋσῆς ἐν τῷ νόμῳ, « Οὐκ ἐπιορκήσει, ἀποδώσεις δὲ τῷ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου, » τὴν ἐπιορκίαν κωλύων, τὸν δὲ ὅρκον συγχωρῶν. Ὁ δὲ Χριστὸς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, « Μὴ ὀμόσαι ὅλως. Ἀλλ' ἔστω ὑμῖν τὸ Ναὶ ναὶ, καὶ τὸ Οὒ οὔ· » τί δηλοῦντος τοῦ λόγου; Οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ γενέσθαι ἀληθεῖς καὶ ἀξιοπίστους, καὶ ἵνα ἀντὶ ὅρκων πολλῶν ὦσι πιστὰ τὰ D ῥήματα ἡμῶν. Καὶ ὁ μὲν ὀμνύων ἴσως ἑκὼν ἢ καὶ ἄκων ἔστιν ὅτε παρασφάλλει ἐν τῷ ὅρκῳ· ὁ δὲ μὴ ὀμνύων τὸν τῆς ἐπιορκίας διαπέφευγε κίνδυνον.

ι'. Λέγει ὁ αὐτὸς Μωσῆς, « Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, » οὐδὲν ἄλλο ἢ ἵνα τῷ φόβῳ τὰς πρὸς ἀλλήλους μάχας καὶ ἔριδας ἀνατρέψῃ. Ὁ δὲ Χριστὸς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, « Ὅστις σε ῥαπίσῃ ἐπὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. Καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον. Καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσῃ μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο. » Ἐξώτω σε, ποῖον ἐκ τῶν δύο παραγγελμάτων πληροῖ

[76] Exod. xx, 13. [76] Matth. v, 21. [77] Ibid. 23. [78] Matth. v, 33-41. [79] Exod. xx, 16. [79] Matth. v, 33. [80] Exod. xxi,

τὸν τοῦ νομοθέτου σκοπὸν, ἵνα δηλονότι ἀνατραπῶσι, μᾶλλον δὲ παντελῶς φθαρῶσιν αἱ πρὸς ἀλλήλους ἔριδες, καὶ φιλονεικίαι, καὶ μάχαι. Πρόδηλον ὅτι ἡ τοῦ Εὐαγγελίου ἐντολή. Ἐὰν γάρ τις δι' ἐκδίκησιν ἄλλου στερηθῇ τοῦ οἰκείου ὀφθαλμοῦ ἢ τοῦ ὀδόντος, οὐκ ἀμύνεται, καὶ ἐπιτηδείου καιροῦ καλέσαντος; βλάπτει ἕτερον. Εἰ δὲ μὴ, ἐγκοτεῖ καὶ μνησικακεῖ; Παντί που δῆλον. Ὁ δὲ παρεσκευασμένος καὶ ἕτοιμος εὑρισκόμενος, καὶ ἀεὶ μελετῶν, ἵνα εἴ τι; ῥαπίσῃ αὐτὸν, μὴ μόνον ὑπομείνῃ τοῦ ἀδελφοῦ ἀδίκημα, ἀλλὰ μετὰ ταπεινώσεως στρέψῃ αὐτῷ καὶ τὴν ἑτέραν σιαγόνα, καὶ γεγενότος οὕτω τοῦ πράγματος, φιλοσοφήσῃ τὴν τοιαύτην φιλοσοφίαν, καὶ ὑπομείνῃ τὸν πλήξαντα, οὐχὶ κατέλυσε καὶ ἔφθειρε καὶ ἀπώλεσε πᾶσαν κακίαν, πᾶσαν ἔριν καὶ ὀργήν; Οὐκ ἐπλήρωσεν τοῦτο μᾶλλον ἢ ὁ νόμος τὸν τοῦ νομοθέτου σκοπόν; Οὐκ ἔβαλε τὸν διάβολον καιρίαν πληγὴν, τὸν πατέρα τῆς μάχης καὶ τῶν σκανδάλων; Τὸν γὰρ διάβολον ἡ ἔπαρσις ἔρριψεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἄγγελον εὑρισκόμενον, καὶ ἔπειτα φθόνος καὶ μῖσος. Ἶχνος γὰρ ἀγάπης ἐν τῷ διαβόλῳ οὐκ ἔστιν. Οὐ μόνον δὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ εὑρίσκεται τὸ τοῦ διαβόλου μῖσος, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ δαίμονες πρὸς ἀλλήλους τὴν φθορὰν καὶ τὸν ἀφανισμὸν ἕτερος θατέρου ἐπιθυμεῖ. Διὰ δὲ τὴν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους δυσμένειαν, ἣν ἔχουσι, καὶ τὸ μῖσος, ἐοίκασιν ἔχειν ἕνωσιν. Καὶ ὥσπερ ἐχθροί τινες κέκτηνται μῆνιν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ζητεῖ ὁ εἷς τοῦ ἑτέρου τὴν φθορὰν καὶ τὸν ὄλεθρον· εἰ δ' ἐντύχωσιν ἑτέροις ἐχθροῖς, ἐῶσι τὸν πρὸς ἀλλήλους πόλεμον, καὶ μάχονται αὐτοῖς· ἐκεῖνοι δ' αὖθις εὑρίσκονται διῶντες τὴν φθορὰν ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου· οὕτως ἐστὶ καὶ ἡ νομιζομένη ἕνωσις καὶ ὁμόνοια αὐτῶν διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων φθορὰν, καὶ οὐ κατὰ ἀλήθειαν. Ποῦ γὰρ ἀλήθεια ἐν τῷ πατρὶ τοῦ ψεύδους; Ὁ δ' ἄνθρωπος ὁ ὑπομείνας τοῦ ἑτέρου τὸ ῥάπισμα οὐκ ἐποίησε τὰ ἐναντία τοῦ διαβόλου; Οὐκ ἐταπεινώθη ἔμπροσθεν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ; μᾶλλον δὲ ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ; Οὐκ ἠγάπησε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ διὰ τῆς εἰς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἀγάπης καὶ ταπεινώσεως κατῄσχυνε τὸν διάβολον; Καὶ τίς οὕτω ἀγνώμων, ὅστις ἀμφιβάλλει περὶ τούτου; Ὁ δὲ πρὸς ταῦτα ἕτοιμος εὑρισκόμενος, καὶ λέγων καὶ πράττων, πῶς φιλονεικήσει μετὰ ἑτέρου;

ια'. Λέγει Μωσῆς, « Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου. » Τί βούλονται τὰ τοῦ νομοθέτου ῥήματα, ἢ τὸ συστῆσαι τὴν ἀγάπην; Ὁ δὲ Χριστὸς τί; « Ἐὰν ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστίν; Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς. » Τίς ἐκ τῶν δύο συνίστησι τὴν ἀγάπην, ὁ παλαιὸς νόμος, ἢ ἡ τοῦ Εὐαγγελίου ἐντολή; Ἐκεῖνος γὰρ μετὰ τὴν εἰς τοὺς φίλους ἀγάπην διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀσθένειαν ἐνδοσί πως τὸ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς μῖσος. Ὁ δὲ Χριστὸς ἐν τῷ εἰπεῖν, ὅτι « Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ αὐτῶν, » παντελῶς ἐξέβαλε τὸ μῖσος ἀπὸ παν-

A terrogo, utrum ex duobus mandatis istis legislatoris finem plene attingit, num scilicet ut prohibeantur, quin potius ut omnino tollantur mutuæ lites, contentiones et pugnæ? Evangelica haud dubie. Si quis enim propter ultionem oculo suo altero privetur, aut dente, nonne ulciscitur, et temporis occasione id permittente alteri nocet, vel ad minimum irascitur, et injuriarum memor est? Haud dubie. Qui vero paratus promptusque ad hoc fuerit, et hoc studuerit semper, ut si quis illi alapam infligat, non modo sustineat a fratre illatam sibi injuriam, sed cum humilitate alteram illi alapam obvertat; et cum re sic gesta hujus philosophiæ studiosus fuerit, et percutientem sustinuerit, nonne sustulit hic et devicit omne vitium,
B omnem contentionem et iram? Num hiene, vel ipsa lex legislatoris finem propius attigit? Nonne diabolum lethali afflixit vulnere, patrem pugnæ et offendiculorum? Diabolum enim cœlo ejecit fastus, cum angelus esset, deinde invidia et odium. In diabolo enim ne vestigium quidem est charitatis. Non tamen in homine solummodo diaboli odium invenitur, sed et dæmones inter se mutuo alter alterius perditionem et exitium concupiscit. Propter inimicitiam vero et odium, quo in homines laborant, pacem inter se habere videntur. Et quemadmodum inimici ira mutua inter se concertant, alterque alterius quærit perniciem et interitum: si vero in alios hostes iidem inciderint, omisso bello
C illo mutuo et intestino, cum illis congrediuntur, deinde vero rursum alter alterius mutuam perniciem sitire deprehenditur. Talis est etiam ea quæ inter hos putatur esse conjunctio et concordia; in hominum enim perniciem, non vero et integro animo contrahitur. Ubi enim veritas apud mendaciorum patrem locum habeat? Homo autem, qui alterius alapam sustinuerit, nonne facinus diabolo prorsus contrarium patravit? Nonne coram fratre suo humiliatus est? imo magis coram Deo? Nonne fratrem dilexit, et propter charitatem fratri exhibitam diabolum confudit? Et quis tam insipiens ut de his dubitet? Et qui ad hæc promptus talia dixerit et fecerit, quomodo fiet ut cum altero contentiones misceat?

D 11. Dicit Moses: « Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum [82]. » Quidnam hæc legislatoris verba aliud quam veritatem volunt constituere? Quid vero Christus? « Si dilexeritis eos qui vos diligunt, quænam vestra gratia est. Diligite inimicos vestros, benefacite odio vos habentibus, et orate pro his qui vos exsecrantur [83]. » Quænam ex his legibus charitatem constituit? Vetusne an Evangelii lex? Illa enim post amicorum dilectionem propter multorum infirmitatem concedit quodammodo odium contra inimicos. Christus vero cum dicit: « Diligite inimicos vestros, et orate pro illis, » odium omnino ex homine sustulit. Qui

[82] Levit. xix, 18. [83] Matth. v, 44.

Digitized by Google

enim hostem suum diligit, et pro illo orat, quomodo amicum aut alium hominem odio habebit?

12. Lex dicit, « Non mœchaberis [84]; » Christus vero non sic, sed, « Quicunque viderit mulierem ad concupiscendum illam, jam adulterium cum illa commisit in corde suo [85]. » En diligentiam legis considera. Non legem modo prohibuit, sed etiam lascivum oculum, et ipsum quodammodo animi affectum. Qui enim seipsum usque ad oculi commotionem custodierit, quomodo in adulterii crimen incidet? Quemadmodum vero brutis animalibus his quidem ultricia, illis vero defensiora et protectoria arma data sunt, ut leoni quidem ira et robur, apro dentes, bovi cornua, lepori vero cursus celeritas, idemque capreæ et cervo : omnibus autem simul sensus quidam datus est, quo noxia omnia et venenatos cibos aversentur, utiles vero appetant; sic et homini omnium loco mens data est, quæ dijudicare potest bonum a malo : et ab illis quidem abstinere quæ animam lædunt, utilia vero et salutaria appetere. Quod si vero forte carnali cupiditate et diaboli affectu in animum cogitatio quædam inciderit indecens, caprea velocior turpem cogitationem effugere potest. Et si odio Satanæ cogitatio hæc illum insecuta fuerit, animi zelum et fervorem sibi a Deo datum possidet in suum commodum : quo leonis aut ursi instar sese defendit, cogitationem hanc hostisque bellum conculcare et exstirpare concupiscit. Homo autem non custodiens sanum illud divinæ gratiæ donarium, in illicitas et absurdas actiones incidit, quemadmodum in superioribus copiosius enarravimus. Deus autem salvare volens suam creaturam, hominem scilicet, legem Mosaicam misit, ceu ducem quemdam et præceptorem. Et quemadmodum teneris adhuc infantibus cibus solidus non datur, sed tenerior et concoctu facilis, paulo post autem solidior, hinc rursum solidior alius, tandem etiam cibus perfectus; et ut imperfecta adhuc cognitione rerum præditis nondum philosophiæ disciplina præscribitur, sed primo quidem litterarum elementa traduntur, et paulo post harum conjunctio et syllabæ; puero autem per ætatem et incrementum ad perfectiorem ætatem progresso, etiam philosophiæ arcana proponuntur; sic eadem mihi et legis ratio videtur. Propter hominum enim infirmitatem lex ad manuductionem boni data est, non quidem ut hominem perfectum reddere possit, sed quemadmodum in sublimi scala primus gradus nos a terra attollit, nec tamen hoc ad summum scalæ ascensum sufficit, nisi multi simul superati sint propter altitudinem et sublimitatem; ita etiam in veteri lege contingit, sancta quidem et justa et a Deo lata (unus enim idemque Deus est, qui et legem et Evangelium promulgavit), sed tamen propter hominum infirmitatem lex data est, pædagogum

[84] Exod. xx, 14. [85] Matth. v, 27, 28.

τὸς ἀνθρωπου. Ὁ γὰρ τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ ἀγαπῶν, καὶ ὁ ὑπὲρ τοῦ ἐχθροῦ εὐχόμενος, πῶς μισήσει τὸν φίλον, ἢ ἄλλον τινὰ τῶν ἀνθρώπων;

Ad eumdem de divina Christi transfiguratione in monte Thabor, et de lumine, quod ibi discipulis apparuit, nec essentiam Dei nec rem creatam fuisse, etc. Incipit: Ἐπεὶ δὲ τὰς λέξεις καθ' ἡμῶν συκοφαντίας τε καὶ καινοτομίας, ms. ibid. Hic est liber Antirrheticorum decimus quartus. (Fabr.) Mosquæ in cod. synod. 165, n. 10 et 13. V. Matthæi not. cit. p. 98, et p. 178 de cod. 277. — Oxon. in bibl. Bodlei. cod. 59, s. n. 711, cat. mss. Angliæ, etc. I. — Paris. in cod. cit. n. 4. Item in cod 1244,

(*a*) Confer de Philotheo Henr. Wharton et Rob. Gerium (qui plura atque codd. notitiam adjecit) in Append. ad Cavei *Hist. litt. SS. Eccl.* vol. II, p. 68 sqq. ad ann. 1362. Multo plura dedit et codd. mentionem fecit uberiorem Oudin. in Comm. de SS. Eccl. tom. III, col. 1049, sqq. ad ann. 1350. Add. Saxii *Onom. lit.* part. II, p. 372, ad ann. 1354. — Secundum Jo. Baptist. Riccioli, S. I. Chronologiam reformatam ab ann. Chr. 1362, usque ad ann. 1375, annos 13, et menses sex sedem illam patriarchalem tenuit. Add. Lambec. VIII, p. 1097, Koll. ex Phil. Labbei Protreptico corporis *Hist. Byzantinæ*, p. 36 seq. (Harl.)

Digitized by Google

n. 2. (Ubi v. confectorem cat. mss. vol. II, p. 263), et cod. 1276, n. 1. — In cod. Coislin. Cl. V. Montfauc. bibl. Coisl. p. 176.—Florent. in cod. Laurent. VIII, n. 15 sqq. de quo cod. præstanti Bandin. in cat. codd. Gr. Laurent. I, p. 342-319. copiose disserit. — Venet. in bibl. Marc. cod. 582. *V.* Cat. codd. Gr. Marc. p. 306. Add. ad. n. 12. (HARL.)

2. *Confutatio capitum* 14 *Acindyni et Barlaami.* Incipit : Λέγουσιν ἐναντιούμενοι τῇ θείᾳ Γραφῇ. Ms. in codice bibl. Coislinianæ. (FABR.) V. Montfauc. l. cit. p. 176, ms. Augustæ Vindel. *V.* Reiser. indic. cit. p. 27. Mosquæ in cod. 165, n. 11. V. Matthæi l. c. (HARL.)

3. *Ad Petriotam*, Barlaami sectatorem, Ὅτι ὥσπερ εἷς Θεὸς ἡ ἁγία Τριὰς, οὕτω καὶ μία Θεότης, καὶ περὶ θείας ἐνεργείας. Incipit : Χθὲς καὶ πρότριτά μοί τις, ms. ad calcem Antirrheticorum in bibl. Coisliniana. Exstat etiam in bibliotheca Cæsarea Lambec. V. p. 197 (FABR.), s. pag. 410, Koll. n. 4, cod. 265. — Paris. in bibl. publ. cod. 1276, n. 2. (HARL.)

4. *De oratione panegyrica in Gregorium Palamam* a Philotheo scripta, et *Canticis duobus* atque ἀκολουθίᾳ sive *officio* ejusdem consecrata laudibus, quod Græci Triodio inseruere, dixi supra (1). p. 456, ed. vet. Vide etiam Lambecium V, p. 284. (*p*) et Philotheo indignantem Allatium, p. 193 seq. de libris Eccles. Græcor. et contra Hottinger. p. 215.

5. *De oratione encomiastica in tres hierarchas*, Basilium M., Gregorium Naz. et Jo. Chrysostomum. Græce et Latine recusa tom. XII *Bibl. Patrum* Paris. ann. 1644, 1654, dixi volum. VII, pag. 558 (*q*); et ad Allat. de Nilis p. 76. [Vid. vol. X, p. 27 seq. nov. ed.]

6. *Homiliæ mss. in Evangelia et Dominicas totius anni*, et aliæ, ex S. Joanne Chrysostomo potissimum desumptæ, Mss. in bibl. sereniss. Bavariæ electoris (*r*) et in bibl. regis catholici, teste Bandurio, p. 988. ad Antiquitates CPol. pars etiam in Cæsarea. Vide Lambecium V, p. 65 seq. [s. p. 142, n. 7, cod. 232 ed. Kollar.] Διδασκαλία ἀπὸ διαφόρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν ἀπό τε τοῦ Χρυσοστόμου καὶ ἑτέρων εἰς τὰ τοῦ Κυρίου ἀναγινωσκόμενα ἅγια Εὐαγγέλια. Ibid. *In Publicanum et Pharisæum.*

7. *In Demetrium martyrem.* Incipit, Δημήτριος ἡμῖν τοῦ τε συλλόγου καὶ τῶν λόγων ἀφορμὴ πρόκειται σήμερον. Ms. in bibl. Cæsarea Lambec. V, p. 193 (*s*). Citatur ab Allatio de purgatorio p. 771, et contra Hottingerum, p. 217.

8. *De beatitudinibus evangelicis*, orationes III, ad Helenam, Jo. Cantacuzeni filiam, Joannis Palæologi uxorem. Mss. ibid. Lamb. *V*, pag. 195 (FABR.), s. p. 406 seq. ed. Koll. n. 2, cod. 265. — Mediolani in bibl. Ambros. de octo beatitudinibus et alia quædam super dicta S. Basilii cum commentario, teste Montfauc. in Bibl. biblioth. Mss. p. 503 *E.* (HARL.)

9. *Oratio in exaltationem crucis* Græce et Lat. apud Gretserum de cruce, tom. II, p. 174. Incipit : Ἐπειδὴ τῆς πρώτης καὶ θείας. Et altera *in tertiam jejuniorum Dominicam, de crucis adoratione* id. p. 360. Incipit : Προτυπῶν καὶ διαγράφων. (FABR) Altera, quæ Gr. et Lat. exstat in tomo II, syntagmatis Jac. Gretseri de sancta cruce, col 1477. Ingolstadt. 1616 fol. attribuitur Philotheo, in cod. autem Cæsar. 263 et 264 ascribitur Jo. Calecæ. *V.* Lambec. tom. V, p. 393, not. 2; et p. 401, not. 2. Add. supra vol. X, p. 246 et 247. (HARL.)

10. Ἀναστροπὴ sive *Detestatio anathematismorum*, a nomophylace Harmenopulo, in epitome juris adscriptorum, et quod ex Chrysostomi sententia non temere anathemati subjiciendi sint Christiani.

(*p*) Sive p. 487, Kollar. n. 3, cod. 265 de canticis una cum Acoluthia : — p. 440, n. 29, cod. 268, Canon in Gregor. Palamam acrostichis : — Philothei Officium in eumdem, una cum inserto *Synaxario* vitæ ipsius, ibid. p. 600, in cod. cæs. 324. Conf. supra in hoc cap. § 1, sub fin. (HARL.)

(*q*) Sive vol. VIII, p. 459, ed. nov. Add. supra ad vol. X, p. 206, Romæ in bibl. Vatic. teste Montfauc. in Bibl. biblioth. mss. p. 12 *D*, et ib. p. 703 *B*, de cod. bibl. Sfortianæ. (HARL.)

(*r*) In cod. 61, qui incipit ab homilia *in Publican. et Pharis.* et singularium, quæ multæ sunt, homiliarum indicem dedit cl. Hardt in Aretini *Beyträgen*, etc. ann. 1804, part. I, p. 44 sqq. et part. II, p. 3, sqq., et p. 7 seq. cum iis quæ indicantur in Cat. codd. Nanian. ac Taurin. confert, idemque alias 32 homilias Philothei ex eodem cod. enumerat atque colligit, p. 15. — In cod. 199 ingens ejusm. homiliarum numerus reperitur, eæque diligenter recensentur ab Hardt. l. c. ann. 1805, part. II, p. 117 sqq. — Pariter Venetiis in codd. Nanianis 109, 118, 119 quas singulas recenset (Mingarell.) in cat. codd. Gr. Nan. 209 sqq., 239 sqq., 245 sqq., ad quem ablegamus lectorem, et cod. 120 aliquot continet homilias, n. in Dominicas in Matthæum, Lucam, et in dies festos SS. V. ibid. p. 248 sqq. (Homiliæ II *in Evangel. Lucæ* sunt quoque Venet. in cod. Marc. 582.) — Taurini in codd. bibl. reg. 51 et 154. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 155, in primis p. 247 sqq., ubi singulæ 59 homiliæ s. *Institutiones* (διδασκαλίαι) enumerantur, subjecto cujusque initio. In Petri Possini Thesauro ascetico, n. 15, est Philothei Sermo de mandatis Domini nostri Jesu Christi. V. infra vol. XIII, p. 755. De Græcis Dominicorum dierum nominibus, v. Kollar. ad Lambec. Comment. vol. III, p. 165 seq. not. *B* et *A*; isque provocat ad Allatium, *De Dominicis et hebdomadibus Græcor.* p. 1463. (HARL.)

(*s*) Sive p. 403 seq. n. 1, cod. 265 ed. Koll. et vol. VI, part. I, pag. 82, n. 11, cod. 10. (HARL.)

(1) Id est in *Gregorio Palama.* Vide tomum nostrum CXLIX. Orationem encomiasticam in Gregorium publici juris fecit anno 1857 Hierosolymorum patriarcha Cyrillus in fronte Homiliarum ejusdem Palamæ (ἐκ τῆς Τυπογραφίας τοῦ παναγίου Τάφου). Insulsa quidem et luce qua donata est non digna commentatio. Allatii contra auctorem indignantis verba legesis in Prolegomenis ad Palamæ opera, tomo eodem CXLIX EDIT. PATR.

Digitized by Google

Exstat Græce et Latine in Freheri jure Græco-Romano lib. IV, pag. 288-290; Francof. 1596. fol. (Fabr.) Conf. supra in h. vol. p. 264, ms.; Vindobon. in cod. Cæs. 53 n. 14. *V.* Lambec. VIII, p. 1008 seq.— Paris. in bibl. publ. 1361, n. 3, et 1365, n. 3 et 4; Taurin. in cod. Reg. 278. *V.* Cat. codd. Gr. Taur. p. 381, In cod. Meermann. quem hic in Supplemento Novi thesauri juris civ. et canon Ilagæ Com. 1780, fol. p. 374, laudat, comparat cum ed. Leunclav. tom. I, p. 288, et præcipuas varr. lectt. enotat. (Harl.)

11. *Ordo instituendi diaconum*, Latine in *Bibl. Patrum*, tom. IV, Paris. 1575; et tom. VI, Paris. 1589; et tom. XIV, edit. Colon. ann. 1618; et tom. XXVI, edit. Lugd. 1677, p. 214 216. Græce vero et Latine cum notis Jac. Goari exstat in limine Euchologii vulgati Paris. 1647, fol. [f. p. 1-28, ed. Venet. 1730, fol.] sub titulo Διάταξις ἱεροδιακονίας, *Ordo sacri ministerii, quomodo sacerdotii diaconus ministrat in celebribus vesperis, Matutino et Missa.* (Fabr.) Conf. Catal. bibl. Leidens. p. 64 seq. (Harl.)

12. *In Anysiam* Thessalonicensem sermo. Incipit: Οὐδὲν ἀρετῆς τιμιώτερον, ms. meminit Allatius de Simeon. p. 103; et locum ex eo profert, p. 416, contra Hottingerum. (Fabr.) Mss. Romæ in bibl. Vaticana, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 13 C. — Mosquæ in bibl. synod. cod. 165, in quo etiam exstant:

In SS. omnium Dominicam. (Vid. n. 13.)

Vita et martyrium S. Φευρωνίας (alibi legitur Φεβρωνίας), inc. Τυραννικόν τι καὶ βίαιον ἔρως. Est quoque in cod. mox memorando bibl. Marc. *Vita Febroniæ martyris* et *Vita Anysiæ Thessalonic.*

Vita Sabæ jun. inc. Σάββας ὁ θαυμαστὸς, ὑπόθεσις ἀγώνων. Eadem in cod. Marc. mox laudando. *V.* supra vol. X, p. 319.

Orat. in S. Onuphrium. init. Τοῖς τῶν ἀνδρῶν ἀρίστοις. Ead. in cod. Marc. cit.

Oratt. dogmaticæ contra Acindynum et ejus sectatores. Inc. Καὶ πάλαι μὲν ὁ τῆς ἀληθείας, et

In Dormitionem B. Mariæ. Init. Ἦκω τήμερον, ὦ φίλοι, κατὰ δύναμιν ἀποδώσων. *V.* Matthæi Notit. cit. p. 97 seq. et p. 177, de oratt. dogmaticis in cod. 277.

In Anysiam, Venet. in bibl. Marc. cod. 582, in quo exstant *Vitæ et elogia SS.* præmissa protheoria, cujus initium: Τῷ παρόντι λόγῳ σκοπός ἐστιν. Sequuntur *Sanctorum omnium Vitæ.* Init. Καὶ τὸ λόγοις μὲν ἄλλως. Tum, præter memoratas, Vitæ:

Germani Hagioritæ. Inc. Ἀλλὰ πῶς ἄν τις τὸ καθ' ἡμᾶς.

Isidori patr. CPolit. Init. Ἰσίδωρον δὲ ἆρα τὸν μέγαν.

Phocæ martyris. Inc. Εἰ δὲ καὶ τοὺς λαμπρούς. *Philothei* homilam n illius laudem continet quoque cod. 1185, n. 15, bibl. Paris. publ. *V.* Append. ad Cat. Mss. bibl. Par. tom. II, p. 618.

In SS. omnes ἀκολουθία. Init. Ποίοις εὐφημιῶν μέλεσιν.

In SS. apostolos. Inc. Ἔδει μὲν ὡς ἀληθῶς.

Postea sequuntur Sermones varii, scil.

De lumine Dominico in monte Thabor, et de divina operatione adversus contradicentes, apologeticus I. Inc. Καὶ πάλαι μὲν ὁ τῆς ἀληθείας λόγος. II. Adversus eosdem *de divinitate, et divino lumine, de spiritualibus visionibus et de sacra perfectorum oratione.* Inc. Περὶ μὲν δὴ τούτων ἱκανῶς ἔχειν οἶμαι. (Legitur in cod. Mosquensi synod. 336, n. 5. V. Matthæi Notit. cit. p. 218, add. supra, ad n. 1, fin.)

Ad *Ignatium* episcopum in dictum Proverbiorum: *Sapientia ædificavit sibi domum.* Init. Σὺ μὲν, ἱερὲ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε. Opus dividitur in tres sermones. (Exstat quoque in cod. Mosquensi cit. 336, n. 8.)

Sermo historicus *in obsidionem et captivitatem Heracleæ, a Latinis factam*, sub imperio Cantacuzeni et Palæologi. Init. Ἔτος μὲν ἦν ἐξηκοστὸν ἀπὸ κτίσεως κόσμου.

Epistola, s. homilia missa CPoli *ad Heracleotas, per urbes et oppida Thraciæ et Macedoniæ dispersos.* Inc. Φιλόθεος ταπεινὸς μητροπολίτης. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 303 seq. (Harl.)

13. *In SS. omnium Dominicam.* Incip. Καὶ τὸ λόγοις μὲν ἄλλως τὰ τῶν ἁγίων ἑκάστους διεξιέναι. MS. Lambec. IV, p. 60. (Fabr.) Sive p. 131, n. 4 ed. Kollar. cod. 111. V. supra ad vol. X, p. 320, quibus add. cod. bibl. Marc. citat. et cod. Mosquens. 336, n. 2. *V.* Matthæi not. cit. p. 218. (Harl.)

14. *Canon in S. Gregorium martyrem*, ms. Lambec. V, p. 282. Incipit: Ἀναστάσεως ἡμέραν κατιδόντες λαμπράν. (Fabr.) Sive p. 599, ed. Koll. in cod. Cæs. 324. — Venet. in cod. Marc. 14 qui continet Horologium magnum, exstant *Canones Philothei* et aliorum *paracletici* in Deiparam Virginem, Christum et angelos custodes. *V.* cel. Morelli bibl. ms. Gr. et Lat., tom. I, p. 29. — Paris. in bibl. publ. cod. 12, n. 3, et (teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss. p.* 1325 *C*, in cod. Mazar. 198.) *Philothei Troparia* in form. dialogi inter Christum et S. Deiparam. (Harl.)

15. *Canon in Joannem Damascenum* citatur ab Allatio contra Hottingerum, p. 216.

16. *Synodicam de baptismo* laudat Nic. Comnenus, p. 310 Prænot. mystagog. Aliud Synodicon, *Ne excommunicatio fiat sine judicio*, p. 285; et *De non mutilanda vel interpolanda S. Chrysostomi liturgia*, p. 332.

Digitized by Google

17. *Orationem secundam de pace Christi*, id. p. 144.

18. *De veteri circumcisione*, ad magnos domesticos Palæologos responsum, ms. in bibl. Coisliniana p. 176. Incipit : Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ὥμην ἐκ μακρᾶς ἀπεδημίας. (Fabr.) Paris. in bibl. publ. cod. 1276, n. 3. (Harl.)

19. *Theoremata Ethica, Physica, Theologica atque excerpta e variis auctoribus*. Labbe, p. 29 Bibl. novæ mss.

20. Περὶ ἐπισημάντων ἐγκυκλίων· *Interpretatio significationum circumvolutionis siderum*, ms., in codice mutilo Lambec. V, pag. 97. (Fabric.) S. p. 207, Kollar. n. II, col. 238. (Harl.)

21. *Capita Ascetica* 40 Philothei, monachi Sinaitæ ms. in bibl. Cæsarea et regis Gallor. Lambec, IV, pag. 145 ; V, pag. 69 (*t*) Labbeus, pag. 93 bibl. novæ mss. *Fragmenta sermonum asceticorum*, Lambec. V, pag. 99. (Fabr.) Sive p. 210, Koll. n. 20, cod. 238. — Paris. in bibl. publ. codd. 1091, n. 8 (ac n. 9 exstat sequens sermo), atque 1144, n. 3, capita nonnulla. Sequens sermo, et alius *de bello spirituali* (f. intellectuali) leguntur quoque in bibl. Bodlei. cod. Oliver. Cromwelli 111, n. 25 et 26, sive 290. Cat. ms. Angliæ etc. sub nomine Philothei monachi. (Harl.)

22. *De præceptis Domini* capitula 21, sive sermo Περὶ τῶν ἐντολῶν, *quod custodia cordis observantur præcepta D. N. Jesu Christi*, ms. id. V, pag. 69. [s. p. 150, n. 14, Koll.] Hunc Græce et Latine edidit et præter rem antiquiori, nescio cui, Philotheo velut ex codice 500 annorum tribuit Petrus Possinus in *Thesauro ascetico*, pag. 316, Paris. 1684, 4. (Fabr.) In diss. I tamen subjecta Cavei *Hist. litt. SS. Eccl.* p. 17, tribuitur ille sermo cum Possino alii antiquiori Philotheo, *Sancti* nomine insignito, quoniam ipse codex ms. unde desumptus est sermo, annorum saltem 500 ætatem præ se ferat. (Harl.)

[Philothei CPol. *parerga*, scripta per Joannem Jonam, Græcum, in bibl. regis Galliæ a. D. 1729; in cod. Harlei. V. Cat. libror. mss. bibl. Harlei. n. 5616. (Harl.)

[*Adversus Latinos ; Taurin.* in cod. Regio 151 fin., inc. Ἠγούμεθα δεῖν πρὸς Λατίνους ποιούμενοι τὸν λόγον. V. cat. codd. Gr. Taur. p. 242. (Harl.)]

[*Epistola* ad illos, qui in aliqua potestate constituti, nulla legum ratione habita, in alienas possessiones involabant. Inc. Τοὺς μὲν πονηροὺς τῶν ἀρχόντων. Paris. in bibl. publ. cod. 1276, n. 4. (Harl.)]

[Philotheus alius Achillinus, consiliarius regius, cujus somnium viridarii de jurisdictione regia et sacerdotali scriptum anno 1374 Latine vulgavit Goldastus in Monarchia S. Romani imperii, tomo I, Hanov. 1612 fol. (*u*) (Fabr.) [In Montfauc. Bibl. biblioth. mss. p. 1400 *E*, memoratur cod. bibl. Taurin. qui continet scriptum Philothei Alexandrini. Num is fuerit *patriarcha* Alexandrinus, cujus fit mentio infra in vol. XI, p. 680, vet. ed. definire non audeo. De hoc autem homine, luxurici dedito, conf. Cavei *Hist. litt. SS. Eccl.* II, p. 115, ad a. 995. Ejus quatuor voll. quorum inscriptiones, ex arabico translatas, posuit Caveus, dudum periisse videntur. Idem pro certo affirmare non audet, num sermo *Philothei de mandatis Domini nostri J. Chr.* illum Alexandrinum habuerit parentem. Edidit cum P. Possinus Gr. et Lat. in Asceticis. (Harl.)]

[Philotheus, medicus. V. infra vol. XII, p. 647 et 649; et XIII, p. 369. — Add. Lambec. VI, part. II, p. 357 seq. — Philotheus *De urinis* in cod. Mediol. bibl. Ambros. teste Montfauc. in *Bibl. bibl. mss.* p. 503 *E*. (Harl.)]

[Philotheus, monachus. Mosquæ in bibl. typographei synod. cod. 39 exstat, docente Matthæi in Not. codd. Gr. Mosq. p. 317, n. 28 : Φιλοθέου, μοναχοῦ μονῆς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Βάτου ἐν Σινᾷ, περὶ τοῦ τριμεροῦς τῆς ψυχῆς καὶ περὶ νήψεως καὶ εὐχῆς. Inc. Ὁ μακάριος ὁ ἀπόστολος Παῦλος. Et n. 29, ejusdem Περὶ τηρήσεως νοῦ καὶ ταπεινοφροσύνης· init. : Βλέπετε καὶ ὁράτε, φησὶν ὁ Κύριος, μήπως βαρυνθῶσιν. — In cod. Naniano 95 sunt quoque *Ascetica Philothei, monachi monasterii sanctissimæ Deiparæ Bati* s. rubi. Inc. Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθημεν κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· tum sequuntur tres alii ejusdem sermones. V. Cat. codd. Gr. Nan. p. 185. Atque Mingarellius ibid. ex primo sermone longiorem locum exscripsit, et provocavit ad Lambec. paulo ante ad n. 21 jam citatum. Auctorem igitur illi sermones habere videntur Philotheum, patriarcham CPolit. qui in aliquot codd. *monachus Sinaita* etiam vocatur. (Harl.)]

[Philotheus, archiepiscopus Selymbriensis, cujus Oratio in S. Agathonicum legitur Venet. in cod. Naniano 309, n. 99, ex eaque Mingarellius in Cat. Codd. Gr. Nan. p. 531 sqq. perlongum locum publicavit. Conf. supra, vol. X, p. 190, ubi illa oratio reliquis addi debet. (Harl.)] — *Vide infra in hoc volumine.* Edit.

(*t*) Sive IV, p. 329; Koll. n. 13, cod. 156. — et vol. V, p. 150, ed. Kollar. n. 13, cod. 234. — Romæ in bibl. Vatican. V. Montfauc. Bibl. bibl. mss. p. 12 *B*. (Harl.)

(*u*) Plura de eo dabunt Fabr. noster in *Bibl. med. et inf. latin*, tom. V, p. 2, ed. Mansi, et H. Wharton. in Append. ad Cavei *Hist. litt. SS. Eccl.* p. 74, ad a. 1370. (Harl.)

Digitized by Google

ΦΙΛΟΘΕΟΥ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΛΟΓΟΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΥΨΩΣΙΝ ΤΟΥ ΤΙΜΙΟΥ ΚΑΙ ΖΩΟΠΟΙΟΥ ΣΤΑΥΡΟΥ.

—

PHILOTHEI

CPOLITANI PATRIARCHÆ

SERMO

IN EXALTATIONEM VENERANDÆ ET VIVIFICÆ CRUCIS.

(Apud Gretserum *De cruce.* Opp. tom. II, p. 126.)

—

1. Postquam ob transgressionem primi parentis nostri, ex prima et beata illa vita excidimus, et a Deo sejuncti, ex paradiso proscripti sumus, inque honoris prorsus expertem vivendi rationem, morbis rei, incurrimus, mille opinionibus, et erroribus, et impietatis generibus implicati, voluptatibusque et illecebris carnis a diabolo in servitutem abducti; postquam etiam propter hæc talia opus habuimus Deo incarnato, quippe qui non ferret aut tantis pœnis multari, aut penitus interire figmentum manuum suarum, ut ab eo, a quo facti eramus, refingeremur, ea de causa unigenitus Dei Filius, et Verbum, quod ex omni æternitate Patri aderat, tempore non circumscriptum, miserans naturam nostram, quæ a recto tramite deflexerat, ad interitum proruerat, perque peccatum ad inferorum portas descenderat, statuit aliquando inter nos degere, temporis volubilitati subjici, nobisque in omnibus, excepto peccato, assimilari; eapropter virgineo utero recipitur is, qui nullo spatio capitur, et corporis mole circumscribitur, qui incircumscriptus est, naturamque assumptam communione sua ad divinitatem evehit, vereque homo efficitur, qui semper Deus est.

2. Cæterum cum in mundo versaretur, et inter homines vitam ageret, leges justissimas præscripsit, veritatis agnitionem patefecit, et ea, quæ conducibilia et salutaria erant, edocuit. Signa et prodigia magna et admiranda patravit; deinde sponte sua in impiorum et sceleratorum potestatem traditus est. Condemnatur, mortis sententiam patitur, turpissimoque lethi genere perimitur: cum in se supplicia et cruciamenta peccatis nostris debita recepisset, secundum illud vatis oraculum: *Ipse peccata nostra portat, doloresque nostros ipse*

α'. Ἐπειδὴ τῆς πρώτης καὶ θείας καὶ μακαρίας ζωῆς ἀπερράγημεν διὰ τὴν παράβασιν τοῦ πρωτοπάτορος, καὶ τοῦ Θεοῦ μακρυνθέντες, ἐξόριστοι τοῦ παραδείσου γεγόναμεν, καὶ κατήχθημεν εἰς ἀτιμοτάτην διαγωγήν, καὶ θάνατον κατεκρίθημεν, καὶ μυρίαις δόξαις, καὶ πλάναις καὶ ἀσεβείαις κατεμερίσθημεν, φιληδονίαις καὶ πάθεσι σαρκὸς τῷ ἐχθρῷ διαβόλῳ καταδουλούμενοι, καὶ διὰ τοῦτο ἐδεήθημεν Θεοῦ σαρκουμένου, οὐκ ἀνασχομένου ζημιωθῆναι τὸ πλάσμα τῶν οἰκείων χειρῶν, οὐδὲ παριδεῖν ἀπολλύμενον ἵνα δι' οὗ τὴν πλάσιν ἔσχομεν, δι' αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνάπλασιν λάβωμεν, τούτου χάριν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ Λόγος, καὶ ἀϊδίως συνὼν τῷ Πατρὶ, καὶ ἄχρονος ὢν, τὴν ἡμετέραν φύσιν κατοικτειρήσας ἐξολισθήσασαν τοῦ καλοῦ, καὶ πρὸς ἀπώλειαν ἐξοιστρηλατήσασαν, καὶ δι' ἁμαρτίαν πρὸς τὸ τοῦ ᾅδου καταντήσασαν πέταυρον, εὐδόκησε καὶ ἠθέλησέ ποτε καθ' ἡμᾶς γενέσθαι, καὶ ὑπὸ χρόνον ἐλθεῖν, καὶ κατὰ πάντα ἡμῖν ὁμοιωθῆναι χωρὶς ἁμαρτίας· διὰ τοῦτο καὶ παρθενικῇ νηδύϊ χωρεῖται ὁ ἀχώρητος, καὶ σαρκὶ περιγράφεται ὁ ἀπερίγραπτος, καὶ θεαῖ τῇ κοινωνίᾳ τὸ πρόσλημμα, καὶ ἄνθρωπος κατὰ ἀλήθειαν γίνεται, ὁ ἀεὶ Θεὸς γνωριζόμενος.

β'. Συναναστραφεὶς δὲ καὶ ἐμπολιτευσάμενος τῷ κόσμῳ ἔδωκε προστάγματα δικαιοσύνης, καὶ ἔδειξε τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν, ἐδίδαξε τὰ λυσιτελῆ καὶ σωτήρια, ἐποίησε σημεῖα καὶ τέρατα μεγάλα καὶ θαυμαστά· εἶτα παραδίδοται ἑκουσίως εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν καὶ ἀδίκων, καὶ κατακρίνεται, καὶ καταδικάζεται, καὶ πάσχει, καὶ ὑπομένει τὰ ἀτιμότατα πάθη, ἀναδεξάμενος ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τὴν σωτήριον τιμωρίαν, καὶ ὀδύνην, καὶ κάκωσιν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, *Αὐτὸς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὀδυνᾶται, αὐτὸς τὰς*

Digitized by Google

ἀσθενείας ἡμῶν καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν. Ἐμπτυσμούς τε καὶ ῥαπισμοὺς καταδέχεται ὁ τῆς δόξης Κύριος, κολαφίσματα, καὶ ὕβρεις, καὶ γέλωτα, πορφυρᾶν χλαῖναν καὶ ἀκάνθινον στέφανον, κάλαμον καὶ σπόγγον καὶ χολὴν μετὰ ὄξους, ἥλους καὶ λόγχην, καὶ μετὰ τούτων πάντων τὸν σταυρὸν καὶ τὸν θάνατον, καὶ λύει μὲν διὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ τῆς παλαιᾶς κατάρας τὴν καταδίκην καὶ τὴν ὑπόφασιν, ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα γενόμενος, καθὼς γέγραπται, Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου· διὰ δὲ τῆς ταφῆς καὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς πικρᾶς καταδίκης ἐξάγει τοῦ σκότους, καὶ τῶν ἀλύτων λύει τοῦ τυραννοῦντος διαβόλου δεσμῶν, καὶ ἐλευθερίαν πᾶσαν χαρίζεται. Ἀνίσταται γὰρ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναβαίνει ὑπὲρ ἡμῶν ἐντυγχάνων τῷ Θεῷ καὶ Πατρί· καὶ πάλιν ἐλεύσεται μετὰ δόξης τοῦ κρῖναι πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

γ'. Οὕτω προενοήσατο ἡμῶν ὁ Θεὸς, καὶ οὕτως ἐσπούδασεν ἐξελέσθαι ἡμᾶς τῆς τυραννίδος τοῦ ἀπατήσαντος ἡμᾶς διαβόλου. Οὕτω κατηξίωσεν ὑπὲρ ἡμῶν ἄνθρωπος γενέσθαι, καὶ τὰ θεῖα τούτου παθήματα πρὸς ἰατρείαν τῆς ἀσθενείας τῆς ἡμετέρας φάρμακα ἔδωκεν ἡμῖν· καὶ δι' αὐτῶν ἀνεπλάσθημεν, καὶ τῆς ζωῆς ἠξιώθημεν, καὶ μυστηρίων θείων γεγόναμεν μέτοχοι, καὶ δωρεῶν πνευματικῶν ἀπολαύομεν. *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα,* κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον. Κατάρα γέγονε ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ἐπειδὴ δέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἑκουσίως ἀποθανὼν τὸν ἐπονείδιστον καὶ ἀτιμότατον θάνατον. Ἐξηγόρασεν ἡμᾶς ἐκ τῆς κατάρας, ὅτι ἐκένωσεν ἑαυτοῦ τὸ θεῖον καὶ ἅγιον αἷμα, καὶ τῆς δουλείας τοῦ διαβόλου καὶ τοῦ θανάτου, καὶ τῆς καταδίκης καὶ φθορᾶς τοῦ ᾅδου ἐρρύσατο. Κατάρα γέγονεν ὁ Χριστὸς, ὡς τῶν ἐπικαταράτων καὶ κακούργων τὸν θάνατον ἀποθανών. Ὅτι δὲ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, *οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*, μετέστρεψε τὴν κατάραν εἰς εὐλογίαν, καὶ ἦρε μᾶλλον τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ σωτηρίας ἡμῖν ὁδὸν ἐχαρίσατο. Ἦλθε γὰρ ὁ Κύριος, ἵνα τὴν καθ' ἡμῶν γενομένην κατάραν βαστάσῃ· διὸ καὶ τὸν διὰ σταυροῦ κατεδέξατο θάνατον. Πῶς γὰρ εἶχεν ἄλλως κατάρα γενέσθαι, εἰ μὴ τὸν ἐπὶ κατάρᾳ γενόμενον θάνατον ἐδέξατο διὰ σταυροῦ; Πῶς δ' ἂν προσεκαλέσατο ἡμᾶς, εἰ μὴ ἐσταύρωτο; Ἐν μόνῳ γὰρ τῷ σταυρῷ ἐκτεταμέναις χερσί τις ἀποθνήσκει. Ἐξέτεινε δὲ τὰς παλάμας ὁ Κύριος, ἵνα πρὸς αὐτὸν πάντας ἑλκύσῃ, καὶ συνάψῃ ἐν ἑαυτῷ, καθὼς αὐτὸς εἶπεν· *Ὅταν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν.*

Ὁ διάβολος γὰρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐκπεσὼν μετὰ τῶν αὐτοῦ τῆς πονηρίας πνευμάτων, περὶ τὸν ἀέρα πλανᾶται, καὶ ἐπιχειρεῖ ἐμποδίζειν τοὺς ἀνερχομένους εἰς οὐρανόν. Ἦλθεν οὖν ὁ Κύριος, ἵνα τὸν διάβολον καταβάλῃ, καὶ τὸν ἀέρα καθαρίσῃ, καὶ ὁδοποιήσῃ ἡμῖν τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον διὰ τῆς σαρκὸς

A *fert, ipse languores nostros et morbos tulit* [1]. Sputa et alapas recipit Dominus gloriæ, et colaphos, et injurias, et irrisiones, et purpuram, et chlamydem, et spíneam coronam, arundinem, et spongiam, fel cum aceto, clavos, et lanceam, et cum his omnibus, crucem et mortem, et cruce quidem et morte sua antiquæ maledictionis condemnationem et sententiam dispungit, maledictum pro nobis factus, sicut scriptum est: *Maledictus omnis, qui pendet in ligno* [2]. Per sepulturam vero et resurrectionem ex severa illa condemnatione tenebrisque nos eduxit, et insolubilia, quibus diabolus, sævissimus tyrannus, nos alligarat, rupit, perfecta libertate nobis restituta. Resurgit enim tertia die, et in cœlos ascendit advocatus noster apud Deum
B et Patrem; et iterum venturus est cum gloria, judicare totius terræ incolas, ut reddat unicuique secundum opera sua.

3. Tantam curam nostri gessit Deus; adeo elaboravit, ut nos eriperet ex tyrannide ejus, qui nos deceperat, diaboli. Sic dignatus est homo pro nobis fieri, et hos cruciatus, quos ipse sustinuit, medicamenta nostræ imbecillitatis esse voluit: quibus recreati et reconcinnati sumus, vitaque donati, et divinorum mysteriorum participes effecti et donis spiritualibus potiti. *Christus redemit nos ex maledicto legis, factus ipsemet pro nobis maledictum*, ut divinus Apostolus ait [3]. At maledictum factus est, cum obtulerit seipsum sponte pro nobis, morte
C probri et dedecoris plenissima subita. Redemit nos a maledicto, quia effudit divinum et sacrosanctum suum sanguinem, eripuitque nos ex servitute diaboli, et ex morte, et ex condemnatione et interitu inferni. Maledictum factus est Christus, cum maledictorum et malefactorum mortem exsolverit. At quia peccatum non fecit, *nec dolus in ore ejus repertus est* [4], ideo maledictionem in benedictionem convertit, totiusque mundi peccata abstulit, et salutis viam aperuit. Venit enim Dominus, ut nobis impositas diras ferret: qua de causa crucis quoque supplicium passus est. Nam quomodo aliter maledictum fieri poterat, si mortem crucis maledictioni jam olim subjectam non elegisset? Quomodo nos advocasset, si crucifixus non
D fuisset? In sola enim cruce moritur quis expansis manibus. Extendit autem Dominus manus, ut ad se omnes attraheret, et in seipso conjungeret, prout ipsemet dixerat: *Ego si exaltatus fuero a terra, omnes ad me traham* [5].

4. Nam diabolus ex cœlo cum impietatis suæ gregalibus detrusus, nunc in aere oberrat, conaturque euntibus ad superos impedimenta objicere. Venit ergo Dominus, ut diabolum deturbet, aeremque purget, nobisque viam ad cœlum sternat et muniat per carnem propriam, et ut omnibus constet,

[1] Isa. LIII, 4. [2] Deut. XXI, 23. [3] Galat. III, 13. [4] Isa. LIII, 9; I Petr. II, 22. [5] Isa. XII, 32.

Digitized by Google

ipsum esse, qui omnia contineat imperioque suo regat. Hinc mors illius omnia sanctificat, hinc rectæ rationi convenienter mortem crucis, etsi ignominiosissimam, aliis prætulit. Hanc crucis speciem celebravit itidem divinus David : *Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum* (en altitudinem), *si descendero in abyssum* (en profunditatem), *si sumpsero pennas meas diluculo*, quod est solis ortus (en latitudinem), *et habitavero in extremis maris* [6], occasum intelligit (en longitudinem).

A αὐτοῦ, καὶ δείξῃ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ πάντα συνέχων καὶ διακρατῶν. Διότι ὁ θάνατος αὐτοῦ ἁγιάζει τὰ σύμπαντα, διὰ τοῦτο τὸν διὰ σταυροῦ εἰκότως κατεδέξατο ἀτιμότατον θάνατον. Τοῦτο τὸ σχῆμα τοῦ τιμίου σταυροῦ καὶ ὁ θεῖος Δαυὶδ ἐξύμνησε, λέγων· *Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν*, τοῦτο τὸ ὕψος, *ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην*, τοῦτο τὸ βάθος, *ἐὰν ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον*, ὅ ἐστιν ἡ τοῦ ἡλίου ἀνατολή. οὗτο τὸ πλάτος, *καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης*, τὰς δυσμὰς δὲ ὀνομάζει, τοῦτο τὸ μῆκος.

5. Divinus insuper Paulus figuram hanc insinuavit scribens ad Ephesios : *Ut possitis*, inquit, *comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, et profunditas et altitudo* [7]. Altitudine nimirum cœlestia intelligit : profunditate, subterranea ; latitudine autem et longitudine, extrema quæ in medio interjacent, quæ a virtute illa totam universitatem gremio suo comprehendente, continentur. Propterea aiebat Dominus : *Oportet Filium hominis crucifigi* [8], videlicet, passio aliter peragi non potest, nisi per crucem, etsi aliæ multæ moriendi rationes suppetebant, quibus Dominus salutis nostræ mysterium perficere et complere poterat. Cæterum ex omnibus mors in cruce tanquam necessaria, et quæ omitti nequeat, seligitur. Et tunc ubicunque crux sculpitur, ibi benedictionis et sanctificationis vicem subit, et omnia ad salutem spectantia subministrat. Hac igitur invicta armatura armati, ne contremiscamus, neque formidemus, fratres, inimicos nostros ; divinam enim crucem horrent isti, et timore percelluntur, aufugiunt, nec vel paululum ad hujus signaculum respicere audent. Quocirca omnes nostras actiones cruce perficiamus. Hanc ob causam, crucem exaltantes et adorantes, Christum in eam sublatum laudibus afficimus et extollimus. Nam qui crucem laudat, is crucifixum honorat, glorificat et adorat : per crucem enim tyrannus captus est. Per crucem mors fugata, infernusque spoliatus. Par namque erat, ut quibus nos dæmon devicerat, iisdem quoque a Christo vinceretur.

ε'. Καὶ ὁ θεῖος Παῦλος τὸ σχῆμα τοῦτο ὑπηνίξατο πρὸς Ἐφεσίους γράφων, Ἵνα ἐξισχύσητε, φησὶ, καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ μῆκος, καὶ πλάτος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος· σημαίνων διὰ μὲν τοῦ ὕψους τὰ ἐπουράνια, διὰ δὲ τοῦ βάθους τὰ ὑποχθόνια, διὰ δὲ τοῦ πλάτους καὶ μήκους τὰ διὰ μέσου πέρατα ὑπὸ τῆς τὸ πᾶν διακρατούσης δυνάμεως κατεχόμενα. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ Κύριος, ὅτι *Δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου σταυρωθῆναι*, ἤγουν οὐκ ἄλλως ἔστι γενέσθαι τὸ πάθος εἰ μὴ διὰ τοῦ σταυροῦ, καὶ πολλῶν ὄντων ἄλλων τῶν πρὸς θάνατον φερόντων, δι' ὧν δυνατὸν ἦν ἀποπληρῶσαι τὸν Κύριον τὴν ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ θανάτου οἰκονομίαν, ἐκ πάντων τῶν ἄλλων ὁ διὰ σταυροῦ προτετίμηται θάνατος, ὡς ἀναγκαῖος καὶ ἀπαραίτητος. Καὶ νῦν ἔνθα ἂν ἐγχαραχθῇ ὁ σταυρὸς, εὐλογεῖ, ἁγιάζει, πάντα δίδωσι τὰ σωτήρια. Τοῦτον οὖν ἔχοντες ἀκαταμάχητον ὅπλον μὴ τρέμωμεν, μηδὲ δειλιῶμεν τοὺς ἐχθροὺς, ἀδελφοί μου· τρέμουσι γὰρ τὸν θεῖον σταυρὸν οὗτοι, καὶ δειλιῶσι, καὶ φεύγουσι, μηδὲ μικρὸν δυνάμενοι ἀντιβλέπειν πρὸς τὴν τούτου σφραγῖδα. Διὰ τοῦτο πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν τῷ σταυρῷ διανύωμεν· διὰ τοῦτο ὑψοῦντες αὐτὸν καὶ προσκυνοῦντες τὸν ἐν αὐτῷ ὑψωθέντα Χριστὸν μεγαλύνομεν καὶ δοξάζομεν. Ὁ γὰρ τὸν σταυρὸν ἐπαινῶν, τὸν σταυρωθέντα τιμᾷ, καὶ δοξάζει, καὶ προσκυνεῖ. Διὰ σταυροῦ γὰρ ὁ τύραννος αἰχμάλωτος γέγονε· διὰ σταυροῦ ὁ θάνατος οἴχεται, καὶ ὁ ᾅδης ἐσκύλευται. Ἔπρεπε γὰρ ὃν ὧν ἐνίκησεν ἡμᾶς ὁ διάβολος, διὰ τούτων αὐτοῦ περιγενέσθαι τὸν Χριστόν.

6. Mulier et lignum et mors condemnationis et interitus nostri fuerunt causa. Nam Eva a serpente decepta fuit. Lignum erat arbor illa, cujus pomum et Eva et Adamus ingenti amaritudine degustarunt. Mors vero gustati acerbi fructus pœna. At ecce rursus virgo, et lignum, et mors, et quæ prius damnationem et supplicium attulerant, ea nunc libertatem nobis pariunt : loco Evæ benedicta et perpetua Virgo Maria, loco ligni in paradiso, lignum crucis, loco mortis Adami, mors Christi ; nam iisdem armis, quibus diabolus victoriam obtinuerat, prostratus est et sub jugum missus. Per arborem illam debellaverat hostis Adamum ; at

ς'. Γυνὴ γὰρ, καὶ ξύλον, καὶ θάνατος τῆς ἡμῶν καταδίκης καὶ φθορᾶς ὑπῆρχε τὰ αἴτια. Ἡ γὰρ Εὔα ἠπατήθη ὑπὸ τοῦ ὄφεως. Ξύλον δὲ ἦν τὸ δένδρον ἐκεῖνο ὅπερ καὶ ἡ Εὔα καὶ ὁ Ἀδὰμ πικρῶς ἀπεγεύσαντο. Θάνατος δὲ τὸ τῆς πικρᾶς ἐπιτίμιον γεύσεως. Ἀλλ' ἰδοὺ πάλιν παρθένος καὶ ξύλον καὶ θάνατος, ἅτινα ἦσαν τότε τῆς κατακρίσεως ἡμῶν, καὶ τῆς καταδίκης, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἡμῶν γεγόνασι πρόξενα· ἀντὶ τῆς Εὔας ἡ ὑπερευλογημένη καὶ ἀειπάρθενος Μαρία, ἀντὶ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ ξύλον τὸ τοῦ σταυροῦ, ἀντὶ τοῦ θανάτου τοῦ Ἀδὰμ ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ· δι' ὧν γὰρ ἐνίκησεν ὁ διάβολος, διὰ τούτων κατηργήθη καὶ καταβέ-

[6] Psal. cxxxviii, 7-9. [7] Ephes. iii, 18. [8] Luc. xxiv, 7.

Digitized by Google

βληται. Διὰ τοῦ δένδρου ἐκείνου κατηγωνίσατο ὁ ἐχθρὸς τὸν Ἀδάμ, διὰ τοῦ σταυροῦ κατεπάλαισε τὸν ἐχθρὸν ὁ Χριστός. Ἐκεῖνο μὲν τὸ ξύλον τοῦ παραδείσου θανάτου πρόξενον γέγονε, καὶ εἰς ᾅδην παρέπεμψε· τὸ ξύλον δὲ τοῦ σταυροῦ καὶ τοὺς ἀπελθόντας εἰς ᾅδην ἀνεκαλέσατο. Τὸ ξύλον τοῦ παραδείσου αἰχμάλωτον καὶ γυμνὸν ἐποίησε τὸν Ἀδάμ, καὶ κρυβῆναι αὐτὸν παρεσκεύασε· τὸ ξύλον δὲ τοῦ σταυροῦ τὸν νικητὴν Χριστὸν ἐφ' ὑψηλοῦ πᾶσιν ἐδείκνυεν. Ἀπάσης γὰρ τῆς οἰκουμένης ὁρώσης, καθάπερ γενναῖος ἀθλητής, τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις κατέβαλεν ὁ Χριστὸς ἐπὶ τοῦ ξύλου ἀνυψωθείς. Ὁ δὲ θάνατος τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα ἀνθρώπους κατεδίκασε, καὶ ἐθανάτωσε, καὶ κατέκρινεν· ὁ δὲ θάνατος τοῦ Χριστοῦ καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ πεσόντας καὶ θανατωθέντας ἀνέστησε, καὶ ἐζώωσε, καὶ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις σωτηρίας ὁδὸν ἐχαρίσατο.

A per crucem superavit Christus hostem. Lignum illud mortem progenuit, et ad inferos præcipitavit: at lignum crucis eos etiam, qui jam ad manes descenderant, revocavit. Lignum paradisi in servitutem abduxit, nuditatemque Adamo induxit, et ut sese occuleret, effecit. At lignum crucis Christum in excelso situm omnibus spectandum exhibuit. Nam toto terrarum orbe inspectante, tanquam generosus quidam athleta, adversarias virtutes Christus, sublimis ex ligno pendens, contrivit et disjecit. Mors Adami posteros quoque damnavit, mortisque necessitati subjecit; at mors Christi etiam antea lapsos et mortuos restituit, vitaque donavit, et omnibus hominibus salutis viam patefecit.

B

Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Προσέχωμεν ἑαυτοῖς, ἀγαπητοί, μὴ πάλιν ὑπὸ κατάραν γενώμεθα, τοῦ θείου φόβου καὶ τῶν σωτηρίων ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ ἀμελήσαντες. Ἔλουσεν ἡμᾶς ὁ Χριστὸς ἐν τῷ βαπτίσματι *διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας* καὶ ἀνακαινίσεως Πνεύματος ἁγίου· μὴ πάλιν ὑποστρέψωμεν *ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον*. Συμμόρφους ἑαυτῷ καὶ συσσώμους ἐποίησεν ὁ Χριστός· μὴ τοίνυν ποιῶμεν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ μέλη πόρνης, τὸ σῶμα καταμολύνοντες, καὶ τὴν βασιλικὴν εἰκόνα καταζοφοῦντες. Ἡγίασεν ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, καὶ ἐκάθηρεν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν διὰ τοῦ τιμίου καὶ ἀχράντου αἵματος αὐτοῦ, ὥστε μὴ ἔχειν σπίλον τινὰ ἢ ῥυτίδα, μηδέ τι τῶν ἀμορφίαν καὶ εἰδέχθειαν ἐμποιούντων· μὴ πάλιν σὺτομολήσωμεν πρὸς τὴν ἁμαρτίαν, μηδὲ ἀγαπήσωμεν τὴν δυσωδίαν τῶν παθῶν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἀκαθαρσίαν τοῦ ῥύπου τῶν ἡδονῶν. Ἔπλησεν ἡμᾶς ὁ Χριστὸς φωτὸς λαμπροτάτου καὶ καθαροῦ· μὴ πάλιν τὸ ζοφερὸν τῆς ἁμαρτίας ἐκλεξώμεθα σκότος. Ἐποίησεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς συσκήνους τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις, καὶ συγκληρονόμους τῶν αἰωνίων αὐτοῦ ἀγαθῶν ἠξίωσε γενέσθαι ἡμᾶς· μὴ πάλιν αἱρετισώμεθα τὴν ἀτιμίαν, καὶ τὴν φθορὰν, καὶ τὴν καταδίκην, ἀλλὰ τὴν ἐλευθερίαν ἣν Χριστὸς ἡμᾶς ἐδόξασε, διαφυλάττωμεν, καὶ πάσῃ σπουδῇ καὶ προσοχῇ χρησώμεθα, ἀδελφοί μου, ἵνα οἷς ἐκλήθημεν καὶ ἐδικαιώθημεν, μείνωμεν. Κἂν γὰρ μὴ μείνωμεν οὕτως, ἀλλ' εἰς τὰ ὀπίσω ὑποστρέψωμεν, κολάσεσι καὶ τιμωρίαις ὑποβληθησόμεθα, ὅταν ἔλθῃ ὁ Κύριος τοῦ κρῖναι πᾶσαν τὴν γῆν. Ἀλλ' ἵνα μὴ τοῦτο γένηται, καλῶς πολιτευσώμεθα, καὶ ὡς ἀρεστὸν τῷ Θεῷ ἡμῶν καθαρότητα ἀσπαζόμενοι, δάκρυα προχέοντες, κατάνυξιν πηγάζοντες, τὸ σῶμα ὑποτάσσοντες, καὶ ὡς δοῦλον ἄγοντες, τὴν ψυχὴν τοῖς πνευματικοῖς λόγοις καὶ ἔργοις ζωογονοῦντες καὶ διατρέφοντες, τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἀῤῥαθύμως ἐπιτελοῦντες, καὶ μηδόλως ἀπονυστάζοντες.

C

Christus nos redemit a maledicto legis, maledictum pro nobis factus. Attendamus, charissimi, ne rursus exsecrationi subjiciamur, divino timore salutaribusque Christi præceptis neglectis. Lavit nos Christus in baptismate *per lavacrum regenerationis*[9] et renovationis Spiritus sancti, ne revertamur *ad proprium vomitum*[10]. Ejusdem secum similitudinis et corporis Christus nos fecit: ne igitur faciamus membra Christi membra diaboli, corpore contaminato, et regali imagine obscurata. Sanctificavit nos Christus, et emundavit a peccatis nostris per pretiosum et immaculatum sanguinem suum, ut omni macula et ruga carezmus, et omni illo, quod deformitatem formæque turpitudinem affert; ne denuo ad flagitia ultro accedamus, neque diligamus fetorem immoderatarum cupiditatum, ejusque impuritatis, quæ ex voluptatum cœno exsistit. Replevit nos Christus luce splendidissima et purissima; ne igitur tenebrosam illam improbitatis caliginem subeamus. In angelorum contubernium ascivit nos Dominus, hæredesque æternorum bonorum constituit; ne igitur amplius in ignominiam, et interitum, et in damnationem nos conjiciamus, sed libertatem, qua Christus nos clarere voluit, custodiamus, omnique diligentia et attentione enitamur, fratres mei, ut in his, in quibus vocati et justificati sumus, maneamus. Nam si firmo pede non consistamus, sed retrorsum respectemus et resiliamus, cruciatibus et suppliciis subjiciemur, quando venerit Dominus, universum orbem terrarum judicaturus. Verum ne hoc eveniat, recte vitam nostram instituamus, et ut Deo gratum acceptumque est, puritatem amplectamur, lacrymas fundamus, contritionem et pœnitentiam quasi stillemus, corpus subjiciamus et servi instar tractemus, animam spiritualibus documentis et factis vivam et vegetam efficiamus et alamus, opera Dei impigre exsequamur, neque unquam somniculose agamus.

D

Ζ'. Εἰ δὲ καὶ ῥᾳθυμήσομεν καὶ ἀμελήσομεν, ὅτι

7. Quod si pigritemur et in socordiam incidamus,

[9] Ephes. v, 26. [10] II Petr. II, 22.

Digitized by Google

quandoquidem imbecilla et labilis est natura nostra, at rursus resipiscamus, et pœnitentiam agamus, et confiteamur, conteramur cordibus, et ad sobrietatem redeamus, et ad pristinum vivendi institutum nos recipiamus. Custodiamus egregium depositum, juvenem nostrum imperatorem [1], illum christum Domini, qui neminem injuria affecit, qui a patre [2] et avo [3] et proavo imperium ad se transmissum accepit : subjiciamur in omnibus hujus justissimo et æquissimo imperio. Si enim hunc colamus, et omni, quo licet, modo honoremus, pii purique erimus coram Deo et hominibus, audiemusque illam Dei ad nos vocem : *Ego exaltavi servum meum* regem per Ecclesiam meam, *unxi eum oleo sancto meo, manus mea auxiliabitur ei* [11], et brachium meum confortabit eum; non proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei, et conteram a facie ejus odientes eum, et inimicos ejus dispergam. Et veritas mea, et misericordia mea cum ipso, et ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus. Ego sum Pater vester, ego radix, ego fundamentum, ego nutrix, ego domus, ego vestimentum, uno verbo, quidquid optatis, ego sum. Nulla re egeatis, tantummodo mihi devincti estote, omnia mihi estis, amici, et membra, et cohæredes, dummodo in præceptis meis ambuletis, et mandata mea servetis, eaque exsequamini, omnem sollicitudinem, et curam, et misericordiam erga egenum populi mei exhibete.

8. Injustitiam in judicio ne admiseritis, neque judicium pauperis pervertatis. Ne respiciatis in faciem potentis, neque munera accipiatis ; jus juxta parvo ac magno dicite, oppressumque ex manu calumniatoris et inique agentis eripite. Auditionem vanam ne admittatis. Sunt enim quidam haud probæ conversationis, cumque non insigniti sint præclaris dotibus, quibus innotescant et celebrentur, alienis malis celebres reddi student. Nolite sperare in iniquitate, et rapinas nolite concupiscere ; judicium et justitiam facite, ut defendamini in terribili die judicii mei. Viduam et orphanum ne affligatis. Quod si afflictione opprimatis illos, clamantesque ad me clamaverint, auditu audiam clamorem eorum, et irascar animo, et occidam vos gladio, et erunt mulieres vestræ viduæ, et filii vestri orphani. Timeamus et cohorreamus, fratres charissimi, cum hæc talia audimus, quique in improbitate, in injustitia, rapina, avaritia et infidelitate versamini, pedem referte et resipiscite. At qui virtute, justitia, veritate et fide exornati estis, ne resides efficiamini, neque in deterius prolabamini, ut crux pretiosa, adoranda et veneranda, totius orbis firmamentum, insuperabile Christianæ

[11] Psal. LXXXVIII, 21.

(1) Joannem Palæologum.
(2) Andronico juniore.
(3) Andronico seniore.

A ἀσθενὴς ἐστι καὶ εὐόλισθος ἡ φύσις, ἀλλὰ πάλιν μετανοῶμεν, πάλιν μεταμελώμεθα καὶ ἐξαγορευώμεθα. Συντρίβωμεν τὰς καρδίας καὶ ἀνανήψωμεν, καὶ πρὸς τὴν προτέραν κατάστασιν ἐπανερχώμεθα. Φυλάττωμεν τὴν καλὴν παρακαταθήκην, τὸν νέον ἡμῶν βασιλέα, τὸν χριστὸν Κυρίου, μηδένα μὴ ἀδικήσαντα, τὸν ἐκ πατρὸς, καὶ πάππου, καὶ προπάππου τὴν βασιλείαν δραξάμενον. Ὑποτασσώμεθα κατὰ πάντα τῇ τούτου δικαίᾳ καὶ ἐννόμῳ ἀρχῇ. Τοῦτον γὰρ στέργοντες, καὶ πάντα περιέποντες τρόπον, εὐσεβήσομεν, καὶ καθαροὶ ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων φανούμεθα, καὶ ἀκούσομεν τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς λέγοντος· *Ἐγὼ ὕψωσα τὸν δοῦλόν μου* τὸν βασιλέα διὰ τῆς Ἐκκλησίας μου· *ἔχρισα αὐτὸν ἐλαίῳ ἁγίῳ μου· ἡ χείρ μου συναντιλήψεται αὐτῷ*, καὶ B ὁ βραχίων μου κατισχύσει αὐτόν. Οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτὸν, καὶ συγκόψω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, καὶ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν τροπώσομαι· καὶ ἡ ἀλήθειά μου καὶ τὸ ἔλεός μου μετ' αὐτοῦ, καὶ θήσομαι ἐν θαλάσσῃ χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐν ποταμοῖς δεξιὰν αὐτοῦ. Ἐγώ εἰμι Πατὴρ ὑμῶν, ἐγὼ ῥίζα, ἐγὼ θεμέλιος, ἐγὼ τροφὸς, ἐγὼ οἰκία, ἐγὼ ἱμάτιον, πᾶν ὅπερ θέλετε, ἐγώ. Μηδενὸς ἐν χρείᾳ καταστῆτε, μόνον οἰκείως ἔχετε πρὸς ἐμέ. Πάντα μοι ὑμεῖς ἐστε, καὶ φίλοι, καὶ μέλη, καὶ συγκληρονόμοι, μόνον ἐὰν ἐν τοῖς προστάγμασί μου πορεύησθε, καὶ τὰς ἐντολάς μου φυλάσσητε, καὶ ποιῆτε αὐτὰς, πᾶσαν κηδεμονίαν καὶ προστασίαν καὶ συμπάθειαν ἐνδείκνυσθε εἰς τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ C μου.

η'. Οὐ ποιήσετε ἄδικον ἐν κρίσει, οὐδὲ διαστρέψετε κρίμα πένητος. Οὐ θαυμάσετε πρόσωπον δυνάστου, οὐδὲ λήψεσθε δῶρα· κατὰ τὸν μικρὸν καὶ τὸν μέγαν κρινεῖτε, καὶ ἐξελεῖσθε διηρπασμένον ἐκ χειρὸς ἀδικοῦντος. Ἀκοὴν ματαίαν μὴ παραδέξησθε. Εἰσὶ γάρ τινες οὐκ ἀγαθῆς ἀναστροφῆς, καὶ μὴ ἔχοντες οἰκεῖον ἀγαθὸν, δι' οὗπερ ἂν γνωρισθῶσιν, ἐκ τῶν ἀλλοτρίων κακῶν ἑαυτοὺς συνιστῶσι. Μὴ ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίᾳ, καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθεῖτε. Κρίμα καὶ δικαιοσύνην ποιήσατε, ὅπως σκεπασθῆτε ἐν τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεώς μου. Πᾶσαν χήραν καὶ ὀρφανὸν οὐ κακώσετε. Ἐὰν δὲ κακίᾳ κακώσητε αὐτοὺς, καὶ κράξαντες καταβοήσωσι πρὸς μὲ, ἀκοῇ D ἀκούσομαι τῆς βοῆς αὐτῶν, καὶ ὀργισθήσομαι θυμῷ, καὶ ἀποκτενῶ ὑμᾶς μαχαίρᾳ, καὶ ἔσονται αἱ γυναῖκες ὑμῶν χῆραι, καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν ὀρφανά. Φοβηθῶμεν, καὶ φρίξωμεν, ἀδελφοί μου, ἀκούοντες ταῦτα, καὶ οἱ ἐν κακίᾳ, καὶ ἀδικίᾳ, καὶ ἁρπαγῇ, καὶ πλεονεξίᾳ, καὶ ἀπιστίᾳ ὄντες, ἐπιστρέψατε καὶ μετανοήσατε. Οἱ δὲ ἐν ἀρετῇ, καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ἀληθείᾳ, καὶ πίστει ἱστάμενοι, μὴ ῥᾳθυμήσητε, μηδὲ ἀναπέσητε, ἵνα καὶ ὁ σταυρὸς ὁ τίμιος, ὁ προσκυνητὸς καὶ σεβάσμιος, τὸ τῆς οἰκουμένης κραταίωμα, τὸ τῆς Χριστωνύμου Ἐκκλησίας ἀδιάῤ

Digitized by Google

ῥηκτον φρούριον, το τῶν ὀρθοδόξων βασιλέων ἀκα- A Ecclesiæ propugnaculum, orthodoxorum imperatorum nostrorum inexpugnabilis armatura, et vallum perrumpi nescium, invicta potentiæ suæ vi reliquum vitæ cursum sancte et integre conficere nobis concedat, victoriamque largiatur orthodoxis et sanctis imperatoribus nostris ab omnibus hostibus, qui nos injuria afficiunt, et odio prosequuntur, ut securitatem, pacem et tranquillitatem obtineamus in hac vita, prout nobis est in optatis, in futuro autem sæculo justorum perfruamur ineffabili gaudio et exsultatione, quam omnes consequamur in Christo Domino nostro, quem decet gloria et potentia, cum Patre principii experte, et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ταμάχητον ὅπλον καὶ ὀρράγες περιτείχισμα, τῇ ἀηττήτῳ αὐτοῦ· κραταιώσῃ δυνάμει, καὶ καταξιώσῃ τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν ἁγιοπρεπῶς ἐκτελέσαι καὶ θεαρέστως, καὶ νικητὰς ἀναδείξῃ τοὺς ὀρθοδόξους καὶ ἁγίους ἡμῶν βασιλεῖς κατὰ τῶν πολεμούντων, καὶ ἀδικούντων, καὶ μισούντων ἡμᾶς ἐχθρῶν, καὶ τύχωμεν ἀνέσεως, καὶ εἰρήνης, καὶ γαλήνης, καθάπερ ἐλπίζομεν καὶ εὐχόμεθα, ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἰῶνι τῆς τῶν δικαίων ἀπολαύσωμεν ἀφράστου χαρᾶς καὶ ἀγαλλιάσεως, ἧς τύχοιμεν πάντες ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, ᾧ πρέπει δόξα καὶ κράτος σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Homiliam εἰς τὴν τρίτην τῶν Νηστειῶν Κυριακὴν, ἤτοι τῆς Σταυροπροσκυνήσεως, *in tertiam Jejuniorum Dominicam seu adorandæ crucis*, quam sub nomine Philothei Gretserus ediderat, Joanni Calecæ, Cpolitano patriarchæ, ad quem pertinet, restituimus. Vide tom. CXLIX, col. 263.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΦΙΛΟΘΕΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝΤΟΛΩΝ

ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ.

S. PHILOTHEI

DE MANDATIS D. N. JESU CHRIST

SERMO.

(Ex Petri Possini *Thesauro ascetico*, p. 326. Vide Fabricii Notitiam, supra, col. 717, n. 22.)

α'. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἡ τοῦ Πατρὸς ἀΐδιου σοφία καὶ δύναμις, φησίν· « Ὁ ἀγαπῶν με τὰς ἐντολάς μου τηρήσει· καὶ ἐγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν· καὶ ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ μου ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. » Καὶ πάλιν· « Πᾶς ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους καὶ ποιῶν αὐτοὺς, ὁμοιώσω αὐτὸν ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν· καὶ κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἔπεσε· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν. Ὁ δὲ ἀκούων μου τοὺς λόγους, καὶ μὴ ποιῶν αὐτοὺς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ· » καὶ τὰ ἑξῆς. Πάλιν οὖν ἔφη· « Ὁ λύσας μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλα- B

1. Dominus noster Jesus Christus, Patris æterni Sapientia et Virtus, ait : « Qui diligit me, mandata mea servabit : et ego diligam ipsum, et manifestabo ei meipsum ; et ego et Pater meus veniemus, et mansionem apud eum faciemus[1]. » Et rursus : « Omnis qui audit verba mea, et facit ea, similabo eum homini prudenti qui ædificavit domum suam supra petram ; et descendit imber, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et non cecidit, fundata enim erat supra petram. Qui audit verba mea et non facit ea, similis erit homini stulto[2], » etc. Præterea dixit : « Qui solverit unum ex mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum[3]. »

[1] Joan. XIV, 23. [2] Matth. VII, 24. [3] Matth. V, 19.

Digitized by Google

Deinde obsignans ad auctoritatem irrefragabilem verba sua, dicit : « Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt [a]. »

χίστων, καὶ διδάξας οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. » Εἶτα ἐπισφραγίσας τῶν ἑαυτοῦ λόγων τὸ βέβαιον, φησίν· « Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν. »

2. Quandoquidem igitur non est possibile salvari, aut a gehenna liberari eum qui mandata Domini non servat, totis viribus conemur servare illa et corpore et spiritu. Quædam enim ipsorum actu corporis servantur, quædam cogitationibus et affectibus cordis. Alia rursus ad sui exsecutionem indigent concursu operationum animæ pariter ac corporis. Exempli gratia, vestire nudum et ministrare infirmo, corporali perficitur obsequio; uti et alere pauperem, ac similia, quæcunque ad corporalia officia pertinent, quæ pleraque sæcularibus in vita civili Deum colentibus magis conveniunt. At amare Deum, quod cunctis hominibus præcipitur, omnino eget actione mentis, ab omnibus quidem ad id adhibenda, studio tamen impensiori a crucifixis mundo monachis.

β'. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἔνι σωθῆναι, ἢ τῆς γεέννης ῥυσθῆναι τὸν μὴ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου φυλάττοντα, πάσῃ δυνάμει ἀγωνισώμεθα φυλάξαι αὐτὰς καὶ σώματι καὶ πνεύματι· ἔστι γὰρ φυλάξαι τινὰς αὐτῶν ἐν σώματι, καὶ ἔστιν ἐννοίαις ἐν καρδίᾳ διατηρεῖν· καὶ ἄλλαι πάλιν ἐνδέονται πρὸς τελείωσιν ἑαυτῶν καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος· οἷον τὸ ἐνδύσαι γυμνὸν, καὶ ἀσθενοῦντα ἐπισκέψασθαι, σωματικῶς ἐπιτελεῖται· ὡς καὶ τὸ θρέψαι πένητα, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα περὶ τῶν σωματικῶν δικαιωμάτων εἰσίν· ἅτινα κοσμικοῖς μᾶλλον τὰ πλείονα ἀνήκει. Τὸ ἀγαπῆσαι δὲ τὸν Θεὸν καὶ ἀνθρώπους νοητῶς δέονται αὖ τ' ἔμπαλιν φυλάττεσθαι ἐν σπουδῇ πλείονι παρὰ τοῖς ἐσταυρωμένοις τῷ κόσμῳ μοναχοῖς.

3. Sunt autem intra quædam mandata alia mandata comprehensa, ita ut illa quasi fœta vel gravida sint, alteris intus inclusis prægnantia. Nam aliqua e spiritualibus, de quibus dixi, mandatis multam turbam corporalium continent, in uno truncantes multa membra Deo invisæ malitiæ. Etenim quæ spiritualiter implentur divina mandata, hoc est, quorum exsecutio interius in arcana mentis actione sita est, ea utique maxime mandatis corporali exsecutione constantibus præsunt, eaque perficiunt. Exempli gratia causæ castitatis sunt jejunium, continentia, vigiliæ, exercitatio religiosa in humilitate. Rursus causa mansuetudinis est luctus de propriis miseriis animæ cujusvis, sensu et mœrore malorum suorum ab irascendo alienis avertendæ. Istæ, inquam, causæ sunt harum, sicut lux solis causa est splendoris lunæ.

γ'. Εἰσὶ δὲ ἐντὸς τῶν ἐντολῶν ἕτεραι ἐντολαὶ περιεκτικώτεραι τῶν σωματικῶν πολὺ πλῆθος, καὶ ἐν αὑταῖς αὐτὰ περιέχουσαι, καὶ ὑφ' ἓν περικόπτουσαι πολλὰ μόρια τῆς θεομισοῦς κακίας· αἱ γὰρ νοητῶς τελούμεναι θεῖαι ἐντολαὶ, τοῦτ' ἔστιν ὅσα διὰ τοῦ νοὸς μᾶλλον μυστικῶς ἐπιτελούμενα, αὗται μάλιστά γέ εἰσι τῶν σωματικῶς γενομένων ἄρχουσαι καὶ τελεστικαὶ, ὡς αἰτίαι ἀγνείας, νηστεία καὶ ἐγκράτεια, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ἄσκησις ἐν ταπεινώσει· ὡς αἴτιον πάλιν ἀοργησίας πένθος οἰκείας ψυχῆς· καὶ ὡς αἴτιος ἥλιος φέγγους σελήνης, οὕτω χρὴ ἐννοεῖν περὶ τούτων.

4. Ita sentiendum consequenter est de virtutibus animæ quas Deus præcipit, quæque tales sunt ut intra eas contineantur, et ex iis procedant observationes exteriores rerum pariter præceptarum. Priores in cordis intimo sinu conceptæ : aliæ per corpus exercentur; sed vis ac robur ad has et inchoandas, et in futurum conservandas, et usque ad perfectionem promovendas ex illis fluit. In futurum quippe imminent, et primo ac præsenti haud contentæ gustu, augmentis semper ulterioribus inhiant : elevatio mentis in Deum et charitas, insatiabiliter, ut sic dicam, satiatæ, ut ait propheta David : « Satiabor cum apparuerit gloria tua [b]. » Hoc est : satiabor adhuc vivens manifestatione qualis tunc mihi potest dari gloriæ tuæ : sed multo magis quando dissolvar satiabor longe uberiori plenæ jam lucis illius allapsu.

δ'. Καὶ εἰκότως τοῦτο καὶ ἀκόλουθον γίνεται ἐπὶ ψυχικῶν ἀρετῶν, ἃς περιεκτικὰς ἐντολὰς καλεῖν οἴδαμεν· καὶ αἱ μὲν μέσῃ καρδίᾳ τελοῦνται, αἱ δὲ διὰ σώματος· καὶ σθένος ταῖς πρώταις πρόσεστιν, ὡς μᾶλλον πρὸς τὸ μέλλον τῆς τελειότητος ἐχούσαις τὴν νεῦσιν· πρὸς γὰρ τὸ μέλλον ἡ εἰς Θεὸν ἀνάβασις καὶ ἀγάπη ἀκορέστως στορέννυται, ὡς ἔφη ὁ προφήτης Δαβίδ· « Χορτασθήσομαι τῷ ὀφθῆναι τὴν δόξαν σου. » Ἡνίκα τρανοῦταί μοι αὕτη ὧδε, καὶ ὁπηνίκα λυθῶ τρανωθῆ μοι ἔτι, φωτεινότερον σέλας ἔχουσα.

5. Quoniam igitur, ut dictum est, quædam mandata corporaliter possunt exsecutioni mandari, quædam rursus non nisi vi cordis arcane operantis, et per actionem internam animæ, age videamus, quomodo ea divina mandata, quæ fœta et prægnantia vocavi, contineant intra se alia, hæc dico quæ unum aliquid spectant, et plura licet, ex uno tamen manant. « Audistis, ait Christus, quia dictum

ε'. Οὐκοῦν ἐπειδὴ, ὡς εἴρηται, αἱ μὲν τῶν ἐντολῶν σωματικῶς δύνανται ἐπιτελεῖσθαι, αἱ δὲ καρδιακῶς, ἤγουν ψυχικῶς· ἴδωμεν, εἰ δοκεῖ, πῶς αἱ περιεκτικαὶ θεῖαι ἐντολαὶ τὰς ἐντολὰς ἐντὸς ἔχουσι, φημὶ δὴ τὰς ἐνικάς· « Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ φονεύσεις· ὃς δ' ἂν φονεύσῃ ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· ὃς δ' ἂν

[a] Matth. xxiv, 35. [b] Psal. xvi, 15.

Digitized by Google

εἴπωι αὐτῷ, Μωρέ, ἔνοχος ἔσται τῇ γεέννῃ· » καὶ τὰ ἑξῆς. Τίς δὲ ἡ περιέχουσα καὶ πληροῦσα τὰς τρεῖς ἐντολὰς ταύτας; Παύλου λέγοντος ἄκουσον, τοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ποιοῦντος καὶ λαλοῦντος· « Συνήδομαι γάρ, φησί, τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον· βλέπω δὲ ἕτερον νόμον· » καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ ἔτι φανερώτερον ποιεῖ ὁ λέγει· « Καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ· » οὐκ εἶπε τοῦτο ἐκεῖνο, ἀλλὰ πᾶν νόημα παρακοῆς. Ὁ τοίνυν λογισμοὺς καθαίρων, καὶ νοήματα δαιμονιώδη καταβάλλων Χριστοῦ δυνάμει ἀπὸ ῥιζῶν ἐκκόπτει τοὺς θυμικοὺς κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ λογισμούς· ὁ δὲ κόπτων εἰς ῥήματα αὐτοὺς οὐκ ἐκφέρει· ὁ δὲ μὴ διὰ ῥημάτων εἰπὼν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ *ῥάκα*, ἢ *μωρέ*, μήτε μὴν ὀργισθεὶς εἰκῇ, εὐρεθήσεται φύλαξ τῆς ἐντολῆς τοῦ Χριστοῦ· ἡ ῥίζα γὰρ κάτωθεν ἐτμήθη· « Ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου· » καὶ, « Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχύ· » καὶ, « Ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι· » καὶ, « Ἐὰν ὁ δεξιός σου ὀφθαλμὸς σκανδαλίζῃ σε· » καὶ, « Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως. »

A est antiquis, Non occides. Qui autem occiderit, reus erit judicii. Ego autem dico vobis : Qui irascitur fratri suo, reus erit judicio ; qui autem dixerit, *fatue*, reus erit gehennæ [6], » etc. Quodnam vero mandatum est, continens in se atque implens tria mandata ista? Audi Paulum loquentem, Paulum, inquam, qui in Christo agit et loquitur. « Condelector enim, ait, legi Dei in interiori homine : video autem aliam legem in membris meis [7], » etc. Quo adhuc manifestius facit quod dicit : « Captivantes omnem intellectum in obedientiam Christi [8], » non dicit, hunc aut illum, sed *omnem* intellectum, hoc est cogitationem quæ suggerat inobedientiam. Qui ergo cogitationes purgat, et sensa per diabolum suggesta, Christi B adjuvante virtute rejicit, radicitus idem exstirpat motus iracundos adversus fratrem insurgentes. Qui autem verborum duntaxat tenus illos motus reprimit, non prorsus eos aufert. Quare qui solum in hoc valuerit, ut teneat se a dicendo fratri suo *raca*, vel *fatue* ; non autem illud prius impleverit, quo est vetitus irasci sine causa ; non sane is satisfecerit legi, tum demum custos ejus perfectus declarandus, cum primos statim insurgentes iracundiæ motus eliserit ; tum enim ipsa radix recisa in imo fuerit. Quæ ista alia mandata? « Si attuleris munus tuum ante altare [9]. » Et : « Esto consentiens adversario tuo cito [10]. » Et : « Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam [11]. » Et : « Si oculus tuus dexter scandalizat te [12]. » Et : « Ego autem dico vobis, non jurare omnino [13]. »

ς'. Αὗται μὲν ἃς εἰρήκαμεν ἤδη ἐντολαί εἰσι πέντε ἐντολαὶ ἐφ' ἅπαξ· ἡ δὲ πληροῦσα πάλιν ταύτας, ἥγουν περιεκτικὴ τῶν ὧν ἔφημεν ἐντολῶν, αὕτη ἐστίν· « Ἐὰν ὀφθαλμός σου καθαρὸς ᾖ, » τουτέστιν ὁ νοῦς, « ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται, » τουτ- C έστιν οὐχ ἁμαρτάνει. Ὁ οὖν τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν φυλάττων καθαρὸν διὰ τοῦ δύκειν καὶ ἐλαύνειν λογισμούς, καὶ ὁρᾷν πρὸς Θεόν, τὰς εἰρημένας πάσας ἐντολὰς ἐποίησεν. Οἱ οὖν θεοφιλεῖς καὶ βεβαιόπιστοι ἐπὶ τὰς περιεκτικὰς ἐντολὰς μᾶλλον ἑαυτοὺς βιάζουσιν ἐπὶ τῷ ταύτας φυλάξαι· οὐ μέντοι γε παραπεμπόμενοι καὶ τὰς μερικὰς κατὰ σύμβασιν ἀπαντώσας, ἀλλά γε καὶ αὐτὰς ἐν καιρῷ αὐτῶν φυλάττουσιν. Ἔστω δὲ ὁ λόγος ἡμῶν, « Ναί, ναί, οὔ, οὔ· τὸ γε μὴν φυλάττων τό· « Καὶ περὶ ἀργοῦ λόγου λόγον δώσετε », καὶ, « Πᾶς λόγος ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν σαπρὸς μὴ ἐκπορευέσθω· » ὅλως δὲ μὴ ἐῶν τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν ἀργολογεῖν, οὗτος καὶ τὰς ἔξωθεν ἀργολογίας ἐκτεμεῖ ἐκ τοῦ οἰκείου βίου, καὶ πᾶν ἄλλο φαῦλον πρᾶγμα· « Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, » καὶ, « Ὅστις ἀγγαρεύσῃ σε μίλιον ἕν· » καὶ, « Τῷ αἰτοῦντί σε δίδου· » καὶ, « Ἀφεθήσεται ὑμῖν. » Ἰδοὺ δὴ πάλιν αἱ τέσσαρες ἐντολαὶ αὗται περικλείονται διὰ τῆς λεγούσης ἐντολῆς· « Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν· » καὶ, « Ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν ἀπολέσει αὐτήν. »

6. Hæc quæ enumeravi quinque mandata ex uno simul apta pendent, ea cuncta exsequente, ideoque in se prius complectente. Hoc autem est : « Si oculus tuus lucidus fuerit (hoc est mens), totum corpus tuum lucidum erit [14] » (hoc est, non peccabit). Qui ergo animæ oculum custodit purum a cogitationibus pravis, sic reddens illum aptum ad videndum Deum, cuncta illa simul quinque inde pendentia præcepta implevit. Unde qui Deum vere amant et firmi in fide sunt, potissimum incumbunt in observationem capitalium illorum et alia continentium mandatorum, non tamen negligenter transmittentes illa alia particularia. Nam et hæc, ubi occurrit occasio, implere non omittunt. Experiamur idem in præceptis aliis : « Sit sermo vester, ait Christus, Est, est, Non, non [15]. » Et : « De omni verbo otioso reddetis rationem [16]. » Et : « Omnis sermo malus ex ore D vestro non procedat [17]. » Hæc utique jam occupavit observare, qui cor mundum custodiens, nullam in eo vanam nasci cogitationem sinit, unde verbum oriri otiosum posset. Itaque is præcidit in radice non solum otiosa omnia verba, sed et cuncta mala alia e vanis cogitationibus nasci apta : « Audistis quia dictum est : Oculum pro oculo. Ego autem dico vobis : Si quis percusserit te in maxilla dextra [18], » etc. Et : « Si quis angariaverit te milliare unum [19], » etc. Et : « Omni petenti te da [20]. »

[6] Matth. v, 21. [7] Rom. vii, 22. [8] ibid. [9] Matth. xxiii, 25. [10] ibid. [11] ibid. 28. [12] ibid. 29. [13] ibid. 34. [14] Luc. xi, 34. [15] Matth. xii, 36. [16] ibid. [17] Ephes. iv, 29. [18] Matth. v, 38. [19] ibid. 39. [20] ibid. 40.

Digitized by Google

Et : « Dimittite, et dimittetur vobis [21]. » En rursus quatuor mandata includuntur in illo : « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum [22]. » Et in hoc isti æquivalente : « Qui invenit animam suam, perdet eam [23]. »

7. Qui ergo decreto mentis divinitus afflato circumscindit semper quodam veluti spirituali gladio ex anima sua corporis proprii irrationalem amorem, hic est qui abnegat se ipsum, et animam suam odit salutariter ut in vitam æternam custodiat eam : « Attendite ne eleemosynam faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis [24]. » Et : « Cum orabitis, ne sitis tristes [25]. » Et : « Si dimiseritis hominibus delicta eorum [26], » etc. Et : « Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra[27]. » Et : « Ne judicate, ut non judicemini [28]. » Et : « Date, et dabitur vobis [29]. » Ecce rursus ut modo tot memorata mandata, unum aliud consummat et perficit. Quodnam autem illud est? Audiamus et faciamus. Opus enim in die judicii repetetur a nobis. Nam dies illa manifestabit uniuscujusque opus : « Quia in igne revelatur : et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit [30]. »

8. Quodnam autem illud est magnum, primum et unum mandatum, quod reliqua efficit? Utique in Dominum Deum nostrum ex tota anima et ex toto corde, ex totis viribus et ex tota virtute, vera sinceraque charitas, totalisque ac genuinus amor in Christum intentus. Non potest quippe qui Deum amat, non amare etiam homines ut seipsum. Pronum quidem factu est, offendi et irritari vitiis hominum injuriisque quas ab ipsis patiatur, cum qui nondum vero Dei amore purgatus est. At charitas in Deum, cor hominis occupans, omne prorsus ab eo expellit in homines odium. Ita quippe se habent duo hæc, amor Dei et amor hominum, ut prius alterum faciat, eo modo quo sol horas diei facit. Propterea hoc dixit Dominus : « Primum mandatum est : Diliges Dominum Deum tuum : secundum autem simile huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum [31]; » causa cur hoc addiderit : *Simile huic*, hæc est : quia charitas in Deum perfectrix, hortatrix et doctrix est charitatis erga homines. Et hæc ipsa vicissim in homines charitas vim causandi quasi mutuam quamdam exercet in charitatem qua Deus diligitur. Qui enim Deum amat ut oportet, hoc est, ut propter eum etiam homines diligat, ex ista, opinor, extensione et intensione charitatis levior alacriorque factus, ultra jam consuetos prosilit terminos, cætera quoque mandata perfectius exsequens, illud videlicet semper in omnibus conando, ut nihil agat aut velit nisi ex purissimo desiderio gratificandi Deo, quem testem et arbitrum præsentem cunctorum suorum et operum et affectuum perpetuo intuetur. Hinc illud scriptum est : « Justo lex non est posita [32]. » Nam sic utique se gerentes nulli subsunt legi, quoniam sublimis quædam operatio eorum alte supra omnem evolat legem. Talis ergo deside-

ζ'. Ὃς τοίνυν λογισμῷ ἐνθέῳ περιτέμνει ἀεὶ ὥσπερ διὰ πνευματικῆς μαχαίρας τοῦ ἰδίου σώματος ἐκ τῆς ψυχῆς ἄλογον ἀγάπην, οὗτός ἐστιν ὁ ἀπαρνούμενος ἑαυτὸν, ὃς καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν· « Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὸ θεαθῆναι· » καὶ, « Ὅταν προσεύχησθε, μὴ γίνεσθε σκυθρωποί· » καὶ, « Ἐὰν ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν· » καὶ, « Μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς· » καὶ, « Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε· » καὶ, « Δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. » Ἰδοὺ γὰρ καὶ ἐφάπαξ τὰς ἐντολὰς τὰς ἤδη λεχθείσας μία ἐντολὴ πάλιν τελειοῖ. Τίς δέ ἐστιν αὕτη; Ἀκούσωμεν καὶ ποιήσωμεν· ποίησιν γὰρ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἀπαιτηθησόμεθα· ἡ δὲ ἡμέρα δηλώσει ἑκάστου τὴν ποίησιν, « Ὅτι πυρὶ ἀποκαλύπτεται· καὶ ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ δοκιμάσει. »

η'. Ἀλλὰ τίς ἄρα ἡ μεγάλη καὶ πρώτη καὶ μία ἐντολὴ, ἡ τὰς λοιπὰς διατηροῦσα; Ἡ εἰς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἰσχύος, καὶ δυνάμεως ἀγάπη γνησία, καὶ ὅλος ἔρως γνήσιος εἰς Χριστὸν τεταμένος. Οὐ δύναται δὲ ὁ τὸν Θεὸν ἀγαπῶν μὴ καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀγαπᾷν ὡς ἑαυτόν· εἰκὸς πρὸς τὰ πάθη δυσχεραίνειν τὸν μήπω τέως κεκαθαρμένον· ἡ γὰρ εἰς Θεὸν ἀγάπη τὸ εἰς τοὺς ἀνθρώπους μῖσος παντελῶς οὐκ ἀνέχεται· ποιητικὸν γὰρ τοῦ δευτέρου τὸ πρότερον· ὡς ὡρῶν ἡμέρας ὁ ἥλιος ποιητικός. Διά τοι τοῦτο ἔλεγεν ὁ Κύριος· « Πρώτη ἐντολὴ τὸ, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου· εἶτα δευτέρα ὁμοία αὐτῇ, τὸ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν· » διὰ τοῦτο προσέθηκε τὸ *ὁμοία αὐτῇ*, ἐπειδὴ ἡ εἰς Θεὸν ἀγάπη τελειωτική ἐστι καὶ προτρεπτικὴ καὶ διδακτικὴ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀγάπης· καὶ αὕτη πάλιν τῆς εἰς Θεὸν αἰτία πέφυκε γίνεσθαι. Ὁ γὰρ τὸν Θεὸν ὡς χρὴ ἀγαπῶν, οἶμαι, διὰ τῆς ἀγάπης κουφισθεὶς, καὶ ἐπέκεινα τῶν λοιπῶν ἐντολῶν βαδιεῖται, ὡς ἔφορον τῶν ἑαυτοῦ ἔργων τε καὶ λόγων, καὶ μᾶλλον τῶν νοημάτων, τὸν ἀκοίμητον τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμὸν ἔχων ἀεί· « Δικαίῳ γὰρ, φησὶ, νόμος οὐ κεῖται· » κατὰ τῶν τοιούτων οὐκ ἔστιν ὁ νόμος· ἡ γὰρ πρᾶξις αὐτοῦ ὑπερῆρε νόμον. Ὁ τοίνυν ποθῶν καὶ διψῶν Θεὸν τὴν αὐτοαγάπην καὶ αὐτοδικαιοσύνην, ἡλίκος ἂν εἴη δίκαιος, οἷός τε εὐσεβὴς, πηλίκος καὶ ὁποῖος θεοειδής τε καὶ ἐνάρετος, οἷός τε αὖ θεωρητικός τε καὶ πρακτικός; καθάπερ φησὶν ὁ μέγας Δαβίδ· « Ἐφύλαξα τὰς ἐντολάς σου καὶ τὰ δικαιώματά σου, ὅτι πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου μελέτη μου, καὶ αἱ ὁδοί μου ἐναντίον σου, Κύριε· » αἴτιον γάρ, φησὶ, τῷ φυλάξαι τὰς ἐντολάς σου τὸ εἶναί με διὰ τῆς μνήμης καὶ ἀγάπης ἐναντίον σου, Κύριε.

[21] Luc. vi, 37. [22] Matth. xvi, 24. [23] Matth. x, 38. [24] Matth. vi, 1. [25] ibid. 5. [26] ibid. 14. [27] ibid. 19. [28] Matth. vii, 1. [29] Luc. vi, 38. [30] 1 Cor. iii, 13. [31] Matth. xxii, 38. [32] 1 Tim. i, 9.

Digitized by Google

vans, esuriens, et sitiens Deum illum qui ipsa charitas, ipsa justitia est, in quam alto putas gradu justus erit et pius? quam excellenter Deo similis, et in omni virtute perfectus, sive quæ ad contemplativam, sive quæ ad activam pertinet vitam? Id innuit magnus David dicens : « Servavi mandata tua et justificationes tuas, quoniam omnia mandata tua meditatio mea sunt, et omnes viæ meæ in conspectu tuo, Domine [33]. »

θ'. « Μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσίν. » Ὁ τοίνυν κατὰ διάνοιαν μυηθεὶς διὰ τοῦ τρόπου τῆς νήψεως τὰ τῆς καθ' ὅλου θεωρίας μυστήρια οὔποτε καταπιστεύσειε σαθραῖς· ἀκοαῖς βροντῆς ἦχον· ἀλλὰ πάντως οἰκονομήσει τοὺς ψυχοτρόφους λόγους ἐν κρίσει τοῖς διὰ τὸ νηπιώδες τῆς ἐν Χριστῷ νηπιότητος ἀκμὴν γάλα ποτιζομένοις· καὶ ζητεῖ μὲν δι' ἐξερευνήσεως θείων Γραφῶν, ὡς « Οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητήσουσι αὐτόν, » κατὰ τὸν θεῖον Δαβίδ· κρούει δὲ δι' εὐχῆς μυστικῆς τε καὶ ἀπορρήτου ἐντυγχάνων τῷ Παρακλήτῳ ἁγίῳ Πνεύματι στεναγμοῖς ἀλαλήτοις εἴξαι τῇ αἰτήσει, καὶ λαμπηδόνα νοῒ χορηγῆσαι ἡλίου τοῦ νοητοῦ ἐδηγὸν ἀπλανῆ.

A 9. Aliud hoc mandatum est : « Nolite sancta dare canibus [34]. » A cujus observatione non deficiet profecto, qui adeptus per attentionem vitæ sobriæ, studiumque indefessum, intelligentiam plerorumque sacrorum dogmatum et sublimium mysteriorum, haud sane confidet corruptis auribus cœlestes illos divini tonitrui sonos. Sed suam omnino sanctam doctrinam apte dispensabit, dispertiens in accommodatas alendis animabus institutiones, qualibus parvuli in Christo lacte ipsis conveniente pascuntur. Hic idem haud partis nimium fidens, sed satagens ut crescat in scientia, scrutatione diligenti penitus nititur introspicere Scripturas divinas. Sicut qui « Scrutantur testimonia Dei, et toto corde exquirunt eum [35], » juxta sanctum David : pulsatque per orationem intimam et arcanam conveniens Paraclitum sanctum Spiritum « gemitibus inenarrabilibus [36], » orat concedi quod petit, et infundi suæ menti radium divini Solis, ducem sibi viæ obscuræ certissimum futurum.

ι'. « Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν. Ἀπὸ τῶν B καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. » Πάλιν οὖν καὶ ταύτην τὴν ἐντολὴν Κυρίου καὶ αἰσθητῶς καὶ νοητῶς χρὴ φυλάσσειν· αἰσθητῶς μὲν, φεύγειν ὡς ἐξ ὄψεώς τε καὶ πυρὸς αἱρετικὰ θηρία καὶ ἄπιστα· νοητῶς δὲ, λογισμοὺς ψευδοῦς γνώσεως φεύγειν, τοὺς διὰ τῶν δεξιῶν τὰς ἀριστερὰς πράξεις ὑποβάλλοντας, οἳ τοὺς ἀληθηρίονους ἀντὶ τοῦ θεολογῆσαι θεομαχῆσαι παρεσκεύασαν. Οὐκ ἀγνοεῖται δὲ περὶ τῶν νοητῶν ψευδοπροφητῶν θεώρημα, καὶ κατ' ἄλλον τρόπον τὰ τοιάδε ἀθρεῖν· καὶ Μυρμιδόνων ἀνάσσειν, ὡς λόγος, ἀλλὰ μὴ ὑπ' αὐτῶν βασιλεύεσθαι· οἵ γε διακριτικοὶ τὴν διάνοιαν, τοὺς μὲν ἐκκρίνοντες τῶν λογισμῶν, τοὺς δὲ ἀποδοκιμάζοντες· ὅπως συλλαμβάνωνται οἱ δι' ἐνθυμήσεως πολεμοῦντες ἡμᾶς δαίμονες, ἐν διαβουλίοις διαλογίζοντες ἔνδον.

10 Mandatum alterum : « Attendite a falsis prophetis : a fructibus eorum cognoscetis eos [37]. » Et hoc quoque Domini mandatum et per sensus et per mentem adimplendum est. Per sensus quidem fugiendo, ut fit a serpente, aut ab igne coram visis, hæreticas et infideles bestias ; per mentem autem vitando ratiocinationes captiosas falsæ fallacisque doctrinæ. Quales operationibus sinistris dextri loci honorem subdole tribuunt. Quibus quæ attendunt errabundæ et errorum magistræ mentes, pro theologia nobis, hoc est vera et pia de Deo doctrina theomachiam, hoc est sceleratam et amentem Dei oppugnationem obtrudunt. Non me fugit alia expositio hujus mandati de cavendis falsis prophetis, ad allegoricum translata sensum, ut per eam putetur imperari nobis dominium in cogitationes C nostras, quo ut dici solet Myrmidonibus præsimus, non autem hos regnare super nos patiamur. Id præceptum observant qui pollent vi spirituum discernendorum. Hi enim e cogitationibus menti obortis, quasdam ut probas seligunt et fovent, alias ut noxias aversantur et abigunt, quo fraudes deprehendantur insidiantium nobis per subintrusas suggestiones dæmonum, qui contra nos intra nos in consiliis suis mussitant.

α'. « Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης· » καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰ γὰρ « Ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, » ὡς ἐσήμανε τὸ θεῖον Γράμμα, « ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται ; » Τίς « ἡ στενὴ πύλη καὶ τεθλιμμένη ὁδός ; » Στενὴν ὁδὸν καὶ τεθλιμμένην ἀκούων τὸ τοῦ Ἰὼβ ἐνενόησα ὅπερ εἶπε πρὸς τὸν Θεόν· « Καὶ ἐπεσημηνάμην, φησὶν, εἴ τι καὶ ἄκων παρέβην· εἰδότι γὰρ καλὸν ποιεῖν καὶ μὴ ποιοῦντι, κρίμα αὐτῷ ἐστιν. » Ἐχώμεθα δὲ καὶ τῶν ἑξῆς τοῦ Κυρίου ῥημάτων· « Οὐ πορνεύσεις, φησὶν, οὐ μοιχεύσεις. » Ὅρα δὲ καὶ τὴν τελοῦσαν αὐτὰς ἐντολήν· « Πνεύματι περιπατεῖτε· καὶ ἐπιθυμίας σαρκὸς οὐ

11. Mandatum [illegible] etiam Christi est : « Intrate per angustam portam [38], » etc. Si enim : « Justus vix salvabitur, ut declaravit divina Scriptura [39] « impius et peccator ubi parebunt? » Quænam ista est « angusta porta et arcta via ? » Has mihi nominari audienti venit in mentem illud Jobi ad Deum dictum : « Signavi, ait, si quid non volens transgressus sum [40]. » Utique enim, « Scienti bonum facere, et non facienti, judicium est illi. » D Sequamur reliqua Domini verba : « Non fornicaberis, ait, non adulterabis. » Prospice superius istis mandatum ex quo horum pendet observatio : « In

[33] Psal. cxviii, 5. [34] Matth. vii, 6. [35] Psal. cxviii, 2. [36] Rom. viii, 26. [37] Matth. vii, 15. [38] ib. 13. [39] I Petr. iv, 18. [40] Job ii, 17.

Digitized by Google

spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis [41]. » Mens enim nostra præoccupata suasionibus oppugnantis eam Satanæ omnem nequitiam exsequitur per corpus insensibiliter. Igitur spiritu ambulans, et semper sobrius ac vigil, potest per Dei gratiam omne Domini mandatum opere complere.

A μὴ τελέσητε· » ὁ γὰρ νοῦς ἡμῶν ἐὰν φθάσῃ καμεῖν ἀπὸ τοῦ πολεμοῦντος αὐτὸν Σατάν, πᾶσαν κακίαν ἐκτελεῖ διὰ σώματος ἀνεπαισθήτως· ὁ οὖν πνεύματι περιπατῶν καὶ ἀεὶ νήφων δύναται διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν πᾶσαν ἐντολὴν δεσποτικὴν διαπράξασθαι.

12. Quid autem novus et sanctus Decalogus Domini nostri Jesu Christi? Beatitudines, inquam, ab eo prædicatæ magnas exercentium virtutes, an non ad scopum et ipsæ quem nobis proposuimus pertinent? Pertinent sane, quin et mirifice illi congruunt, sive rem ex evangelicis et propheticis judicemus Scripturis, sive e naturali serie ac consequentia recti ordinis. Etenim quis non acriter invigilans custodiendo suo cordi, proculque ab ipso arcendæ omni malitiæ, pauper spiritu potest esse? quis humilis, aut lugens, aut mitis, aut esuriens et sitiens justitiam, aut misericors, aut (quod omne bonum procurat cordi et animæ) mundus corde? Quis non semper intentus sibi et pervigil, interne pacatus est, ac propterea, cum opus est, exterius pacificus? Quis propter justitiam persecutionem patitur, vel in animo, vel sensibiliter? aut quis, non spe semper gaudens, Domini gaudio repletur? Quis indesinenter propendet in Deum, quis cui hæc ipsa in Deum propensio, non in locum et meritum orationis nunquam intermissæ non imputetur ex gratia? Quis abdicata semel cura corporis, non jucunde perpetuo commorantem in corde proprio mentem suam experitur? Quis procurat sibi naturalem notitiam mundi totius et omnium quæ in eo sunt: quis simul cum enarrator? Nonne sibi attendens, nonne qui serio noxias, alias ex adverso contrarias opponit? malas in malam rem, indecores, pravæ, amentes; quas cum idem e contrario foveat, curet, promoveat, mente gregibus talium pascendis a Domino eruditia.

B

C

ιβ'. Τί δὲ ἡ νέα καὶ ἁγία Δεκάλογος, ἡ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, λέγω; Τῶν ἐναρέτων μακαρισμοὶ οὐ πρὸς τὸν σκοπὸν ὃν ἐξεθέμεθα διά τε Γραφῶν εὐαγγελικῶν τε καὶ προφητικῶν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς φυσικῶς ἀκολουθούσης τάξεως, τῷ σκοπῷ ἡμῶν συνάδουσι; Τίς μὴ νήφων ἀεὶ τῇ καρδίᾳ πτωχὸς τῷ πνεύματι ἐκ πάσης κακίας γενέσθαι δύναται; ἢ πενθῶν, ἢ πραΰς, ἢ πεινῶν καὶ διψῶν τὴν δικαιοσύνην, ἢ ἐλεήμων, ἢ τὸ πᾶν ἀγαθὸν προξενοῦν, τῇ καρδίᾳ καὶ τῇ ψυχῇ καθαρὸς αὐταῖς; Τίς μὴ νήφων ἀεὶ εἰρηνοποιὸς ἔνδον, καὶ διὰ τοῦτο ἔξω, ἢ ἕνεκεν δικαιοσύνης δεδιωγμένος, καὶ νοερῶς; Ἢ τίς μὴ χαίρων ἀεὶ τῇ ἐλπίδι Κυρίου γήθους ἐμπίπλαται; Τίς ὁ ἀδιαλείπτως πρὸς Θεὸν νεύων, ᾧ ἡ πρὸς Θεὸν νεῦσις εἰς ἀδιάλειπτον προσευχὴν λογίζεται ἐκ χάριτος; Οὐχ ὁ καταλιπὼν τὸ σῶμα, οὐ πάσας τὰς διατριβὰς ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ διὰ νοὸς ἀεὶ ποιούμενος; Τίς πρόξενος φυσικῆς τῶν ὄντων θεωρίας, τίς τῶν μεγαλουργιῶν τοῦ Θεοῦ εὐαπόδεκτος ἐκδιηγητής; Οὐχ ὁ νήφων, οὐχ ὁ προσέχων τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς, καὶ ἀντίθετα, ὥσπερ ὁ Ἰὼβ, τούτοις ἀνθυποφέρων; Ἄτιμοι, λέγων, καὶ πεφαυλισμένοι ἐνδεεῖς φρενῶν· οὓς οὐχ ἡγησάμην κύνας τῶν ἐμῶν νομάδων, ἤτοι τῶν δεξιῶν ἐνθυμιῶν ποιμαινομένων ὑπὸ Κυρίου διὰ νοῦ εἰδότος ποιμενικὴν τάξιν. hoc magnalium Dei sibi est ipsi credi dignissimus suis cogitationibus invigilat, et iis quas novit increpans paribus cum Jobo dictis: Ite, inquiens, non pluris fecerim quam canes gregum meorum.

13. Ex his cunctis apparet beatitudinum a Christo Jesu prædicatarum non aliam vim ac potestatem esse, non alio eas spectare, non alium in scopum tendere, quam in cordis puritatem et humilitatem, quod hæ sint duæ virtutes perfectivarum perfectivissimæ. Continent enim intra se vim virtutum universarum omnem, quemadmodum firmamentum æthereum simul terrenamque creaturam complectitur ambiens. Viden' ergo ut quod humilitate carerent, projecti angeli e cœlo sint? ut quod sibi non attenderit invigilans proprio profectui, proditor Judas sit erasus ex albo electorum? Humilitas quippe sibi attenta fidei et spei et charitatis effectrix perfectrixque est, ac compendiosiorem servandorum Dei mandatorum in se habet viam. Nam cui concessum est, esse vere humilem, is in vita sua divinas beatitudines actione velut pictas repræsentat; rursus, qui mundus corde fuerit idem sine dubio erit humilis; pro-

D

ιγ'. Ἡ γὰρ τῶν μακαρισμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν δύναμίς τε καὶ ἐνέργεια οὐ πρὸς ἄλλο τι βλέπουσι, καὶ τὸν ἄλλον σκοπὸν ἔχουσιν, ἀλλ' ἢ πρὸς τὴν καθαρότητα τῆς καρδίας, καὶ τὴν ταπείνωσιν, ὡς μᾶλλον οὐσῶν τῶν δύο τούτων ἀρετῶν τῶν τελειωτικῶν τελειωτικωτάτων· περιέχουσι γὰρ πᾶσαν ἀρετὴν ἔνδον, καθάπερ δὴ τὸ στερέωμα τήν τε αἰθέριον καὶ ἐπίγειον κτίσιν. Ὅρα οὖν χωρὶς ταπεινώσεως ἐρρίφθαι ἀγγέλους ἐξ οὐρανοῦ· καὶ χωρὶς νηφαλιότητος ἰδοὺ προδότης ῥιφεὶς ἐκ τῶν ἐπιλέκτων· αὕτη γὰρ πίστεως καὶ ἐλπίδος καὶ ἀγάπης ἐνεργητικὴ καὶ τελειωτική, καὶ τὴν συντομωτέραν ὁδὸν τῶν θείων ἐντολῶν ἐν αὐταῖς ἔχουσα· ὁ γὰρ καταξιωθεὶς ὡς δεῖ ταπεινὸς γενέσθαι τοὺς θείους μακαρισμοὺς ἐν τῷ ἰδίῳ βίῳ διὰ πράξεως ἐζωγράφησεν. Ὁ δ' αὖ πάλιν καθαρὸς τῇ καρδίᾳ ἔσται πάντως καὶ ταπεινός· ἴδιον γὰρ τῆς καθαρότητος ἡ ταπείνωσις, καὶ ἡ εἰς Θεὸν μετ' ἔρωτος καὶ θυμηδίας ἀγάπη τε καὶ ἔφεσις, γνωριστικὰ αὐτῆς καθ-

[41] Galat. v, 16.

Digitized by Google

εστήκασιν. Ὁ δὲ τοιοῦτος καὶ τὰς λοιπὰς διὰ τῶν δύο τούτων ἀρετῶν εὑρεθήσεται φυλάττων· ὁ γὰρ ταπεινὸς οὔτε εἰκῇ ὀργίζεται, οὔτε ἑτέραις ὕβρεσι περιβάλλει τὸν ἀδελφόν. Τὸ δὲ καταλλαγῆναι πρὸ τοῦ δώρου κατ' ἐντολῆς ποίησιν, ὅτε καὶ γένηται, μᾶλλον ἴδιον τοῦ ταπεινοῦ, ὃς δοῦλον ἔσχατον πάντων αὐτὸν ἡγεῖται, καὶ πρὸς ἀλήθειαν γῆν, καὶ σποδόν, καὶ κάθαρμα· ὃς πρᾶός τέ ἐστι καὶ πενθῶν καὶ πεινῶν τὴν δικαιοσύνην, Θεὸν, καὶ ἀρετήν· καὶ δὴ καὶ ἐλεήμων· εἴ γε χορηγός ἐστι πάσης ἐργασίας ἀγαθῆς ἡ μακαρία ταπείνωσις. Καθαρὸς δὲ τῇ καρδίᾳ τίς μᾶλλον τοῦ χθαμαλόφρονος ἄλλος πλεῖον εὑρεθήσεται; εἴγε δι' ὑψηλοφροσύνην καὶ Σατὰν ἀκάθαρτος; ὁ ἀσώματος. Εἰ δὲ καὶ πάντες ἐθέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ διωχθήσονται, ὥς φησιν ἡ Γραφή, τίς ἄρα τοῦ κατὰ Χριστὸν ταπεινοῦ εὐσεβέστερος ἢ δεδιωγμένος, ὡς ἔφη ὁ Σωτὴρ, τὰ ἐξαίρετα τοῦ Ἰησοῦ βίου ἐν τῷ σώματι βαστάσει, εἴ γε μὴ δι ὑψηλοφροσύνην κατάστικτος ἁμαρτίαις;

pria quippe puritatis est humilitas, cujus characteres et signa unde dignoscantur sunt charitas in Deum dulci affectu conjuncta, et ejusdem aliquando fruendi ardens desiderium. Talis porro qui fuerit, alias quoque virtutes ex his duabus aptas reperietur custodire. Nam humilis haud sine causa irascitur, neque ulciscitur in fratrem injurias ab eo acceptas, paribus rependendis. Mandatum etiam illud, reconciliandi sibi fratrem ante donum offerendum, quis promptius et melius humili homine implebit, qui se ultimum omnium reputat, vere persuasus esse se pulverem, cinerem, purgamentum? Idem præterea mitis est, et lugens, et esuriens justitiam, Deum et virtutem; idem misericors, largus præbitor omnium quæ habet aut potest ministrare. Quid enim beneficentius beata humilitate? Mundus vero corde quis unquam alius verius perfectiusque reperietur quam homo humiliter de se sentiens? Nam unde Satan expers corporis immundus factus est, nisi ex superbia? Si autem omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu persecutionem patientur, ut ait Scriptura: quisnam vero in Christo humili, aut justior, aut magis persecutionem patiens? ut Salvator ait; utpote cum is quæ sunt eximia in vita Jesu in corpore suo circumferat: qui autem non est humilis, propter superbiam totus compunctus stigmatibus peccatorum appareat.

ιδ'. Εἶδες δύναμιν θείων εὐγγελικῶν ῥημάτων, εἶδες ἀλκὴν ὅση τίς ἐστι νήψεώς τε καὶ ταπεινώσεως; Οὕτως ἄρα πέφυκεν ἡ πανάρετος στολὴ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ Θεοῦ, ἡ μακαρία, λέγω, ταπείνωσις, καὶ ἀγγελικὴ καθαρότης τῆς διανοίας φυλακτικαί εἶναί τε καὶ γίνεσθαι ἐν τοῖς βουλομένοις φιλοπονεῖν πασῶν τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν· ἄρχουσαι γάρ εἰσιν ἀρχουσῶν, βασιλίδες ἐντολῶν ἢ ἀρετῶν· αὗται γὰρ φυλασσόμεναι περιεκτικῶς φυλάττουσι καθ' ὃν εἰρήκαμεν τρόπον τὰς λοιπὰς ἐντολὰς τὰς ἑξῆς παρὰ Ματθαίου, μᾶλλον δὲ παρὰ Χριστοῦ λεγομένας· καὶ οὕτως εὑρίσκεται ὁ ταπεινὸς, ὅ τε καθαρὸς τῇ καρδίᾳ ἐνταλμάτων ἁπάντων ἄριστος φύλαξ τοῦ ἑαυτοῦ Δεσπότου τε καὶ Θεοῦ· οὗ ἕνεκεν καὶ κοπιάσει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον, καὶ ζήσεται εἰς μέλλοντα, καὶ μακαρισθήσεται παρὰ Κυρίου ἐν τῇ ἀπεράντῳ καὶ αἰωνίῳ ζωῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

14. Vidisti vim divinorum Evangelii verborum, vidisti quantum robur sit attentionis et humilitatis? Sic plane natura fit, ut virtutibus splendens omnibus stola Christi Filii Dei, hoc est, beata humilitas, et angelica puritas mentis, custodes et nunc sint, et futuræ semper sint, volentibus in via Spiritus contendere, omnium Dei mandatorum. Principes quippe illæ principum sunt, reginæ mandatorum ac virtutum. Ipsæ enim dum custodiuntur, comprehensive custodiunt, eo quem diximus modo, cætera mandata, deinceps a Matthæo vel potius a Christo exposita. In hunc modum reperitur humilis et mundus corde optimus exsecutor omnium mandatorum Domini ac Dei sui, cujus causa laborat in hoc sæculo, et vivet in futuro, beatificatus a Domino in perenni et æterna vita, in Christo Jesu Domino nostro.

ιε'. Θὲς τοιγαροῦν τὸν νοῦν σου εἰς τὰ λεγόμενα· εἰσελθέτωσαν εἰς τὰ; ἀκοάς σου τὰ παρὰ τοῦ Κυρίου εἰρημένα, εἴ γε πιστεύεις αὐτῷ· ἔφη γὰρ ὅτι καὶ περὶ ἀργοῦ λόγου λόγον ἀποδώσομεν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· ἱκανὸς δὲ οὗτος ὁ λόγος, ἐὰν νήφῃ ἡμῶν ἡ διάνοια. Ὃς δὲ τὰ γεγραμμένα οὐ συνίησι, οὔτε μὴν τῶν λεγομένων ἀκούει, ἔοικεν ὁ τοιοῦτος σωλῆνι δεχομένῳ ὕδωρ καὶ μὴ αἰσθανομένῳ ὅτι δι' αὐτοῦ παρέρχεται. Τίς οὖν ἄρα μὴ κλαύσῃ, τίς οὐ λυπηθῇ καὶ καταπλαγῇ, ὅτι ὁ Δεσπότης τῆς οἰκουμένης δι' ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν δούλων αὐτοῦ τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων βοᾷ, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἀκούων; Τίνα δέ ἐστι τὰ κηρυττόμενα ὑπ' αὐτῶν; Ὁ γάμος ἕτοιμος, φησὶ, καὶ τὰ σιτεύματά μου τεθυμένα· ὁ νυμφίος μετὰ δόξης καὶ μεγαλοπρεπείας κάθηται ἐν τῷ νυμφῶνι, καὶ δέχεται τοὺς ἐρχομένους μετὰ χαρᾶς· ἡ θύρα ἀνέῳκται, οἱ ὑπηρέται σπουδάζουσι. Πρὸ τοῦ κλεισθῆναι τὴν θύραν, ἐξυποδίσατε, μή ποτε ἔξω

15. Adhibe igitur mentem ad hæc quæ dicuntur, ingrediantur in aures tuas quæ dicta sunt a Domino, si ei credis. An enim (quod ipse dixit) de verbo otioso a nobis prolato reddemus rationem in die judicii, et non reddemus de verbo a Deo nobis dicto, a nobis neglecto et otioso relicto? Vigilet ergo mens nostra contendens ad verbum omni acceptione dignum implendum. Qui scripta non intelligit, nec ea quæ dicuntur audit. Talis similis est canali sic aquam accipienti, ut eam per se transire non sentiat. Quis ergo non fleat, non plangat, non obstupescat, quod Dominus orbis universi cum et per sese et per servos suos prophetas et apostolos clamet, non est tamen qui eum audiat? Quid autem illi prædicant? *Nuptiæ*, inquiunt, paratæ sunt, altilia occisa. Sponsus cum gloria et magnificentia sedet in thalamo, et excipit venientes cum gaudio. Fores patent. Ministri

Digitized by Google

varie discurrentes satagunt. Properate, ne foris exclusi maneatis, et non sit qui vos introducat. In his non est qui intelligat, non est qui studium adhibeat. Sed desidia et sollicitudo hujus sæculi velut catena ligavit mentem nostram. Divinas Scripturas recte quidem scribimus, recte legimus, recte autem ipsas audire nolumus, quia non volumus quæ illæ præcipiunt exsequi. Quis peregrinationem longam suscipit non proviso in viam victu? nos tamen relicta hic annona nostra, temere vacui capessimus iter immensum. Beatus qui abunde proviso viatico, secure proficiscitur ad Dominum. En decem virgines non dormiunt. En servi vigiles satagunt, expectantes dominum suum, gnari venire ipsum accepto regno, cum virtute et gloria magna, coronaturum servos qui talentis ab ipso iis creditis strenue negotiati fuerint, interfecturum autem hostes suos qui nolucrant illum super se regnare. Quomodo autem venit? Nocte media, alte sopita omni humana natura, repente de cœlo fit sonus magnus, et horrenda tonitrua, et terribilia fulgura, cum terræmotu, quibus concussi expergiscuntur qui dormiebant, et recordatur quisque suorum operum, sive ea bona sive mala fuerint; qui vero mala egerunt, tundunt sua pectora, in strato suo jacentes, quoniam non est quo fugiant, aut ubi occultentur, aut tempus emendandi per pœnitentiam ea in quibus peccantes deliquerunt. Etenim terra concutitur; tonitrua horribiliter resonantia consternant, fulgura terribiliter exsplendescentia dire conturbant; caligo autem cæca undique ipsos obumbrat miserrimos. Sic et in illa hora, quando fulgur velocissimum momento expavefaciet terram totam; cui terrori superveniens clangor tubæ acutissimus e cœlo, excitabit dormientes, et expergisci coget sopitos a sæculo. Ipsi enim cœli cum suis virtutibus titubabunt; et terra universa maris tremorem imitabitur, a facie gloriæ Judicis venientis. Ignis quippe terribilis præcedet ante faciem ejus, percurrens et purgans terram a sceleribus quæ inquinaverunt ipsam. Infernus pandit æternas suas portas. Mors destruitur. Pulvis autem putridus audito clangore tubæ vivificabitur. Mirum omnino visu! innumeræ animæ, velut in mari pisces infinito numero sese vibrantes in inferno, in ictu oculi prorumpent inde, et ossa quæque sua quocunque quæsitum ibunt, ea invicem adaptabunt, et sibi induent, ac resurgentes clamabunt universæ dicentes: Gloria ei qui congregavit nos et suscitavit per suam misericordiam. Tunc justi gaudent, et sancti exsultant. Tunc perfecti ascetæ consolationem pristinis laboribus parem accipiunt; martyres, apostoli, prophetæ coronantur. Beatus cui sancto continget horam videre illam, qua justi rapientur cum gloria in nubibus in occursum immortalis Sponsi, omnes qui dilexerunt ipsum, et studuerunt exsequi omnes voluntates ejus. Quanto autem amplificavit magis unusquisque in hac vita suas ipsius alas, tanto altius volat: et quanto quisque diligentius mundavit oculum sui

μείνητε· καὶ οὐκ ἔστιν ὁ εἰσφέρων ὑμᾶς. Καὶ ἐπὶ τούτοις οὐκ ἔστιν ὁ συνίων, οὐκ ἔστιν ὁ σπουδὴν τιθέμενος· ἀλλ' ἡ ῥαθυμία καὶ ἡ φροντὶς τοῦ αἰῶνος τούτου, ὥσπερ ἅλυσις, ἔδεισεν ἡμῶν τὴν διάνοιαν. Τὰς θείας Γραφὰς ὀρθῶς μὲν γράφομεν, καὶ ὀρθῶς ἀναγινώκομεν· ὀρθῶς δὲ τούτων ἀκοῦσαι οὐ θέλομεν, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι ἡμᾶς τὰ παρ' αὐτῶν ἐπιτελεῖν. Τίς ὅρα ἀπεδήμησεν ἐπισιτισμοῦ χωρὶς μακρὰν ὁδόν; καθάπερ ἡμεῖς βουλόμεθα, ἀφέντες τὸν ἐπισιτισμὸν ἡμῶν ἐνταῦθα, μηδὲ εἰς τὴν ἀποδημίαν ἐπιφέρεσθαι. Μακάριος ὅστις μετὰ παῤῥησίας ἀπεδήμησε πρὸς τὸν Κύριον, βαστάζων τὸν ἐπισιτισμὸν αὐτοῦ ἀνενδεῆ. Ἰδοὺ δὴ καὶ αἱ δέκα παρθένοι οὐ καθεύδουσι· καὶ οἱ δοῦλοι πραγματεύονται προσδεχόμενοι τὸν δεσπότην ἑαυτῶν, ἐπιγνόντες ὅτι ἔλαβε τὴν βασιλείαν, καὶ ἔρχεται μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς στεφανῶσαι μὲν τοὺς δούλους αὐτοῦ τοὺς καλῶς πραγματευσαμένους τῷ ἀργυρίῳ ᾧ ἐκομίσαντο παρ' αὐτοῦ· ἀνελεῖν δὲ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ τοὺς μὴ θέλοντας αὐτὸν βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτούς. Ὁποῖον δὲ τρόπον; Ἐν μέσῃ νυκτὶ, ἐν ὕπνῳ κατεχομένης τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως, αἰφνιδίως ἐκ τοῦ οὐρανοῦ γίνεται ἦχος μέγας, καὶ βρονταὶ φρικταὶ, καὶ ἀστραπαὶ δειματώδεις μετὰ σεισμοῦ· ἐκθροοῦνται ἐξαίφνης οἱ καθεύδοντες, καὶ μνημονεύει ἕκαστος τὰ ἑαυτοῦ ἔργα, εἴτε ἀγαθὰ εἴτε κακά· οἱ δὲ τὰ κακὰ πράξαντες τύπτουσι τὰ στέρνα αὐτῶν, κείμενοι ἐπὶ τῆς κοίτης, ὅτι οὐκ ἔστι ποῦ φυγεῖν, ἢ κρυβῆναι, ἢ μεταμεληθῆναι ἐφ' οἷς ἔπραξαν· ἥ τε γὰρ γῆ σείεται, καὶ αἱ βρονταὶ βοῶσαι φοβοῦσιν, αἱ ἀστραπαὶ πτοοῦσιν· σκοτία τε βαθεῖα κατέχει αὐτούς. Οὕτω καὶ ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ ὡς ἀστραπὴ ὀξυτάτη αἰφνιδίως θροήσει πᾶσαν τὴν γῆν· σάλπιγξ γὰρ μετὰ φόβου σαλπίσει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐγερεῖ τοὺς καθεύδοντας, ἐξυπνήσει τοὺς ἀπ' αἰῶνος κεκοιμημένους· οὗτοι γὰρ οἱ οὐρανοὶ μετὰ τῶν δυνάμεων αὐτῶν σαλευθήσονται, καὶ ἡ γῆ πᾶσα ὥσπερ τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης τρομάξει ἀπὸ προσώπου τῆς αὐτοῦ. Πῦρ γὰρ φοβερὸν προτρέξει πρὸ προσώπου αὐτοῦ, παρατρέχων καὶ καθαρίζων τὴν γῆν ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τῶν μιανασῶν αὐτήν· ὁ ᾅδης ἀνοίγει τὰς αἰωνίας αὐτοῦ πύλας· ὁ θάνατος κατήργηται· ὁ δὲ χοῦς ὁ σαπεὶς, ἀκούσας τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος, ζωοποιηθήσεται· θαῦμα γὰρ ἰδεῖν ἀληθῶς πῶς ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ ἐν τῷ ᾅδῃ, ὥσπερ πλῆθος ἰχθύων ἐν τῇ θαλάσσῃ στρεφομένων, οὕτως ἀναρίθμητον πλῆθος τὰ ὁστᾶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἕκαστον αὐτῶν περιέρχεται ζητοῦν τὰς ἑαυτῶν ἁρμονίας· καὶ ἐγερθέντες κράξουσιν ἅπαντες καὶ λέξουσι· Δόξα τῷ συναγαγόντι ἡμᾶς καὶ ἐγείραντι διὰ τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν. Τότε οἱ δίκαιοι ἀγάλλονται, καὶ οἱ ὅσιοι εὐφραίνονται· οἱ τέλειοι ἀσκηταὶ παρακαλοῦνται ἀπὸ τοῦ μόχθου τῆς ἀσκήσεως αὐτῶν· οἱ μάρτυρες στεφανοῦνται, ἀπόστολοι, καὶ προφηταί. Μακάριος οὖν ὅστις καταξιωθῇ τὴν ὥραν ἐκείνην, πῶς ἁρπάζονται μετὰ δόξης ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ ἀθανάτου νυμφίου πάντες οἱ ἀγαπήσαντες αὐτὸν, καὶ σπουδάσαντες ἐπιτελέσαι πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ. Ὥσπερ δὲ ἐμεγάλυνεν ἕκαστος

Digitized by Google

ἐνταῦθα τὸ ἑαυτοῦ πτερὸν, οὕτω καὶ πέταται τὰ ὑψηλά· καὶ καθὼς ἐντεῦθεν ἕκαστος ἐκάθηρε τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν, οὕτως ὁρᾷ καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ· καὶ ὥσπερ ἐπόθησεν αὐτὸν ἕκαστος, οὕτω καὶ κορέννυται τῆς ἀγάπης αὐτοῦ. Θαυμάσει δὲ καὶ ὁ πρῶτος Ἀδὰμ ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ὁρῶν μεγάλα καὶ θαυμαστά· πῶς ἀπ' αὐτοῦ καὶ τῆς ὁμοζύγου αὐτοῦ ἔθνη τηλικαῦτα καὶ πλῆθος γενεῶν προήχθη. Πλείονα δὲ θαυμάσει τὸν Δημιουργὸν Θεὸν, πῶς ἀπὸ μιᾶς φύσεως ταῦτα γενέσθαι ᾠκονόμησεν. A cordis, tanto clarius videt gloriam Dei; quanto denique ardentius Deum desideravit, tanto suavius ejus tandem possessi suavitate satiatur. Mirabitur vero primus Adam in illa hora videns magna et stupenda, quomodo ex ipso et ejus conjuge gentes tam multæ, et tanta generationum variarum profluxerit series. Magis autem mirabitur Creatorem Deum, qui ab una natura tot tantaque providerit effici.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΤΗΣ ΙΕΡΟΔΙΑΚΟΝΙΑΣ

ἤτοι

ΠΩΣ ΥΠΗΡΕΤΕΙ Ο ΔΙΑΚΟΝΟΣ ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ, ΕΝ ΤΕΤΩ ΜΕΓΑΛΩ ΕΣΠΕΡΙΝΩ, ΤΩ ΟΡΘΡΩ ΤΕ ΚΑΙ ΤΗ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ,

ΣΥΝΤΕΘΕΙΣΑ ΚΑΙ ΤΥΠΩΘΕΙΣΑ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ, ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΘΕΟΥ.

—

ORDO SACRI MINISTERII,

QUOMODO VIDELICET

SACERDOTI DIACONUS MINISTRAT, IN CELEBRIBUS VESPERIS, MATUTINO ET MISSA.

A SANCTISSIMO ET OECUMENICO PATRIARCHA DOMINO PHILOTHEO COMPOSITUS ET ORDINATUS

—

Ἰστέον, ὅτι ὁ διάκονος οὐδέποτε ἄλλοτε ἐνδύεται ἐν τῷ ἑσπερινῷ, καὶ τῷ ὄρθρῳ, εἰ μὴ ἐν τοῖς ἑσπερινοῖς τῶν Σαββάτων, καὶ τοῖς ὄρθροις τῶν Κυριακῶν τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ. Ὁμοίως ἐν τοῖς ἑσπερινοῖς καὶ τοῖς ὄρθροις τῶν Δεσποτικῶν ἑορτῶν, καὶ Θεομητορικῶν (1). Ὡσαύτως ἐνδύεται καὶ ἐν τοῖς ἑσπερινοῖς, καὶ ἐν ταῖς προηγιασμέναις τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Τεσσαρακοστῆς. Καὶ ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ, καὶ ἐν τῇ ἀγρυπνίᾳ τῶν ἁγίων παθῶν (2), καὶ ἁπαξαπλῶς, εἰς πάντας τοὺς ἑσπερινοὺς B Sciendum, diaconum nusquam alias in Vesperis aut Matutinis sacris vestibus indui, nisi in Sabbatorum Vesperis, et Dominicarum Matutinis, per totum annum. Et pariter in Vesperis et Matutinis Domini nostri et Dei Genitricis festorum. Parique modo in Vesperis, mysteriisque præsanctificatis sanctæ et magnæ Quadragesimæ induitur. Et in Annuntiationis die sacro, et in sanctarum Domini Passionum vigiliis, et ut semel dicam, in Vesperis omnibus cum introitus solemnitate persolvendis.

Jacobi Goari notæ.

(1) In tres classes festa distribuunt Græci, in Δεσποτικὰ, *quæ Christi Domini sunt*: Θεομητορικὰ, *quæ Dei Matris*: καὶ τῶν ἁγίων, *quæ sanctorum sunt* propria. Glycas sex diebus cuncta Deum condidisse contemplatus, sex etiam festis seu potius œconomiæ suæ in carne mysteriis, cuncta renovasse arbitratus est IV parte *Annal.* ubi hoc ordine leguntur enumerata: Nativitas, Baptismus, Passio, Resurrectio, Ascensio, et Pentecoste. Verum cum Transfigurationis dies solemnissimus sit Græcis, miror cur hebdomadi festorum diem unum detraxerit Glycas. Fidelius itaque Dominica festa his versibus alii recensent:

Τὸ χαῖρε, γέννα, Συμεὼν, καὶ Ἰορδάνης,
Θαβώριον, Λάζαρος, τὰ Βάια, ξύλον
Ἔγερσις, ἄρσις, πνεῦμα.

Annuntiatio, Nativitas, Præsentatio Christi in Symeonis ulnis, ejus Baptismus, Transfiguratio, Lazari resurrectio, dies Palmarum, Crucifixio, Resurrectio, Ascensio et Pentecoste. Eadem porro Dei Matris festa celebrat Ecclesia Orientalis, quæ et Occidua, præterquam Visitationis, cujus est apud nos recentior institutio. C

(2) Nox quæ Parasceven sequitur, solemne festum est Græcis, et, ut jam observatum est, inter festa Dominica computatur: illamque orationibus, supplicationibus publicis per vias decantatis, et vigiliis intenti transigunt, tali etiam cultus apparatu, ut ipsamet Roma suorum Græcorum nocturnam processionem magna cum admiratione suspiciat.

Digitized by Google

Nec non et in Matutinis in quibus magna glorificatio (id est, hymnus *Gloria in excelsis*) canitur. Et in Missis singulis per totum anni ambitum, siquidem in illis celebrare, hoc est, ministrare voluerit.

A τοὺς ἔχοντας εἴσοδον. Ὁμοίως καὶ τοὺς ὄρθρους καθ' οὓς ψάλλεται μεγάλη δοξολογία. Καὶ εἰς πάσας τὰς λειτουργίας τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ εἴπερ βούληται λειτουργεῖν.

Vigiliarum series.

Imminente jam celebrium Vesperarum tempore, exsurgit sacerdos cum diacono, tribusque variis sacro adorationis ritu, cunctis fratribus adhuc considentibus, coram imagine Christi factis reverentiis, tribusque aliis pariter coram Deiparæ imagine, unaque pariter in medio, et una alia versus unumquemque chorum; deinceps in sacrarium ingrediuntur. Et accepta dalmatica stolaque sua diaconus, postquam ter ad Orientem adoraverit, sacerdotem adit, et ait: *Benedic, domine, dalmaticam cum stola.* Benedicitque illa sacerdos, dicens: *Benedictus Deus noster ubique, nunc et semper, et in sæcula sæculorum.* Uterque deinde propriis sibi vestibus ornatur. Istud nunc hoc pacto non observatur; solus namque sacerdos adorat, et solus stolam suam assumit et casulam, et thus adolere incipit, lectore vel cæremoniarum magistro cereum præferente, et, *Jubete*, exclamante. Eoque præcedente cum cereo, sacerdos pro more portis egressus templum universum suffumigat, et a cæremoniis, coram sacris foribus exclamante, *Jubete*, exsurgunt omnes. Sacerdos autem toto templo suffumigato, ad vestibulum etiam progreditur, thusque etiam ibi adolet, et rursum speciosis portis ingressus, suavi et modula voce exclamat, *Benedic, Domine.* Iterataque sacrarum imaginum suffu-

Διάταξις τῆς ἀγρυπνίας.

Τοῦ καιροῦ ἐπιστάντος τοῦ μεγάλου ἑσπερινοῦ δηλονότι ἀπέρχεται ὁ ἱερεὺς σὺν τῷ διακόνῳ, καὶ ποιοῦσι μετανοίας γ' εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, πάντων τῶν ἀδελφῶν καθημένων. Ὁμοίως ποιοῦσι καὶ εἰς τὴν τῆς Θεοτόκου εἰκόνα μετανοίας γ' (3)· εἰς τὴν μέσην μίαν, καὶ εἰς τοὺς χορούς, πρὸς μίαν· εἶτα εἰσέρχονται εἰς τὸ ἱερατεῖον. Καὶ λαβὼν τὸ στοιχάριον αὐτοῦ ὁ διάκονος, καὶ τὸ ὡράριον, καὶ προσκυνήσας κατὰ ἀνατολὰς γ', προσέρ-B χεται τῷ ἱερεῖ, καὶ φησιν· *Εὐλόγησον, δέσποτα, τὸ στοιχάριον σὺν τῷ ὡραρίῳ.* Καὶ ὁ ἱερεὺς εὐλογεῖ αὐτὰ λέγων· *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Εἶτα ἐνδύεται ἑκάτερος τὰς οἰκείας στολάς. Τοῦτο νῦν, οὐχ οὕτω γίνεται· ἀλλ' ὁ ἱερεὺς μόνος προσκυνεῖ, καὶ μόνος ἐνδύεται ἐπιτραχήλιον καὶ φελώνιον, καὶ ἄρχεται θυμιᾷν, ἀναγνώστου, ἢ εὐταξίου τὴν λαμπάδα κατέχοντος, καὶ τὸ, *Κελεύσατε*, ἐκφωνήσαντος. Καὶ προπορευομένου αὐτοῦ μετὰ λαμπάδος θυμιᾷ ὁ ἱερεὺς τὸν ναὸν ἅπαντα συνήθως ἐκ τῶν θυρῶν ἐξερχόμενος, καὶ ἐκφωνήσαντος τοῦ εὐταξίου ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν τὸ, *Κελεύσατε*, πάντες ἀνίστανται. Θυμιάσας δὲ ὁ ἱερεὺς τὸν ναὸν ἅπαντα, ἐξέρχεται καὶ εἰς τὸν νάρθηκα, καὶ θυμιάσας κἀκεῖσε, εἰσέρχεται διὰ τῶν ὡραίων πυλῶν, καὶ ἐκφωνεῖ μετὰ μέλους τὸ, *Κύριε, εὐλό-*

Jacobi Goari notæ.

(3) Monachi pœnitentium statum professi, et pœnitentiæ operibus dicati, non hujusmodi tantum opera μετανοίας, sed et cœnobia sua, eremorumque cellas, ceu pœnitentiæ officinas, ad quas convolarunt, ab antiquo vocaverunt. Hinc pœnitentiam ædificasse legitur, qui monasterium condidit, et μετάνοιαν in eo habere, etiam hodie dicunt καλόγηροι *religiosi*, qui habitationem perpetuam, per habitus monachalis susceptionem, in eodem fixerunt. At cum afflictiones laboresque corporeos, pœnitentiæque opus quodcunque potuerunt interpretari μετάνοιαν; et primarium præcipuumque pœnitentiæ argumentum fuerit olim illa corporis dejectio, humilisque animi in terram demissio, qua προσκλαίοντες pœnitentes insigniores, peccata deflebant, preces aliorum implorabant, et requirebant spem veniæ; exinde Deo cultum exhibiturus, vel sacras imagines veneraturus, quælibet genuflexio, vel corporis inclinatio, a monachis μετάνοια vocitari cœpit: addo, quod cum summum erga flagitiosos peccatores, vel a fide lapsos benevolentiæ indicium fuerit, pœnitentiæ locus concessus, et indulgentiæ consequendæ facta promissio; ipsi votis quibus poterant eam in Ecclesia postulabant, omnisque illorum sermo, μετάνοιαν, oris gemitus omnis et cordis suspirium vocem, hanc μετάνοιαν, ingeminabat. Hanc ideo vocem cum monachi ex pœnitentiæ arrepto instituto familiarem sibi reddidissent, ad salutem quoque impertiendam et reddendam, illa eadem usi fuere. Unde tandem contigit, ut honor quicunque, reverentiaque Ecclesiæ pastoribus vel ministris exhibita, in pœnitentiæ optatæ vel professæ argumentum μετάνοια, a Græcorum vulgo sit dicta: et jam si sacerdotibus vel monachis occurrant, intra salutis oblatæ spatium, manu pectori admota, dicunt μετάνοια: tum ut illa voce honorem se illis præstare indicent, tum etiam ut eorum suffragiis pœnitentiæ tempus sibi a Deo concedi deposcant. Illi vero eadem voce, et salutem et honorem grato animo referentes, bene precantur. Hinc trita satis sententia, μετάνοιαν ποιεῖν, et μετάνοιαν βάλλειν, patet. Cæterum duplici modo fit illa: vel enim ore manibusque terræ affixis, cum genuum inflexione profundissime deorsum inclinant et procumbunt: et tunc est μετάνοια μεγάλη, quæ etiam στρωτή: si minus corpus inflectant, dicitur μικρά: cum vero plures pro more persolvunt, ultimas semper minores et minores faciunt, simulque oratiunculam aliquam proferunt. De his Horologium, καὶ εἰ ἔστι Τεσσαρακοστὴ, ποιοῦμεν τὰς τρεῖς μεγάλας μετανοίας, λέγοντες τὴν προγραφεῖσαν εὐχὴν, *et siquidem sit Quadragesima, tres magnas venias facimus, suprascriptam orationem dicentes.* Et est hujusmodi illa. A prosternentibus se prima vice dicitur, Κύριε καὶ δέσποτα τῆς ζωῆς μου, πνεῦμα ἀργίας, περιεργείας, φιλαρχίας, καὶ ἀργολογίας μή μοι δός. Dum secundo inclinant: Πνεῦμα δὲ ταπεινοφροσύνης, καὶ σωφροσύνης, καὶ ὑπομονῆς, καὶ ἀγάπης, χάρισαί μοι τῷ σῷ δούλῳ. Dum tertio: Ναί, Κύριε βασιλεῦ, δώρησαί μοι ὁρᾶν τὰ ἐμὰ πταίσματα, καὶ μὴ κατακρίνειν τὸν ἀδελφόν μου· ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἰδιώταις autem, id est, simplicioribus et illiteratis monachis, hanc solam vocem, Ἐλέησόν με, Κύριε, τὸν ἁμαρτωλόν, recitare est imperatum.

Digitized by Google

γησον· καὶ θυμιάσας πάλιν τὰς ἁγίας εἰκόνας, εἰσ- A migatione, penetrat sanctas fores, et sanctam mensam incensans, voce sonora dicit: *Gloria sanctæ et consubstantiali, et vivificæ et individuæ Trinitati, ubique, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum.* Et dicto, *Amen*, superior vel præscriptus monachus proœmiacum psalmum decantat; sacerdos autem clausis sanctis foribus in sancto tribunali stat. Cum vero cœperint cantare: *Aperiente te manum tuam*, etc., egreditur cum canonum præcentore, et simul reverentiam exhibent in medio: atque ita in suum locum abscedit sacerdos. Canonum vero præcentor in medio templi stans, versiculos recitat. Cantato vero: *Omnia in sapientia fecisti*, discedit sacerdos, et nudo capite stans, ante sacras fores lucernarii orationes legit. Quo peracto, etiam B magnam collectam dicit. Diaconus autem circa tertium Psalterii Antiphonum induitur, et parvam collectam dicit: si vero non est versiculorum recitatio, induitur, dum proœmiacus psalmus persolvitur, et magnam collectam pronuntiat.

ἔρχεται διὰ τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ θυμιῶν τὴν ἁγίαν τράπεζαν, ἐκφωνεῖ· *Δόξα τῇ ἁγίᾳ, καὶ ὁμοουσίῳ, καὶ ζωοποιῷ, καὶ ἀδιαιρέτῳ Τριάδι, πάντοτε νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Καὶ μετὰ τὸ Ἀμὴν ὁ προεστὼς, ἢ ὁ ταχθεὶς μοναχὸς ψάλλει τὸν προοιμιακόν (4)· ὁ δὲ ἱερεὺς κλείσας τὰ ἅγια θύρια, ἵσταται ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος. Ὅταν δὲ ἄρξωνται ψάλλειν τὸ, *Ἀνοίξαντός σου τὴν χεῖρα*, κ. τ. λ., ἐξέρχεται μετὰ τοῦ κανονάρχου, καὶ ποιοῦσι μετάνοιαν εἰς τὴν μέσην μίαν, καὶ οὕτως ἀπέρχεται ὁ ἱερεὺς εἰς τὸν ἴδιον τόπον· ὁ δὲ κανονάρχης λέγει τοὺς στίχους ἱστάμενος ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ. Ὅταν δὲ ψάλλωσι τὸ, *Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας*, ἀπέρχεται ὁ ἱερεὺς, καὶ λέγει τὰς εὐχὰς τοῦ λυχνικοῦ ἱστάμενος ἀσκεπὴς ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν· καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν λέγει τὴν μεγάλην συναπτήν. Ὁ δὲ διάκονος ἐνδύεται εἰς τὸ γ' Ἀντίφωνον τοῦ ψαλτηρίου, καὶ λέγει τὴν μικρὰν συναπτήν· εἰ δ' οὐκ ἔστι στιχολογία, ἐνδύεται, τοῦ προοιμιακοῦ λεγομένου, καὶ λέγει τὴν μεγάλην συναπτήν.

Ταῦτα μὲν οὕτω γίνεται ἀγρυπνίας οὔσης (5), εἰ δὲ μή ἐστιν ἀγρυπνία, οὐδὲν τοιοῦτον γίνεται, οὔτε μετανοίας ποιοῦσιν, οὔτε θυμιᾷ πρῶτον ὁ ἱερεὺς, οὔτε τὰ ἅγια θύρια ἀνοίγονται, ἀλλ' ἱστάμενος ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν ἀσκεπὴς, ἐνδεδυμένος ἐπιτραχήλιον, ἐκφωνεῖ τὸ, *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Καὶ ὁ προεστὼς, ἢ ὁ ταχθεὶς μοναχὸς λέγει τὸν προοιμιακὸν ψαλμὸν, χύμα (6)· καὶ λέγει C

Hæc quidem isto pacto fiunt, si vigilia peragitur; eadem vero deficiente, nihil hujusmodi observatur, neque veniæ fiunt, neque prius thus adolet sacerdos, neque sacræ fores reserantur; verum stans ille detecto capite e sacrarum forium regione, stola ornatus, exclamat: *Benedictus Deus noster, ubique, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum.* Et superior, vel ita jussus monachus psalmum proœmiacum recitat currenti voce, et sine cantu: et sa-

Jacobi Goari notæ.

(4) Subintellige ψαλμόν. Is vero *proœmiacus psalmus* non est qui toti psalterio præfigitur, quem ideo plerique apud Hieronymum *Spiritus sancti præfationem* vocant; sicut et Chrysologus, serm. 44, *Psalmorum præfationem*. Sed est psalmus 103 *proœmialis* ea de causa Græcis, quod ab eo Vesperas, missam aliasque preces, in hujus Euchologii decursu lustrandas, exordiuntur. Unde non inepte, me judice, Zonaras precum differentiam referens, ex iis quasdam præfationum locum tenere, alias officia terminare, cæteras in harum medium interjiciendas. Verba ejus sunt: Αἱ παρὰ τῶν ἱερέων λεγόμεναι ἐν ταῖς πρὸς Θεὸν ὑμνῳδίαις διάφοροί εἰσιν· αἱ μὲν γὰρ προλέγονται, ἃς καὶ προοίμια εἶπον· αἱ δὲ ἐπιλέγονται μετὰ τὴν ὑμνῳδίαν, ἃς ὑποθέσεις ἐκάλεσαν, ὡς ὑποτιθεμένας τοῖς ὕμνοις, καὶ μετ' αὐτοὺς λεγομένας· τὰς δὲ παραθέσεις (forsan correctius legeretur παρενθέσεις) ὠνόμασαν, ὡς παρατιθεμένας τὸν λαὸν τῷ Κυρίῳ· *Variæ a sacerdotibus inter quotidiana divinæ laudis officia precationes fiunt. Præmittuntur enim quædam quas idcirco præfationes de nomine dixerunt. Sub finem sunt hypotheses, quia fini hymnorum subjectæ adduntur: commendatitiæ sunt tandem, quæ populum Domino commendant.*

(5) Solemnia festa Dominicasque productis per noctem vigiliis stationibusque præveniunt monachi Græci (de Latinis quippe nullus qui experimento assenserit, id negabit) longissimas autem sibi præfixisse monachos ἀκοιμήτους hac de causa vocatos historicorum omnium scriptis compertum habemus, inter quos præcipuus fuit Symeones ille de quo Evagrius lib. III, cap. 21. Fes is itaque diebus producunt Vigilias cuncti Græci, quibus prius Latini se dederunt exemplo, de quibus Cassianus, lib. III, *De can. nocturn. diur. orat. modo*, cap. 8: *Sane vigilias quæ singulis hebdomadibus a Vespera illucescente Sabbato celebrantur idcirco leviores, hyemali tempore quo noctes sunt longiores, usque ad quartum gallorum cantum, per monasteria moderantur, ut post excubias totius noctis reliquis duabus ferme horis reficientes corpora sua, nequaquam per totum diei spatium somni torpore marcescant; requie brevi hujus temporis pro totius noctis refectione contenti.* Modernorum vero Græcorum vigilandi rationem omnem Basilius hieromonachus Maleinus describit his verbis: *Statim adveniente nocte, instituenda vigilatio ad horas duas* (post solis occasum) *et audita hora octava surgendum. Hunc terminum transire* D *monacho non decet; alii usque ad tertiam, quartam et quintam, ante Matutinam synaxim, et nonnunquam per totam noctem extendunt Vigilias: præcipue quibusdam festis, aut publicis ad celebranda sacra die sequenti, futuris conventibus. Matutino autem somno post synaxim abstinent, quandoquidem ille monasticæ vitæ non est consentaneus.* Ad Matutinas porro quæ festivis diebus profunda semper nocte, cantuque solemni Ecclesia persolvuntur, plebs rudis antiqui ritus apprime tenax, nec non etiam hortatu et correctionibus sacerdotum excitata, diligentius assurgere consueta est: ab eisque frequentius obeundis nec ipsi imperatores Orientis abhorruere; solemnioresque eorum Vigilias in palatio, nocturnis officiis producendas percenset Codinus, et ejus commentator Gretserus in suis elucubrationibus.

(6) Pro familiari sibi consuetudine vocem hanc in Lexico scribit Meursius, et ut sine anima corpus, vocem pariter absque sensu ob oculos ponit. Hanc dum in *Bibliotheca PP.* interpres anonymus

Digitized by Google

cerdos lucernarii orationes persolvit. Quibus finitis, sacerdos aut diaconus suo loco stans magnam collectam pronuntiat, videlicet : *In pace Dominum precemur*, et reliqua.

Sciendum sacras fores nusquam aperiri, nisi in celebrium Vesperarum initio, cum thus solum adolet sacerdos; in quocunque solemni introitu, Vesperarum videlicet, et Missæ pro sancto Evangelio : parique modo a verbo : *Accedite*, ad finem usque sanctæ Missæ manent apertæ. Notum sit diaconum indui debere (si jam a principio Vesperarum non sit indutus), dum tertium Psalterii Antiphonum (dummodo sit psalmorum Davidicorum per versus recitatio) persolvitur; sin vero, dum cantatur proœmiacus, ut præmissum est. Hoc vero pacto induitur : Exhibita superiori reverentia, obliqua porta, quæ a latere est, ingreditur in sanctum tribunal; ubi sacerdotem stantem comperit quem proinde appellat dicens : *Benedic, domine, tunicam simul cum stola.* Sacerdos autem benedictionem impertitur, dicens : *Benedictus Deus noster, ubique, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum.* Atque ita diaconus se vestibus exornat, et psalmodia completa egressus stat in loco sibi consueto. Et parvam collectam recitat : *Adhuc et iterum in pace Dominum precemur*, et reliqua. Et exclamat sacerdos : *Quia tua est potentia, et tuum est regnum, et tua est virtus et gloria, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum.* Et tunc cantatur, *Domine clamavi*[1]. Quo finito, diaconus accepto thuribulo, et thure injecto, adit sacerdotem intra sacrum tribunal stantem, et ait : *Benedic, domine, incensum.* Et benedicit sacerdos dicens : *Benedictus Deus noster, ubique, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum.* Et suffumigat sacrarium diaconus, et templum universum, et reversus thuribulum deponit, ibidemque præstolatur. Cum vero cantatur : *Gloria, et nunc*, ingreditur sacerdos, et stola casulaque ab eo assumptis, fit solemnis introitus, accipiente primum diacono thuribulum et thus in illud immittente, benedictionemque, ut præmissum est, exposcente, eodemque cum sacerdote e boreali latere egrediente. Et apertis foribus sanctis, præcedentibus cum cereis duobus lectoribus, subsequitur sacerdos, demissam gerens casulam, et ad solitum locum procedunt. Ibi depositis a lectoribus cereis, hinc et inde in templi medio, e regione sacrarum valvarum consistit sacerdos. Stat quoque diaconus a dextris sacerdotis modice retrorsum, capite paululum inclinato, tenetque stolam tribus dextræ manus digitis, et

ὁ ἱερεὺς τὰς εὐχὰς τοῦ λυχνικοῦ. Μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν λέγει ὁ ἱερεύς, ἢ ὁ διάκονος, ἱστάμενος ἐν τῷ συνήθει τόπῳ, τὴν μεγάλην συναπτήν, τὸ, *Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν*, καὶ τὰ λοιπά.

Ἰστέον ὅτι τὰ ἅγια θύρια οὐδέποτε ἀνοίγονται, εἰ μὴ εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ μεγάλου ἑσπερινοῦ, ὅτε θυμιᾷ μόνον ὁ ἱερεὺς εἰς τὰς εἰσόδους πάσας, ἤγουν τῶν ἑσπερινῶν καὶ τῆς λειτουργίας τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου. Ὡσαύτως ἀνοίγεται καὶ ἀπὸ τοῦ, *Προσέλθετε*, μέχρι συμπληρώσεως τῆς θείας λειτουργίας. Ἰστέον ὅτι, εἰ μὴ φορέσῃ ὁ διάκονος εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ ἑσπερινοῦ, ἐνδύεται ψαλλομένου τοῦ γ' ἀντιφώνου τοῦ Ψαλτηρίου · εἰ ἔστι στιχολογία εἰ δὲ μή, τοῦ προοιμιακοῦ ψαλλομένου, ὡς εἴρηται. Ἐνδύεται δὲ οὕτως · Ποιεῖ μετάνοιαν τῷ προεστῶτι, καὶ εἰσέρχεται διὰ τῆς πλαγίας εἰς τὸ ἅγιον βῆμα · ἔνθα εὑρίσκει τὸν ἱερέα ἱστάμενον · προέρχεται γὰρ οὗτος · καὶ λαβὼν τὸ στιχάριον αὐτοῦ ὁ διάκονος, προσέρχεται τῷ ἱερεῖ, καὶ φησιν · *Εὐλόγησον, δέσποτα, τὸ στιχάριον σὺν τῷ ὡραρίῳ.* Ὁ δὲ ἱερεὺς εὐλογεῖ αὐτὸ, λέγων · *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Καὶ οὕτως ἐνδυόμενος αὐτὸ ὁ διάκονος, πληρουμένης τῆς στιχολογίας ἐξέρχεται, καὶ ἵσταται εἰς τὸν συνήθη τόπον. Καὶ λέγει τὴν μικρὰν συναπτήν, τὸ, *Ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν*, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς · *Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Καὶ οὕτω ψάλλεται τὸ, *Κύριε, ἐκέκραξα.* Οὗ ψαλλομένου λαβὼν ὁ διάκονος τὸ θυμιατὸν, καὶ θυμίαμα βαλὼν, πρόσεισι τῷ ἱερεῖ, ἐντὸς ὄντι καὶ αὐτῷ τοῦ ἁγίου βήματος, καί φησιν · *Εὐλόγησον, δέσποτα, τὸ θυμίαμα.* Καὶ ὁ ἱερεὺς εὐλογεῖ αὐτὸ λέγων · *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Καὶ θυμιᾷ ὁ διάκονος τό τε Ἱερατεῖον, καὶ τὸν ναὸν ἅπαντα, καὶ ὑποστρέψας τίθησι τὸν θυμιατὸν, καὶ περιμένει ἐκεῖσε. Ὅταν δὲ ψάλλωσι τὸ, *Δόξα καὶ νῦν*, εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς καὶ ἐνδύεται ἐπιτραχήλιον καὶ φελώνιον, καὶ γίνεται εἴσοδος. Λαβὼν ὁ διάκονος τὸν θυμιατὸν, καὶ θυμίαμα βαλὼν καὶ αἰτήσας εὐλογίαν, ὡς εἴπομεν, ἐξέρχεται ἅμα τῷ ἱερεῖ διὰ τοῦ βορείου (7) κλίτους. Καὶ ἀνοιγομένων τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ προπορευομένων ἀναγνωστῶν δύο μετὰ λαμπάδων, καὶ μετ' αὐτοὺς τοῦ διακόνου μετὰ τοῦ θυμιατοῦ, ἐξέρχεται ὀπισθεν καὶ ὁ ἱερεὺς, κεχαλασμένον ἔχων τὸ φελώνιον, καὶ ἀπέρχονται εἰς τὸν συνήθη τόπον (8). Ἔνθα οἱ μὲν

[1] Psal. CXL.

Jacobi Goari notæ.

infusionem vertit, vocabuli radicem, non mentem apprehendisse testatur : *fusa namque voce, sive cantu, modulorumque varietate* dicere debuisset, sicut et alibi Græca ipsa exprimunt, ἄνευ μέλους, *quæ vox uno tractu effluit :* opponiturque ei quod dicitur μετὰ μέλους, ubi adjuncta modulorum varietas percipitur.

(7) Alia exemplaria legunt, διὰ τῆς πλαγίας. Supplendum mente θύρας, quæ prothesseos est porta, in sinistro sanctuarii sive tribunalis latere. Et in ecclesiis Orientalem plagam ubique respicientibus, stat e boreali parte, a qua βόρειον κλίτος et βόρειον μέρος, passim nuncupatur.

(8) In templi gremio.

Digitized by Google

ἀναγνῶσται τιθέασι τὰ μανουάλια (9) εἰς τὸ μέσον τοῦ ναοῦ παρ' ἑκάτερα τὰ μέρη· ὁ δὲ ἱερεὺς ἵσταται κατ' αντικρὺς τῶν ἁγίων θυρῶν. Ἵσταται δὲ καὶ ὁ διάκονος ἐκ δεξιῶν τοῦ ἱερέως μικρὸν ἐκ πλαγίου, καὶ κύψας μικρὸν, κρατῶν καὶ τὸ ὡράριον (10) αὐτοῦ τοῖς τρισὶ δακτύλοις τῆς δεξιᾶς χειρὸς, λέγει μυστικῶς, ὅσον μόνον ἀκούειν τὸν ἱερέα· *Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.* Ὁ δὲ ἱερεὺς λέγει μυστικῶς τὴν εὐχὴν ταύτην· *Ἑσπέρας καὶ πρωΐ καὶ μεσημβρίας.* Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ἀνίστανται· καὶ λέγει ὁ διάκονος πρὸς τὸν ἱερέα, δεικνύων ἅμα καὶ πρὸς ἀνατολὰς μετὰ τοῦ ὡραρίου, κρατῶν αὐτὸ τοῖς τρισὶ δακτύλοις τῆς δεξιᾶς χειρός· *Εὐλόγησον, δέσποτα, τὴν ἁγίαν εἴσοδον·* καὶ ὁ ἱερεὺς εὐλογεῖ κατὰ ἀνατολὰς, λέγων· *Εὐλογημένη ἡ εἴσοδος τῶν ἁγίων σου, Κύριε.* Εἶτα ὁ διάκονος ἀπέρχεται, καὶ θυμιᾷ τὴν ἁγίαν εἰκόνα, τὴν εἰς τὸ στασίδιον τοῦ προεστῶτος, καὶ αὐτὸν τὸν προεστῶτα, καὶ πάλιν ἵσταται ἐν ᾧ τόπῳ πρότερον ἵστατο, περιμένων τὴν τοῦ στίχου ἐκπλήρωσιν. Πληρωθέντος δὲ, εἰσέρχεται ὁ διάκονος εἰς τὸ μέσον· καὶ χαράξας σταυρὸν μετὰ τοῦ θυμιατοῦ, ἐκφωνεῖ, *Σοφία, ὀρθοί*, καὶ εὐθὺς ὁ μὲν προεστὼς, ἢ ὁ ταχθεὶς μοναχὸς ψάλλει τὸ, *Φῶς ἱλαρόν.* Οἱ δὲ ἀναγνῶσται, αἴροντες πάλιν τὰς λαμπάδας, προπορεύονται μέχρι τῶν ἁγίων θυρῶν. Ὁ δὲ διάκονος, εἰσελθὼν ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος, θυμιᾷ τὴν ἁγίαν τράπεζαν. Ὁ δὲ ἱερεὺς προσκυνήσας ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ἀσπασάμενος αὐτὰς εἰσέρχεται, καὶ κλείονται τὰ ἅγια θύρια. Μετὰ δὲ τὸ τέλος τοῦ, *Φῶς ἱλαρόν*, λέγει ὁ διάκονος, *Πρόσσχωμεν*, καὶ ὁ ἱερεὺς, *Εἰρήνη πᾶσι*, καὶ πάλιν ὁ διάκονος, *Σοφία, πρόσσχωμεν.* Καὶ ψάλλεται τὸ προκείμενον τῆς ἡμέρας (11)· οὗ πληρωθέντος, ὁ διάκονος ἐξελθὼν, καὶ σταθεὶς ἐν τῷ συνήθει τόπῳ, λέγει· *Εἴπωμεν πάντες ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας ἡμῶν· εἴπωμεν*, καὶ τὰ λοιπά. Καὶ μετὰ τὴν ἐκφώνησιν λέγει ὁ ἱερεὺς, *Εἰρήνη πᾶσι*· ὁ διάκονος, *Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνωμεν.* Καὶ λέγει τὴν εὐχὴν, *Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ κλίνας οὐρανούς.* Καὶ ἐκφωνεῖ, *Εἰη τὸ κράτος τῆς βασιλείας σου εὐλογημένον.* Καὶ μετὰ τὴν ἐκφώνησιν ψάλλονται τὰ στιχηρὰ τῆς λιτῆς. Ὧν ψαλλομένων εἰσελθὼν ὁ διάκονος, καὶ λαβὼν τὸν θυμιατὸν, καὶ θυμίαμα βαλὼν, καὶ αἰτήσας εὐλογίαν συνήθως, ἐξέρχεται ἅμα τῷ ἱερεῖ διὰ τοῦ βορείου μέρους, κεκλεισμένων οὐσῶν τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ προπορευομένων τῶν λαμπάδων, καὶ διελθόντες διὰ τῶν ὡραίων πυλῶν, καὶ μετ' αὐτοὺς πάντες οἱ ἀδελφοὶ, ἵστανται ἐν τῷ νάρθηκι. Ψαλλόντων δὲ τῶν ἀδελφῶν, ὁ διάκονος θυμιᾷ πάντας συνήθως· μετὰ δὲ

humili voce quantum audiri possit a sacerdote, ait : *Dominum precemur.* Sacerdos autem secreto hanc orationem percurrit : *Vespere, et mane, et meridie.* Oratione terminata, erigunt cápita, et diacono sacerdotem compellente, eodemque plagam orientalem, stola tribus digitis dextræ manus apprehensa, demonstrante et dicente : *Benedic, domine, sanctum introitum*, benedicit sacerdos ad Orientem, et ait : *Benedictus introitus sanctorum tuorum, Domine.* Tunc diaconus discedit, et sanctam imaginem superioris sedili superpositam, ipsumque etiam superiorem incensat, et deinde in priori loco consistit, et psalmodiæ finem præstolatur. Quo adventante, procedit in medium, et cruce per aerem thuribulo efformata, exclamat : *Sapientia, recti :* et confestim præpositus vel præscriptus ad hoc monachus, *Lumen jucundum*, psallit. Lectores vero sublatis iterum cereis ad sacras usque fores progrediuntur, et diaconus sacrum tribunal introgressus sanctam mensam thurificat; sacerdos autem juxta sacras fores adoratione præmissa, easque deosculatus ingreditur, et obserantur illæ. Cantato, *Lumen jucundum*, dicit diaconus : *Attendamus.* Et sacerdos, *Pax omnibus.* Et iterum diaconus, *Sapientia, attendamus.* Et dici illius propositum cantant : quo completo, egreditur diaconus, et in solito loco stans, ait : *Dicamus omnes ex tota anima, et ex tota mente nostra : dicamus*, etc. Et post exclamationem dicit sacerdos : *Pax omnibus*, et diaconus : *Capita nostra Domino inclinemus*, et sacerdos dicit orationem : *Domine Deus noster, qui cœlos inclinasti ;* et exclamat : *Benedicta sit regni tui potestas.* Et post exclamationem processionis versus cantantur : iisque finitis, ingressus diaconus, thuribulo accepto, thure injecto, et petita benedictione, sanctis foribus clausis boreali latere simul cum sacerdote egreditur; et præcedentibus cereis, speciosas portas prætergrediuntur, quos reliqui fratres secuti stant in vestibulo. Fratres autem canentes diaconus incensat de more, et versibus terminatis in solito loco stans, ait : *Salva, Domine, populum tuum, et benedic hæreditati tuæ*, ad finem usque. Et cantatur : *Domine, miserere*, quadragesies. Et rursum ait : *Adhuc rogamus pro piissimis et a Deo custoditis regibus.* Et cantatur ter : *Domine, miserere.* Et iterum dicit : *Adhuc rogamus pro remissione peccatorum servi Dei N. consecrati monachi, et omni nostra in Christo fraternitate :* cum aliis petitionibus, hac maxime : *Ut sacrum hoc monasterium conservetur. Pro omni fidelium Christia-*

Jacobi Goari notæ.

(9) *Candelabra* quorum usus est in ecclesia, *ad manum*, ut Græcæ dictionis ad primitivam Latinam affinitas ostendit, gestari solita.

(10) Rem mysterio plenam et mentis attentione dignam, apprehensa tribus dextræ manus digitis stola, diaconus ubique demonstrat. Ejusmodi gestu de ingressu in sancta sacerdotem commonet, ut felix et triumphans sanctorum in cœlos introitus, ad æternæ vitæ lumen in miseræ hujus vitæ vespere, beate conspiciendum illo adumbretur. Hoc enim fine subjungit sacerdos : Εὐλογημένη ἡ εἴσοδος τῶν ἁγίων σου, Κύριε.

(11) *Versiculi duo* e psalmis Davidicis excerpti dicuntur προκείμενον δίστιχον, *prævium distichum*; vel scripturæ confestim post ipsos legendæ, vel rei alterius specialis decantandæ materiam et summam complectens : qui proprii sunt illius diei, προκείμενον τῆς ἡμέρας dicuntur.

Digitized by Google

norum anima, etc. Deinde sacerdos dicit : *Pax omnibus*. Diaconus : *Capita nostra Domino inclinemus*. Et sacerdos ad occidentem conversus stante a dextris ejus diacono, et dextræ tribus digitis stolam tenente, sequentem orationem elata voce profert : *Dominator, valde misericors, Domine Jesu Christe Deus noster*. Et cantatis versibus e versiculis Davidicis compositis præcedentibus cereis in templum cuncti revertuntur. Et candelabra quidem hinc inde ad dispositæ mensæ latera deponuntur, in qua cum frumento et quinque panibus in ecclesia offerri solitis appositus est discus : ad disci vero latus utrinque statuuntur vasa duo, hoc quidem vino, aliud vero oleo plenum, et vinum quidem a sinistris, a dextris autem oleum collocatur. Interim sacerdos speciosas portas penetrat : et finitis versibus e versiculis Davidicis compositis, dicitur : *Nunc dimittis : Ter sanctus ;* et post, *Pater noster*, sacerdos exclamat : *Quia tuum est regnum*. Et dici dimissorium cantatur, si Dominica sit, et *Deipara virgo* usque tertio : si vero magni alicujus sancti fiat memoria, bis ejus modulus recitatur, et semel : *Deipara virgo*. Si vero Christi Domini aut Dei genitricis sit festum, festi illius modulus usque tertio dicitur. Cantato itaque elata et lenta voce ultimo modulo, diaconus petita primum et obtenta thuris benedictione, cruciformiter panem suffumigat, et deinde superiorem, et iterum panes, ex parte sola anteriori. Propius autem sacerdote accedente, stat a dextris ejus diaconus, sinistra thuribulum, dextræ vero tribus digitis stolam tenens, et modulo completo quinque dictos panes stola demonstrans, ait : *Dominum precemur*. Et sacerdos dicit orationem : *Domine Jesu Christe, qui quinque panes benedixisti*. Et dicto a fratribus, *Benedicam Dominum*, ingreditur sacerdos cum diacono in sanctum tribunal, psalmumque absolvunt fratres usque ad : *Non minuentur omni bono*. E tribunali autem intus sacerdos exclamat : *Benedictio Domini super nos, ejus gratia et humanitate, ubique, nunc et semper, et in sæcula sæculorum*. Atque ita sacris vestibus exuuntur, et egrediuntur : et sacra lectione facta, dicit sacerdos : *Sanctorum Patrum nostrorum precibus*. Et siquidem nulla sit vigilia, post cantatos versus illos e Davidicis versiculis conflatos, sanctum tribunal sacerdos ingreditur, et dicto : *Ter sanctus*, exclamat, *Quia tuum est regnum, et virtus, et gloria*. Et canitur dimissorium. Foris autem diaconus stans modulo cantato, exclamat : *Benedic*. Et sacerdos intus : *Christus qui benedictus est, ubique, nunc et semper, et in sæcula sæculorum*. Et deinceps : *Confirma, Deus, reges*, canunt. Et submissa voce sacerdos dicit : *Deipara super omnes sancta, salva nos*. Fratres cantant : *Præ angelis venerandam*. Sacerdos iterum submisse : *Gloria tibi, Deus, spes nostra, gloria tibi*.

A τὴν συμπλήρωσιν τῶν στιχηρῶν, στὰς ἐν τῷ συνήθει τόπῳ λέγει· *Σῶσον, ὁ Θεὸς, τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου*, ἄχρι τέλους. Καὶ ψάλλεται τὸ, *Κύριε, ἐλέησον*, μ'. Εἶτα πάλιν λέγει· *Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων βασιλέων*. Καὶ ψάλλεται τὸ, *Ἐλέησον*, γ'. Καὶ πάλιν λέγει· *Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ τοῦ δεῖνα ἱερομονάχου, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος·* καὶ τὰς λοιπὰς δύο αἰτήσεις, τὴν, *Ὑπὲρ τοῦ διαφυλαχθῆναι τὴν ἁγίαν μονὴν ταύτην, καὶ ὑπὲρ πάσης ψυχῆς Χριστιανῶν ὀρθοδόξων*. Εἶθ' οὕτω λέγει ὁ ἱερεύς· *Εἰρήνη πᾶσιν*. Ὁ διάκονος· *Τὰς κεφαλὰς τῷ Κυρίῳ κλίνωμεν*. Καὶ ὁ ἱερεὺς, στραφεὶς πρὸς δυσμὰς ἱσταμένου τοῦ διακόνου ἐκ δε- B ξιῶν αὐτοῦ, κρατοῦντος τὸ ὡράριον τοῖς τρισὶ δακτύλοις τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, λέγει τὴν εὐχὴν ταύτην μεγαλοφώνως· *Δέσποτα πολυέλεε* (12), *Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν*. Καὶ ψαλλομένων τῶν ἀπὸ σχίσου στιχηρῶν, προπορευομένων τῶν λαμπάδων, εἰσέρχονται πάντες ἐν τῷ ναῷ. Καὶ τὰ μὲν μανουάλια τίθενται παρ' ἑκάτερα τοῦ προευτρεπισθέντος τετραποδίου, ἐν ᾧ κεῖται μετὰ σίτου καὶ πέντε ἄρτων δίσκος, ὧν ἔχομεν ἔθος προσφέρειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· παρ' ἑκάτερα δὲ τοῦ δίσκου ἀγγεῖα δύο, μεστὰ τὸ μὲν οἴνου, τὸ δὲ ἐλαίου. Κεῖται δὲ ὁ μὲν οἶνος ἐξ ἀριστερῶν, τὸ δὲ ἔλαιον ἐκ δεξιῶν. Ὁ δὲ ἱερεὺς ἅμα τῷ διακόνῳ ἵσταται ἔσωθεν τῶν ὡραίων πυλῶν. Πληρωθέντων τῶν ἀπὸ στίχου στιχηρῶν, λέγεται τὸ, *Νῦν* C *ἀπολύεις*, καὶ τὸ *τρισάγιον*, καὶ μετὰ τὸ, *Πάτερ ἡμῶν*, ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς· *Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία*. Καὶ ψάλλεται τὸ ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας, εἰ μέν ἐστι Κυριακὴ, τὸ, *Θεοτόκε Παρθένε*, ἐκ τρίτου· εἰ δὲ ἁγίου μνήμη μεγάλου, τὸ τροπάριον τοῦ ἁγίου ἐκ δευτέρου, καὶ τὸ, *Θεοτόκε Παρθένε*, ἅπαξ· εἰ δὲ Δεσποτικὴ ἑορτὴ, ἢ Θεομητορικὴ, καὶ τὸ τῆς ἑορτῆς ἐκ τρίτου. Ψαλλομένου οὖν τοῦ τελευταίου ἀπολυτικίου μεγαλοφώνως καὶ ἀργῶς, ὁ διάκονος πρότερον εὐλογίαν αἰτήσας ἐπὶ τῷ θυμιάματι παρὰ τοῦ ἱερέως καὶ λαβὼν, θυμιᾷ κύκλωθεν τὸν ἄρτον σταυροειδῶς, εἶτα τὸν ἡγούμενον, καὶ πάλιν τοὺς ἄρτους ἔμπροσθεν μόνον. Πλησιάζοντος δὲ τοῦ ἱερέως ἵσταται παρὰ τὸ δεξιὸν αὐτοῦ μέρος ὁ διάκονος, κρατῶν τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ τὸν θυμιατὸν, τοῖς δὲ τρισὶ δακτύλοις D τῆς δεξιᾶς τὸ ὡράριον, καὶ πληρωθέντος τοῦ τροπαρίου, δεικνύων μετὰ τοῦ ὡραρίου τοὺς πέντε ἄρτους λέγει· *Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν*, ὁ δὲ ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν· *Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ εὐλογήσας τοὺς πέντε ἄρτους*. Καὶ λεγομένου παρὰ τῶν ἀδελφῶν τοῦ, *Εὐλογήσω τὸν Κύριον*, εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς ἅμα τῷ διακόνῳ εἰς τὸ ἅγιον βῆμα. Λέγουσι δὲ τὸν ψαλμὸν οἱ ἀδελφοὶ μέχρι τοῦ, *Οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ*. Ὁ δὲ ἱερεὺς ἔνδοθεν τοῦ ἁγίου βήματος ἐκφωνεῖ, *Εὐλογία Κυρίου ἐφ' ἡμᾶς, τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων*. Καὶ

Jacobi Goari notæ.

(12) Reperitur infra inter Vespertinas hæc oratio.

Digitized by Google

οὕτω ἐκδύονται τὰς ἱερατικὰς στολὰς, καὶ ἐξέρχονται· καὶ τιθεμένης ἀναγνώσεως, λέγει ὁ ἱερεὺς στίχον· *Δι' εὐχῶν τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν* (13). Εἰ μέντοι οὐκ ἔχει ἀγρυπνίαν μετὰ τὴν τῶν ἀπὸ στίχου στιχηρῶν συμπλήρωσιν, ὁ μὲν ἱερεὺς εἰσέρχεται ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος, καὶ μετὰ τὸ τρισάγιον ἐκφωνεῖ· *Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα.* Καὶ ψάλλεται τὸ ἀπολυτίκιον. Ὁ δὲ διάκονος ἔξωθεν ἱστάμενος μετὰ τὸ τρισάγιον ἐκφωνεῖ· *Εὐλόγησον,* καὶ ὁ ἱερεὺς ἔνδοθεν· *Ὁ ὢν εὐλογητὸς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Καὶ ψάλλουσι τὸ, *Στερεώσαι ὁ Θεὸς τοὺς βασιλεῖς* (14). Καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει ἡσύχῳ φωνῇ· *Ὑπεραγία Θεοτόκε* (15), *σῶσον ἡμᾶς.* Οἱ ἀδελφοί· *Τὴν τιμιωτέραν* (16). Καὶ πάλιν ὁ ἱερεὺς ἡσύχως· *Δόξα σοι, ὁ Θεὸς, ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, δόξα σοι,* καὶ λέγουσιν οἱ ἀδελφοί, *Δόξα καὶ νῦν. Κύριε, εὐλόγησον.* Ὁ δὲ ἱερεὺς ἀνοίξας τὰ ἅγια θύρια, καλάσας τε τὸ φελώνιον, ἱσταμένου τοῦ διακόνου ἔξωθεν ἐκ δεξιῶν, καὶ τὸ ὡράριον κρατοῦντος συνήθως, λέγει τὴν ἀπόλυσιν ταύτην· *Χριστὸς ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου αὐτοῦ μητρὸς, τῶν ἁγίων ἐνδόξων, καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἐλεήσαι καὶ σώσαι ἡμᾶς ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.* Εἰ δὲ Δεσποτικὴ ἑορτὴ ἐστι, ποιεῖ τὴν ἀπόλυσιν καταλλήλως τῇ ἑορτῇ, εἰ δὲ μεγάλου τινὸς ἁγίου μνήμη, ἐκφωνεῖ ἐν τῇ ἀπολύσει (17) καὶ τὸ τοῦ ἁγίου ὄνομα. Εἰ μέντοι (18) ἐστὶ λιτὴ, μετὰ τὴν ἀπόλυσιν, λαβὼν ὁ διάκονος τὸν θυμιατὸν, ἐξέρχεται ἅμα τῷ ἱερεῖ, λαμπάδων προπορευομένων, καὶ γίνεται ἀπαραλλάκτως, καθὼς προεγράφη ἐν τῷ μεγάλῳ ἑσπερινῷ.

Εἰς τὸν ὄρθρον (19), εἰ μὲν ἀγρυπνία ἐστὶ μετὰ τὸ τέλος τῆς ἀναγνώσεως, εὐθὺς ὁ προεστὼς, ἢ ὁ ταχθεὶς μοναχὸς λέγει τὸν ἐξάψαλμον· εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἀγρυπνία, ἐνι δὲ Κυριακὴ, ψάλλεται ὁ τριαδικὸς κανών· καὶ εἰς τὸ τέλος τὸ, *Ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς.* Ἰστέον (20) ὅτι ἐν τῷ μεσονυκτικῷ (21) ἔξω τῶν ἁγίων θυρῶν γίνεται ἡ μεγάλη ἐκτενὴ (22), καὶ ὁ ἱερεὺς ἱστάμενος ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, ποιεῖ ἐκτενὴν μεγάλην *ὑπὲρ τοῦ διαφυλαχθῆναι τὴν πό-*

A Dicuntque fratres : *Gloria. Et nunc. Domine, benedic.* Sacerdos autem sanctis portis reseratis, et casula demissa, diacono etiam stante foris a dextris, et de more stolam apprehendente, dimissionem hanc pronuntiat : *Christus verus Deus noster precibus illibatæ suæ matris, sanctorum gloriosorum et percelebrium apostolorum, et omnium sanctorum, misereatur, et salvet nos, ut propitius et clemens.* Si vero Domini festus dies celebretur, dimissionem festo congruam facit ; si autem præcipui sancti festum sit, in dimissione nomen illius pronuntiat. Si procedendo supplicatio habenda est, facta dimissione, diaconus simul cum sacerdote cereis præcedentibus, et assumpto thuribulo egreditur, et nihilo immutato, prout in solemnibus B præscriptum est vesperis, absolvitur officium.

In laudibus vero, si vigilia præcesserit, lectione ad finem deducta, confestim superior, aut ordinatus ad hoc monachus, sex psalmos recitat : si nulla fuerit vigilia, Dominica vero dies sit, canon in Trinitatis laudem cantatur, cujus fini additur : *Vere dignum est.* Sciendum autem in Matutinis extra sacras fores deprecationem protensam fieri : C eamque sacerdos coram dictis foribus stans absolvit : *Ut conservetur civitas hæc.* Et, *Domine, mise-*

Jacobi Goari notæ.

(13) Lectionis sacræ, pluriumque monasticarum exercitationum hæc est conclusio : Δι' εὐχῶν τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐλέησον ἡμᾶς. Ἀμήν· sicut apud Latinos : *Tu autem, Domine, miserere nostri,* pronuntiatum, lectionibus finem solet imponere.

(14) Τὸ στερεώσαι ὁ Θεὸς τοὺς βασιλεῖς. Intellige eos cantare preces, quibus ut Deus reges confirmet, precantur. Illæ vero hujusmodi sunt : Ἐπουράνιε βασιλεῦ, τοὺς πιστοὺς βασιλεῖς ἡμῶν στερέωσον, τὴν πίστιν στήριξον, τὰ ἔθνη πράϋνον, τὸν κόσμον εἰρήνευσον, τὴν ἁγίαν μονὴν ταύτην καλῶς διαφύλαξον, τοὺς προαπελθόντας πατέρας καὶ ἀδελφοὺς ἡμῶν ἐν σκηναῖς δικαίων τάξον, καὶ ἡμᾶς ἐν μετανοίᾳ καὶ ἐξομολογήσει παράλαβε, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος : ipsique de se hujus orationis gratiam loquentes, στερεοῦμεν τοὺς βασιλεῖς, reges confirmamus id est, ut Deus eos confirmet, rogamus.

(15) Hujusmodi est hæc oratio : Ὑπεραγία Θεοτόκε, σῶσον ἡμᾶς : quam frequentius repetitam in Officio τῆς κατανυκτικῆς παρακλήσεως reperies.

(16) Ita pariter hæc alia legitur : Τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβὶμ, καὶ ἐνδοξοτέραν ἀσυγκρίτως τῶν Σεραφὶμ, τὴν ἀδιαφθόρως τὸν Λόγον Θεὸν τεκοῦσαν, τὴν ὄντως Θεοτόκον, σὲ μεγαλύνομεν.

(17) Ἐκφωνεῖ ἐντῇ ἀπολύσει τοῦ ἁγίου τὸ ὄνομα. Qua ratione sanctorum nomina ἐν ἀπολύσει commemorentur, constabit in operis hujus calce pene extrema.

(18) Superflua periodus ; repetit enim obscure quæ supra de supplicatione et processione scripta sunt.

(19) Hanc quoque superfluam esse, mox secutura legenti demonstrant.

(20) Incipit hinc explicatio ἱεροδιακονίας, *sacri ministerii* sacerdoti a diacono in Matutinis exhibendi.

(21) Ἐν τῷ μεσονυκτικῷ. Matutinas preces Græci vocant μεσονυκτικὸν, eo quod nunquam nisi *profunda nocte* in ecclesiis aliquas tunc etiam populus convenire cogitur, persolvantur : ὄρθρος autem a D mesonyctico distinguitur, sicut a Matutinis nostris laudes : laudibus quippe nostris correspondere ὄρθρον ex Græcorum Officiis compertum est, et ex Neophyti Rhodini Synopsi : Ἡ πρώτη ἀκολουθία εἶναι τὸ μεσονύκτιον ἀντόμα μὲ τὸν ὄρθρον : *primum officium* seu prima ejus pars, *est Matutinum cum laudibus* ; quamvis inficiari nequeam, ὄρθρου vocabulo, sicut et Latino *Matutinarum precum,* primam horam plerisque auctoribus antiquis (qui Matutinas nobis dictas, ipsi *Vigilias, nocturnos, orationemque nocturnam* vocabant) fuisse significatam.

(22) Illa est μεγάλη συναπτὴ, vel potius ea precum concatenata series, in qua τὸ ἐκτενῶς δεηθῶμεν inclamat diaconus ; cujus formam infra reperire est in Chrysostomi liturgia post Evangelii lectionem : illamque hac ratione Methodius lib. *De conversione ad fidem orthodoxam* ἐκτενὴ δέησιν, *supplicationem protensam,* esse definit.

Digitized by Google

vere, quadragies canitur, et fit dimissio, et incipit lectio. Sacerdos autem sanctum tribunal ingressus assumpta stola, solaque tribunalis porta reserata, exclamat : *Benedictus Deus noster, ubique, nunc et semper, et in sæcula sæculorum.* Et canitur : *Ter sanctus*, cum psalmis solitis, et iterum : *Ter sanctus.* Sacerdos autem porta boreali egressus, sacrarium, templumque totum, et fratres et vestibulum suffumigat : et ad utrumque, *Ter sanctus*, dicto, *Pater noster*, subdit : *Quia tuum est regnum et potestas.* Advertant porro qui canunt, et qui incensat, ut cum exclamationes habet, coram imagine Christi reperiatur. Toto vero templo suffumigato, et consuetis decantatis modulis, intus e sacro tribunali sacerdos exclamat : *Gloria sanctæ, et consubstantiali, et vivificæ, et individuæ Trinitati.* Et continuo superior, aut jussus quivis monachus sex laudum psalmos percurrit. Cum autem inceperit : *Domine, Deus salutis meæ*, secedit sacerdos, et coram sacris foribus nudo capite stat, et secreto auroræ pronuntiat orationes : et post laudum sex psalmos, magnam collectam profert, atque ita canitur : *Deus Dominus :* et reliquum de more officium. In uniuscujusque porro sessionis fine parvam collectam sacerdos recitat, et in prima quidem sessione exclamat : *Quia tua est potentia, et tuum est regnum, et tua est virtus.* In secunda vero : *Quia bonus et hominum amator Deus existis.* Post psalmum autem (CXXXIX), *Valde misericordem*, vel (CXVIII) dictum : *Immaculatum, Quia beneficium et glorificatum est venerandum et magnificum nomen tuum*, cantatisque gradualibus comite diacono sanctum tribunal sacerdos ingreditur, et benedicta ab eo dalmatica, consueto more diaconus induitur : pari-

A λιν ταύτην, καὶ ψάλλεται τὸ, *Κύριε, ἐλέησον* μ'· καὶ γίνεται ἀπόλυσις· καὶ τίθεται ἀνάγνωσις. Ὁ δὲ ἱερεὺς εἰσελθὼν ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι, καὶ βαλὼν ἐπιτραχήλιον, ἀνοίξας τὸ βημόθυρον (23) μόνον, ἐκφωνεῖ· *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* Καὶ ψάλλεται τὸ *Τρισάγιον*, καὶ οἱ συνήθεις ψαλμοί, καὶ πάλιν τὸ *Τρισάγιον.* Ὁ δὲ ἱερεὺς θυμιᾷ, τούτων ψαλλομένων, τό τε ἱερατεῖον καὶ τὸν ναὸν ἅπαντα, ἐξερχόμενος ἀπὸ τοῦ βορείου κλίτους, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τὸν νάρθηκα, ἐκφωνεῖ τε καὶ εἰς τὰ δύο *Τρισάγια* μετὰ τὸ, *Πάτερ ἡμῶν*, τὸ, *Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις.* Ὀφείλουσι δὲ ἔχειν ἀκρίβειαν οἱ ψάλλοντες, καὶ ὁ θυμιῶν ἵνα, ὅταν λέγῃ τὰς ἐκφωνήσεις, εὐ

B ρίσκωνται ἔμπροσθεν τῆς εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ. Μετὰ δὲ τὸ θυμιᾶσαι ἅπαντα τὸν ναὸν, πληρωθῆναί τε καὶ τὰ συνήθως ψαλλόμενα τροπάρια ἔνδοθεν τοῦ ἁγίου βήματος, ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεὺς τὸ, *Δόξα τῇ ἁγίᾳ, καὶ ὁμοουσίῳ, καὶ ζωοποιῷ, καὶ ἀδιαιρέτῳ Τριάδι.* Καὶ εὐθὺς ὁ προεστὼς, ἢ ὁ ταχθεὶς μοναχὸς, λέγει τὸν ἑξάψαλμον (25). Ὅταν δὲ ἄρξηται τοῦ, *Κύριε ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου*, ὑπέρχεται ὁ ἱερεὺς, καὶ ἵσταται ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν ἀσκεπὴς, καὶ λέγει μυστικῶς τὰς ἐωθινὰς εὐχάς· μετὰ δὲ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ ἑξαψάλμου λέγει τὴν μεγάλην συναπτὴν· καὶ οὕτω ψάλλεται τὸ, *Θεὸς Κύριος*, καὶ ἡ λοιπὴ ἀκολουθία ὡς συνήθως. Εἰς ἑνὸς δὲ ἑκάστου συμπλήρωσιν καθίσματος (26) ποιεῖ ὁ ἱερεὺς μικρὰν συναπτὴν, καὶ ἐκφωνεῖ εἰς μὲν τὸ πρῶτον κάθισμα, *Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις·* εἰς δὲ τὸ β', *Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις·* μετὰ δὲ τὸν *πολυέλεον* (27), ἢ τὸν *ἄμωμον*, *Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου.*

Jacobi Goari notæ.

(23) *Adyti januæ velum*, βηλόθυρον est : quæ vox e Latina simul et Græca componitur. Codinus cap. 17, Χρυσῶν βηλοθύρων τὴν ἀναβάθραν σκεπόντων, *aureis velis suggestum* imperatorium *tegi* describit. Utitur hac voce Guillelmus Bibliothecarius de Stephano sexto scribens : *Contulit in Basilica apostolorum cortynam lineam unam, Velothyra serica tria in circuitu altaris.*

(24) Verba quibus orationes cunctæ concluduntur, et quædam, alia altiori vocis tono a sacerdote pronuntianda, ἐκφωνήσεις vocantur, quas Justinianus imperator in No. Cons. 113, μὴ κατὰ σεσιωπημένον, ἀλλὰ μετὰ φωνῆς τῷ πιστοτάτῳ λαῷ ἐξηκουσμένης, *non tacite, sed voce a fideli populo percipienda* fieri præcipit.

(25) Hujus officii interpres in *Bibl. PP.* ut in multis errat, prave vocem ἑξάψαλμον *sextum psalmum* vertit : quæ germane *psalmos sex, vel senario numero comprehensos*, 3 videlicet, 37, 42, 87, 102, et 142 significat.

(26) Rarissime, et ferè nunquam in ecclesia sedent Græci : et in mentem Tertulliani, lib. *De Orat.* conspirasse videntur, dum ait, *Irreverens esse assidere sub conspectu, contraque conspectum ejus quem maxime revereari ac revereris, quanto magis sub conspectu Dei vivi, angelo adhuc orationis astante, factum istud religiosum est ? nisi exprobremus Deo quod nos oratio fatigaverit.* Raro etiam genuflectunt. Quamvis enim fateantur profestis, atque etiam aliis certis diebus in genua procumbendum, ut late ex PP. demonstrat Neophytus Rhodinus in vulgari sua synopsi cap. ult., unde et Evangelium audituris pronuntiatur Σοφία, ὀρθοί· Ἤκουν ὀρθῶς ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἐπὶ τὸ ὁποῖον φαίνεται ὅτι κρατιταὶ ἀκούουσιν τὴν λειτουργίαν οἱ παλαιοί. *Sapientia, recti. Corpore nimirum erecto stemus, et audiamus sanctum Evangelium. Unde conjicimus antiquos missæ interfuisse genuflexos.* Tamen quia festivis tantum diebus in ecclesiam conveniunt, adgeniculationibus ferialibus omnino sunt desueti. Habent nihilominus tempus aliquod sedendo permissum, καθίσματος verbo significatum : quo, ubi de Psalmis, intelligitur ea Psalterii pars quæ sedendo dicitur : ubi de Canticis illud etiam est, quod ut cantoribus levamen concedatur, sedendo persolvitur.

(27) Psalmus 135, a laudata et frequentius memorata *plurima Dei misericordia*, πολυελέου nomen accepit : sicut et Psalmus CXVIII, μακάριοι ἄμωμοι, a voce secunda qua incipit, vulgo ἄμωμος vocatur. Atque insuper cum tunc plurimas e ramosa machina in medio chori appensas lampades accendant : machinam eamdem Cedreno πολυκάνδηλα, Codino πολύφατον λυχνίαν, Symeoni Thessalonicensi πολύφωτα, antiquis πολυλύχνιον, *a luminum lampadumque numero copioso*, dictam ; ipsi πολυέλεον a *repetita* tunc *misericordiæ* voce, vel a *plurimo oleo* abundantis misericordiæ divinæ argumento vocare jam sunt assueti.

Digitized by Google

Τῶν δὲ ἀναβαθμῶν ψαλλομένων, εἰσέρχεται ὁ ἱερεὺς ἅμα τῷ διακόνῳ ἐντὸς τοῦ ἁγίου βήματος, καὶ εὐλογήσαντος τοῦ ἱερέως τὸ στοιχάριον, ἐνδύεται τοῦτο ὁ διάκονος συνήθως· ὁμοίως καὶ ὁ ἱερεὺς ἐνδύεται ἐπιτραχήλιον καὶ φελώνιον· καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν ἀντιφώνων ψάλλεται τὸ προκείμενον τῆς ἑορτῆς, ἢ τῆς Κυριακῆς· καὶ μετὰ τοῦτο λέγει ὁ διάκονος, *Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.* Καὶ ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς, *Ὅτι ἅγιος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐν ἁγίοις ἐπαναπαύῃ, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν.* Καὶ ψάλλεται τὸ, *Πᾶσα πνοή.* Ἔπειτα ὁ διάκονος, *Σοφία. Ὀρθοὶ ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου.* Ὁ ἱερεύς, *Εἰρήνη πᾶσι.* Καὶ εὐθὺς ἐπιφέρει, *Ἐκ τοῦ κατὰ τόνδε ἁγίου Εὐαγγελίου τὸ ἀνάγνωσμα.* Καὶ ὁ λαός, *Δόξα σοι, Κύριε, δόξα σοι.* Ὁ διάκονος, *Προσσχῶμεν.* Καὶ ἀναγινώσκει ὁ ἱερεὺς τὸ Εὐαγγέλιον. Οὗ πληρωθέντος ψάλλουσιν οἱ ἀδελφοί, *Ἀνάστασιν Χριστοῦ θεασάμενοι* (εἰ ἔστιν Κυριακὴ δηλονότι), καὶ τὸν πεντηκοστὸν μετὰ μέλους. Ὁ δὲ ἱερεὺς χαλάσας τὸ φελώνιον καὶ βαστάζων τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον ἔμπροσθεν τοῦ στήθους, ἐξέρχεται, καὶ ἵσταται εἰς τὴν μέσην τοῦ ναοῦ, καὶ ὁ ἀναγνώστης ἢ ὁ εὐταξίας ἵσταται δεξιόθεν αὐτοῦ, κατέχων μανουάλιον μετὰ λαμπάδος ἡμμένης, καὶ γίνεται ὁ ἀσπασμὸς (28) τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου παρὰ τῶν ἀδελφῶν συνήθως. Ἐν ἄλλῃ δὲ ἑορτῇ οὐ γίνεται ὁ ἀσπασμὸς εἰ μὴ μόνον ἐν Κυριακῇ· οὗ πληρωθέντος, ψάλλεται τὰ συνήθη τροπάρια. Καὶ ἐξερχίμενος ὁ διάκονος, ἵσταται ἐν τῷ συνήθει τόπῳ, καὶ λέγει μεγαλοφώνως, *Σῶσον, ὁ Θεός, τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίάν σου. Ἐπίσκεψαι τὸν κόσμον σου ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, ὕψωσον κέρας Χριστιανῶν ὀρθοδόξων, καὶ κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου τὰ πλούσια, πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῇ δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, προστασίαις τῶν τιμίων ἐπουρανίων δυνάμεων ἀσωμάτων.* Καὶ ψάλλεται τὸ, *Κύριε, ἐλέησον*, ιβ', καὶ οὕτως ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς, *Ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ.* Τῶν δὲ κανόνων ψαλλομένων, ὁ μὲν ἱερεὺς ἐξέρχεται, καὶ ἵσταται ἐν τῷ δεξιῷ χορῷ, εἰς τὸν συνήθη τόπον. Ὁ δὲ διάκονος λαῶν πρότερον εὐλογίαν ἐπὶ τῷ θυμιάματι, θυμιᾷ πρῶτον τὸ ἱερατεῖον ἅπαν, εἶτα ἐξέρχεται διὰ τοῦ βορείου κλίτους, καὶ χαράττει σταυρὸν ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν· καὶ θυμιᾷ πρῶτον τὰς εἰκόνας τὰς ἐν τῷ δεξιῷ μέρει ἱσταμένας πάσας, καὶ ἀπέρχεται εἰς τὸ σίγνον τῆς μονῆς (29), καὶ χαράξας ἐν αὐτῷ σταυρὸν, στρέφεται πρὸς δυσμάς· καὶ στὰς ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ναοῦ, χαράττει σταυρὸν, καὶ ἀπέρχεται, καὶ θυμιᾷ πρῶτον τὴν εἰκόνα τὴν εἰς τὸ στασίδιον τοῦ προεστῶτος ἱσταμένην, εἶτα τὸν προεστῶτα, καὶ καθεξῆς τοὺς ἀδελφοὺς τοῦ δεξιοῦ χοροῦ· μετὰ

A que ratione stola et casula ornat se sacerdos: terminatisque antiphonis, festi vel Dominicæ propositum canitur. Post hæc dicit diaconus: *Dominum precemur.* Exclamatque sacerdos: *Quia sanctus es Deus noster, et in sanctis requiescis, et tibi gloriam referimus.* Et cantatur: *Omnis spiritus.* Et deinde diaconus: *Sapientia, recti. Audiamus sanctum Evangelium.* Sacerdos: *Pax omnibus.* Et statim subinfert: *Evangelii secundum talem lectio.* Et populus: *Gloria tibi, Domine, gloria tibi.* Diaconus: *Attendamus.* Et decurrit sacerdos Evangelium. Eoque lecto cantant fratres, *Resurrectionem Christi contemplati* (si videlicet Dominica fuerit), et voce suavi psalmum quinquagesimum. Sacerdos vero casula demissa sanctum Evangelium
B in pectore deferens egreditur, et in medio templi stat; et ab ejus dextris lector, aut a cæremoniis, candelabrum cum cereo accenso tenet, et pro more fit sancti Evangelii salutatio. In alio porro festo omittitur, nisi forte in Dominica. Hoc peracto consueti moduli cantantur. Et egressus diaconus in proprio sibi loco consistit, et elata voce ait: *Salva, Deus, populum tuum, et benedic hæreditati tuæ. Visita orbem tuum in misericordia et miserationibus, fidelium Christianorum cornu exalta, et abundantes tuas misericordias ad nos mitte; precibus illibatæ dominæ nostræ Deiparæ et semper Virginis Mariæ, virtute pretiosæ et vivificæ crucis, protectione venerandarum, cœlestium, incorporearum virtutum.* Et
C cantatur, *Domine, miserere*, duodecim vicibus, et exclamat sacerdos: *Misericordia, et miserationibus, et humanitate.* Canonibus porro cantatis egressus sacerdos, in dextro choro stat loco sibi proprio; diaconus thuris prius accepta benedictione, sacrarium totum thurificat et porta boreali progressus, coram sacris foribus thuribulo crucem efformat; et suffumigatis primo cunctis a dextris pictis imaginibus ad signum monasterii patronum vadit, versusque illud cruce efformata, ad occidentem conversus, et in medio templo stans ibi rursum cruciformiter incensat: et ultra progressus prius suffumigat imaginem superioris sedili appensam, mox superiorem ipsum, deinceps chori dextri fratres.
Utroque autem choro incensato, in medio stans,
D et ad meridiem conversus, crucem efformat. Dum vero suffumigat, reverentiam exhibent suffumigati, et vicissim paululum inclinatus honorem rependit. Facta autem ultima hac cruce, ad dextrum chorum secedit, et imaginibus ibi positis thure honoratis, eodem etiam, a sanctis imaginibus facto initio, fratres lustrat, ad speciosas usque portas digressus, cunctique illum venerantur, et ipse vicissim aliquali veneratione alios excipit. Peracto ritu circa hunc chorum, rursum in medio consistit respiciens

Jacobi Goari notæ.

(28) Vertit interpres in *Biblioth. PP. Salutatio*. Bene quidem, ad communem et usitatum sensum; at non simplex salutatio est ἀσπασμὸς, sed quæ osculo fixo perficitur.

(29) Sanctus cui monasterium vel ecclesia dedicata est, imaginem in tabulato seu cancellis habet; et illa est, quæ hic suffumigari præcipitur, et ἅγιος τῆς μονῆς vocatur.

Digitized by Google

ΦΙΛΟΘΕΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΕΓΚΩΜΙΑΣΤΙΚΟΣ

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΜΕΓΑΛΟΥΣ ΙΕΡΑΡΧΑΣ, ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟΥΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΥΣ, ΒΑΣΙΛΕΙΟΝ ΤΟΝ ΜΕΓΑΝ, ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ ΤΟΝ ΘΕΟΛΟΓΟΝ, ΚΑΙ ΙΩΑΝΝΗΝ ΤΟΝ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΝ.

—

PHILOTHEI PATRIARCHÆ

IN EXIMIOS PONTIFICES ET ORBIS TERRARUM DOCTORES, BASILIUM MAGNUM, GREGORIUM THEOLOGUM, ET JOANNEM CHRYSOSTOMUM, LAUDATIO.

(Ex Ducæi Supplemento.)

—

Magistros nostros discipuli laudibus efferamus, parentes liberi pro eo ac decet honoremus. Tres philosophos et Ecclesiæ sapientes atque oratores, Ecclesiæ filii, augustæque Trinitatis adoratores pro virili concelebremus. Orationem citra controversiam eloquentibus, et divinum simul humanumque λόγον spirantibus, eorum auditores, et per eos cœlestibus imbuti mysteriis pro munere consecremus : orationem, non qualem ipsi repudiarunt ac rejecerunt, sed qualem se dilexisse iidem testificati sunt. Neque enim quia virorum istorum excellentium præstantia, et cogitationes nostras et dicendi copiam tantopere vincit, ut ne medium quidem magnitudinis ejus possimus attingere, idcirco etiam silendum, illorumque prædicatio penitus recusanda est : quin toto pectore annitendum, ut potius quem debemus, hinc Patribus nostris amorem pro virili persolvamus. Inde siquidem apertum fiet, nec nos ingenii excelsitate, nec eloquentiæ viribus confisos, verum fide tantummodo et charitate atque, ut ita dicam, ipso debito compulsos, vel majus quoddam onus, quam pro humeris sustulisse : quando et Deum ipsum, quanquam natura imperatores ac principes universos infinitis partibus excedentem, ut possumus, veneramur, et quæ suppetunt, seu obolos duos, seu frustum panis, seu calicem aquæ frigidæ, seu longe minimum, quidpiam eidem pie offerimus ac libamus. Nec usque in hunc diem, aut sordium aut torporis postulatus est quisquam, quia non aliquid pro dignitate, sed pro recula sua obtulerit. Illi magis in reprehensionem incurrunt, qui quod poterant, sponte neglexerunt : quandoquidem et illustrium istorum præclarum illud consilium est : *In conspectu Dei* (juxta ejus oraculum videlicet) *non apparere vacuum* [1]; nec, quoniam quis ab omnibus relinquitur, ideo omnia relinquere, sed hoc offerre, ad hoc offerendum animo ac voluntate

[1] Exod. xxiii, 15.

Τοὺς διδασκάλους ἡμῶν ἐπαινέσωμεν· τοὺς πατέρας οἱ παῖδες κατὰ χρέος τιμήσωμεν. Τοὺς τρεῖς φιλοσόφους καὶ σοφοὺς τῆς Ἐκκλησίας ῥήτορας, τὰ τέκνα τῆς Ἐκκλησίας, οἱ προσκυνηταὶ τῆς μεγάλης Τριάδος, κατὰ δύναμιν εὐφημήσωμεν. Τοὺς λόγους τοῖς ὄντως λογίοις, καὶ λόγον ὁμοῦ πνεύσασι τόν τε θεῖον ἅμα καὶ τὸν ἀνθρώπινον, οἱ τούτων ἀκροαταὶ καὶ μύσται δῶρον προσάξωμεν· λόγους, οὐχ οὓς ἔρριψαν, ἀλλ' οὓσπερ ἠγάπησαν, ὡς αὐτοί φασιν. Οὐδὲ γὰρ ὅτι τοσοῦτον ἡ τῶν μεγάλων ἀξία τὸν ἡμέτερον ὑπερβαίνει καὶ νοῦν καὶ λόγον, ὡς μηδὲ μετρεῖν δι' ὑπερβολὴν ἐξεῖναι τὸ μέσον, καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἡμῖν λόγον, καὶ τὴν εὐφημίαν παραιτητέον καθάπαξ· οὐδὲ γὰρ ὅσιον· ἀλλὰ τοῖς κατὰ δύναμιν μᾶλλον ἐγχειρητέον, ἵνα καὶ μᾶλλον τὸ φίλτρον ἐντεῦθεν, καὶ τὸ χρέος ἐκ τῶν ἐνόντων, τοῖς Πατράσιν ἐκτίσωμεν. Δείξομεν ἐκ τούτου καὶ γὰρ, ὡς οὐ διανοίας ὕψει καὶ λόγου ῥώμῃ τεθαῤῥηκότες, ἀλλὰ πίστει μόνῃ, καὶ πόθῳ, καὶ τῷ τοῦ χρέους, ὡς εἰπεῖν, ἠναγκάσθαι, καὶ τοῖς τὴν δύναμιν ὑπερβαίνουσιν ἐπιβάλλομεν· ἐπεὶ καὶ Θεὸν αὐτὸν, καίτοι γε τὸ πάντων κράτος, καὶ τὴν ἀρχὴν ὑπερφυῶς κατὰ φύσιν ἀνῃρμένον, ἐκ τῶν ἐνόντων τιμῶμεν, καὶ ὧν εὐποροῦμεν εὐσεβῶς ἀπαρχόμεθα, κἂν ὀβολοὶ δύο, κἂν ἄρτου τρύφος, κἂν ποτήριον ὕδατος τὸ προσφερόμενον ᾖ, κἂν τὸ πάνυ σμικρότατον. Καὶ οὐδεὶς ἐς δεῦρο μικρολογίας ἢ ῥᾳθυμίας ἑάλω, ὅτι μὴ τὸ πρὸς ἀξίαν, ἀλλὰ τὸ πρὸς δύναμιν δήπου προσήνεγκεν. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μᾶλλον ὑπὸ μέμψιν δικαίαν, ὅσοι γε τοῦ κατὰ δύναμιν ἐκόντες ἠμέλησαν. Ἐπεὶ καὶ τῶν μεγάλων τούτων ἐκεῖνο θαυμαστὴ συμβουλὴ καὶ παραίνεσις, τὸ *μὴ κενὸν ἐναντίον ὁρᾶσθαι Θεοῦ*, κατὰ τοὺς ἐκείνου δηλονότι χρησμούς· μηδὲ ὅτι τοῦ παντὸς λείπεταί τις, τὸ πᾶν ἐλλείπειν, ἀλλὰ τὸ μὲν εἰσφέρειν, τὸ δὲ προθυμεῖσθαι, ὑπὲρ δὲ τοῦ συγγνώμην δεῖσθαι δοῦῆναι τῇ ἀσθενείᾳ, ἕκαστον ἐκ τῶν παρόντων καρποφοροῦντα Θεῷ καὶ τῶν οἰκείων.

Digitized by Google

paratum esse : pro hoc imbecillitati veniam rogitare, et unumquemque ex his quæ propria possidet, fructum Deo dedicare.

Ἀλλὰ δεῦρό μοι, τῶν Πατέρων ἡ θαυμαστὴ τῷ A ὄντι τριὰς, οἱ τῆς μεγάλης Τριάδος καὶ μύσται, καὶ φίλοι, καὶ ὑπηρέται· μετὰ τοὺς πρώτους, φημὶ, μαθητὰς, καὶ ὑπηρέτας, καὶ φίλους τοῦ Λόγου· οἱ νυμφαγωγοὶ καὶ νυμφίοι, καὶ παῖδες ὁμοῦ τῆς ἀληθινῆς καὶ πρώτης σοφίας, ἣν καὶ αὐτοὶ ἐφιλήσατε, κατὰ τὸν σοφὸν ἐκεῖνον, καὶ ἣν ἐκ νεότητος ἐκζητήσαντες, ὑπὲρ ἐκεῖνον ταύτην καλῶς καὶ συνήφθητε καὶ ἡρμόσθητε. Δεῦρο τοιγαροῦν ἡ τῆς πίστεως καὶ τοῦ λόγου βάσις, ὁ τὸν θεῖον λόγον, καὶ τὴν πυρίνην αὐχῶν γλῶτταν, ὁ καὶ ψυχὴν, καὶ γλῶτταν, καὶ τἄλλα πάντα χρυσοῦς. Εἰ καὶ μὴ συμφυΐα, καὶ ὁμοτιμία, καὶ ἕνωσις, συνεργάσασθέ μοι τὴν κοινὴν ὑμῶν εὐφημίαν, εἰ καὶ ὑπὲρ ὑμᾶς, ὅπερ εἶπον, ὁ πρὸς τοὺς μεγάλους ὑμᾶς κατὰ πολὺ λόγος, καὶ λόγον διδόντες, καὶ διανοίας ἁπτόμενοι, καὶ τὴν B γλῶτταν ἀοράτως ὑποκινοῦντες, καὶ χειραγωγοῦντες, τῇ δυνάμει τοῦ ἐν ὑμῖν πνεύματος. Ἔδει μὲν οὖν κατά γε τὸν ὑμέτερον (ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν φημι) μέγαν καὶ σοφώτατον λόγον ἐκεῖνον τὰς ὑμῶν παρεῖναι φωνὰς τοῖς ἐπαινεῖν ἐπιχειροῦσιν ὑμᾶς· ἐκεῖναι καὶ γὰρ ἂν μόναι τὸ πρὸς ἀξίαν εἰργάσαντο. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο, Πέτρον ἂν εἶπον ἐγὼ, καὶ Ἰωάννην καὶ Παῦλον, τὴν τριάδα τῶν κορυφαίων, τῶν πρώτων μαθητῶν τε καὶ ἀποστόλων τοῦ Λόγου, τὰ τοῦ Πνεύματος πρῶτα καὶ δοχεῖα, καὶ ὄργανα, τοῦτον ὑπεισελθεῖν ἀξίους εἶναι τὸν ἆθλον, καὶ τοῖς ὁμοτίμοις, καὶ φίλοις, καὶ σπουδασταῖς, καὶ συναγωνισταῖς τῶν αὐτῶν κατάλληλον καὶ προσφυᾶ τινα πλέξαι τὸν ἔπαινον. Ἀλλ' ἐπεὶ τῶν ἀδυνάτων ἐκεῖνα καὶ ὑμεῖς C ἐρεῖτε καθάπαξ, μετριάσετε οἶδ' ὅτι καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἐντελῆ καὶ σμικρὰ ταῦτα, οἱ συμπαθεῖς τε καὶ φιλάνθρωποι, καὶ παντάχοῦ τὸ μέτριον ἐπαινέσαντες ὄντως, καὶ Χριστὸν, εἴπερ τινὲς ἄλλοι, κἀν τούτῳ θαυμαστῶς μιμησάμενοι. Ἄλλως τε καὶ ὅτι μὴ τοῖς παρ' ὑμῶν αὐτῶν τεθαῤῥηκότες ἡμεῖς, τίσι καὶ γὰρ καὶ ὁποίοις ἐκείνοις; ἀλλὰ τοῖς ὑμετέροις μᾶλλον, καὶ οἷσπερ αὐτοὶ Θεόν τε καὶ ἀλλήλους προσείπετε, τὰ ὑμῶν ὑμῖν αὖθις εἰσφέρομεν ὡς ἡ δύναμις. Δηλώσει δὲ καὶ ὁ λόγος.

Adesdum igitur, admiranda sane Patrum trinitas, magnæ illius Trinitatis mysteriorum conscii, et amici, et ministri : post primos, inquam, discipulos, et ministros, et amicos Verbi : deductores sponsæ, et ipsimet sponsi, et simul filii veræ ac principis sapientiæ, quam et vos juxta sapientem illum amavistis, et a juventute vestra exquisivistis : et cum qua supra quam ille præclare conjuncti et copulati estis. Adesdum ergo, fidei et doctrinæ sacræ stabilimentum, cujus divina est oratio, et lingua ignea, qui et anima, et lingua, et cætera omnia es aureus. Et quanquam nullum mihi vinculum vobiscum, nec honos par, nec ulla conjunctio ; et quanquam de vobis tam excellentibus viris habenda oratio vires meas, ut dixi, multum superat, tamen ad commune vestrum encomium mihi opitulamini, et ingenium excitate, verba subministrate, linguamque inaspectabili modo dirigite, et me manuducite, virtute spiritus illius qui in vobis habitavit. Oportebat nimirum de vestris laudibus dicturum, vestram quoque insignem illam, ac sapientia refertam eloquentiam, vestrasque voces habere ; solæ enim illæ rem pro dignitate conficerent. Alioqui, Petrum ego et Joannem, et Paulum, coryphæorum ac primorum discipulorum apostolorumque verbi triadem, Spiritus sancti præcipua domicilia et instrumenta affirmarem ego dignos esse qui hoc negotii susciperent, et æque honoratis, amicis, ac studiosis sui, et certaminum sociis congruentem atque accommodatam laudationem contexerent. Verum quoniam id vobis quoque assentientibus fieri prorsus nequit, tenuitatem nostram moderate feretis, sat scio, vos, qui aliena sentitis incommoda : vos humani, et qui modestiam locis omnibus revera commendastis, Christumque in hoc etiam, ut si qui alii, mirandum in modum imitati estis. Præsertim cum haud a nobis excogitatis et inventis, sed vestris potius de Deo, et inter vos sermonibus confidentes, vestra vobis quantum possumus retribuamus ; id quod deinceps oratio declarabit.

Νόμους μὲν οὖν ἐγκωμίων τῶν ἔξω, οἱ πατρίδα, καὶ γένος, καὶ πλοῦτον, καὶ δὴ καὶ σώματος ῥώμην, καὶ κάλλος, καὶ τὰ τοιαῦτα περιεργάζεσθαι πρὸ D τῶν ἄλλων καὶ πολυπραγμονεῖν ἀξιοῦσι, παραιτητέον ἡμῖν ἐνταῦθα, οὐ μόνον ὅτι καταφρονηταὶ πάντων ἐκείνων, καὶ ὑπὲρ τὰ κάτω καὶ τὸν κόσμον οἱ ὑπερκόσμιοι οὗτοι· ἀλλ' ὅτι μηδὲ ταῖς μὲν μορφαῖς καὶ ταῖς χρόαις δοκιμάζεσθαι, κατὰ τῶν ἵππων τοὺς εὐγενεστάτους ἢ ἀτιμοτάτους, ἡμῶν δὲ ζωγραφεῖσθαι τοῖς ἔξωθεν, δίκαιόν τε καὶ εὐπρεπὲς εἶναι οἱ αὐτοὶ μάλα καλῶς εἶπον. Ἐκείνοις δὲ μόνοις πρὸς τὴν εὐφημίαν τῶν μεγάλων ἀπὸ μέρους χρηστέον, τοῖς οἰκειοτάτοις, καὶ γνησίοις αὐτῶν τούτων, καὶ εἰς αὐτοὶ τοὺς αὐτῶν ὁμοτρόπους καὶ Θεοῦ φίλους, μάρτυράς φημι, καὶ Πατέρας, καὶ διδασκάλους,

Leges itaque et locos encomiorum, a profanis dicendi magistris præscriptos, qui patriam, genus, divitias, corporis item robur, speciem liberalem, et similia curiose in primis inquirenda et scrutanda censent, in hoc argumento præteribimus, non solum quod hi viri omnia illa despexerunt, seseque supra res infimas et supra mundum ipsum extulerunt : sed quod ipsimet, quemadmodum equos generosissimos aut abjectissimos, non ex forma aut colore probari ; ita nec hominem extremis depingi ac describi justum et decorum percommode scripserunt, et iis duntaxat ad eorum præconii partem aliquam utemur, quæ ipsorum in primis propria et germana sunt, et quibus sui similes, ac Dei amicos, martyres, inquam, Pa-

Digitized by Google

tres ac doctores suos in scriptis suis admirabiliter collaudarunt. Spero igitur neminem alienarum orationum censorem ac judicem, alicujus ineptiæ aut furti nos damnaturum, si eorum verbis, divinisque dictis ac sententiis uberius adhibitis, cum ipsos, tum orationem nostram cohonestaverimus, idque remote fortassis ab oratorum consuetudine, ut nonnulli existimabunt. Primum enim non solum a justitia ac pietate abhorrens, sed rapinæ et avaritiæ quoque affine arbitror, ubi ipsimet sua proferre in medium possunt, nos illis sermonem non cedere, locumque dare, et cum silentio (sicut in mysteriorum ritibus) auscultare, verum impudenter et confidenter agere, et propria audere contra obtrudere. Deinde istud nec inusitatum est, nec a more sanctorum optimorumque virorum alienum. Constat enim non modo majores nostros, homines sapientes et integros istam rationem perstudiose tenuisse in orationibus, quas de clarissimis hisce viris contexuerunt, sed insuper hos ipsos sapientiæ doctores inclytos in suis ipsorum voluminibus id factitasse comperimus, ut sua a semetipsis velut mutuarentur, et cum sacra mysteria tractarent, et cum vicissim sese et amicos sanctis laudibus prosequerentur: qua quidem ratione hujus rei quasi typum et exemplar imitatoribus suis præmonstrarunt. Jam si tertiam responsionem requiris, est in promptu etiam tertia, ardor et amor incredibilis, et, ut ita vocemus, malacia quædam erga scripta, et tonitrua illa divina, et sine dubio sacrum nectar, quo nos illa sive audiendo, sive legendo, sive scribendo, sive ut usus postulavit, adhibendo satiari et expleri nunquam potuimus. Quamobrem ad eos eorumque laudes deprædicandas aliquando accedamus.

Hi secundum altissimam vereque inexplicabilem ac divinam providentiam, quæ multo ante (ut ipsi quoque docent) magnarum rerum principia et fundamenta ponere solet, in medio Christi Ecclesiæ nati sunt, sive terrenam et corpoream generationem, sive supernam, sublimem ac divinam, quam sanctus David diei generationem, et nocturnæ generationi contrariam dixit[1], sive ambas spectare voluerimus. Et cum hanc solam (spiritualem generationem) sibi et matrem, et nutricem, et patriam, et genus, et quidquid est hujusmodi, statuissent, primum ab ea afiti sunt, fideique ac pietatis purum, ac sine dolo lac, introductorios et initiatorios sermones ejus hauserunt, et cum illis, ac post illos orbem disciplinarum liberalium excoluerunt. Ubi vero perfectioribus illis doctrinis, externaque sapientia opus fuit (requiritur enim, inquiunt ipsimet, etiam vis dicendi ad animi sensa explicanda: intelligentia siquidem, quæ explicare se nescit, motus torpentium est), suis telis rectæ doctrinæ fidei adversantes, et apud semetipsos sapientes ac scientes feriendos, et supercilium,

[1] Psal. xviii, 1 seqq.

θαυμαστῶς τοῖς ἑαυτῶν λόγοις προσεῖπον. Οὐκ ἂν δέ τις τῶν λόγους ἐξεταζόντων, ἀπειροκαλίας τινὸς ἢ καὶ κλοπῆς ἡμᾶς ἑλεῖν ἐθελήσῃ, ὥς γε ἐγὼ νομίζω, εἰ τοῖς τούτων ἐπὶ μακρὸν χρησόμεθα λόγοις, καὶ ταῖς αὐτῶν θεολογίαις καὶ γνώμαις αὐτούς τε καὶ τὸν ἡμέτερον κοσμήσαιμεν λόγον, ἴσως καὶ πόρρω τῆς ἐν τοῖς λόγοις συνηθείας, ὡς ἄν τισι δόξῃ. Πρῶτον μέν, ὅτι μὴ μόνον οὐχ ὅσιον, οὐδ' εὐλαβὲς ἐκεῖ.ο νομίζω, ἀλλὰ καὶ ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας οὐ πόρρω, τὸ ἐν οἷς ἔξεστι τούτους τὰ ἑαυτῶν λέγειν, μὴ παραχωρεῖν ἡμᾶς ἐκείνοις τοῦ λόγου, μηδ' ὑπεξίστασθαι, σιγῇ τὴν ἀκοὴν ὑπέχοντας μόνην, ὡς ἐν τελετῇ μυστηρίων, ἀλλ' ἀναισχυντεῖν, καὶ θρασύνεσθαι, καὶ τὰ ἑαυτῶν τολμᾷν ἀντεισάγειν· δεύτερον δ' ὅτι μηδὲ τῆς συνηθείας, μηδὲ τῶν ἱερῶν τοῦτο πόρρω καὶ τῶν ἀρίστων. Οὐ μόνον γὰρ τοὺς πρὸ ἡμῶν σοφούς τε καὶ ἀγαθοὺς εὑρίσκομεν ἄνδρας τούτῳ χρησαμένους τῷ τρόπῳ μετὰ πολλῆς τῆς φιλοτιμίας ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν μεγάλων τούτων, φημι, λόγοις, ἀλλ' ἔτι καὶ τούτους αὐτοὺς τοὺς τῆς σοφίας θαυμαστοὺς διδασκάλους ἐν τοῖς ἰδίοις αὐτῶν λόγοις τοῦτο πολλάκις ποιοῦντας ὁρῶμεν, τὰ αὐτῶν παρ' ἑαυτῶν ὥσπερ δανειζομένους ἔν τε τοῖς ὑπὲρ τῶν ἱερῶν μυστηρίων, ἔν τε τοῖς ἀλλήλων καὶ τοῖς τῶν φίλων ἱεροῖς ἐγκωμίοις, τύπους ὡσανεὶ καὶ παράδειγμα γιγνομένους καὶ τούτου τοῖς τὰ ἐκείνων ἐζηλωκόσιν. Εἰ δὲ καὶ τρίτον ζητοίης, πρόσεστι καὶ τρίτον, τὸ τοῦ φίλτρου καὶ τοῦ ἔρωτος, καὶ τῆς μαλακίας, ἵν' οὕτως εἴπω, τῆς πρὸς τοὺς λόγους, καὶ τὰς βροντὰς ἐκείνας θεσπεσίας, καὶ τὸ ἱερὸν ὄντως νέκταρ, οὗ μηδὲ κόρον ἡμεῖς ἔχομέν ποτε, καὶ ἀκούοντες, καὶ ἀναγινώσκοντες, καὶ γράφοντες καὶ χρώμενοι τούτοις, ἔν γε τῷ ἰσταμένῳ τῆς χρείας. Καὶ δὴ πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους καὶ τὴν εὐφημίαν ἤδη χωρῶμεν.

Οὗτοι κατὰ πρόνοιαν ὑψηλοτάτην, καὶ ἀπόῤῥητον ὄντως καὶ θείαν, ἣ πόῤῥωθεν οἶδεν (ὡς αὐτοὶ καὶ τοῦτό φασι) τὰς τῶν μεγάλων πραγμάτων ἀρχὰς καταβάλλεσθαι, γεννῶνται μέσον τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας, εἴτε τὴν κάτω καὶ σωματικὴν βούλει γένεσιν λέγειν, εἴτε τὴν ἄνω, καὶ ὑψηλὴν, καὶ θείαν, ἣν ἡμερινὴν ὁ Θεῖος εἶπε Δαυὶδ, καὶ τῆς νυκτερινῆς ἀντίθετον, εἴτε καὶ ἀμφοτέρας. Καὶ ταύτην καὶ μητέρα, καὶ τροφὸν, καὶ πατρίδα, καὶ γένος, καὶ πᾶν εἴ τι τοιοῦτον, ποιησάμενοι μόνην, τρέφονται μὲν τὰ πρῶτα παρ' αὐτῆς, καὶ ποτίζονται τὸ τῆς πίστεως καθαρόν τε καὶ ἄδολον γάλα, διὰ τῶν εἰσαγωγικῶν καὶ προτελείων αὐτῆς λόγων· καὶ τὰ τῶν ἐγκυκλίων σὺν ἐκείνοις καὶ μετ' ἐκεῖνα φιλοσοφοῦσιν. Ἐπεὶ δὲ καὶ λόγων αὐτοῖς ἔδει τελεωτέρων, καὶ σοφίας τῆς ἔξω (δεῖ γὰρ, φασὶν οἱ αὐτοὶ, καὶ τῆς ἐν λόγοις δυνάμεως πρὸς τὴν τῶν νοουμένων δήλωσιν· κίνημα γὰρ ναρκώντων ἐστὶ νοῦς ἀνεκκάλυπτος), ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας τῷ τῆς πίστεως ὀρθῷ λόγῳ, καὶ παρ' ἑαυτοῖς εἶναι δοκοῦντας σοφοὺς, καὶ καθ' ἑαυτῶν ἐπιστήμονας δέον ἔκριναν εἶναι τοῖς ἐκείνων βέλεσι βάλλειν, καὶ τὴν ὀφρὺν κατασπᾷν, καὶ τὸ κενὸν φύση-

Digitized by Google

μα. Καὶ ἵνα μὴ τὸ τῶν λόγων ἐκείνων ἀνάσκητον ἀσθένεια τοῦ καθ' ἡμᾶς ἱεροῦ νομίζηται λόγου παρὰ τοῖς ἀνοήτοις, ἀσκοῦσι κἀκεῖνα, οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ παρέργως, ὡς ἄν εἴποι τις, ἀλλ' οὕτω φιλοτίμως καὶ λαμπρῶς ἄγαν, ὡς μηδεμίαν ὑπερβολὴν καταλιπεῖν. Φύσεσι γὰρ δεξιαῖς καὶ σπουδὴν τὴν κατάλληλον συνεισενεγκόντες, ἐξ ὧν, φησὶν, ἐπιστῆμαι καὶ τέχναι τὸ κράτος ἔχουσι, τὸ κράτος ἐν βραχεῖ κατὰ πάντων ἐκτήσαντο τῶν ἐκεῖνα φιλοσοφούντων. Ῥητορικὴν μὲν οὖν καὶ φιλοσοφίαν, μᾶλλον δὲ καὶ μέρος ἅπαν φιλοσοφίας, οὕτως εἰς ἄκρον, εἴπερ τινὲς, κατορθοῦσιν· ἀστρονομίας δὲ, φησὶ, καὶ γεωμετρίας, καὶ ἀριθμῶν ἀναλογίας τοσοῦτον λαβόντες, ὅσον μὴ κλονεῖσθαι τοῖς περὶ ταῦτα κομψοῖς· ὃ καὶ αὐτὸς ἔφθην εἰπὼν ἤδη, τὸ περιττὸν (ὡς ὁ μέγας καὶ αὖθίς φησι) διέπτυσαν, ὡς ἄχρηστον τοῖς εὐσεβεῖν ἐθέλουσιν· ὥστε μᾶλλον μὲν τὸ αἱρεθὲν τοῦ παρεθέντος ἐξεῖναι θαυμάζειν· μᾶλλον δὲ τοῦ αἱρεθέντος τὸ παρεθέν. Οὕτω κατὰ σκοπὸν οἱ γεννάδαι, καὶ ὥσπερ ἔδει γε τοὺς τοιούτους, τὰ ἑαυτῶν κἀν τούτοις οἰκονομήσαντες, μικρά τε τῷ κόσμῳ, καὶ τῇ σκηνῇ, φησὶ, χαρισάμενοι, καὶ ὅσον τὸν τῶν πολλῶν πόθον ἀφοσιώσασθαι. Οὐ γὰρ αὐτοί γε εἶχον θεατρικῶς ἢ ἐπιδεικτικῶς· μᾶλλον δὲ κἀνταῦθα Θεῷ καὶ ἀρετῇ δεδωκότες τὸ πλεῖστον, διὰ τῆς ἐν δικαστηρίοις συνηγορίας τῷ καταπονουμένῳ προστιθέμενοι μέρει καὶ φύσει καὶ τέχνῃ, καὶ τοῖς κειμένοις νόμοις προϊστάμενοι τοῦ δικαίου, καὶ τὸ κράτος οἷς εἶχον τούτῳ διδόντες, τάχιστα ἑαυτῶν γίνονται καὶ Θεοῦ· καὶ κόσμον ὅλον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα καταλιπόντες, πρὸς τὸν μοναδικὸν, εἶτ' οὖν ἀγγελικὸν ἀποκλίνουσι βίον. Καὶ πᾶσαν μὲν, φησὶ, παλαιὰν βίβλον ἐκμελετήσαντες, πᾶσαν δὲ νέαν, ὡς οὐδεμίαν ἕτερος, πλουτοῦσι μὲν θεωρίαν, πλουτοῦσι δὲ βίου λαμπρότητα, καὶ πλέκουσι θαυμασίως ἀμφότερα, τὴν χρυσῆν ὄντως σειρὰν, καὶ τοῖς πολλοῖς ἄπλοκον· βίῳ μὲν ὁδηγῷ θεωρίας, θεωρίᾳ δὲ σφραγῖδι βίου χρησάμενοι· μᾶλλον δ' εἰπεῖν ἀκριβέστερον, οὐ κατορθοῦσι ταυτὶ μόνον ὑπὲρ τοὺς ἄλλους, καὶ σὺν ἀλλήλοις κάλλιστα πλέκουσιν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἕξιν ἀκροτάτην καὶ ἐπιστήμην θαυμαστὴν ἔρχονται τούτων· καὶ νομοθέται καὶ διδάσκαλοι τοῖς μετ' αὐτοὺς τῶν τοιούτων χρηματίζουσι πᾶσιν, ἱερωσύνης καὶ μοναδικῆς πολιτείας, καὶ εἰπεῖν συνελόντα, πράξεως καὶ θεωρίας ὁροῦ κανόνας καὶ τύπους καὶ νόμους τὰ ἑαυτῶν καταλιπόντες ἱερὰ ταῦτα συγγράμματα καὶ πυκτία, μηδὲ θαυμάζεσθαι πρὸς ἀξίαν διὰ μέγεθος καὶ περιουσίαν δυνάμενα χάριτος. Ἐντεῦθεν αὐτοῖς ἡ πρὸς Θεὸν ἀνάβασίς τε καὶ θεωρία καὶ ὑπερφυὴς ἕνωσίς τε καὶ ἔλλαμψις· καὶ τὸ ἀκρότατον τῶν ἑφετῶν, ἡ τοῦ καθ' ὁμοίωσιν ἕξις, καὶ οὗ γενομένοις, φησὶ, πάσης θεωρίας ἀνάπαυσις. Οὐδὲ γὰρ ἔχει τι, φησὶν, ὑψηλότερον ἢ ὅλως ἕξις, οὐδὲ ὁ θεωρητικώτατος νοῦς καὶ διαβατικώτατος.

inanemque inflationem, ac spiritus illis detrahendos existimarunt; neve in ipsorum disciplinis ruditas et imperitia, sacræ rationis nostræ imbecillitas ab insipientibus existimaretur, etiam in illis, non leviter, nec molli brachio, ut quispiam dixerit, verum adeo sedulo et insigniter se exercuerunt, ut supra fieri nihil posset. Cumque felicitatem ingeniorum pari diligentia cumulassent, quibus duobus scientiarum artiumque robur continetur, ut ait [Nazianzenus], brevi spatio omnes earum candidatos superarunt. Sic igitur oratoriam facultatem et philosophiam, imo omnes philosophiæ partes non infelici successu percipiunt. De astronomia vero et geometria, deque numerorum proportione, cum tantum didicissent, inquit (puta Nazianzenus), ut ab iis exagitari non possent, qui his rebus inflantur, id quod jam dixi, supervacanea et curiosa (quod iterum magnus ille scribit), ut pietatem sectantibus inutilia, contempserunt. Quanquam et ea sic callerent ut nescires hæcne an illa magis in illis admirarere. Ita secundum scopum suum generosi isti, et quemadmodum tales oportebat, cum res suas in his quoque instituissent, modicum mundo et scenæ gratificati sunt, multitudinisque desiderio quoquo modo servierunt. Nec enim tanquam in theatro histriones plausum captarunt, aut se magnifice ostentarunt: sed hic item Deo virtutique potissimas partes tribuerunt, et in judiciis oppressorum causam, quantum ingenio et arte valebant, agentes, sanctisque justitiæ legibus patrocinantes. et eam pro virili sua corroborantes, brevi admodum sui ipsorum et Dei evaserunt; totoque mundo, et omnibus quæ in eo sunt relictis, ad vitam solitariam, sive potius angelicam conversi, omnes tum Veteris tum Novi Testamenti libros, ut inquit, meditando sic perscrutati sunt, quomodo ne unum quidem alius: et ditati sunt contemplatione, ditati quoque morum ac vitæ splendore, utrumque mirabiliter connectentes, catenam vere auream, et quæ a plerisque haud connectatur; vita quidem ad contemplationem duce utentes, contemplatione autem vitam ipsam obsignantes. Quin ut accuratius quod res est dicam, non solum his recte supra alios funguntur, et hanc catenam mutuo præclarissime connectunt, verum etiam horum habitum longe præstantissimum, et scientiam in admiratione ponendam consequuntur, eorumque magistri a posteris suis omnibus, sacerdotii, vitæ solitariæ et, ut paucis complectar, actionis et contemplationis canonibus, formulis, præceptis, sacris videlicet commentariis et opusculis relictis, appellantur: quæ quidem propter magnitudinem et abundantiam gratiæ, quantum debemus suscipere non possumus. Hinc illis ad Deum ascensus, et speculatio, excellentissimaque unio, et illuminatio; quodque desiderabilium supremum est, secundum similitudinem habitus. Quo qui pervenerunt, inquit, eorum contemplatio omnis quiescit, quando nec in amplitudine sua habitus, nec mens quamvis contemplandi ac penetrandi summa vi prædita, quidquam sublimius reperit.

Μᾶλλον δ' αὐτοῖς ἐκείνοις καὶ τῶν ἕξης ὡσαύτως

At enim illis ipsis potius etiam deinceps oratio-

Digitized by Google

nem concedamus. Iidem namque simul agendi illa et explicandi exquisiti præceptores et artifices sunt; nec erit unquam, qui cum ipsis de hac palma contendat. Cuicunque igitur contigit, per rationem et contemplationem, terrena mole, et hac carnea nube, sive tegumento perruptis, cum Deo versari, purissimæque luci, pro captu humanæ naturæ, commisceri, hic beatus est; et quia hinc sursum ascendit, et quia inde deificationem nactus est, quam sincerum philosophiæ studium conciliat, mentisque supra terrenum biparium evectio, propter eam, quam in Trinitate unitatem intelligimus. Qui autem ob animæ cum corpore conjunctionem factus deterior, lutoque tantopere implicitus hæret, ut nec veritatis lumen intueri, nec supra hæc infima se attollere valeat, quamquam desuper oriundus, et ad superna vocatus, hic mihi ob cæcitatem videtur miser, tametsi caducis circumfluxerit: tantoque miserior, quanto magis rebus ad voluntatem fluentibus delusus, et aliud bonum vero bono præstantius credere in animum induxerit; malum utique malæ opinionis fructum carpens, ut aut tenebris damnetur, aut ut ignem videat, quem ut lucem non agnovit. Hæc non multis, inquit, tam nostræ ætatis quam veteris memoriæ hominibus studio fuerunt (pauci quippe sunt Dei, licet omnes ipsius figmenta sint) legislatoribus, belli ducibus, sacerdotibus, prophetis, evangelistis, apostolis, pastoribus, toti spirituali cœtui; inter omnes vero his etiam, ut nemini magis, de quorum laudibus nunc disseremus.

A τοῦ λόγου παραχωρήσωμεν. Οἱ αὐτοὶ γὰρ καὶ τοῦ πράττειν ὁμοῦ, καὶ τοῦ λέγειν ἐκεῖνα καθηγεμόνες ἀκριβεῖς καὶ τεχνῖται, καὶ οὐδεὶς οὐκ ἂν ποτε τούτοις περὶ τούτων ἀμφισβητήσειεν. Ὅτινι μὲν οὖν ἐξεγένετο διὰ λόγου καὶ θεωρίας διασχόντι τὴν ὕλην, καὶ τὸ σαρκικὸν τοῦτο, εἴτε νέφος χρὴ λέγειν, εἴτε προκάλυμμα, θεῷ συγγενέσθαι, καὶ τῷ ἀκραιφνεστάτῳ φωτὶ κραθῆναι, καθόσον ἐφικτὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει, μακάριος οὗτος τῆς τε ἐντεῦθεν ἀναβάσεως, καὶ τῆς ἐκεῖθεν θεώσεως· ἣν τῷ γνησίως φιλοσοφῆσαι χαρίζεται, καὶ τὸ ὑπὲρ τὴν ὑλικὴν γενέσθαι δυάδα, διὰ τὴν ἐν Τριάδι νοουμένην ἑνότητα. Ὅστις δὲ ὑπὸ τῆς συζυγίας χείρων ἐγένετο, καὶ τοσοῦτον τῷ πηλῷ συνεσχέθη, ὡς μὴ δυνηθῆναι ἐμβλέψαι πρὸς τὰς τῆς ἀληθείας αὐγάς, μηδὲ ὑπὲρ τὰ κάτω γενέσθαι, γεγονὼς ἄνωθεν, καὶ B πρὸς τὰ ἄνω καλούμενος, ἄθλιος οὗτος ἐμοὶ τῆς τυφλώσεως, κἂν εὑρῇ τοῖς ἐνταῦθα· καὶ τοσούτῳ πλέον, ὅσῳπερ ἂν μᾶλλον ὑπὸ τῆς εὐροίας παίζηται, καὶ πείθηταί τι ἄλλο καλὸν εἶναι πρὸ τοῦ ὄντως καλοῦ, πονηρὸν πονηρᾶς δόξης καρπὸν δρεπόμενος, ἢ ζόφον κατακριθῆναι, ἢ ὡς πῦρ ἰδεῖν, ὃν ὡς φῶς οὐκ ἐγνώρισε. Ταῦτα ὀλίγοις μὲν, φησὶν, ἐφιλοσοφήθη καὶ τῶν νῦν καὶ τῶν πάλαι (ὀλίγοι γὰρ οἱ τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰ πάντες πλάσματα) νομοθέταις, στρατηγοῖς, ἱερεῦσι, προφήταις, εὐαγγελισταῖς, ἀποστόλοις, ποιμέσι, καὶ διδασκάλοις, παντὶ πνευματικῷ πληρώματι· ἐν δὲ τοῖς πᾶσι καὶ τοῖς νῦν ἐπαινουμένοις εἴπερ τισί.

Hæc mea est theologorum trinitas, Basilius, Joannes et Gregorius. Haud enim timebimus vel eos qui ante, vel eos qui post hos numerantur: qui ita inter se hærent, tam sunt unanimes, claritateque et virtutis honore pares. Quæ cum aliis certavit, cum aliis eodem numero habita est, alios superavit, nemini, ut ego sentio, primas concessit. Et aliorum quidem sermonem et doctrinam, aliorum actionem perfecte expresserunt: illorum item mansuetudinem, horum zelum, aliorum discrimina, quorumdam plura, nonnullorum omnia imitati sunt. Et aliud ab alio bonum sumentes, sicut qui formas scitissime pingunt, dicendi peritos, actione, rursum in agendo exercitatos, eloquentia et doctrina post se reliquerunt. Aut si mavis, ab eloquentia celebratos, eloquentia, actione autem in agendo excellentes antegressi sunt, et in utroque mediocres, alterius præstantia superarunt: in altero autem eminentes, hoc ipso præcurrerunt, quod ambobus singulari modo usi sunt. Et sane novum miraculum, omnique oratione superius eos nominandos arbitror, quod mirifice omnium aures atque animi obstupescant. Propter hæc nempe, Petro et Paulo, et filiis tonitrui eorumque sociis illos adnumerari æquius fuerit, quam alios quoscunque Christi discipulos; ac propter hos ante alios quoscunque, Christum, post reditum ab inferis in cœlum proficiscentem dixisse existimandum: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad con-*

C Τούτων ἡ ἐμὴ τῶν θεολόγων τριάς, Βασίλειός τε καὶ Ἰωάννης, καὶ Γρηγόριος ἅμα· οὐδὲ γὰρ τὴν προαρίθμησιν καὶ τὴν ὑπαρίθμησιν δείσομεν ἐν τοῖς συμφυέσι καὶ ὁμοψύχοις, καὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν ἀρετὴν ὁμοτίμοις· τοῖς μὲν ἡμιλλήθη, τοῖς δὲ συνηριθμήθη, τοὺς δὲ καὶ ὑπερέσχεν· ἀπελείφθη δὲ οὐδενός, ὡς ἐγὼ φημι, τῶν μὲν τὸν λόγον, τῶν δὲ τὴν πρᾶξιν εἰς ἄκρον κατωρθωκότες· τῶν δὲ τὸ πρᾶον, τῶν δὲ τὸν ζῆλον, τῶν δὲ τοὺς κινδύνους, τῶν δὲ τὰ πλείω, τῶν δὲ ἅπαντα. Καὶ ἄλλο ἀπ' ἄλλου κάλλος λαβόντες, ὥσπερ οἱ τὰς μορφὰς μεθ' ὑπερβολῆς γράφοντες, καὶ τοὺς μὲν ἐν λόγῳ δεινοὺς τῇ πράξει, τοὺς δὲ πρακτικοὺς τῷ λόγῳ νικήσαντες· εἰ βούλει δὲ, λόγῳ μὲν τοὺς εὐδοκίμους ἐν λόγῳ, πράξει δὲ τοὺς πρακτικωτάτους ὑπερβάλλοντες· καὶ τοὺς μὲν κατ' ἀμD φότερα μέσως ἔχοντας τῷ περὶ τὸ ἕτερον ὑπερβάλλοντες, τοὺς δὲ καθ' ἕτερον ἄκρους τοῖς ἀμφοτέροις παραβραμόντες τῷ μεθ' ὑπερβολῆς ἀμφοτέροις χρήσασθαι. Καὶ θαῦμα καινόν τι, καὶ ὑπὲρ λόγον τὸ κατ' αὐτοὺς φημι χρηματίσαι, πᾶσαν ὑπερφυῶς καταπλῆττον καὶ ἀκοὴν ὁμοῦ καὶ διάνοιαν. Διὰ ταῦτα τοι καὶ Πέτρῳ καὶ Παύλῳ καὶ τοῖς υἱοῖς τῆς βροντῆς, καὶ δὴ καὶ τῇ περὶ αὐτοὺς ἑταιρείᾳ συναριθμεῖσθαι δίκαιοι μᾶλλον ἂν εἶεν ὑπὲρ οὑστιναστοῦν ἄλλους τῶν Χριστοῦ φίλων· καὶ διὰ τούτους γε πρὸ τῶν ἄλλων μᾶλλον πρὸς τοὺς μαθητὰς τὸν Χριστὸν εἰπεῖν, εἰς οὐρανοὺς μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἀνιόντα τὸ, *Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος*, τὴν λαμ-

Digitized by Google

πρὰν διαδοχὴν, καὶ τὸ κοινὸν τῆς τούτων πρὸς ἐκείνους ἀποστολῆς καὶ ὑπηρεσίας, καὶ τὸ ὁμότιμον αἰνιττόμεναν.

Καὶ ὡς ἀληθῆ δίκαια λέγω, μηδὲν τοῖς Πατράσιν, ὡς ἂν οἰηθείη τις, διὰ τὸ φίλτρον χαριζόμενος, τῶν μὴ προσηκόντων ἐκείνοις, δῆλον ἐκεῖθεν. Καὶ τούτους Χριστὸς μαθητὰς καὶ ἀποστόλους ἀναδείκνυσι Πνεύματι θείῳ, καθάπερ κἀκείνους, καὶ τούτοις τὸ Εὐαγγέλιον ἐγχειρίσαι, καὶ τὸ κήρυγμα, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων κοινὴν σωτηρίαν. Καὶ οὗτοι τὰς πυρίνας κατ' ἐκείνους δέχονται γλώσσας, ἄνωθεν ἐκ τοῦ Πνεύματος κατιούσας, καὶ τὸν μερισμὸν, καὶ τὴν διανομὴν τῶν ἐκείνου δέχονται χαρισμάτων, καὶ τῆς ὑπερφυοῦς ἐνεργείας· καὶ γλώσσαις λαλοῦσιν οὐκ ἀνθρωπίναις τε καὶ βαρβάροις, ἀλλὰ γλώσσαις ἀγγέλων, καὶ φωναῖς ἀπορρήτοις τισὶ καὶ οὐρανίαις, καὶ διερμηνεύουσι τὰ ὑψηλὰ καὶ ἀπόρρητα τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν Πνεύματι θείῳ, καὶ προφητεύουσι, καὶ ὁρῶσιν ὑπερφυῶς τὸν ἀόρατον σὺν ἐκείνοις, καὶ ἀποκαλύψεων ὑπερφυῶν ἀξιοῦνται καὶ μυστηρίων ἀρρήτων. Καὶ θαυματουργοῦσι, καὶ νόσους ἀνιάτους ἰῶνται κατ' ἐκείνους ἐπικλήσει Χριστοῦ μόνῃ· οὐ σωμάτων, φημὶ, μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχῶν· μᾶλλον δὲ καὶ νεκρωθείσας διὰ τῆς ἁμαρτίας, πρὸς ζωὴν ἐπανάγουσιν αὖθις, ὃ δὴ καὶ τῆς τῶν σωμάτων ἀναστάσεως πολλῷ μεῖζον. Καὶ δαίμονας ἐξ ἀνθρώπων δραπετεύειν ποιοῦσι, θεοὶ κατὰ χάριν ὑπὸ τοῦ μόνου κατὰ φύσιν Θεοῦ χειροτονηθέντες παθῶν καὶ δαιμόνων. ὡς καὶ πρὸς Μωσέα πάλαι τὸν μέγαν, *Ἰδοὺ δέδωκά σε Θεὸν Φαραὼ*, ἔλεγε· τὸ κατὰ τῆς Αἰγύπτου πάθος, καὶ τὰς πληγὰς, καὶ τὴν ἐν βυθῷ καὶ θαλάσσῃ πανωλεθρίαν τῶν ἐκγόνων αὐτῆς αἰνιττόμενος, ἅπερ ὁ νομοθέτης καὶ στρατηγὸς διὰ τῆς ὑπερφυοῦς ἐκείνου δυνάμεως εἴργασται.

Οἱ μὲν οὖν πρῶτοι μαθηταὶ καὶ ὑπηρέται τοῦ Λόγου παρ' αὐτοῦ πρὸς τὴν τῶν ἐθνῶν ἀποστελλόμενοι κλῆσιν, ταύτην ὑπ' αὐτοῦ τὴν πνευματικὴν σκευὴν ἐνδύονται, καὶ τὴν πανοπλίαν, ὑπὲρ τῶν σωζομένων ἀνθρώπων, κατὰ τῆς κατεχούσης δαιμονικῆς τυραννίδος. Καὶ γὰρ, *Ἀπελθόντες*, φησὶ, *κηρύξατε τὸ Εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει. Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται. Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει Ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι· γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς· ὄφεις ἀροῦσι· κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψῃ· ἐπὶ ἀῤῥώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσιν.* Ἃ δήπου καὶ εἰς ἔργον ἐξέβη κατὰ τὰς ἀψευδεῖς τοῦ Δεσπότου ἐπαγγελίας, ὀλίγα μὲν δεηθέντων λόγου τῶν ἀποστόλων πρὸς τοὺς τοῦ Ἑλληνισμοῦ καὶ τῆς εἰδωλολατρείας ἀντεχομένους· τὸ δὲ πλεῖστον, ἢ καὶ τὸ πᾶν σχεδὸν, τοῖς ὑπερφυέσι σημείοις καὶ τοῖς θαύμασι καταπραξαμένων, καὶ τὴν ἐξ ἐθνῶν ταύτην ἐκκλησίαν νύμφην ἄσπιλον παραστησάντων αὐτῷ κατὰ Παῦλον.

Οὐδ' Ἑλληνισμοῦ, καὶ τῆς τῶν εἰδώλων κτισμάτων λατρείας, καὶ δὴ καὶ τῆς δαιμονικῆς κατὰ τῶν

A *summationem sæculi* [a], illustrem successionem, et communem horum cum ipsis apostolatum ministeriumque honoris item æqualitatem insinuantem.

Vera autem et justa me dicere, nec ob singularem quo eos diligo amorem quidquam (ut alicui videri possim) non conveniens, ad gratiam de his Patribus affirmare, inde constabit. Etiam hos Christus discipulos et apostolos divino Spiritu, quemadmodum illos instituit, et Evangelium, et prædicationem, et communem hominum salutem perinde illis commisit: etiam hi linguas igneas desuper a Spiritu descendentes, divisionemque et distributionem gratiarum, et insignium operationum, ut illi suscipiunt; nec humanis ac barbaris, sed angelorum linguis, et vocibus arcanis cœlestibusque
B loquuntur; divinoque Spiritu imbuti, a Deo inspiratarum Scripturarum sublimia et recondita interpretantur et prophetant, et cum prophetis miro quodam modo non aspectabilem aspiciunt, revelationibusque et mysteriis inexplicabilibus digni habentur. Et miranda opera efficiunt, et morbos desperatos, ut illi, sola Christi imploratione curant; nec corporum tantummodo, sed animarum quoque; imo vero per peccatum jam mortuas in vitam restituunt, quod majus est quam corporibus spiritum reddere. Præterea dæmones a membris humanis fugant, vitiosarum affectionum dæmonumque dii, per gratiam, ab eo, qui solus per naturam Deus est, creati, ut olim ad magnum illum Mosen:
C *Ecce*, inquit, *constitui te Deum Pharaonis* [b], quibus verbis Ægypti cladem et plagas, atque in profundo mari extremam Ægyptiorum perniciem obscurius significavit, quas legislator et ductor admirabili illius potentia invexit.

Primum igitur discipuli et ministri Verbi, ab eo ad gentium vocationem missi, hoc habitu spirituali, et omni armorum genere propter salvandos homines, adversus diabolicam in eos dominationem induuntur. Ait enim: *Euntes prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient; linguis*
D *loquentur novis; serpentes tollent; et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit; super ægros manus imponent, et bene habebunt* [c]. Quæ omnia nimirum juxta Domini promissa, a mendacio aliena, eventus comprobavit, quando apostoli adversum gentiles, idolorumque cultores sibi astantes sermone parum eguerunt: maximamque partem, vel potius pene totum signis inusitatis et prodigiis confecerunt: et hanc ex ethnicis congregatam Ecclesiam, sponsam ei immaculatam, secundum Paulum [d], exhibuerunt.

Græcorum porro superstitione, falsorum deorum et creaturarum adoratione, et dæmoniaca in ho-

[a] Matth. xxviii, 20. [b] Exod. vii. 1. [c] Marc. xvi, 15-18. [d] Ephes. v, 27.

Digitized by Google

mines tyrannide, Christi virtute per sanctos apostolos pulcherrime de medio sublatis, aliam viam tentat persecutor, non jam palam et aperte (haud enim istiusmodi certaminum, ut undique expulso ac devicto, locus ei de integro dabatur), sed dolo complurium deorum cultum, et ἀθεΐαν rursus inducens : quam cum a principio quondam contra protoplastos in paradiso fraudulenter peperisset, multisque sæculis naturam nostram ea tyrannide oppressam tenuisset, ad se denuo divinum cultum honoremque revocare impudens laboravit, nec crucem, nec Dei sanguinem reveritus, per quæ crudele ejus imperium destructum est; sed post destructionem adhuc cauda palpitans draco, et ad ultionem luctamque amens, et impius seipsum turpissime exsuscitans. Hoc autem nihil aliud est quam improbissimarum hæresum contra Christi Ecclesiam nova tyrannis, et inanis fidei persecutio; post Nerones, inquam, Trajanos, Decios, Diocletianos, Maximianos et Maximinos, et quotquot primæ impietatis et ἀθεΐας præsides ac duces exstiterunt, Sabellios, Arios, Apollinarios, secundæ ἀθεΐας defensores nobis excitans, et Ecclesiæ Christi persecutores, non minus quam illos, nisi etiam acerbiores : quod cum Christi nomen ferrent, inquit (magistrorum enim meorum verba iterum usurpabo), pseudochristi et Christianorum opprobria erant; quibus et facere impietas, et pati dedecus videbatur; quod non putarent nos affici injuria neque in nos magnificum martyrii nomen convenire, sed nos etiam hic furari quodammodo veritatem, et pati ut Christianos, cum interim ut impii pœnas exsolveremus. Atque idcirco excitatum est nobis, inquit, cornu salutis, et lapis angularis, sibi nos et nosmet mutuo eadem compage conjungens. Immissa est suo tempore admiranda hæc theologorum trinitas; aut ignis purgans fæces ac sordes, aut ventilabrum rusticum, quo levitas et gravitas dogmatum secernitur; aut ferrum, nequitiam radicitus exscindens. Et Verbum suos sibi adjutores invenit; et Spiritus qui pro ipso spirare velint, nanciscitur. Hinc secunda vocatio et apostolatus, et Evangelii nova prædicatio, chori Patrum theologorum, inquam, contra secundam impietatem et ἀθεΐαν, apostolorum scilicet post apostolos, et evangelistarum post evangelistas, et theologorum post theologos; et Petrus, et Joannes, qui videntur et sunt columnæ Ecclesiæ Christi : et post illos tertius illis conglutinatus, et æque honorandus Paulus, tametsi tempore paulo posterior; zelo tamen, studio, arte, et evangelicis certaminibus par, eisdemque et confœderatus; ipsi vertices et præsides chori hujus, sicut ante memini.

Verum enimvero primorum discipulorum et apostolorum robur in signis ac portentis, in linguis, revelationibus, vaticiniis consistebat, per quæ universum sub sole mundum vivificarunt, et ad ea verbis non multis opus habuerunt, id quod

A ἀνθρώπων τυραννίδος καὶ βίας, δυνάμει Χριστοῦ κάλλιστα γεγονότων ἐκ μέσου διὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, ἄλλην ἔρχεται πείρας ὁδὸν ὁ διώκτης· οὐκ ἔτι μὲν παῤῥησίᾳ (οὐδὲ γὰρ ἦν αὐτῷ χώρα τῶν τοιούτων αὖθις ἀγώνων, πανταχόθεν ἐξεληλαμένῳ καὶ ἡττημένῳ), δόλῳ δὲ τὴν φίλην πολυθεΐαν, καὶ ἀθεΐαν καὶ πάλιν εἰσάγων, ἥνπερ ἐξ ἀρχῆς ἄνωθεν ἐν παραδείσῳ δολίως ὠδινήσας κατὰ τῶν πρωτοπλάστων, καὶ ταύτῃ τυραννήσας ἐπὶ μακρὸν τὴν ἡμῶν φύσιν, εἰς ἑαυτὸν πάλιν τὸ πρὸς Θεὸν σέβας καὶ τὴν τιμὴν ἐσπούδασεν ἕλκειν, μηδὲ τὸν σταυρὸν, καὶ τὸ Θεοῦ φρίττων ὁ ἀναιδὴς αἷμα, δι' ὧν ἡ τυραννὶς αὐτοῦ κατελύθη· ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀναίρεσιν ἔτι τῷ οὐραίῳ σπαίρων ὁ δράκων, καὶ πρὸς ἄμυναν δῆθεν καὶ πάλην ὁ ἄνους καὶ ἄθεος ἑαυτὸν αἴσχιστα
B διεγείρων. Καὶ τοῦτο καὶ τῶν κακίστων αἱρέσεων κατὰ τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ τυραννὶς αὖθις, καὶ ὁ κενὸς τῆς πίστεως διωγμὸς, μετὰ Νέρωνάς φημι, καὶ Τραϊανοὺς, καὶ Δεκίους, ἢ Διοκλητιανοὺς, καὶ Μαξιμιανούς τε καὶ Μαξιμίνους· καὶ ὅσοι τῆς πρώτης ἀσεβείας καὶ ἀθεΐας προστάται, Σαβελλίους τε, καὶ Ἀρείους, καὶ Μακεδονίους, καὶ Ἀπολλιναρίους ἡμῖν ἐξεγείρας, τοὺς τῆς δευτέρας ἀθεΐας προμάχους, καὶ διώκτας τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας, οὐδὲν ἧττον ἐκείνων, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον· ὅσῳ τοῦ Χριστοῦ,
C φησὶ, φέροντες ὄνομα (τὰ γὰρ τῶν ἐμῶν διδασκάλων καὶ πάλιν φθέγξομαι) ψευδόχριστοι καὶ Χριστιανοῖς ἐνιδεῖς ἦσαν· οἷς καὶ τὸ ποιεῖν ἄθεον, καὶ τὸ πάσχειν ἄδοξον, τῷ μηδὲ ἀδικεῖσθαι δοκεῖν, μηδὲ τὸ μεγαλοπρεπὲς ὄνομα προσεῖναι τὴν μαρτυρίαν, ἀλλὰ κάνταῦθα κλέπτεσθαι τὴν ἀλήθειαν, πάσχοντες ὡς Χριστιανοὺς ὡς ἀσεβεῖς κολάζεσθαι. Καὶ διὰ τοῦτο ἠγέρθη, φησὶ, κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἠδικημένοις, καὶ λίθος ἀκρογωνιαῖος, συνδέων ἑαυτῷ τε καὶ ἀλλήλοις ἡμᾶς. Ἐνεβλήθη κατὰ καιρὸν ἡ θαυμαστὴ, φημὶ, τῶν
D θεολόγων αὕτη τριάς· ἢ πῦρ καθαρτήριον τῆς φαύλης ὕλης καὶ μοχθηρᾶς· ἢ πτύον γεωργικὸν, ᾧ τὸ κοῦφον τῶν δογμάτων, καὶ τὸ βαρὺ διακρίνεται· ἢ μάχαιρα τὰς τῆς κακίας ῥίζας ἐκτέμνουσα. Καὶ ὁ Λόγος εὑρίσκει τοὺς ἰδίους συμμάχους, καὶ τὸ Πνεῦμα παραλαμβάνει τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ πνεύσοντας. Διὰ ταῦτα ἡ δευτέρα κλῆσις, καὶ ἀποστολὴ, καὶ τὸ εὐαγγελικὸν αὖθις κήρυγμα, τοῦ χοροῦ, φημὶ, τῶν θεολόγων Πατέρων, κατὰ τῆς δευτέρας ἀσεβείας καὶ ἀθεΐας, τῶν μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἀποστόλων, καὶ εὐαγγελιστῶν μετὰ τοὺς εὐαγγελιστὰς, καὶ θεολόγων μετὰ τοὺς θεολόγους, καὶ Πέτρος, καὶ Ἰωάννης, οἱ δοκοῦντες καὶ ὄντες στῦλοι τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας, καὶ τρίτος μετ' ἐκείνους ὁ συμφυὴς καὶ ὁμότιμος Παῦλος, εἰ καὶ τῷ χρόνῳ βραχὺ μετ' ἐκείνους, ἀλλὰ τῷ ζήλῳ, καὶ τῇ σπουδῇ, καὶ τῇ τέχνῃ, καὶ τοῖς ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου ἀγῶσιν ἴσος καὶ ὁμοταγὴς ἐκείνοις, καὶ σύμπνους· οἱ κορυφαῖοι καὶ προκαθήμενοι τοῦ χοροῦ τούτου, καθὰ δὴ καὶ προὔφην.

Ἀλλὰ τοῖς μὲν πρώτοις μαθηταῖς τε καὶ ἀποστόλοις ἐν σημείοις τε καὶ θαύμασι, καὶ γλώσσαις, καὶ ἀποκαλύψεσι, καὶ προφητείαις τὸ κράτος ἦν, δι' αὐτῶν ζωγρήσασι τὴν ὑφ' ἥλιον πᾶσαν· καὶ βραχέα τινὰ πρὸς ἐκεῖνα δεηθεῖσι τοῦ λόγου, καθάπερ

Digitized by Google

εἰπὼν ἔφθην· τοῖς δέ γε κορυφαίοις τούτοις, τοῖς μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἀποστόλοις καὶ θεολόγοις, μηδὲ τούτων ἐνδεῶς μηδοπωστιοῦν ἐσχηκόσιν, ἐν λόγοις καὶ περὶ λόγους ἦν ὁ ἀγὼν καὶ τὸ κράτος. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ πρὸς εἴδωλα καὶ φανερὰν κτισμάτων λατρείαν, ἀλλὰ πρὸς ὕφαλόν τινα καὶ κεκρυμμένην ἀθεΐαν καὶ δουλείαν αὖθις κτισμάτων ὁ ἀγὼν ἦν τοῖς κυβερνήταις τούτοις τοῦ παγκοσμίου σκάφους τῆς Ἐκκλησίας. Τί γὰρ καὶ ἐδούλετο τοῖς διώκταις τὸ Θεὸν μὲν ὁμωνύμως καλεῖν τὸν μονογενῆ, καὶ ὁμοούσιον, καὶ ὁμότιμον τοῦ Θεοῦ Λόγον, εἰς κτίσμα δὲ τοῦτον κατάγειν· τὸ δὲ συμφυές τε καὶ σύνθρονον αὐτοῦ Πνεῦμα μήτε Θεὸν ὀνομάζειν, καὶ εἰς κτίσιν κατασπᾷν ὁμοίως καὶ τοῦτο; ἡ πονηρὰ, φημὶ, διαίρεσις Ἀρείου καὶ ἀθεΐα. Τί δὲ ἡ Σαβέλλειος συναλοιφὴ καὶ σύγχυσις τῶν τριῶν εἰς τὸ ἕν; ὡς μήτε τρία, μήτε ἓν κατ' ἐκείνους τὸ προσκυνούμενον εἶναι, ἡ καινὴ καὶ ἀλλόκοτος ἀθεΐα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ Χριστοῦ φέροντες ὄνομα, οἱ πολέμιοι Χριστοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας, ἀμφίβολόν πως Χριστιανοῖς, ἢ Χριστιανῶν τοῖς ἁπλουστέροις τε καὶ ἀτέχνοις τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἀνεύρεσιν ἐνεποίουν. Διὰ τοῦτο τοῖς κορυφαίοις τῶν διδασκάλων περὶ τὸν λόγον πᾶς ὁ ἀγὼν ἦν, ὅπερ ἔφην, καὶ τὸν αὐτὸν ἔδει καὶ τὸ οἰκεῖον παιδεύειν, καὶ πείθειν, καὶ πρὸς εὐσεβείας καταρτίζειν, καὶ τὸ ἀλλότριον ἀποσκευάζεσθαι· μᾶλλον δὲ καὶ τοὺς τῆς κακοδοξίας ἐξελέγχειν προστάτας, βλασφημίας εἰς τὸ ὕψος λαλοῦντας. *Ἔθεντο γὰρ καὶ εἰς οὐρανὸν τὸ στόμα*, κατὰ τὸν μακάριον φάναι Δαβὶδ, *καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν διῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς*, τὸν οὐρανὸν κλινόντων εἰς γῆν, καὶ μετὰ τῆς κλίσεως ἀριθμούντων φύσιν τὴν ὑπερκόσμιον· ἣν οὐδὲ χωρεῖν ἡ κτίσις δύναται, κἂν μεθ' ἡμῶν τι γένηται λόγῳ φιλανθρωπίας, ἵν' ἡμᾶς ἑλκύσῃ πρὸς ἑαυτὴν χαμαὶ κειμένους. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τοιοῦτοι, καὶ οὕτως ἔχοντες, ἄλλοι Σεναχερείμ τινες, καὶ Ναβουχοδονόσοροι κατὰ Ἱερουσαλήμ τε καὶ Ἰουδαίας, ἢ Δαρεῖοι, καὶ Ξέρξαι, καὶ ἡ πολυθρύλλητος Περσικὴ στρατιὰ, καὶ ἀριθμοῦ κρείττων, ὥς φασι, κατὰ τῆς Ἑλλάδος.

Μᾶλλον δὲ τοῖς διδασκάλοις τούτοις καὶ αὖθις δεῖ παραχωρῆσαι τοῦ λόγου, τὰ ἑαυτῶν ὑπὲρ πᾶσαν καὶ γλῶτταν, φημὶ, καὶ διάνοιαν ἄριστα διδάσκουσι, καὶ ὡς οὐδείς πω τῶν πάντων. Ἦν ὅτε ἥκμαζε τὰ ἡμέτερα, φησὶ, καὶ καλῶς εἶχεν, ἡνίκα τὸ μὲν περιττὸν τοῦτο, καὶ κατεγλωττισμένον τῆς θεολογίας καὶ ἔντεχνον οὐδὲ πάροδον εἶχεν εἰς τὰς θείας αὐλὰς, τὸ δὲ ἁπλοῦν τε καὶ εὐγενὲς τοῦ λόγου εὐσεβεῖν ἐνομίζετο. Ἀφ' οὗ δὲ Σέξτοι, καὶ Πύρρωνες, καὶ ἡ ἀντίθετος γλῶσσα, ὥσπερ τι νόσημα δεινὸν καὶ κακόηθες τὰς ἐκκλησίας ἡμῶν εἰσέφθειρε καὶ ἡ φλυαρία παίδευσις ἔδοξε, καὶ ὃ φησι περὶ Ἀθηναίων ἡ βίβλος, τῶν Πράξεων, εἰς οὐδὲν ἄλλο εὐκαιροῦμεν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον· ταύτης τῆς λύσσης ἤρξατο μὲν Ἄρειος ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος, ὃς καὶ δίκην ἔδωκεν ἀκολάστου γλώσσης· τὴν ἐν βεβήλοις τόποις κατάλυσιν, εὐχῆς ἔργον οὐ νόσου

supra tetigi. At istis principibus, apostolorum successoribus ac theologis, ne hic quidem ulla ratione pauperibus, in sermone, et circa sermones atque doctrinam omne certamen ac robur fuit. Quoniam non adversus idola, manifestumque creaturarum cultum, sed contra subdolam quamdam, et occultam in Deum impietatem, et novam erga creaturas servitutem conflictus a gubernatoribus istis navis Ecclesiæ totius mundi suscipiebatur. Quid enim sibi volebant persecutores, cum unigenitum, et consubstantiale, et honore æquale Dei Verbum communi nomine Deum appellarent, et idem nihilominus ad creaturam usque deprimerent; connaturalem porro, et ejusdem throni socium spiritum nec Dei vocabulo nominarent, et ad creaturarum ordinem similiter detraherent? perversa, inquam, divisio et ἀθεΐα Arii. Quid Sabelliana commistio, et trium in unum confusio? ut secundum illos neque tria neque unum esset, quod adoratur nova et absurda ἀθεΐα. Quin etiam Christi nomen gerentes, dubium Christianis, sive Christianorum simplicioribus et rudibus certamen et veritatis inventionem faciebant. Quocirca ab ipsis magistrorum coryphæis opera omnis in sermonem et doctrinam collata est, ut dixi, eumdemque et domesticos erudire, suadendoque ad pietatis numeros componere, et alienos amoliri oportebat; imo vero improbarum opinionum patronos redarguere, blasphemias in altum loquentes: *Posuerunt quippe in cœlum os suum*, ut beatus David ait [7], *et lingua eorum transivit in terram*, dum cœlum in terram inclinant, et cum creatura naturam supermundanam numerant, quam neque comprehendere creata res potest; etsi ex benignitate quidpiam nobiscum factus est, ut nos humi jacentes ad se attraheret. Cæterum illi quidem tales sunt, et ita se habent. Alii Senacheribi et Nabuchodonosores contra Jerusalem, et Judæam inveniuntur; aut Darii et Xerxes, et ille fama notissimus et innumerabilis adversus Græciam Persarum exercitus.

At enim præstat magistris hisce rursum auscultare, sua ita docentibus, ut melius nulla lingua, nullum ingenium possit. Erat, inquit, cum vigerent res nostræ, et bono loco essent; quando scilicet ista supervacanea, verborumque fucis et arte instructa tradenda theologiæ ratio ad divinas caulas accessum nentiquam reperiebat: contra simplex et ingenua oratio pietas ducebatur. Sed postquam Sexti et Pyrrhones, et contradicendi studiosa lingua, haud secus quam gravis quidam morbus, et prava consuetudo ecclesias nostras corrupit, et frugalitas visa est eruditio; et quod Actorum liber de Atheniensibus refert [8], ad nihil aliud vacamus, quam ad dicendum audiendumve aliquid novi; hunc furorem Arius ille, a furore (a Marte) nomen sortitus, inchoavit; qui etiam petulantis linguæ supplicium pertulit, in locis sor-

[7] Psalm. LXXII, 9. [8] Act. XVII, 22 seq.

Digitized by Google

didis anima exspirata, quod illi piorum votis et precibus, non morbi alicujus violentia contigit; atque instar Judæ, propter similem Verbi proditionem disruptus est. Alii in morbum succedentes, artem impietatis fabricati sunt, qui divinitatem ingenito definientes, genitum et procedentem simul Deitatis finibus excluserunt, nominis duntaxat communione Trinitatem venerantes; quin ne istud quidem ei relinquentes.

A γενόμενος, καὶ τὴν Ἰούδα ῥῆξιν ὑποστὰς ἐπ' ἴσῃ προδοσίᾳ τοῦ λόγου· διαδεξάμενοι δὲ ἄλλοι τὴν νόσον, τέχνην ἀσεβείας ἐδημιούργησαν, οἱ τῷ ἀγεννήτῳ τὴν θεότητα περιγράψαντες, τὸ γεννητὸν, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκπορευτὸν, ἐξώρισαν τῆς θεότητος, ὀνόματος κοινωνίᾳ μόνον τὴν Τριάδα τιμήσαντες· ἣν μηδὲ τοῦτο αὐτῇ τηρήσαντες.

At nos, scientes in unum tria contrahere impietatis esse, et novitatis introductæ a Sabellio, qui primus contractionem divinitatis commentus est, et tria dividere naturis, divinitatis peregrinam et inusitatam sectionem esse, et unum pulchre conservamus (deitati videlicet), et tria (quod ad proprietates attinet) pie docemus; nec per unum deitatem confundimus; nec per tria distrahimus, sed intra metas pietatis manentes, immoderatam in utramque partem inclinationem reprehensionemque devitamus. Quamobrem mediam ac regiam viam secantes (in quo et virtutis laus sita est, ut moralium rerum peritis placet), credimus in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, consubstantialitatem, unam eamdemque gloriam, quibus et baptismi perfectio nititur, et nominibus et rebus ipsis; nosti enim, initiate, illum esse negationem ἀθεΐας, et confessionem Deitatis: atque ita consummamur, unum quidem in essentia cognoscentes, et adoratione communi atque indivisa affirmantes; tria autem in hypostasibus, sive (quod quidam malunt) in personis; ne inepti sint, qui de his litigant, quasi in verbis potius quam in rebus pietatem nostram constituamus. Sed times, ne τριθεΐα, id est triplex divinitas, tibi exprobretur. Tu quod habes bonum tibi retine, in tribus scilicet unionem: mihi pugnam sine. Patiare me navim compingere, tu navi utere. Etiamsi alius sit, qui naves fabricetur, tamen tu me tuam sine fabricari. Tu hanc securus habita; et licet ejus causa nihil laboraris, nihilominus cursu prospero navigabis. Aut incole domum meam, qui hæc construxi et paravi, quamvis ad ea studium operamque nullam impenderis. In nubem ingrediamur. Da mihi tabulas cordis tui. Sum tibi Moses, etsi hoc dictu est audacius. Inscribo digito Dei novum decalogum: inscribo compendio salutis. Quod si quæ bestia hæretica et rationis expers est, intra maneat: aut periculum erit, ne sermone veritatis lapidetur.

Ἀλλ' ἡμεῖς, εἰδότες τὸ μὲν εἰς ἀριθμὸν ἕνα τὰ τρία συστέλλειν ἀθεότητος ὄν, καὶ τῆς Σαβελλίου καινοτομίας, ὃς πρῶτος συστολὴν θεότητος ἐπενόησε· τὸ δὲ τὰ τρία διαιρεῖν φύσεσι κατατομὴν θεότητος ἔκφυλον· καὶ τὸ ἓν καλῶς ἐτηρήσαμεν, θεότητι γάρ· καὶ τὰ τρία εὐσεβῶς ἐκηρύξαμεν, ἰδιότησι γάρ· B οὔτε τῷ ἑνὶ συγχέαντες, οὔτε τοῖς τρισὶ διαστήσαντες, ἀλλ' ἐν ὅροις μείναντες τῆς εὐσεβείας, τῷ φυγεῖν τὴν ἄμετρον ἐπὶ θάτερα κλῆσίν τε καὶ ἀντίθεσιν. Διὰ τὴν μέσην βαδίζοντες, φησὶ, καὶ βασιλικὴν (ἐν ᾧ καὶ τὸ τῶν ἀρετῶν ἔστηκεν, ὡς δοκεῖ τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς), πιστεύομεν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον, ὁμοούσιά τε καὶ ὁμόδοξα, ἐν οἷς καὶ τὴν τελείωσιν ἔχει, ἔν τε ὀνόμασι καὶ πράγμασιν τὸ βάπτισμα (οἶδας ὁ μυηθεὶς) ἄρνησις ὂν ἀθεΐας, καὶ ὁμολογία θεότητος· καὶ οὕτω καταρτιζόμεθα, τὸ μὲν ἓν τῇ οὐσίᾳ γινώσκοντες, καὶ τῷ ἀμερίστῳ τῆς προσκυνήσεως, τὰ δὲ τρία ταῖς ὑποστάσεσιν, εἴτ' οὖν προσώποις, ὅ τισι φίλον. Μηδὲ γὰρ οἱ περὶ ταῦτα ζυγομαχοῦντες ἀσχημονείτωσαν, ὥσπερ ἐν ὀνόμασι κειC μένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας, οὐκ ἐν πράγμασιν. Ἀλλὰ δέδοικας μὴ τριθεΐαν ὀνειδισθῇς. Ἔχε σὺ τὸ ἀγαθὸν, τὴν ἐν τοῖς τρισὶν ἕνωσιν· ἐμοὶ τὴν μάχην παράπεμψον. Ἔασον ἐμὲ ναυπηγὸν εἶναι, σὺ χρῶ τῇ νηΐ. Καὶ εἰ ναυπηγός ἐστιν ἕτερος, ἐμὲ λάβε τῆς οἰκείας ἀρχιτέκτονα. Σὺ ταύτην οἴκει μετὰ ἀσφαλείας· καὶ εἰ μηδὲν ἐμόχθησας, οὐχ ἧττον εὐπλοήσεις. Ἢ οἴκει τὴν οἰκίαν ἐμοῦ τοῦ ταῦτα κατασκευάσαντος, καὶ εἰ μηδὲν περὶ ταῦτα πεφιλοπόνηκας. Εἴσω τῆς νεφέλης χωρήσωμεν. Δός μοι τὰς πλάκας τῆς σῆς καρδίας. Γινομαί σοι Μωϋσῆς, εἰ καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν, ἐγγράφω δακτύλῳ Θεοῦ νέον δεκάλογον· ἐγγράφω σύντομον σωτηρίαν. Εἰ δέ τι θηρίον αἱρετικὸν καὶ ἀλόγιστον, κάτω μεινάτω· ἢ κινδυνεύσει λιθοβολούμενον τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας.

Non temere igitur, neque a scopo aberrans ego illa de istis, qui sunt æquales apostolis, et apostoli, et theologorum antesignani, antea protuli, etiam hos cum Petro et Paulo, et filius tonitrui, primi illius chori capitibus in mundum a Christo missos, qui secundam ἀθεΐαν, et creaturarum cultum post illos, et cum illis, virtute Verbi, veræque ac primæ sapientiæ igne spiritus penitus exurerent, et Ecclesiam ejus, defectionis discrimini proximam, propter hiemem, ventos contrarios, et procellas dæmonum artificio concitatas calefacerent, ardoremque pristinum redaccenderent. Per quos videlicet consequimur, ut sancte vivamus, ut sacerdo-

D Οὐ μάτην ἄρα, οὐδ' ἔξω τοῦ σκοποῦ βάλλων ἐγὼ ἐκεῖνα περὶ τῶν ἰσαποστόλων, καὶ ἀποστόλων τούτων, καὶ κορυφαίων θεολόγων φθάσας ἔλεγον, ὅτι καὶ τούτους μετὰ Πέτρου, καὶ Παύλου, καὶ τῶν υἱῶν τῆς βροντῆς, τῶν τοῦ πρώτου χοροῦ, φημὶ, κορυφαίων, εἰς τὸν κόσμον Χριστὸς ἐξαπέστειλε, τὴν δευτέραν ἀθεΐαν, καὶ τὴν λατρείαν τῶν κτισμάτων, μετ' ἐκείνους καὶ σὺν ἐκείνοις δυνάμει λόγου καὶ τῆς ἀληθινῆς καὶ πρώτης σοφίας τῷ πυρὶ τοῦ πνεύματος καταξέοντας, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐκείνου κινδυνεύουσαν ἐκλιπεῖν ἤδη τῷ χειμῶνι, καὶ ταῖς δαιμονικαῖς ἀντιπνοίαις θερμανοῦντας καὶ ἀναζωπυρήσοντας, δι' ὧν δήπου καὶ τὸ καλῶς ζῆν ἡμῖν, καὶ ἱεράσθαι, καὶ διδάσκειν, καὶ

Digitized by Google

ἀκροᾶσθαι, καὶ τὴν εὐαγγελικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐπιγινώσκειν πίστιν, καὶ πολιτείαν ἀπταίστως καὶ καθαρῶς τῇ ἐκείνου σοφῇ προνοίᾳ περίεστι. Ἠκούσατε γὰρ τῶν θείων ἐκείνων φωνῶν, ἃς δι' αὐτῶν ἡμῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον θεοπρεπῶς ἀπεφθέγξατο. *Ἐβρόντησε καὶ γὰρ ὄντως ἐξ οὐρανοῦ ὁ Κύριος, καὶ ὁ Ὕψιστος ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ*, καὶ διὰ τουτωνὶ τῶν μεγάλων· *καὶ ἔφανε αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ, καὶ ἐσαλεύθη, καὶ ἔτρομος ἐγενήθη ἡ γῆ, καὶ τὰ θεμέλια τῶν ὀρέων ἐσαλεύθησαν ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ.* Ἄτινα δὴ ταῦτα, καὶ ὄντινα τὸν σάλον αὐτῶν ὑποληπτέον; Οἶμαι δὲ τοὺς ἀπὸ γῆς καὶ κοιλίας φωνοῦντας, καὶ τὰ τοῦ πνεύματος λαλεῖν ἐπιχειροῦντας χωρὶς πνεύματος. *Οὓς οὐκ ἀπέστειλα*, φησὶν ὁ Θεὸς, *καὶ αὐτοὶ προεφήτευον.* Ἔτι δὲ καὶ τὸν αὐτοὺς ὑποκινοῦντα, καὶ λαλεῖν τὰ τοιαῦτα διδάσκοντα, τὸν προστάτην καὶ ἀρχηγὸν φημὶ τῆς κακίας ἄνωθεν, ὃν δήπου καὶ δρᾶς μέγα, καὶ Λευϊαθὰν τῇ θείᾳ Γραφῇ καλεῖν ἔθος, τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου Κυρίου σαλευόμενόν τε, καὶ κλονούμενον, καὶ ἰλιγγιῶντα. *Ἀπὸ προσώπου τοῦ φόβου Κυρίου*, φησὶν ὁ μεγαλοφωνότατος Ἡσαΐας, *καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ.* Καὶ ἵνα πάλιν πρὸς τὸν σοφώτατον ἐπανέλθω Δαβὶδ, *εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν.* Ὁ καὶ Παῦλος ὁ μέγας περὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν συναποστόλων ἐκεῖθεν ἐξείληφε. Καὶ, *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ*, φησί· *ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. Καὶ ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ τῇ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν.* Οὐδὲν γὰρ τὸ κωλύον καὶ ἡμέραν τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπικαλεῖν χάριν διὰ τὴν τοῦ φωτὸς αἴγλην καὶ τὴν λαμπρότητα, καὶ νύκτα τὴν αὐτὴν αὖθις διὰ τὸ βαθύ τε καὶ δυσθεώρητον. *Ἔθετο γὰρ*, φησὶ, *σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ*, τὸν θεῖον αὐτοῦ λόγον, καὶ τὸ βάθος τῆς γνώσεως, καὶ τῆς σοφίας, τοὺς τοῦ φωτὸς καὶ τῆς ἡμέρας υἱοὺς τούτους διδασκούσης οὓς καὶ νύκτα τις εἰπὼν, οὐκ ἂν ἁμάρτῃ τοῦ προσήκοντος, οἶμαι, διὰ τὸν ἐπιπροσθοῦντα δηλαδὴ τοῦ σαρκίου ζόφον, καὶ τὴν ἀχλὺν, τῷ φωτὶ τῆς δόξης Κυρίου διακοπτόμενα· κατὰ τὸν αὐτὸν αὖθις εἰπεῖν προφήτην, *Ὁ Θεός μου, φωτιεῖς τὸ σκότος μου*, λέγοντα. Καὶ, *Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου.* Καὶ, *Ἔστω ἡ λαμπρότης Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς.* Καὶ ὁ αὐτὸς αὖθις· *Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούωνται αἱ φωναὶ αὐτῶν·* τοὺς λόγους ἐκείνους, καὶ τὰς ἄνωθεν φερομένας τούτων φωνὰς ἢ βροντὰς προαναφωνῶν· *πᾶσαν ἀκοήν τε καὶ γλῶσσαν, ἀπ' ἄκρων γῆς εἰς ἄκρα διαλαβούσας, καὶ πάντα κατασχούσας τῇ μεγαλοφωνίᾳ τὰ πέρατα.* Περὶ ὧν δήπου καὶ τὸν θαυμαστὸν οἶμαι προειπεῖν Ἡσαΐαν, *Ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιὼν* (τὴν

A tio bene fungamur et doceamus, et audiamus, et evangelicam atque apostolicam fidem agnoscamus. Et quo vitam sine offensione ac pariter degamus, ab ipsorum sapienti providentia accipimus. Audistis enim cœlestes ipsorum voces, quas nobis per eos Spiritus sanctus divinius est locutus : *Intonuit enim revera de cœlo Dominus, et Altissimus dedit vocem suam* [9], etiam per hosce magnos ; *et illuxerunt coruscationes ejus orbi terrarum ; et commota est, et contremuit terra* [10] ; *et fundamenta montium conturbata sunt* [11] *a facie Domini, et a facie Dei Jacob* [12]. Quæ porro ista, et quam ab eis Ecclesiæ jactationem tempestatemque importari judicabimus ? Hos esse opinor, qui a terra, e cerebro suo

B clamant, et quæ spiritus sunt, citra spiritum loqui non reformidant. *Quos ego non misi*, ait Dominus, *et ipsi prophetabant* [13]. Præterea instigantem illos, et docentem loqui talia, ducem auctoremque scelerum ab initio : quem divina Scriptura [14] montem magnum, et Leviathan nuncupare consuevit, lumine faciei Domini agitatum, et quassatum, et vertigine correptum : *A facie formidinis Domini*, inquit magniloquentissimus Isaias, *et a gloria fortitudinis ejus* [15]. Atque, ut ad sapientissimum Davidem revertar : *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum* [16]. Unde et insignis ille Paulus de se et coapostolis illud interpretatus est [17]. Et : *Cœli enarrant gloriam Dei*, inquit, *et opera manuum ejus annuntiat firmamentum. Et dies*

C *diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam* [18]. Nihil enim prohibet etiam diem vocare spiritus gratiam, propter luminis splendorem et claritatem ; et eamdem rursus noctem, propter profunditatem nempe et difficultatem quam habet contemplatio : *Posuit enim tenebras latibulum suum* [19], divinum puta verbum suum, et profundum cognitionis ac sapientiæ, hosce lucis ac diei filios docentis : quos si quis etiam noctem nominaverit, mea sententia, ab eo quod decet nihil faciet alienum, propter incurrentem carunculæ hujus caliginem et tenebras, quæ lumen gloriæ Dei intercidunt ; ut cum eodem Propheta iterum dicam : *Deus meus, illuminabis tenebras* [20]. Et, *Signatum est super nos lumen vultus tui* [21]. Et : *Sit splendor*

D *Domini Dei super nos* [22]. Idem rursus : *Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum* [23] ; horum sermones illos, et de cœlo delatas voces, sive tonitrua prænuntians : quæ omnium aures atque linguas ab extremis terrarum usque ad extrema comprehenderunt, omnesque mundi fines magniloquentia sua occuparunt. De quibus sane inclytum quoque Isaiam vaticinatum reor : *Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion*, Ecclesiam Christi, inquam. *Exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem*,

[9] Psal. XVII, 14. [10] Psal. LXXVI, 19. [11] Psal. XVII, 8. [12] Psal. CXIII, 7. [13] Jerem. XIV et XXIII. [14] Job. II et XL. [15] Isa. II 19, 21. [16] Psal. XVIII, 5. [17] Rom. X, 18. [18] Psal. XVIII, 1, 2. [19] Psal. XVII, 12. [20] ibid. 29. [21] Psal. XLIX, 7. [22] Psal. LXXXIX, 17. [23] Psal. XVIII, 4.

Digitized by Google

Exaltate, nolite timere. Sacerdotes loquimini ad cor Jerusalem. Dimissa est enim iniquitas illius [24]. Et hæc quidem hactenus.

Sed quoniam et speculatoris Dei, et legislatoris Mosis, similiter ejusdem spectatores, et legislatores, de Deo philosophantes et docentes hi paulo antè meminerunt: ait enim, in nubem ingrediamur, da mihi tabulas cordis tui: sum tibi Moses (quamvis hoc dictu audax sit), inscribo digito Dei decalogum; inscribo compendium salutis: ne hoc quidem transeundum opinor, quin pro viribus consideremus: præsertim cum ab ipsis adeo sublimiter et magnifice prolatum sit. Quid igitur? Quæ est oratio mea? Hi quoque, ut Moses ille clarissimus, pastorali virga ab eo qui est, sibi tradita, dijque Pharaonis et hostilis exercitus ejus appellati, in tenebrosam et persecutricem Ægyptum, in perversam, inquam, et ratione carentem ἀθεΐαν descenderunt, divinoque verbo, et digito Dei, sicut ille, plagis sævissimis eam flagellarunt. Deinde etiam populum Domini inde educentes, *in manu potenti et brachio excelso* [25], profundum falsæ infidelitatis, ligno crucis, atque in eo suffixi admiranda imitatione, et communi salute, quam in medio terræ ipse solus operatus est, post illum, et cum illo pertransierunt, Ægyptiumque, et superbam mentem, Pharaonem dico, qui animo cernitur, cum omnibus copiis submerserunt, equos, et ascensores, et duces ibidem marinis aquis obruerunt; et victoriale carmen cum ipsi cecinerunt, tum populum Domini similiter canere docuerunt. Iidem cum Mose montem conscenderunt, Amelec improbum pravarum motionum architectum extensione manuum, et figura novi mysterii, ineffabilibus intelligentiæ efficacitatibus prostraverunt; qui post primam illam illustremque victoriam Dei populum impudenter iterum invaserat. In columna lucis et nubis per solitudinem iis præiverunt. Manna quod sub rationem cadit, Christum, inquam, in alimoniam immortalitatis affatim his præbuerunt. De petra percussa, lateris Domini videlicet melle, novo quodam modo eos saturarunt: idque tanto excellentius, quanto hæc typis illis et adumbrationibus excelsiora, majestatisque pleniora sunt. Quid amplius? Dei jussu Sinai monte conscenso, sine fulguribus, tonitruis, procella et caligine (quibus initiati exterrentur) et ignem perrumpunt, et cum Mose nubem ingrediuntur, et in tabulis non lapideis, sed in cordibus carnalibus, digito Dei (ut cum ipsis rursus dicam) novum decalogum et compendium salutis inscribunt: et hic quidem sacrosanctæ Trinitatis, et divinum Christi œconomiæ mysterium, illic Evangelio affinem vivendi modum, mandatorumque implendorum viam insculpunt (*fides* siquidem *sine operibus mortua est* [26], ut opera sine fide: quod etiam ipsi docuerunt), inde non jam cum Mose, sed plus quam Moses

A Χριστοῦ Ἐκκλησίαν φημί). Ὕψωσον τῇ ἰσχύι τὴν φωνήν σου, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ. λέλυται γὰρ ἡ ἀδικία αὐτῆς. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τοῦ θεόπτου καὶ νομοθέτου Μωσέως οἱ θεόπται καὶ νομοθέται θεολογοῦντες καὶ διδάσκοντες οὗτοι πρὸ βραχέος ἐμνήσθησαν· εἴσω καὶ γάρ, φησί, τῆς νεφέλης χωρήσωμεν· δός μοι τὰς πλάκας τῆς σῆς καρδίας· γίνομαί σοι Μωϋσῆς (εἰ καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν)· ἐγγράφω δακτύλῳ Θεοῦ νέον δεκάλογον· ἐγγράφω σύντομον σωτηρίας· οὐδὲ τοῦτο δεῖν, οἶμαι, παραδραμεῖν ἀθεώρητον κατὰ δύναμιν, καὶ μάλιστα παρ' αὐτῶν ἐκείνων οὕτω ῥηθὲν ὑψηλῶς τε καὶ μεγαλοπρεπῶς. Τί οὖν φημι; Καὶ τίς ὁ ἐμὸς λόγος; Καὶ οὗτοι, κατὰ Μωσέα τὸν μέγαν τὴν ποιμαντικὴν ῥάβδον ἐγχειρισθέντες παρὰ B τοῦ ὄντος, καὶ θεοὶ Φαραὼ χρισθέντες, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν ἀντικειμένης δυνάμεως, εἰς τε τὴν σκοτεινὴν καὶ διώκτριαν Αἴγυπτον, τὴν πονηράν φημι καὶ ἀλόγιστον ἀθεΐαν, κατῆλθον, καὶ λόγῳ θείῳ, καὶ δακτύλῳ Θεοῦ, κατ' ἐκεῖνον, πληγαῖς βαρυτάταις ταύτην ἐμάστιξαν. Εἶτα καὶ τὸν τοῦ Κυρίου λαὸν ἐκεῖθεν ἐξαγαγόντες, *ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ*, τόν τε βυθὸν τῆς ἁλμυρᾶς ἀπιστίας ξύλῳ σταυροῦ, καὶ τῇ τοῦ ἐν αὐτῷ παγέντος θαυμαστῇ ἐκμιμήσει καὶ κοινῇ σωτηρίᾳ, ἣν ἐν μέσῳ τῆς γῆς αὐτὸς μόνος εἰργάσατο, μετ' ἐκεῖνον, καὶ σὺν ἐκείνῳ διέῤῥηξαν, καὶ τὸν Ἀσσύριον, καὶ ὑπερήφανον νοῦν, τὸν νοητὸν Φαραὼ λέγω, παντὶ στρατῷ κατεβάπτισαν, ἵππους, καὶ ἀναβάτας, τρι- C στάτας αὐτόθι καταπεντίσαντες, καὶ τὸν ἐπινίκιον αὐτοί τε μεγαλοπρεπῶς ᾄσαντες, καὶ τὸν τοῦ Κυρίου λαὸν ᾄδειν ὡσαύτως διδάξαντες. Ἐπὶ τοῦ ὄρους ἀνῆλθον μετὰ Μωσέως, καὶ οὗτοι τὸν Ἀμαλὴκ, τὸν πονηρὸν τῶν παθῶν προστάτην, ἐκτάσει χειρῶν καὶ τύπῳ καινοῦ μυστηρίου ταῖς ἀλαλήτοις ἐνεργείαις τοῦ νοῦ καθεῖλον· μετὰ τὴν πρώτην καὶ μεγάλην ἐκείνην νίκην ἰταμῶς τῷ λαῷ Κυρίου καὶ πάλιν ἐπιτιθέμενον. Στύλῳ φωτὸς καὶ νεφέλης ἐν ἐρήμῳ τούτους ὡδήγησαν. Τὸ μάννα τὸ νοητὸν, Χριστὸν, εἰς τροφὴν ἀμβροσίαν ἀφθόνως τούτοις δεδώκασιν· ἐξ ἀκροτόμου πέτρας, τῆς δεσποτικῆς δηλαδὴ πλευρᾶς, μέλι καινῶς τούτους ἐχόρτασαν, ὅσῳ ταῦτα τῶν τύπων ἐκείνων ὑψηλότερά τε καὶ μεγαλοπρεπέστερα. Εἶτα τί; Τὸ Σίναιον ἀναβάντες D λόγῳ Θεοῦ, ἀστραπῶν καὶ βροντῶν δίχα, καὶ θυέλλης, καὶ γνόφου (τοὺς ὑπ' αὐτοῦ μυσταγωγουμένους ἐκδειματούντων), τό τε πῦρ διακόπτουσι, καὶ μετὰ Μωσέως τῆς νεφέλης εἴσω χωροῦσι, καὶ πλαξὶν οὐ λιθίναις, ἀλλὰ καρδίαις σαρκίναις, δακτύλῳ Θεοῦ, κατ' αὐτοὺς ἐκείνους αὖθις εἰπεῖν, ἐγγράφουσι νέον δεκάλογον, ἐγγράφουσι σύντομον σωτηρίας, ἔνθεν μὲν τὸ τῆς μεγάλης Τριάδος, καὶ δὴ καὶ τὸ τῆς Χριστοῦ οἰκονομίας, θεῖον μυστήριον, ἐκεῖθεν δὲ τὴν εὐαγγελικὴν πολιτείαν, καὶ τὴν τῶν ἐντολῶν ἐκπλήρωσιν ἐγχαράττοντες (ἐπειδὴ πίστις χωρὶς ἔργων νεκρὰ, ὡς ἔργα δίχα πίστεως, αὐτοὶ φθάσαντες ἔφησαν), εἶτ' ἐκεῖθεν οὐκ ἔτι μετὰ Μωσέως,

[24] Isa. xl, 9 10. [25] Psal. cxxxv, 21. [26] Jac. ii, 20.

Digitized by Google

ἀλλ' ὑπὲρ Μωσέα τὴν ψυχὴν καὶ τὰ πρόσωπα δοξάζονται. Ὅπερ γὰρ ἐκεῖνος ἐπὶ τῆς ὄψεως ἔφερεν, ἐπὶ τῆς ψυχῆς εἶχον οὗτοι μεγαλοπρεπέστερόν τε καὶ ὑψηλότερον. Οἱ αὐτοὶ καὶ τοῦτο φασίν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Χριστὸς αὐτὸς, αὐτὸ τοῦτο διὰ τῶν πρώτων μαθητῶν τε καὶ ἀποστόλων πρὸς αὐτοὺς φθάσας, ἔλεγεν, ὅτι *Πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.*

A anima et vultu glorificantur. Quod enim ille in vultu gerebat, hi magnificentius et sublimius in animabus habebant. Hoc quoque ab ipsis, quanquam de aliis dictum est. Quin imo Christus etiam ipse hoc ipsum in persona primorum discipulorum apostolorumque suorum confessus est. *Multi*, inquit, *prophetæ et reges voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt: et audire quæ vos auditis, et non audierunt*[17].

Ἐκ τοῦ τῆς θεοφανείας ὄρους θεοειδεῖς καὶ θεοφόροι, καὶ ἥλιοι ἄλλοι κατέρχονται· μᾶλλον δὲ καὶ τῆς νεφέλης εἴσω τοὺς μυσταγωγουμένους (ὡς αὐτοί φασι) μετὰ Πέτρου τε καὶ τῶν υἱῶν τῆς βροντῆς ἀπορρήτως εἰσάγουσί τε καὶ συνεισάγουσιν ἑαυτοῖς· καὶ τῇ ἐκεῖθεν αἴγλῃ καὶ ταῖς μυστικαῖς λαμπηδόσι τῆς ἀνωτάτω Τριάδος τῆς πηγῆς τῶν B φώτων καταφωτίζουσιν· οὐ τὰ ἔκφορα μόνον τοῦ μυστηρίου, καὶ ταῖς τῶν πολλῶν ἀκοαῖς οὐκ ἀπόρρητα μυσταγωγοῦντες ἐκεῖνα, καθάπερ εἰπόντες ἔφθησαν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκείνων ἐνδότερα καὶ μυστικώτερα. Ἔχεις καὶ γὰρ, φησὶ, τοῦ μυστηρίου τὰ ἔκφορα, καὶ ταῖς τῶν πολλῶν ἀκοαῖς οὐκ ἀπόρρητα· τἄλλα δὲ εἴσω μαθήσῃ, τῆς Τριάδος χαριζομένης· δηλονότι μετὰ τὸ βάπτισμα καὶ τὴν κάθαρσιν, ἃ καὶ κρύψεις παρὰ σεαυτῷ σφαγῖδι κρατούμενα. Καὶ τίνα ταῦτα, καὶ ἡλίκα, καὶ ὅθεν ἥκοντα, οἱ αὐτοὶ καὶ πάλιν ἐκδιδάσκουσι τοὺς μεμυημένους ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι, εἰ καὶ ἀμυδρότερον ἔτι, καὶ οὐκ ἔξω παντελῶς τῶν προκαλυμμάτων καὶ τῶν ἐσόπτρων διὰ τὴν προβεβλημένην ἀρχὴν καὶ τὸν τῆς σαρκὸς ζόφον, οἷς συνεζεύγμεθα.

E monte divinæ apparitionis Deo similes effecti, et numine afflati, et soles novi descendunt: quin potius intra nubem (ut ipsi loquuntur) mysteria docendos cum Petro, et filiis tonitrui arcano inducunt, et una secum introducunt, claritateque illa, mysticisque splendoribus altissimæ Trinitatis, et fontis luminum, eos illuminant: non vulgata tantum, multorumque auribus non ignota, nec secreta illa mysteria, ut aiunt ipsi, verum illis interiora quoque, magisque mystica docentes. Habes enim, inquit, mysterii notiora, et multorum aures minime fugientia: cætera intus, Trinitate largiente cognosces; post baptismum et purgationem videlicet, quæ apud te sigillo munita abscondes. Quænam autem illa, et qualia sint, et unde veniant, iidem initiatos rursus docent in eodem spiritu, tametsi adhuc obscurius, nec omnino citra speculum, et integumenta propter obstantem nebulam, et carnis caliginem, quibus impliciti sumus.

Τούτου τοῦ θείου καὶ ἀγαθοῦ Πνεύματος, ὦ θεοφόροι διδάσκαλοι, καὶ ὑμεῖς τῶν χαρισμάτων καὶ τῆς ἐνεργείας πλησθέντες, καὶ ὅλον σχόντες ἐν ἑαυτοῖς, διὰ τούτων τὸν ἕνα τῆς Τριάδος, τὸν ὅλον ἑκάστῳ διαφόρως ἐνοικοῦντα, καὶ ὅλον ὄντα μετὰ Θεοῦ, καὶ πληροῦντα τὸ πᾶν, καὶ ὑπὲρ τὸ πᾶν, καὶ τοῦ παντὸς ὄντα ἔξω, ὡς αὐτοὶ καὶ ταῦτα εἰρήκατε· ἐδέξασθε γὰρ καὶ αὐτοὶ τὰς πυρίνας γλώσσας μετὰ τῶν ἀποστόλων ἐν ὑπερῴῳ τόπῳ, τῆς ὑψηλῆς, φημὶ, τοῦ νοῦ φυλακῆς τε καὶ θεωρίας ὑμῶν, οὐκ ἀπὸ τελωνῶν, καὶ σκυτοτόμων, καὶ ἁλιέων κατ' ἐκείνους κληθέντες εἰς ἀποστόλους καὶ μαθητὰς (*εὐδόκησε καὶ γὰρ ὁ Θεὸς τὸ τηνικαῦτα διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας*)· Ἐπειδὴ, φησὶν, *ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν Θεὸν*), ἀλλ' ἀπὸ ῥητόρων, καὶ φιλοσόφων, καὶ διαλεκτικῶν καὶ σοφῶν ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν καὶ πρώτην ἐλθόντες σοφίαν καὶ τὴν ἀποστολὴν, ἵνα καὶ διὰ τῆς κάτω σοφίας, ὡσανεί τινος σκευοφόρου καὶ ὑπηρέτιδος, ἐξελεγθῇ τὸ μωρὸν ὄντως καὶ ἀσθενὲς τῶν ἔξω σοφῶν· πρὸς τὴν ἡμετέραν ἐξήλθετε σωτηρίαν, ὥσπερ τινὲς ἄλλοι κατὰ χάριν θεοὶ, καὶ πλάσται τῶν σωζομένων, τῇ δυνάμει τοῦ πάντων δημιουργοῦ τε καὶ πλάστου, καὶ μόνου κατὰ φύσιν Θεοῦ.

C Hujus divini et boni spiritus, o cœlesti numine instincti doctores, charismatibus et efficientia vos quoque repleti estis, et per hæc totum intra vos habetis, unum de sancta Trinitate, totum in unoquoque habitantem, et totum cum Deo manentem, et implentem hoc omne, et super omne, et extra omne exsistentem, juxta doctrinam vestram. Suscepistis nimirum et ipsi linguas igneas cum apostolis in editissimo ædium loco; hoc est, in excelsæ mentis vestræ custodia et contemplatione: non quemadmodum illi, e publicanis, et sutoribus, et piscatoribus vocati, unctique in apostolos et discipulos (*placuit enim tunc Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes; Quia*, inquit, *in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum*[18]), sed ab oratoribus, philosophis, dialecticis et sapientibus ad veram et antiquissimam sapientiam atque apostolatum venistis: ut etiam per inferiorem sapientiam, veluti sarcinariam quamdam et ministram stulta sane et imbecilla externorum sapientia redargueretur. Ad salutem nostram egressi estis, ceu alii quidam per gratiam, et formatores salvandorum, in virtute omnium opificis, et formatoris, quique solus secundum naturam Deus est.

Καὶ Μωσῆς μὲν ὁ μέγας ἐκεῖνος τὸ βραδύ τε καὶ ἰσχνὸν τῆς γλώττης καὶ τῆς φωνῆς ἑαυτοῦ προβαλ-

Ac Moses quidem eximius ille tarditatem et gracilitatem linguæ ac vocis suæ, et postea Jeremias

[17] Luc. x, 24. [18] 1 Cor. 1, 21.

Digitized by Google

Τὰ δὲ τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου παθεῖν οἱ γενναῖοι κεκώλυνται· τοὺς μὲν λιθαζόντων, καὶ τῶν κρυπτῶν ἐκείνων σφαγέων ἄνωθεν ἐπισχόντος Θεοῦ διὰ τὴν τῶν σωζομένων ὑπ' αὐτῶν σωτηρίαν, καθὰ δὴ καὶ φθάσαντες ἔφημεν· τοὺς δὲ τῇ πρὸς αὐτοὺς ἐπισχόντας αἰδοῖ, σφαδάζοντας τοῖς θυμοῖς, καὶ τοὺς λίθους φέροντας ἐν χερσί· δι' ἃ δήπου καὶ φθάσας ἐγὼ, καὶ ὁμοταγεῖς, καὶ ὁμοτίμους, καὶ ἐφαμίλλους D ἐν ἅπασιν εἶπον τοῖς κορυφαίοις τῶν ἀποστόλων Χριστοῦ, καὶ μετὰ Μωσέως, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ Μωσέα, καὶ τοὺς τῆς Παλαιᾶς πάντας προφήτας καὶ νομοθέτας ἀκριβεῖς καὶ θεόπτας, ἅτε καὶ τὸν θεῖον ἐκεῖνον νόμον, καὶ τὰς ἱερὰς προφητείας τοῖς ἑαυτῶν λόγοις πρὸς φῶς ἀγαγόντας, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ γράμματος πρὸς τὸ πνεῦμα μετάθεσιν ἐκείνων πάντας διδάξαντας.

Quod si Moses pro Israele Deo irato dixit: *Si dimittis illis peccatum, dimitte; sin autem, dele me de libro, quem scripsisti* [29], ob ardentem gregis sui amorem cum eo perire non recusans, sane etiam hic, si inquisieris, apud pastores et legislatores

Εἰ δὲ καὶ Μωσῆς ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ πρὸς τὸν Θεὸν ὀργιζόμενον ἔλεγεν· *Ἂν μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, κάμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου, ἧς ἔγραψας*, συναπολέσθαι διὰ τὸ φίλτρον τοῖς ποιμαινομένοις ἑλόμενος, ἀλλὰ κἀνταῦθα τὸ

[26] Joan. xxi, 17. [27] ibid. 18, 19. [28] Matth. v, passim. [29] Exod. xxxii, 10.

Digitized by Google

πλέον ἐξετάζων εὑρήσεις παρὰ τοῖς ἐμοῖς ποιμέσι καὶ νομοθέταις. Οὐδὲ γὰρ συναπολέσθαι τοῖς φίλοις καὶ οὗτοι, καθὰ δὴ καὶ Μωϋσῆς, ηὔχοντο, ἀλλὰ προκινδυνεῦσαι μᾶλλον ἐκείνων οὗτοι, καὶ θεῖναι τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν φίλων μετὰ Χριστοῦ, ἵν' ἐκεῖνοι τὸ σώζεσθαι περιγένηται. Οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνο μετὰ Μωσέως πρὸς Θεὸν εἶπον καὶ οὗτοι, κατὰ τῶν ἀπειθῶν δυσχεραίνοντες· *Ἵνα τί ἐκάκωσας τὸν θεράποντά σου; καὶ διὰ τί οὐχ εὕρηκα χάριν ἐναντίον σου, ἐπιθεῖναί μοι τὴν ὁρμὴν τοῦ λαοῦ τούτου ἐπ' ἐμέ; Μὴ ἐγὼ ἐν γαστρὶ ἔλαβον τὸν πάντα λαὸν τοῦτον; ἢ ἐγὼ ἔτεκον αὐτούς, ὅτι λέγεις μοι, Λάβε αὐτὸν εἰς τὸν κόλπον σου, ὡσεὶ ἆραι τιθηνὸς τὸν θηλάζοντα, εἰς τὴν γῆν ἣν ὤμοσα τοῖς πατράσιν αὐτῶν;* Οὐχ οὕτω πρὸς Θεὸν περὶ τῶν ποιμαινομένων καὶ οἱ μακάριοι οὗτοι ἔλεγον· ἀλλ' ἐκεῖνα δήπου τὰ ὑπὲρ λόγον, καὶ ὑψηλότατα, ἃ δὴ καὶ φθάσαντες αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν ἀξίως ἡμᾶς ἐδίδαξαν.

meos amplius quiddam invenies. Non enim hi cum sibi charis etiam interire Mosis exemplo optabant, sed pro ipsis potius subire discrimina, et cum Christo pro amicis animam ponere, quo illi salute potirentur. Sed neque illud cum Mose hi Deo objecerunt, inobedientibus irati videlicet: *Cur afflixisti famulum tuum, et quare non inveni gratiam coram te, ut imponas pondus universi populi hujus super me? Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, ut dicas mihi, Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, et defer in terram, pro qua juravi patribus eorum*[30]? Non sic super his quos pascebant etiam beati hi locuti sunt: sed illa nimirum, quæ et altissima sunt, et satis prædicari nequeunt, quæ ipsi per se ipsos digne nos docuerunt.

Μεγάλα μὲν οὖν ταῦτα καὶ ὑψηλά, μᾶλλον δὲ, εἰ οὕτω χρὴ λέγειν, καὶ μεγάλων μείζονα, καὶ ὑψηλῶν ὑψηλότερα, καὶ τῆς τῶν ἀνδρῶν ἀρετῆς, καὶ τοῦ ἤθους ἄξια, καὶ τοῦ διδασκαλίας κράτους, οἰκειουμένου τὰ πέρατα. Οἶμαι γὰρ (ἵν' ἐκ τῶν αὐτῶν πάλιν περὶ αὐτῶν φθέγξωμαι), εἴ τις ἐγένετο ἢ γενήσεται σάλπιγξ ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος φθάνουσα, ἢ Θεοῦ φωνὴ τὸν κόσμον περιλαμβάνουσα, ἢ σεισμὸς οἰκουμένης ἔκ τινος καινοτομίας καὶ θαύματος, ταῦτα εἶναι τὴν ἐκείνων φωνὴν καὶ διάνοιαν, τοσοῦτον ἀπολείπουσαν πάντας, καὶ κάτω τιθεῖσαν, ὅσον τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν ἡμεῖς.

Magna igitur hæc et excelsa, imo, si ita dicere fas est, et magnis majora, et excelsis excelsiora, virorumque tantorum virtuti et moribus respondentia, et potentiæ cujusdam, quæ omnem doctrinæ amplitudinem sibi vendicarit. Sic enim statuo (ut ex ipsorum scriptis de ipsis rursum loquar), si qua fuit, aut erit tuba, late per aërem resonans, aut Dei vox mundum implens, aut terræ universæ tremor, ex novitate aliqua miraculoque, hæc esse illorum voces et sensa, quibus omnes alios antecellunt, et infra se relinquunt, quanto nos bestiarum naturæ antecellimus.

Κἀκεῖνοι μὲν οὕτως, καὶ τοιοῦτοι τὰ πρὸς ἡμᾶς εἰσι, καὶ τὴν Χριστοῦ πᾶσαν Ἐκκλησίαν ὁμοῦ, ὡς μηδὲ παραβάλλεσθαι μηδ' ἀμιλλᾶσθαι περὶ τῶν τοιούτων πρὸς τούτους μηδένας τῶν πάντων ἔχειν μηδοτιοῦν. Ἡμῖν δὲ, φησὶ, τίς μὲν ἄλλη συλλόγου σήμερον χάρις; τίς δὲ συμποσίων ἡδονή; τίς δὲ ἀγορῶν; τίς δὲ ἐκκλησιῶν; τίς τῶν ἐν τέλει καὶ τῶν μετ' ἐκείνων τρυφή; τίς μοναστῶν, ἢ μιγάδων; τίς τῶν ἀπραγμόνων, ἢ τῶν ἐν πράγμασι; τίς τῶν τὰ ἔξω φιλοσοφούντων, ἢ τὰ ἡμέτερα; Μία, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἡ μεγίστη, τὰ ἐκείνων συγγράμματα καὶ πονήματα. Οὐδὲ γράφουσιν εὐπορία τις ἄλλη μετ' ἐκείνους ἢ τὰ ἐκείνων συγγράμματα. Σιωπᾶται τὰ παλαιὰ, καὶ ὅσα τινὲς τοῖς θείοις λόγοις ἐνίδρωσαν· βοᾶται τὰ νέα, καὶ οὗτος ἄριστος ἐν λόγοις, ὃς ἂν τὰ ἐκείνων μάλιστα τυγχάνῃ γινώσκων, καὶ διὰ γλώσσης φέρων, καὶ συνετίζων τὰς ἀκοάς. Ἤρκεσαν γὰρ οἱ τρεῖς ἀντὶ πάντων τοῖς σπουδαιοτέροις εἰς μίμησιν· οἱ δὴ καὶ τὸ καινότατον τοῦτο καὶ θαύματος πλῆρες ἐπὶ πᾶσιν ἔσχον τοῖς προῤῥηθεῖσι, τὸ πρῶτοι καὶ μόνοι παρ' ἑαυτῶν τε καὶ τῶν οἰκείων λόγων, καὶ συγγραμμάτων τὰ ἐγκώμια δέξασθαι, πάσης ἐπιστήμης τε, καὶ λόγων ἰδέας, καὶ τῶν περὶ ταῦτα δεινῶν· ἐξισταμένων ὁμοῦ πάντων καὶ παραχωρούντων τοῖς μεγάλοις τοῦ λόγου· ὃ δὴ καὶ ἀρχόμενος ἔφην τοῦ λόγου.

Ac illi quidem ita se habent, talesque sunt, quod ad nos et totam simul Christi Ecclesiam attinet, ut nemo ex omnibus in his cum ipsis conferri, aut contendere ullo modo possit. Nobis autem, inquit, quænam alia hodierni conventus gratia? quæ compotationum jucunditas? quæ fori? quæ principum et familiarium ipsorum voluptas? quæ monachorum, aut conjugatorum? quæ otiosorum, aut occupatorum? quæ externæ, aut Christianæ philosophiæ sectatoribus? Una et per omnia maxima, illorum scripta et labores. Neque enim scriptores posteri aliunde quam ex ipsorum libris copiam suam petunt. Prætereuntur et tacentur vetera, et quæ nonnulli divinæ doctrinæ insudantes laborarunt, nova clamantur et prædicantur, censeturque is doctissimus, qui in ipsorum monumentis quam accuratissime volutatus fuerit, et verbis ea commode efferre, audientesque erudire potuerit. Etenim hi tres studiosioribus ad imitationem præ omnibus sufficiunt; qui id, quod in primis novum et admiratione plenum est, in omnibus prædictis habuerunt, ut primi et soli a seipsis, propriisque sermonibus et scriptis laudari possent, de omni genere scientiæ scriptionumque forma et vi singulari: obstupescentibus simul omnibus, et magnis istis oratione cedentibus: quod principio asserui.

[30] Num. xi, 11, 12.

Digitized by Google

Itaque in aliis hominibus diligentibus et socordibus, sapientibus et indoctis, Græcis et Barbaris, et cujusque demum generis illos videas diligere et diligi inter se, quibus eadem studia sunt in amoribus, quique eodem semper curriculo, pari alacritate decurrunt (quandoquidem, ut proverbio fertur, simili similis gaudet); ast quos nunc laudamus, tam incenso tamque inflammato amore simul omnes quasi ex composito prosequuntur, quam nec verbis dici, nec animo capi queat: et Christi quidem discipulos atque imitatores omnes, apostolos, inquam, et martyres, et pastores, et doctores, sanctorumque et justorum totam multitudinem, propter eorum erga communem Dominum charitatem, et ejus imitationem, pro viribus excellenter honorant diliguntque: verumtamen studio et præcipuo quodam amore non æque, nec secundum omnia singuli in omnes effunduntur; sed hi istos, alii illos, et alius alium vehementius diligunt, et in iis colendis sunt assidui, et pro decoro facultatibus donariis afficiunt: at tres istos omnes diligunt, commendant, suspiciunt, plausibus tollunt, in ore semper habent, exsilientes, cantantes, collaudantes, et quid non præclarissimum de iis claris etiam vocibus prædicantes? eos Patres, magistros, bene meritos, secundum Deum salvatores, gubernatores, theologos, fidei columnas, orthodoxæ fidei propugnatores, hæresum eversores, sanctarum Scripturarum explanatores, sapientes, et Ecclesiæ philosophos atque oratores, omnia nobis simul post Deum et cum Deo factos pronuntiantes: imo vero, qui omnia nobis fiunt, et fient, neque unquam fieri desinent. Ista istorumque non dissimilia nemo non de hisce magnis admirabundus exclamat. Jam qui in eorum sacrum munus, et humanarum animarum procurationem, Ecclesiarumque gubernationem successerunt, quid opus est dicere? quomodo a divina ipsorum theologia, linguaque pendeant, et quomodo ipsos quæque ipsorum sunt, magis quam hunc aerem spirent, tanquam sacrorum dogmatum magistros, Evangelicæ vitæ duces, et canonas sacerdotum; et omnis boni archetypos, et charitatis, prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ simul et justitiæ, et omnis sapientiæ ac eloquentiæ, omnis divinarum humanarumque rerum scientiæ formas et regulas tutissimas illos habeant: ac neque dicere, neque facere, neque docere, neque adversum sanæ fidei nostræ oppugnatores, sine ipsorum decretis atque consultis, disputandi forma ac methodo, et a Deo inspirata doctrina disputare audeant? Siquidem et cum illis versari familiariter videntur, et quæ illorum sunt, ab ipsis illis intellectuali ac sensibili modo simul, sancta quadam ratione audire: illud propter illorum e superis obumbrationem amoremque quem gerunt nostri singularem, hoc propter sacra eorum volumina. Nec enim nos ita deseruerunt, ut omnino deseruerint.

Quid plura? Si isti usque ad consummationem

Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, σπουδαίων τέ φημι καὶ ῥᾳθύμων, σοφῶν τε καὶ ἀμαθῶν, Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων, καὶ πάντων ὁμοῦ, ἐκείνους ἂν ἴδοις φιλοῦντας ἀλλήλους καὶ φιλουμένους τοὺς τῶν αὐτῶν ἐραστάς τε καὶ σπουδαστάς, καὶ τὴν αὐτὴν μετὰ τῆς αὐτῆς προθυμίας ἑκάστοτε τρέχοντας (ἐπειδὴ καὶ φίλον, φασὶ, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον)· τοὺς δὲ νῦν ἐπαινουμένους οὕτω σφοδρῶς τε καὶ μεθ' ὑπερβολῆς καὶ ὁμοῦ καὶ πάντες φιλοῦσιν, ὡς ἀπὸ συνθήματος, ὡς μηδὲ λέγειν ἐξεῖναι, μηδὲ μετρεῖν. Καὶ τοὺς μὲν Χριστοῦ μαθητὰς πάντας καὶ μιμητὰς, ἀποστόλους λέγω καὶ μάρτυρας, καὶ ποιμένας, καὶ διδασκάλους, καὶ τὴν τῶν ὁσίων καὶ δικαίων ἅμα πληθύν, εἰ καὶ πάντας ὁμοῦ πάντες διὰ τὸ πρὸς τὸν κοινὸν Δεσπότην φίλτρον καὶ τὴν κατὰ δύναμιν μίμησιν διαφερόντως τιμῶσί τε καὶ φιλοῦσιν, ἀλλὰ τὴν σπουδὴν, καὶ τὸ φίλτρον οὐχ ὁμοίως, οὐδὲ κατὰ ταυτὰ πάντες πρὸς πάντας ἔχουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν τούτους, οἱ δὲ ἐκείνους, καὶ ἄλλος ἄλλον καὶ φιλοῦσι μᾶλλον, καὶ προσεδρεύουσι, καὶ δωροφοροῦσί γε τὰ εἰκότα καθόσον ἔξεστι· πάντες δ' ὁμοῦ τοὺς τρεῖς τούτους καὶ φιλοῦσι, καὶ ἐπαινοῦσι, καὶ θαυμάζουσι, καὶ κροτοῦσι, καὶ διὰ γλώττης ἀεὶ δήποτε φέρουσι, σκιρτῶντες, βοῶντες, ἀνευφημοῦντες, καὶ τί τῶν καλλίστων οὐ κατ' αὐτῶν κεκραγότες; τοὺς πατέρας, τοὺς διδασκάλους, τοὺς εὐεργέτας, τοὺς σωτῆρας μετὰ Θεὸν, τοὺς κυβερνήτας, τοὺς θεολόγους, τοὺς τῆς πίστεως στύλους, τοὺς προμάχους τῆς ὀρθῆς δόξης, τοὺς τῶν αἱρέσεων καταλυτὰς, τοὺς τῶν θείων Γραφῶν ἑρμηνέας, τοὺς σοφοὺς καὶ φιλοσόφους τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ῥήτορας, τοὺς πάντα ἡμῖν ὁμοῦ μετὰ Θεὸν καὶ μετὰ Θεοῦ γεγονότας· μᾶλλον δὲ καὶ γινομένους, καὶ γενησομένους, καὶ μηδὲ λήξοντας. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κατ' αὐτῶν μετὰ μεγάλου πάντες ἀναβοῶσι τοῦ θαύματος. Οἱ δέ γε τὴν ἐκείνων ἱερὰν λειτουργίαν, καὶ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων οἰκονομίαν ψυχῶν, καὶ τὴν τῶν ἐκκλησιῶν προστασίαν διαδεξάμενοι μετ' ἐκείνους, τί χρὴ καὶ λέγειν ὅπως τῆς θεοπεσίας αὐτῶν ἐξήρτηνται θεολογίας καὶ γλώττης, καὶ ὅπως αὐτούς τε καὶ τὰ αὐτῶν ὑπὲρ τοῦτον πνέουσι τὸν ἀέρα, καὶ δογμάτων ἱερῶν διδασκάλους καὶ ὁδηγοὺς εὐαγγελικῆς πολιτείας, καὶ κανόνας ἱερωσύνης, καὶ ἀρχετύπους παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ ἀγάπης, καὶ φρονήσεως, καὶ ἀνδρίας, καὶ σωφροσύνης ὁμοῦ, καὶ δικαιοσύνης, καὶ σοφίας παντοίας, καὶ λόγων, καὶ παντοδαπῆς ἐπιστήμης θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ τύπους, καὶ κανόνας ἀσφαλεῖ ἔχοντες τούτους· καὶ μηδὲ λέγειν, μηδὲ πράττειν, μηδὲ διδάσκειν, μηδὲ διαλέγεσθαι πρὸς τοὺς ἀντικαθισταμένους τῷ καθ' ἡμᾶς ὑγιεῖ τῆς πίστεως ἀνεχόμενοι λόγῳ τῆς αὐτῶν διαγνώμης δίχα, καὶ τοῦ κανόνος, καὶ τοῦ τύπου τῶν λόγων, καὶ τῆς θεοπνεύστου διδασκαλίας; Ἐπεὶ καὶ συνεῖναι δοκοῦσι τούτοις, καὶ τὰ αὐτῶν παρ' αὐτῶν ἐκείνων νοητῶς ὁμοῦ τε καὶ αἰσθητῶς, τὸ μὲν διὰ τὴν ἐκείνων ἄνωθεν ἐπισκίασιν καὶ τὸ φίλτρον, τὸ δὲ διὰ τῶν ἱερῶν τούτων πυκτίων ἱερῶς ἀκροᾶσθαι. Οὐδὲ γὰρ ἀπολιπόντες ἡμᾶς παντάπασιν ἀπολείπουσι.

Καὶ τί δεῖ πλείω καὶ μακρότερα λέγειν; Οὕτοι εἰ

Digitized by Google

μὲν καὶ μέχρι συντελείας ἐν σαρκὶ τῷ κόσμῳ καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνῆσαν, τῷ παντὶ τῷδε καὶ τῆς αὐτῶν ζωῆς εἰς κοινὸν ὄφελος καὶ θαῦμα καινὸν ὑπερφυῶς συνεκτεινομένης, ὥσπερ οὐρανός τε καὶ ἥλιος, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν ἀστέρων ἐκεῖνος χορὸς, ἢ τῶν μεγάλων τούτων στοιχείων ἡ τετρακτὺς, δι' ὧν ἡ αἰσθητικὴ καὶ ὁρωμένη κτίσις αὕτη τῇ δυνάμει τοῦ κτίσαντος συνέχεται, καὶ πρὸς τὸ ἀδιάλυτον συντηρεῖται· ἢ ψυχή τις κοινὴ καὶ ζωτικὴ τοῦ παντὸς δύναμις· τοῦτο καὶ πρὸς ὑμῶν ἂν ἦν, εἴπερ τι τῶν πάντων, καὶ τοῦ παντὸς ὑπὲρ πάντα τιμώμενον, καί γε τῆς μεγάλης προνοίας καὶ τῆς παντοδυνάμου δυνάμεως ἄξιον· ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τούτους ἀνθρώπους ὄντας οὐκ ἦν μὴ τοῖς νόμοις δουλεῦσαι τῆς φύσεως, μηδὲ τὸν οὖν ἀποδοῦναι τῇ γῇ, γίνεται μὲν κατὰ φύσιν καὶ τοῦτο, ἵνα μὴ καὶ δόξωσιν οὐσία τις ἄϋλος εἶναι, καὶ ξένη τὸ καθ' ἡμᾶς ὑποκριναμένη, καὶ τὰ καινὰ, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐκεῖνα τελέσασα· καὶ ἀποδίδοται μὲν κατὰ καιρὸν ὁ χοῦς τῷ χοΐ, ἵνα καὶ τῶν μακρῶν τέως ἀγώνων, καὶ πόνων, καὶ ἱδρώτων, καὶ τῶν παντοδαπῶν ἀναπνεύσῃ κινδύνων· ἀποδίδοται δὲ καὶ τῇ εἰκόνι τὸ κατ' εἰκόνα τρανότερόν τε καὶ τελεώτερον· τὸ δὲ κατ' αὐτοὺς θαῦμα πολλῷ μᾶλλον, καὶ καθ' ὑπερβολὴν νῦν ὑψηλότερόν τε καὶ ὑπερφυέστερον· ὅτι καὶ μεταστάντες, ἡμῶν οὐκ ἀπέστησαν· καὶ τῇ σαρκὶ χωρισθέντες, τῷ πνεύματι μᾶλλον συνήφθησαν, καὶ σύνεισιν ἀχωρίστως τῇ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ, τῆς μεγάλης ἐκείνης προστασίας, καὶ τῆς ποιμαντικῆς κραταιότερον ἀντεχόμενοι, καὶ προπολεμοῦντες τῆς ποίμνης, καὶ τοὺς λύκους ἀναιροῦντες τελείως, οὓς τῇ καλαύροπι, καὶ τῇ τοῦ λόγου σφενδόνῃ παρόντες ἀπήλαυνον πρότερον, ὅσῳ καὶ φθόνου, καὶ βασκανίας, καὶ λιθασμῶν, καὶ διωγμῶν, καὶ ὑπερορίας, καὶ θανάτων παντοδαπῶν νῦν ἀνώτεροι χρηματίζουσι, καὶ δρῶσι, μὴ πάσχοντες, καὶ τὰ ὑπὲρ φύσιν μᾶλλον νῦν γεγονότες ἐξανύουσι κάλλιστα διὰ τῆς αὐτῶν ὑψηλοτάτης διδασκαλίας καὶ τῶν κοινῶν παραινέσεων. Καὶ ἡ μὲν γλῶττα σιγᾷ, καὶ τὰ χρυσᾶ κατὰ φύσιν μέμυκε χείλη· τὰ δ' ἱερὰ πυκτία, καὶ οἱ θεόπνευστοι λόγοι, καὶ τῶν περὶ Θεοῦ δογμάτων οἱ ζῶντες καὶ ἔμψυχοι θησαυροὶ, καὶ τὸ γινώσκειν ὀρθοδόξως αὐτοῦ τὴν θεότητα, ἅπερ ἡμῖν ὡς κλῆρός τις πατρικὸς καὶ ὑπέρτιμος ὑπ' αὐτῶν κατελείφθη, ὡς ἐκ μυρίων βοᾷ γλωσσῶν τε καὶ στομάτων ἀκαταπαύστως. Καὶ ζῶσι μὲν ἐν Χριστῷ τὴν μακαρίαν ἐκείνην ζωὴν καὶ ἀνώλεθρον· ζῶσι δὲ καὶ παρ' ἡμῖν ἐντεῦθεν λαλοῦντες, καθάπερ εἶπον, καὶ τὸν κόσμον μετὰ Χριστοῦ σώζοντες.

Δεῦρο δὴ, περιστάντες με πᾶς ὁ περὶ ἐκείνους φίλος χόρος, συνεργάσασθέ μοι τὴν εὐφημίαν· οἱ ποιμένες τοὺς ποιμένας ἐπαινοῦντες καὶ διδασκάλους· οἱ περὶ τὸ βῆμα, καὶ τὴν ἱερὰν τράπεζαν, καὶ τὴν λειτουργίαν, τοὺς τῆς τάξεως ταύτης, καὶ τῶν ἱερῶν εὐχῶν ἀρχηγούς τε καὶ νομοθέτας· οἱ φιλόσοφοι, καὶ σοφοὶ, καὶ διαλεκτικοὶ, καὶ λογογράφοι, καὶ ῥήτορες, τήν τε πρώτην καὶ ἀνωτάτην σοφίαν, καὶ δὴ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην, καὶ κάτω ἀσκοῦντες τοὺς τούτων ἀσκητὰς, καὶ τεχνίτας, καὶ καθηγε-

sæculi in carne, in mundo, atque inter homines mansissent, et novo portento vita illorum ad communem fructum cum universitate hac supra naturæ cursum duravisset, quemadmodum cœlum et sol, et reliquus ille siderum chorus, aut magnorum horum corporum quaternarius, per quæ creatura hæc sub sensum et aspectum cadens potentia conditoris cohæret, et citra solutionem custoditur: aut anima quædam communis, et vitalis universi virtus; hoc et nobis conduceret, si quid aliud ex omnibus, quavis æstimatione majus, et magnæ providentiæ ac virtuti omnipotenti consentaneum. Sed quoniam et hi homines nati erant, nec poterant naturæ legem effugere, nec pulverem terræ non reddere, debitum persolvunt, ne substantia quædam a materiæ concretione libera, ac peregrina, nobis tantum assimilata videantur, quæ nova illa et hominis captum excedentia præstet, redditurque suo tempore pulvis pulveri, ut tandem a diuturnis agonibus, laboribus, sudoribus, et omne genus periculis respiret, et imagini quod fuit secundum imaginem purius perfectiusque restituitur. Cæterum admirabilitas ipsorum nunc longe major et nimium miris modis sublimior atque excellentior est. Nam quamvis hinc demigraverint, non tamen a nobis discesserunt, corporibusque separati, spiritu arctius nobiscum conjunguntur, Ecclesiæque Christi inseparabiliter adsunt, magnam illam et pastoralem provinciam validius complectentes, et pro grege dimicantes, et lupos perfecte occidentes (quos prius, dum hic viverent, pastorali baculo et funda sermonis abigebant), quando et invidia, et malignitate, et lapidationibus, et persecutionibus, et exsilio, et mortibus omnigenis modo superiores dicuntur, et faciunt, nec patiuntur, et quæ supra naturam sunt, res præclarissimas, ipsi naturam transgressi, per sublimissimam doctrinam suam et admonitiones communes nunc magis efficiunt. Ac lingua quidem silet, et aurea labia natura clausit: sacri autem commentarii, et orationes e divino instinctu profectæ, dogmatumque de Deo vivi et animati thesauri, et orthodoxa divinitatis ejus cognitio, quæ ut pretiosissimum patrimonium nobis relicta, innumerabilium linguis et ore decantantur. Vivunt quidem illi in Christo vitam illam beatam, ab omni interitu semotam: vivunt nihilominus apud nos quoque hic loquentes, ut dixi, et mundum cum Christo salvum præstantes.

Agedum, totus illorum amans chorus me circumsistat, detque mecum illorum laudibus operam. Qui pastores estis, pastores et magistros celebrantes; qui in sacrario versamini, et in sacra mensa operamini; hujus ordinis sacrarumque precationum principes ac præceptores: philosophi et sapientes, dialectici et scriptores, et oratores, quique primam et altissimam, quique humanam et inferiorem sapientiam colitis; horum exercitatores et artifices, et duces, et excelsos magistros,

Digitized by Google

et oratores. Et ut paucis comprehendam, monachi, et conjugio copulati, solitariam vitam agentes, et in medils hominum cœtibus degentes, simplicitate quadam contenti, et morum exactiorum cupidi, qui vel contemplationi, vel rebus agendis sunt dediti : ego vero etiam apostolos invito, et prophetas, quotquot ante et post Christum exstiterunt, et legistatores, et duces, et sacerdotes : siquidem et illi plenius hoc cognoscunt et amant, eorumque omnigenis virtutibus atque scriptis exornantur, et encomiis, verbisque et operibus quasi coronis revinciuntur.

Verum, o pastores sapientes, et magistri, et parentes, et duces, et defensores post primum et Solum pastorem, magistrum, defensorem, ac Dominum Ecclesiæ suæ : o servatores post primum Servatorem, et benefactores post primum benefactorem, et dispensatores fideles ac prudentes, *quos constituit Dominus super familiam suam* [31], hanc dico Ecclesiam ipsius ; qui dedistis, et datis, juxta verbum ipsius, conservis *tritici mensuram in tempore ;* quos idcirco, ut sequitur, *super omnia sua constituit* [32] : o prophetarum, apostolorum, martyrumque consortes, certaminumque socii, et adjutores, et commilitones : o anima, et lingua, et os, et mens, et sapientia, et virtus, et corona gloriæ, et celebritas, et honos omni honore præstantior, et claritas, et fama, et gloriatio, et basis, et firmamentum Christi Ecclesiæ : habetote etiam a nobis hanc inelegantem et brevem orationem, seu magnam et sublimem potius : illud propter seipsam imbecillitatemque propriam : hoc propter vos et verba vestra, quibus ipsa tota innititur, et simul contexitur : quod vestra erga humiles et abjectos humanitas et summissio non refugit. Respicite nos de cœlo propitii, et hunc Christi juxta ac vestrum gregem invisite, quem sudoribus et longis laboribus collegistis, olim parvum et imperfectum, juxta verbum vestrum, neque liberis fruentem pascuis, neque ovile implentem, jamque nihilominus vestra inspectione, sedulitate, providentia indigentem, incultum et horridum, ac silvescentem post illam multiplicem diligentiam vestram, uti vineam illam, *quæ facta est dilecto in cornu, in loco pingui* [33], ut apud Isaiam legimus, parco enim quæ sequuntur dicere, ne panegyrim contaminem. Quoniam nunc magis in Christo vivitis, et res nostras majore miseratione clariusque intuemini, purius et altius in lumine magnæ Trinitatis, et inde sine medio, absque speculis et repræsentationibus illustrationem capessentes ; quam decet omnis gloria, honos, adoratio, imperium, majestas et magnificentia, nunc et in omnium sæculorum æternitatem. Amen.

μόνας, καὶ ὑψηλοὺς διδασκάλους, καὶ ῥήτορας· καὶ ἵνα συνελὼν εἴπω, οἱ μονασταὶ καὶ μιγάδες, οἱ τῆς ἐρημίας τε καὶ τῆς πολιτείας, οἱ τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ἀκριβείας, ὅσοι τῆς θεωρίας, καὶ ὅσοι τῆς πράξεως. Ἐγὼ δὲ καὶ ἀποστόλους καλῶ, καὶ προφήτας, ὅσοι πρό τε Χριστοῦ καὶ μετὰ Χριστὸν, καὶ νομοθέτας, καὶ στρατηγοὺς, καὶ ἱερέας· ἐπεὶ μᾶλλον ἐκεῖνοι τούτους γινώσκουσι καὶ φιλοῦσι, καὶ τοῖς αὐτῶν ἐγκαλλωπίζονται παντοδαποῖς κατορθώμασι καὶ τοῖς λόγοις, καὶ τοῖς παρ' αὐτῶν ἀναδοῦνται στεφάνοις τε καὶ τοῖς ἐγκωμίοις, καὶ λόγοις ἅμα καὶ πράγμασιν.

Ἀλλ', ὦ ποιμένες σοφοὶ, καὶ διδάσκαλοι, καὶ πατέρες, καὶ ὁδηγοὶ, καὶ προστάται, μετὰ τὸν πρῶτον καὶ μόνον ποιμένα, καὶ διδάσκαλον, καὶ προστάτην, καὶ Δεσπότην τῆς ἑαυτοῦ Ἐκκλησίας· ὦ σωτῆρες μετὰ τὸν πρῶτον Σωτῆρα, καὶ εὐεργέται μετὰ τὸν εὐεργέτην, καὶ οἰκονόμοι πιστοὶ καὶ φρόνιμοι, οὓς *κατέστησεν ὁ Κύριος ἐπὶ τῆς οἰκίας*, ταύτης, λέγω, τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας· οἱ δεδωκότες καὶ διδόντες κατὰ τὸν αὐτοῦ λόγον τοῖς ὁμοδούλοις *τὸ σιτομέτριον ἐν καιρῷ*· οὓς, κατὰ τὸν ἑαυτοῦ λόγον, *καθίστησιν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ* δι' ἐκεῖνα· ὦ προφητῶν καὶ ἀποστόλων καὶ μαρτύρων κοινωνοὶ, καὶ σύναθλοι, καὶ συνεργάται, καὶ συναγωνισταί· ὦ ψυχὴ, καὶ γλῶττα, καὶ στόμα, καὶ νοῦ, καὶ λόγε, καὶ σοφία, καὶ ἀρετὴ, καὶ καυχήσεως στέφανος, καὶ κλέος, καὶ ὑπέρτιμος τιμὴ, καὶ λαμπρότης, καὶ δόξα, καὶ καύχημα, καὶ βάσις, καὶ ἔρεισμα τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας· (ὡς γὰρ ἕνα τοὺς τρεῖς κατασπάζομαι διὰ τὸ τῆς ἑνώσεως καὶ τῆς συμφυΐας καινὸν, καὶ ἐμότιμον)· ἔχετε καὶ παρ' ἡμῶν τὸν εὐτελῆ καὶ βραχὺν τουτονὶ λόγον, μᾶλλον δὲ καὶ μέγαν καὶ ὑψηλὸν τὸν αὐτόν· τὸ μὲν δι' ὑμᾶς καὶ τοὺς ὑμετέρους λόγους, οἷς αὐτὸς ὅλος ἐρείδεται, καὶ συνεξυφαίνεται διὰ τὴν ὑμῶν πρὸς τὸ ταπεινὸν φιλανθρωπίαν καὶ συγκατάβασιν. Ὑμεῖς δ' ἐποπτεύοιτε ἡμᾶς ἄνωθεν βλεφ, καὶ τὸ Χριστοῦ τοῦτο καὶ ὑμέτερον φιλανθρώπως ἐπισκέπτοισθε πολίμνιον, ὅπερ ἰδρῶσι καὶ πόνοις μακροῖς συνεστήσασθε, μικρόν τε καὶ ἀτελὲς ὂν πάλαι, κατὰ τὸν ὑμέτερον λόγον, καὶ μήτε νομὴν ἐλευθέραν ἔχον, μήτε μάνδρᾳ περιεχόμενον· καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον τῆς ὑμῶν ἐπισκοπῆς, καὶ τῆς ἐπιμελείας καὶ προνοίας δεόμενον, χερσομανοῦν, καὶ ὑλομανοῦν, καὶ μετὰ τὴν πολυειδῆ καὶ θαυμαστὴν ἐκείνην ὑμῶν ἐπιμέλειαν, κατὰ τὸν ἀμπελῶνα ἐκεῖνόν φημι, *ὃς ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίονι*, καθά φησιν Ἡσαΐας. Φείδομαι γάρ τι πλέον εἰπεῖν, αἰδούμενος τὴν πανήγυριν. Ἐπεὶ καὶ ζῆτε μᾶλλον νῦν ἐν Χριστῷ, καὶ συμπαθέστερον καὶ τρανότερον ἐποπτεύετε τὰ ἡμέτερα, καθαρώτερόν τε καὶ ὑψηλότερον ἐνατενίζοντες τῷ φωτὶ τῆς μεγάλης Τριάδος, καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἐλλάμψεις ἀμέσως δεχόμενοι, τῶν ἐσπτρων λυθέντων καὶ τῶν ἐμφάσεων· ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, κράτος, μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[31] Matth. xxiv, 45. [32] Luc. xii, 42. [33] Isa. v, 10.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

ΚΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΘΕΟΥ

ΑΝΑΤΡΟΠΗ ΤΩΝ ΑΝΑΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝ ΠΑΡΑ ΤΩ ΑΡΜΕΝΟΠΟΥΛΩ ΑΝΑΘΕΜΑΤΙΣΜΩΝ.

—

SANCTISSIMI PATRIARCHÆ

DOMINI PHILOTHEI

REFUTATIO SCRIPTORUM APUD HARMENOPULUM ANATHEMATISMORUM.

(Ex *Jure Græco-Romano*. Prologum primi ediderunt Rallis et Potli in Syntagmate, tom. V. Athenis 1851.)

—

Ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου τόμος ἐξεφωνήθη, συμπράξαντος καὶ τοῦ τότε πατριάρχου Ἀλεξίου καὶ τῆς συνόδου, ἀναθεματίζων τοὺς ἐπιχειροῦντας ἀποστασίαν ἢ τυραννίδα κατὰ βασιλέων ποιῆσαι, ὡς ἐντεῦθεν τοὺς ὑπηκόους τῶν οἰκείων δεσποτῶν παρασκευάζοντας ἐπανίστασθαι· ἔχει δὲ οὕτως· « Τοῖς μέλλουσιν ἐπιβουλαῖς ἢ μούλτοις ἀπό γε τοῦ νῦν ἐπιχειρεῖν, ἀνάθεμα. Τοῖς συμπράττουσιν αὐτοῖς, καὶ τοῖς συγκοινωνοῦσιν ἐν τῇ ἀποστασίᾳ, ἀνάθεμα. Τοῖς συμβουλεύουσι, καὶ τοῖς παρορμῶσιν εἰς τὰ τοιαῦτα, ἀνάθεμα Τοῖς συνεκστρατεύουσι τούτοις, ἀνάθεμα. Τοῖς δεχομένοις αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν μὴ μεταμελομένους ἀπὸ τῆς ἀποστασίας καὶ καταλιμπάνοντας αὐτὴν, ἀνάθεμα. »

Ὅμοιος ἐπὶ τῆς βασιλείας Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ, ὃς μετὰ τῶν ἐν τέλει καὶ τοῦ τηνικαῦτα πατριάρχου καὶ τῆς ὑπ' αὐτὸν συνόδου ἐγένετο, ἀναθεματίζων τοὺς ἐπιβουλὴν ἢ ἐπανάστασιν κατὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀλεξίου βουληθέντας ἐπιχειρῆσαι, καὶ τοὺς αὐτοῖς συναιρομένους.

Ἕτερον παραπλήσιον ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος προβαίνειν παρεσκεύασεν ἐπὶ τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἀνδρονίκῳ, τῷ εὐσεβεῖ βασιλεῖ· ἔνθα δὴ παρῆσαν, ὡς εἰκὸς, οἱ ἐν τέλει καὶ ὁ πατριάρχης Ἰωσήφ, ὅστις ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας τὸν τῆς ὁμολογίας ἀνεδήσατο στέφανον, ἔτι δὲ καὶ ἡ ὑπ' αὐτὸν ἱερὰ σύνοδος, οἱ καὶ ἀναθέματι ὑπέβαλον καὶ ἀραῖς φρικωδεστάταις τοὺς ἐπιβουλὴν ἢ ἐπανάστασιν μέλλοντας σκαιωρήσειν εἰς τὶ ἐξῶσαι τῆς βασιλείας τὸν τῆς εὐσεβείας στῦλον, τὸν βασιλέα θεῖον Ἀνδρόνικον.

Ὁ περὶ τὰ τοιαῦτα σοφὸς, σεβαστὲ νομοφύλαξ καὶ καθολικὲ κριτὰ Ἀρμενόπουλε, πῶς οὐ κἀκεῖνο τοῖς γεγραμμένοις προσέθηκας, ὅτι διὰ τοὺς χρυσοῦς καὶ ἁγίους νόμους τοῦ μεγάλου τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρος Ἰωάννου, τοῦ τὴν γλῶτταν χρυσοῦ, περὶ τοῦ μὴ δεῖν Χριστιανοὺς ἀναθεματίζεσθαι, ἕως ἂν δηλονότι τῆς ὀρθῆς ἔχωνται περὶ Θεοῦ δόξης, ἠπράκτησαν οἱ τόμοι, οἱ τοὺς ἀποστατοῦντας καὶ ἐπανισταμένους

Sub regno Constantini Porphyrogeniti, consentientibus Alexio patriarcha et sacra synodo, edictum fuit promulgatum, anathematizans eos qui seditionem movere aut usurpare regnum et cives subjectos a dominis suis alienare ausi fuerint. Ita autem habet : « Anathema ab hocce abhinc die, in eos qui insidias ac tumultum cient. Anathema contra eos qui causam cum istis communem faciunt. Anathema contra eos qui consiliis ac vi ad seditionem excitant. Anathema in eos qui sumptis armis illis obsecundant. Anathema in eos qui hospitio excipiunt apostatas contumaces ac impœnitentes. »

Simile edictum in lucem exiit regnante Manuele Comneno, consentientibus ibidem patriarcha ac synodo, eos qui insidias ac tumultum contra Alexium ejus filium cierent, et ejusmodi tentaminis consortes anathematizans.

Accedit recens edictum, quod imperator Michael Palæologus filii sui Andronici, pii imperatoris causa promulgavit. Interfuerunt autem, ut decebat, clerici et Josephus patriarcha, qui sinceræ pietati confessionis coronam adjunxit, ut et sacra synodus ei subjecta ; qui omnes anathemati ac dirissimis exsecrationibus devoverunt quicunque insidias ac seditionem conflare ad expellendum de regno pietatis columnam, imperatorem divum Andronicum ausus fuerit.

Cum peritus sis hujusmodi rerum, venerabilis nomophylax et judex generalis Harmenopule, cur non hoc quoque scriptis adjecisti, quod videlicet propter aureas et sanctas leges illius magni luminis Ecclesiæ Joannis, ab aurea lingua dicti Chrysostomi, quibus prohibentur anathemati subjici Christiani, quam diu rectæ de Deo sententiæ adhærent, esse desierint in usu illi tomi qui

Digitized by Google

defectionum auctores, et imperatoribus perduelles anathemati devovent? Hoc enim tradit eruditus ille homophylax, et consimilium tuis studiorum particeps Balsamo, tam in legibus quam canonibus maximam adeptus scientiam atque doctrinam, qui et magnæ illius Antiochiæ patriarcha tandem designatus fuit : id quod ne te quidem ignorare dixerim, virum doctum et hujusmodi rerum in primis studiosum. Aut igitur et illa adscribenda erant iis, quis hisce abs te dicta sunt : aut hæc pulcherrimis et accuratis illis scriptis tuis nequaquam inferenda. Verum ego jam complere volo, quod amici scripto deest : meque minime onerosum, nec superfluum fore arbitror, dum necessaria et æqua, sic ipsa poscente necessitate, suscipio.

Prædictus igitur Antiochenus patriarcha, sapiens ille Balsamo, dum sacros exponit canones, hæc in præfatione expositione canonum synodi Gangrensis edicit :

Præsens ista synodus pro occasione illatorum ab Eustathio malorum, ratione quadam contraria recte statutis ab Ecclesia catholica, cum Eustathio sentientes anathemate feriendos decernit.

Et paulo post :

At aurea præditus ille lingua, orbisque terrarum doctor, dum anathemate percuti vetat hominem fidelem, verbis disertis hæc ait : « Quid igitur est illud, quod dicis anathema? Nimirum ut devoveatur iste diabolo, nec salutis amplius sit particeps, fiat alienus a Christo denique. Et quisnam, quæso, tu es? Majestatis hæc scilicet magnaque potestatis sunt. Quippe tunc considebit rex, et statuet oves a dextris, hædos a sinistris. Cur tantam ipse tibi dignitatem usurpas? » Et paucis interjectis, idem ille Chrysostomus inquit : « Enimvero duobus duntaxat in locis Apostolus hanc vocem necessario videtur expressisse, nec tamen modo quodam definitivo eam produxisse, dum in epistola ad Corinthios ait : Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, anathema sit : et, Si quis Evangelium vobis tradat præter id, quod accepistis, anathema sit. Quid ergo? quæ illorum nemo fecit, qui potestatem sunt adepti, nisi duntaxat is, qui eam accepit, illa tu audes facere contra mandatum Domini, et ipsius regis judicium anticipas? Nimirum hoc anathema hominem a Christo abscindit. Doceto in mansuetudine, » et quæ sequuntur.

Atque hæc quidem verba sunt Patris Chrysostomi. Subjicit autem Balsamo : Propterea, ceu credi par est, desiit esse in usu tomus ille synodalis, factus sub imperio domini Constantini in Porphyra nati, cum esset patriarcha dominus Alexius, de feriendis anathemate defectionum ac tumultuum auctoribus et adversus imperatores arma suscitantibus ac tyrannidem molientibus. An vero potiora debeant esse, quæ ab hoc magno Patre doctoreque nostro

A τοῖς βασιλεῦσιν ἀναθεματίζοντες ; Τοῦτο γάρ φησιν ὁ σοφὸς νομοφύλαξ καὶ τῶν ὁμοίων σοι σπουδαστὴς Βαλσαμών, ὁ ἐν νόμοις τε καὶ κανόσι μάλιστα πολυμαθέστατος καὶ σοφώτατος, ὁ καὶ πατριάρχης Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης ἀναδειχθεὶς ὕστερον, ὅπερ οὐδὲ σὲ διαλανθάνειν εἰποιμι ἂν ἐγωγέ ποτε, σοφόν τε ὄντα καὶ σπουδαῖον τὰ τοιαῦτα, εἴπερ τινά· ἢ γοῦν κἀκεῖνα προσγράψαι σε τοῖς ῥηθεῖσι ἐκείνοις περὶ τῶν τόμων ἐχρῆν, ἢ μηδὲ ταῦτα τοῖς καλλίστοις σου καὶ σπουδαίοις ἐντάξαι συγγράμμασιν. Ἀλλ' ἐγὼ τὸ ἐλλεῖπον τῷ τοῦ φίλου συγγράμματι προσαναπληρῶ ἤδη· καὶ οἶμαι, ὡς οὐ φορτικὸς, ἀλλ' οὐδὲ περιττός τις δόξω, τἀναγκαῖα καὶ δίκαια κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην ποιῶν.

B

Ὁ τοίνυν προρρηθεὶς πατριάρχης Ἀντιοχείας, ὁ σοφὸς Βαλσαμὼν, τοὺς ἱεροὺς ἐξηγούμενος κανόνας, τάδε φησὶν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ἐξηγήσεως τῶν κανόνων τῆς ἐν Γάγγρᾳ συνόδου·

Ἡ μὲν παροῦσα σύνοδος, προφάσει τῶν γενομένων παρὰ τοῦ Εὐσταθίου κακῶν, ὑπεναντίως τοῖς δογματισθεῖσιν ὀρθῶς παρὰ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἀναθεματίζεσθαι τοὺς ὁμόφρονας ἐκείνῳ διορίζεται.

Καὶ μετά τινα·

Ὁ δὲ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν καὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, παρακελευόμενος μὴ ἀναθεματίζεσθαι ἄνθρωπον πιστὸν, φησὶ ταῦτα ῥητῶς· « Τί οὖν ἐστι τοῦτο, ὃ λέγεις, τὸ ἀνάθεμα, ἀλλ' ὅτι ἀνατιθέσθω οὗτος τῷ διαβόλῳ, καὶ μηκέτι σωτηρίας χώραν ἐχέτω, γενέσθω ἀλλότριος τοῦ Χριστοῦ; Καὶ τίς εἶ σύ; Ταῦτα τῆς ἐξουσίας καὶ τῆς μεγάλης δυνάμεως. Τότε γὰρ καθίσει ὁ βασιλεὺς, καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων. Τί οὖν τῆς τοσαύτης ἐπελάβου ἀξίας; » Καὶ μετ' ὀλίγα φησὶν ὁ αὐτὸς Χρυσόστομος· « Τοιγαροῦν ὁ Ἀπόστολος ἐν δυσὶ μόνοις τόποις ἐξ ἀνάγκης τὴν φωνὴν ταύτην φαίνεται εἰπών· οὐχ ὁριστικῷ δὲ τρόπῳ ταύτην προήγαγεν, ἐν μὲν τῇ πρὸς Κορινθίους εἰπών· Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα· καὶ, Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. Τί οὖν; ἃ μηδεὶς τῶν εἰληφότων ἐξουσίαν πεποίηκεν, εἰ μὴ μόνος ὃς ἔλαβε, σὺ τολμᾷς ταῦτα ποιεῖν ἐναντίως τῷ δεσποτικῷ προστάγματι, καὶ προλαμβάνεις τὴν κρίσιν τοῦ βασιλέως; Τὸ ἀνάθεμα τοῦτο τοῦ Χριστοῦ ἀποκόπτει. Δίδαξον ἐν πραότητι, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Καὶ ταῦτα μὲν τὰ τοῦ Χρυσοστόμου Πατρός. Ὁ δὲ Βαλσαμὼν ἐπιφέρει· Διὰ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἀπρακτεῖ καὶ ὁ γεγονὼς συνοδικὸς τόμος ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Πορφυρογεννήτου κυροῦ Κωνσταντίνου, καὶ τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἀλεξίου, χάριν τοῦ ἀναθεματίζεσθαι τοὺς ἀποστάτας, καὶ μουλταρίους, καὶ κατὰ τῶν βασιλέων ὅπλα ἐγείροντας, καὶ τυραννίδα μελετῶντας. Εἰ δὲ τὰ παρὰ τοῦ μεγάλου Πατρὸς καὶ διδασκάλου ἡμῶν τοῦ Χρυσοστόμου γραφέντα ὑπερ-

Digitized by Google

τερεῖν ὀφείλουσι καὶ τῶν διορισθέντων παρὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, καὶ τῆς ἐν Γάγγρᾳ, ἐροῦσι πάντως οἱ τὰ τοιαῦτα διευθετεῖν ἐξουσίαν ἔχοντες.

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ πατριάρχης Βαλσαμών. Δείκνυσι γοῦν ἐκ τῶν εἰρημένων, προηγουμένως μὲν ἐξ ἐκείνου, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τῶν ἑαυτοῦ ἡμερῶν ἄπρακτον τὸν προῤῥηθέντα ἐπὶ τοῦ Πορφυρογεννήτου, καὶ τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἀλεξίου τόμον· ἠπράκτησε γὰρ, φησίν. Ἐκείνου δὲ, καθάπερ τινὸς ἐρείσματος, ἢ θεμελίου, ὑποσπασθέντος, καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον γεγονότες δύο, ὅ τε ἐπὶ τοῦ Κομνηνοῦ, φημὶ, κυροῦ Μανουὴλ, καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ Παλαιολόγου, συγκαταπίπτουσιν ἐξ ἀνάγκης. Ἔπειτα σὺν τούτῳ δείκνυσιν, ὅτι οὐδὲ οἱ ἀναθεματισμοὶ τῶν συνόδων ἐκείνων ἔχουσι τὸ ἀσφαλὲς, εἰ καὶ ἐπὶ μεγάλοις καὶ ἀναγκαίοις τισὶν ἐγένοντο πράγμασιν, εἴπερ τῷ κοινῷ Πατρὶ Χρυσοστόμῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἁγίοις διδασκάλοις πείθεσθαι δεῖ, τὰ αὐτὰ καὶ φρονοῦσιν ἐκείνῳ καὶ διδάσκουσι, καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ μεγίστῃ φιλανθρωπίᾳ μᾶλλον συνηγοροῦσιν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιούτων, οἱ μὲν ταῦτα, οἱ δ' ἀλλοῖα τυχὸν ἐροῦσι, ταῖς συνόδοις ἐκείναις συνιστάμενοι. Ἐγὼ δ' ἐκείνων ἀφέμενος (οὐδὲ γὰρ ἐρίζειν ἐπὶ τοῦ παρόντος βούλομαι), ἐκεῖνό φημι, ὅτι τέως λαμπρῶς καὶ ἀναμφιβόλως ἀπεδείχθη ἐκ περιουσίας, ὅτι ὁ πρῶτος ἐκεῖνος τόμος, ὡς μὴ συνᾴδων τῷ σκοπῷ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ μάλιστα τῷ κοινῷ διδασκάλῳ, τῷ Χρυσοστόμῳ, φημὶ, ἀργὸς καὶ ἄπρακτος μεμένηκε, κατὰ τὸν σοφὸν Βαλσαμών· ὅπερ καὶ ἡμῖν ὁ σκοπὸς ἦν δεῖξαι· ἐκείνου δ' ἀπρακτοῦντος, καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον ἐξ ἀνάγκης ὡσαύτως τὸ ἀνενέργητον καὶ ἄπρακτον ἔχουσι, καθὰ δὴ καὶ φθάσαντες εἴπομεν.

A Chrysostomo scripta sunt, tam decretis Chalcedonensi, quam Gangrensi concilio, dicendum illis omnino relinquimus, qui talia recte disponendi potestatem habent.

Et hæc quidem patriarchæ Balsamonis verba sunt. Ostendit autem per ea, quæ dicit, primum quidem ab illo tempore, vel potius etiam ante suam ætatem esse in usu desiisse prædictum illum tomum, sub Porphyrogenneta et Alexio patriarcha factum. Dicit enim : Desiit esse in usu. Eo vero ceu fulcro vel fundamento quodam subruto, etiam alii duo tomi postea facti, tum domini Manuelis Comneni, tum Palæologi tempore, necessario cum eis corruunt. Deinde præter hoc etiam illud innuit; quod videlicet ne illarum quidem synodorum anathematismi B valeant, licet magnis et necessariis quibusdam in negotiis promulgati sint, siquidem communi Patri Chrysostomo et aliis sanctis doctoribus obsequendum sit, qui eadem cum illo sentiunt ac docent, maximæque Christi clementiæ potius patrocinantur. Sed enim de his quidam hæc, alii fortasse diversa prolaturi sunt, conciliis illis semet adjungentes. Ego vero ea missa faciens (non enim in præsentia altercari volo), saltem hoc aio, clare ac dubio procul hactenus esse demonstratum, et copiose quidem, quod primus ille tomus, tanquam non consentiens cum Ecclesiæ scopo, maximeque cum illo communi doctore Chrysostomo, inquam, et cessaverit et in usu esse desierit, secundum sapientem illum Balsamonem : quod nobis etiam propositum erat ostendere. C Illius autem usu exspirante, cæteri quoque deinceps facti necessario robur suum consimili modo emittent et exspirabunt, uti jam antea diximus.

ANNO DOMINI MCCCLXXXIV.

DEMETRIUS CYDONIUS

NOTITIA

(Fabric. *Bibliotheca Græca* ed. Harles, tom. XI, p. 398.)

Demetrius ὁ Κυδώνη, ut in codicibus mss. Cæsareis, regis Christianissimi et Coisliniano et apud Cantacuzenum IV, 16, Δημήτριος ὁ Κυδώνη, et IV, 39, παρόντος τοῦ Κυδώνη, videtur ita cognomine potius appellatus, quam Cydonius a Cydonia Cretæ, in qua commoratus sit, ut visum Lambecio lib. v, p. 185 [p. 387 sqq. Koll, ubi multus is est de hoc Demetrio]. Ob similem causam ab aliis dictus Thessalonicensis (*a*) vel Byzantinus : corrupte Verderio *Sydon*, et Jo. Jacobo Frisio atque Possevino *Sidonius* (*b*).

(*a*) Ὁ ἀπὸ Θεσσαλονίκης, in codice mss. epistolar. Cæsareo apud Lambecium, lib. v, p. 184. [P. 335 sqq. ed. Kollar.] Sic et Volaterranus lib. xv, Commentar. Urbanor. : *Demetrius Cydoniæ. Thessalonicensis, vir doctus æque ac sanctus, Græca Latinaque facundia præditus.* Sed Allatio, p. 856, *De consensu utriusque Ecclesiæ*, est Byzantinus.

(*b*) [De lib. Demetrii Cyd. *De processione Spiritus sancti, vide* Lambecium, lib. i, p. 145. [P. 264. Koll. it. p. 272 de Augustini *Eucharidio*, quod Demetr. Gr. vertit. Harl.]

Digitized by Google

Joannem Cantacuzenum, cui, imperium gerenti, charus ac familiaris fuerat, ann. 1355, una cum Nicolao Cabasila comitatus est, cum ille purpuram monastico habitu permutaret. Postea *Mediolanum venit*, Volaterrano teste, *ubi litteris Latinis pariter et theologiæ operam dedit. Postremo revertens in Creta substitit, ubi, erogatis in pauperes bonis, in quodam ibi cœnobio persancte, citra tamen professionem vixit.* Superfuit adhuc ann. 1384, cum Manuel Palæologus habenas capessivit imperii, et ad illum imperatorem litteras dedit. Nicephonem, hieromonachum, eumdem esse cum hoc Demetrio, notavit Caveus parte secunda *Histor. litterariæ scriptorum eccles.* ad ann. 1357. (Fabr.) In Cavei *Hist. litt. SS. eccl.* tom. II, p. 56, in Appendice, ed. Basil. ad ann. 1357, Henr. Wharton paucis recensuit vitam et quædam scripta Dem. Cydon.; et ibid. p. 59, Robert Gerius Whartoni narrationem partim correxit, partim supplevit. Atqui Gerius scripsit, Demetrium Cydon. etiam dici Niphonem Hieromonachum. Præterea de nostro, diligenti Græcorum veterum, in primis Platonis imitatore egerunt Du Pin in *Hist. eccles.* vol. XII, p. 91. Casim. Oudin. in Comment. de SS. eccles. ad ann. 1350, tom. III, col. 996-1005. — Jo. Fabric., in *Hist. bibl. Fabric.* part. II, p. 227, Saxius, in *Onom. litter.*, part. II, p. 373, et in *Analect.* p. 570. Citat præterea Laur. Mehum in Vita Ambrosii Camaldulensis, p. CCCLVI, seq. Add. quæ scripsi in Introd. in *Hist. L. G.* II, part. I, p. 536 seq. (Harl.)

Ex ejus scriptis exstant : 1) *Epistolæ*, ex quibus una ad Nicephorum Gregoram, et altera ad Philotheum, patriarcham (qui ab ann. 1362 ad 1376 fuit) CPolitanum edita est Græce et Latine a Joanne Boivino ante tomum primum *Historiæ Nicephori Gregoræ*. Paris. 1702 fol. Duas ad Philotheum mss. in codice regio 1334, memorat Labbeus, p. 99, bibl. novæ mss. Alias 30 servat biblioth. Coisliniana p. 428 seq., decem ad Manuelem imperatorem, tres ad Cabasilam, tres ad Georgium philosophum, duas ad Caloferum, singulasque ad despotam, protosebastum, magnum domesticum, OEneotem, et scribas imperatoris, præterea singulas ad Isidorum Glabam episc. Thessalonicensem, Alexium Casandrenum, Prochorum fratrem, Phacrasam magnum primicerium, Astram et Asanam, unam denique sine inscriptione. Est etiam in bibl. regis Galliæ, teste Labbeo, p. 296 Bibl. novæ mss., epistola pro Caucadeno Theodoro, ad quemdam, qui plurimum poterat apud imperatorem. Alias tredecim ms. servat bibliotheca Cæsarea [in cod. 261, n. 4] dignas supplemento corporis *Historiæ Byz.* inseri judice Lambecio V, p. 184 [p. 385, not. 3, ed. Kollar. cujus not. conf.], ex quibus novem sunt datæ ad Manuelem Palæologum imp. (qui fuit ab ann. 1384 ad 1419) cæteræ singulæ ad Chium medicum, ad magnum chartophylacem, Joannem Tarchaniotam et despotam Theodorum. Illæ novem ad Manuelem imp. habentur etiam in codice Barocciano 90. [Una ep. ad Cabal. est quoque in cod. Cæs. 267, 32. V. Lamb. V, p. 441.] Nescio, nosterne Cydo sive Cydones intelligatur, ubi inter mss. Isaaci Vossii memorari videas Gabrilopuli ad Cydonem et Cydonis ad Gabrilopulum epistolam, cum canonibus ad captandas umbras æquales et inæquales : in catalogo bibl. Leidensis, p. 397, n. 45. (Fabric.) In Nicephori Gregoræ historia Byzant. excerpta ex scriptis Demetrii Cydonii et in elogiis, ab editore præmissis, Dem. Cyd. Epistolæ *ad Philotheum*. V. supra, vol. VII, p. 655. — Binæ epp. nunc primum editæ, altera Nili Cabasilæ, altera Demetrii Cydonii, progr. auctore Chr. Frid. Matthæi. Dresdæ 1789, 4. — Item vir doct. ex cod. Mosq. typogr. synod. XIII, edidit octo epistolas Dem. Cydone ad Manuel. Palæologum, imper. in libr. inscripto : *Isocratis, Demetrii Cydonis et Michaelis Glycæ aliquot epistolæ.* — Ex codd. edidit, et animadverss. adjecit C. F. Matthæi Mosquæ, 1776. mai, 8. In animadverss. p. 172, ipsi videntur Demetrii Cyd. epistolæ illæ multis multorum præferendæ, « cum propter elegantiam et puritatem sermonis Græci, tum quia multum est in eis τὸ μετὰ τῆς χάριτος καὶ τοῦ ἠθικοῦ ἀνθηρόν τε καὶ ἀφελές. » Idem V. C. mentionem facit illius cod. et codd. 323, n. 14, atque 324, in quibus exstat una Demetrii epistola in Notit. codd. Gr. Mosquens. p. 310, n. 7, et p. 212. — In cod. Coislin. 315, sunt 56 epistolæ, a Fabricio partim memoratæ, et alia Demetrii Cydonii Opp. V. Montfauc., *Bibl. Coisl.* p. 428 sq.; et p. 455, quatuor epistolæ anonymi ad Cydon. in cod. 341. — Paris. in bibl. publ. cod. 1213, n. 30, 36, 37 et 39, variæ epp. — In cod. 1310, n. 4 et 5, duæ ad Philotheum epp. — In cod. 2671, n. 11, epistola ad Theodoritum, monachum, et n. 12, alia ad quemdam, non nominatum. — Venetiis in bibl. Marc. cod. 509 epistola ad Josephum Bryennium: inc. Τῶν μὲν σῶν. Sequitur epigramma in sepulcrum Demetrii Cydonii : inc. Κόσμος, ὃς ἦν φύσεως, p. Cat. codd. Gr. Marc. p. 275. — Taurini in bibl. reg. cod. 1794, epistolæ septemdecim : tres ad Joasaph, tres ad Manuel. imper., una ad Cabasilam, una ad magnum chartophylacem, una ad Nilum patriarcham, una ad medicum, una ad Purophilum, sex, nominibus non additis. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 266 sq. — *Romæ*, in bibl. Vatic. *Dem. Cydon. ad Nicephorum Gregoram.* V. Montfauc. *Bibl. bibl. mss.* p. 146. A. Florentiæ, in bibl. Laurent. cod. 12, n. 24, plut. 57, quatuor ejusdem epp. uti suspicatur Bandin. in Cat. codd. Gr. Laurent. II, p. 350. — Ib. in cod. 24, n. 9, plut. 59, epistolæ XXII, quas recenset Bandin. l. c. p. 542 sq. — Ib. in cod. 13, n. 25 et 27, duæ ep. Nic. Cabasilæ ad Cydonem, et n. 26 hujus epistola ad Cabasilam. V. Bandin. l. c. p. 107, et, hoc adnotante, eædem in cod. Vindobon. 262 n. 31 et 32 sec. Nesselii Cat. bibl. Cæs. Vindob. part. I, p. 368 et 369. (Harl.)

2. *Monodia*, sive comploratio ἐπὶ τοῖς ἐν Θεσσαλονίκῃ πεσοῦσι, de civibus, qui dissidio, seditione ac

Digitized by Google

tumultu intestino Thessalonicæ A. C. 1343. sub imperio Joannis Cantacuzeni perierunt. Græce et Latine exstat inter scriptores post Theophanem in corpore historiæ Byzantinæ, p. 385-392 [p. 317, sec. cat. bibl. Leid. p. 221, n. 56], edente Francisco Combefisio, Paris. 1685 fol. (Fabr.) Conf. supra, vol. VII, p. 683, n. 8, ibique not. h. — *Monodia* in cod. Paris. 1213, n. 38, bibl. publ. — Eadem in cod. Coislin. 315, fol. 770. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 429. (Harl.)

3. Συμβουλευτικός· *Oratio ad Græcos deliberativa* de periculo, quod a Turcorum potentia et odio illis tunc imminebat, et de modis hoc avertendi illique occurrendi per concordiam cum Latinis, eorumque subsidium, nec non per fortem constantiam et cautam virtutem. Scripta hæc oratio, profecto Romam imperatore, est Joanne Palæologo, non Manuelis F. ut visum Combefisio, p. 1281, quem sequuntur. *Bibliothecæ Patrum Lugd.* editores, t. XXVI, p. 551 D, sed filio Andronici Palæologi, Joann. Cantacuzeni genero, cujus professionem fidei, ann. Chr. 1369 Romæ editam, ad Urbanum V exhibet Allatius libro II, *De consensu utriusque Ecclesiæ*, c. 17, p. 843 sq. Græce et Latine. Demetrii vero illam, quam dixi, orationem utraque lingua edidit Combefisius tom. II *Auctarii novi*, p. 1221-1281. Incipit : Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες. Latine ex Combefisii versione exstat tom. XXV *Bibl. Patrum Lugd.* p. 515. (Fabr.) In cod. Coislin. 315, fol. 650, orat. a Fabricio citata, et fol. 679, Συμβουλευτικὸς β'. Inc. Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, μὴ περὶ τοιούτων. V. *Montfauc.* l. c. p. 428. — Florent. in cod. bibl. Laurent. cod. 54, n. 3. Inc. Πρῶτον μέν. V. Bandin. Cat. cod. Gr. Laur. II, p. 542. — Paris. in bibl. cod. 1213, n. 32 et 33, hæc ac sequens orat. (Harl.)

4. *De Callipoli*, claustro Chersonesi et Thraciæ (quam, ann. 1357, jam a Turcis captam (*c*) non diu post virtute aliorum Græci receperant), *non tradenda Murati*, eam pro pace petenti. Incipit : Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες, Græce et Latine in tom. II *Auctarii novi* Combefisiani, p. 1284-1318. Et Latine tom. XXVI *Bibl. Patrum*, p. 523. (Fabr.) Ms. in codd. Coislin. Paris. et Laurent., ad n. 3 citatis. (Harl.)

5. Περὶ τοῦ καταφρονεῖν τὸν θάνατον (*d*), *De morte contemnenda* oratio, quam Latine vertit Raphael Scilerus Augustanus, et ex Jo. Jac. Fuggeri bibliotheca cum Hermiæ irrisione primum edidit Græce et Latine Basil. 1553, 8. Incipit : Τὸν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμόν. Hieronymus Wolfius, qui ann. 1577 notas addidit, testatur in cod. bibl. Fuggerianæ exstitisse libellum ejusdem argumenti auctore Nemesio, Νεμεσίου λόγος, ὡς ἄλογός ἐστιν ὁ θανάτου φόβος, e quo magna pars hujus orationis sit transcripta usque ad verba p. 485, τοσαῦτα ἡμῖν εἰρήσθω. Continet autem præter hoc, quod promittit titulus, insignia argumenta pro confirmanda animorum immortalitate, et egregias adhortationes ad vitam ita instituendam, ut ne, bestiarum more si vixerimus, non communem cum bestiis interitum in morte, sed graviora post mortem supplicia horrere cogamur. Utor editione, quæ lucem vidit Basileæ 1577, 8, in fasciculo scriptorum (*e*), cui titulus est : *Doctrina recte vivendi ac moriendi*, et qui prelo iterum subjectus fuit ibidem 1586, 8. Cum Ænea Gazæo olim editam elegantem et philosophice Christianam diatriben vocat Barthius, p. 3000 *Adversar.* Respicit autem editionem Tigurinam ann. 1559, fol., ubi inter theologorum Græcorum veterum orthodoxorum scripta, Conrado Gesnero curante edita, occurrit post Canones apostolorum, Ignatii Epistolas, Athenagoræ Apologiam et librum *De resurrectione* atque Theophrastum Æneæ Gazæi Græce et Latine cum Scileri versione, subjunctam habens Hermiæ irrisionem et Agapeti paræneticum. (Fabr.) Novissima, eaque emendatior et docta novaque recensio est curata a *Kuinœlio*, quæ inscripta est : Demetrii Cydonii opuscul. *De contemnenda morte*, Græce et Lat. recensuit, emendavit, explicavit Christ. Theoph. Kuinœl, S. S. Theol. cultor. Lipsiæ 1786, 8. Ms. in cod. Monac. Bavar., 58 fin. qui cod. olim in bibl. Jo. Jac. Fuggeri adservabatur. V. Hardt. in *Aretini Beyträgen*, a. 1804, part. I, p. 38. — In bib. August. Vindelic. V. Reiser. Indic. Mss. illius bibl. p. 82, n. 15. — Paris. in bibl. publ. cod. 1213, nr. 26. — In cod. Coislin. 315. V. Montfauc. *Bib. Coisl.* p. 428, Add. ad not. (Harl.)

6. *Homilia in S. Laurentium.* Incipit : Οἱ σώφρονες τῶν ἐραστῶν. Ms. in codice Barocciano 90. [V. supra vol. X, p. 267.]

7. *Homilia alia*, cujus initium : Τοῖς ὑπὲρ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν. Ms. in eodem codice Barocciano 90. [V. supra, vol. X, p. 281.]

8. *Solutio argumentorum quorundam circa incarnationem Christi.* Ms. in eodem codice. Incipit : Τὰ δὲ ἀνωτέρω πρὸς τοῦτο.

9. *In Pentecosten de Spiritu sancto.* Incipit : Οἱ μετὰ τοὺς γενναίους ἀγωνιστὰς εἰσιόντες. Meminit

(*c*) Vide Jo. Leunclavii *Pandectas turcicas*, ad illum annum.

(*d*) In codice Cæsareo inscribitur : Δημητρίου τοῦ Κυδώνης λόγος, ὅπως ἄλογον τὸ τοῦ θανάτου δέος ἀπ δεικνύων. Lambec. V, p. 210. (Fabr.) Sive p. 436. ed. Kollar. n. 16. cod. 267. — Flor. in cod. Medic. Laur. 24 n. 4, inscr. Ὅτι ἄλογον τὸ τοῦ θανάτου δέος. V. Bandin. Catt. codd. Græc. Laurent. 2, p. 542. (Harl.)

(*e*) Scripta cætera sunt : Pars Theæteti Platonis cum Adolfi Occonis versione Latina. 2) Libellus Aristoteli tributus *De virtutibus*, cum versione Justi Velsii. 3) Georgii Gemisti Plethonis liber *De virtutibus quatuor*, cum versione Adolfi Occonis et Commentario Anonymi, quem Hieron. Wolfium esse constat, nec non virtutum exactiore divisione per Simonem Grynæum. 4) Ex Nemesii libro *De natura hominis* capita *De voluptate et ægritudine*, cum versione Nicasii Ellebodii. 5) Platonis Axiochus cum ejusdem Hieron. Wolfii versione et notis, qui non dubitavit, post quinque alios interpretes hunc libellum de integro transferre.

Digitized by Google

Allatius de consensu utriusque Ecclesiæ p. 857. Sermones in Pentecosten Gesnerus memorat p. 195 bibliothecæ. (Fabr.) Conf. supra, vol. X, p. 308. (Harl.)

10. *In Adnuntiationem B. Virginis* homilia, quæ incipit : Ὅσαι τῶν πόλεων βούλονται τοῖς βασιλεῦσιν. Ms. in codice Barocciano Oxoniæ in bibl. Bodleiana et in bibl. Cæsarea (*f*), nec non in regis Galliæ et codice Coisliniano 315, fol. 591, ubi notatur, eam non legi in ecclesia, sed ab ea improbari : Οὐ μὴν ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκόμενος διὰ τὴ καθολικῇ ἀγίᾳ Ἐκκλησίᾳ ἀποδοκιμασθῆναι.

11. *Proœmium*, cujus initium : Ὅσοις ὁ Θεὸς ἄρχειν ἑτέρων καὶ βασιλεύειν. Ms. in bibl. Coisliniana eodem codice p. 701. Proœmia duo in Chrysobullum monasterii in Didymoteicho ms. regis Galliæ cod. 1759, teste Labbeo, p. 835 *Bibl. novæ Mss.* et 296.

12. *Ad Barlaamum*, Hieracensem, ab ann. 1342 episcopum (non ab ann. 1303, ut Canisius), *de processione Spiritus sancti*, cum Barlaami responsione, ex Ms. codice Bavarico edidit Latine H. Canisius, tom. VI *Lection. antiquar.* Ingolstad. 1604, 4. [p. 4 f. in ed. Basnag. tom. IV, p. 369. Harl.], unde recusa est tom. XXVI *Bibl. Patrum Lugd.* 1677, p. 10. Incipit : *Cum olim tu partibus nostris dimissis.* Confer Bzovium ad ann. 1332, num. 5.

13. *Liber contra Gregorium Palamam*, in quo illius errores ex commentariis illius excerptos digerit refellitque. Edidit Græce cum versione sua et notis Petrus Arcudius in Opusculis Aureis Græcorum, Rom. 1630, 4, recusis ibidem 1671, 4 [al. 1670, 4]. Etiam Joannis Cyparissiotæ libri octo *Contra Palamam*, in codicibus quibusdam, tribui solent Demetrio Cydonio. [Conf. Oudin. l. c. col. 1005.]

14. *Liber de processione Spiritus sancti* adversus Maximum Planudem in capita duodecim distributus, prodiit Græce et Latine in eadem Arcudii collectione, una cum aliis scriptis quibusdam Jo. Vecci, Bessarionis cardinalis, et Maximi Planudæ (*h*). (Fabr.)

qui scipsum per se speculetur, sed etiam bonum. » Et rursus ; « Simpliciter oportet nos quærere Deum, ita quodammodo participabilem, cujus participes singuli facti, ipsius familiares simus, vivamus, et secundum analogiam participationis divini evadamus. Est ergo inter genita, et imparticipabilem illam supersubstantialitatem, non unum tantum, sed et plurima, atque tot quot sane sunt ea quæ participant. Hæc non per se, illa scilicet media ; virtutes enim sunt supersubstantialitatis illius, quæ unice ac singulariter præhabet, et continet totam participabilium multitudinem. » Et in oratione, cujus initium : *Heus tu, non est nobis :* « Et hunc igitur divinum splendorem, et gratiam, et operationem, atque donationem sanctissimi Spiritus, Spiritum sanctum sacræ Scripturæ nuncupant, atque etiam deitatem, et Deum, et deificum donum. » Et rursus : « Quod auten deitatem, et Deum, et deificantem, et ipsam bonitatem, et bonum facientem, et conditorem universi sacræ Scripturæ nominent hanc divinam gratiam, et operationem, et donationem, quæ a supersubstantiali Trinitate provenit, testis est Dionysius Areopagita. » Et Isidorus ille, qui fuit patriarcha in suo quodam Cantico : « Esse vero hoc quidem te, non autem quid sis exprimere intelligimus. Deum autem operationem esse dogmatizant, non hypostasim sancti Spiritus adesse et sanctificare creaturam, sed quamdam gratiam increatam, neque subsistentem ; et quod etiam alii spiritus sancti sint increati, alii præter Spiritum sanctum, unum ex tribus personis Deitatis. » Atque ait Palamas in quinta oratione ad Acindynum : « Satis igitur hæc sunt ad persuadendum, neque creatam esse gratiam, et operationem Spiritus, quæ datur et accipitur ab iis quos gratia sua dignatur Deus, neque substantiam esse Spiritus sancti, quippe ipsa Spiritus sanctus est. Etenim nemini Deus dat substantiam suam, neque cum imperceptibilis sit, fieri potest, ut a quoquam percipiatur. » Et Coccinus ille, qui fuit patriarcha, in oratione, cujus inscriptio : *Nulla divinarum operationum creata*, sic ait : « Quis invidus ac malignus dæmon in Ecclesiam Dei audacter intulit, quod ipsa substantia Dei habitans in hominibus, eos qui purgantur purgat, et qui illuminantur, illuminat, atque illustrat ; et eos qui a recto tramite quadam nequitiæ procella abrepti sunt, reducit, et creaturis inhabitans hæc operatur ? » Ac rursus Palamas in quodam dialogo : « Verum si non esset altera deitas præter divinam naturam, ingenita, ipsique coæterna, tanquam ejus operatio, et Spiritus sanctus alius a divina natura Spiritu sancto inferior tanquam ejus operatio, quomodo impleta est Spiritu sancto Elisabeth ? Et quonam isto ? Non enim impleta est substantia Spiritus. Hæc enim immobilis est, atque intransitiva, et intacta, atque immensa, inalterabilisque. » Et in epistola ad Cyzicensem episcopum, cujus initium : *Scire te volo :* « Quem-

A τες ἕκαστοι, οἰκείως ἑαυτοῦ κατὰ τὴν τῆς μεθέξεως ἀναλογίαν ὄντες καὶ ζῶντες καὶ ἔνθεοι ἐσόμεθα. Ἔστιν ἄρα τι μεταξὺ τῶν γεννητῶν καὶ τῆς ἀμεθέκτου ὑπερουσιότητος ἐκείνης, οὐχ ἓν μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλά, καὶ τοσαῦτα, ὁπόσα δὴ καὶ τὰ μετέχοντα. Ταῦτα οὐ καθ' ἑαυτὰ τὰ μέσα δηλαδὴ ἐκεῖνα, δυνάμεις γάρ εἰσι τῆς ὑπερουσιότητος ἐκείνης, μοναχῶς καὶ ἑνιαίως προειληφυῖαι, καὶ συνειληφυῖαι τὴν τῶν μεθεκτῶν ἅπασαν πληθύν. » Καὶ ἐν τῷ λόγῳ οὗ ἡ ἀρχὴ, *Οὐκ ἔστιν, ὦ οὗτος, ἡμῖν* · « Καὶ ταύτην τοίνυν τὴν θείαν αἴγλην, καὶ χάριν, καὶ ἐνέργειάν τε καὶ δωρεὰν τοῦ παναγίου Πνεύματος, Πνεῦμα ἅγιον αἱ θεῖαι Γραφαὶ κατονομάζουσιν· ἀλλὰ δὴ καὶ θεότητα, καὶ Θεὸν, καὶ θεοποιὸν δῶρον. » Καὶ πάλιν, « Ὅτι δὲ θεότητα, καὶ Θεὸν, καὶ θεοποιὸν B καὶ αὐτοαγαθότητα καὶ ἀγαθοποιὸν, καὶ δημιουργὸν τοῦ παντός φασιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ τὴν θείαν ταύτην χάριν, ἐνέργειάν τε καὶ δωρεὰν τὴν ἐκ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος προερχομένην, μάρτυς ὁ Ἀρεοπαγίτης Διονύσιος. » Καὶ ὁ χρηματίσας δὲ εἰς πατριάρχην Ἰσίδωρος ἔν τινι τῶν ἁσμάτων αὐτοῦ · « Εἶναι δὲ τὸ μὲν σὲ, οὐ τί δὲ εἶναι δηλοῦν νοοῦμεν. Θεὸν δ' ἐνέργειαν δογματίζουσιν οὐ τὴν ὑπόστασιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρεῖναι καὶ ἁγιάζειν τὴν κτίσιν, ἀλλά τινα χάριν ἄκτιστον καὶ ἀνυπόστατον, καὶ ὅτι καὶ ἄλλα πνεύματα ἁγιά εἰσιν ἄκτιστα, ἄλλα παρὰ τὸ ἓν τῆς τρισυποστάτου θεότητος ἅγιον Πνεῦμα. » Καὶ φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν τῷ πέμπτῳ λόγῳ τῷ πρὸς Ἀκίνδυνον · « Ἱκανὰ μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα πεῖσαι μήτε κτιστὴν ὑπάρχειν τὴν διδομένην C καὶ λαμβανομένην τοῖς κεχαριτωμένοις τοῦ Πνεύματος χάριν τε καὶ ἐνέργειαν. Αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μήτε τὴν οὐσίαν εἶναι τοῦ Πνεύματος. Οὐδενὶ γὰρ ὁ Θεὸς τὴν οὐσίαν δίδωσιν, οὐδ' ἑνὶ μὴ ληπτὴν αὐτὴν γενέσθαι ληπτήν. » Καὶ ὁ χρηματίσας εἰς πατριάρχην Κόκκινος ἐν λόγῳ, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, *Οὐδεμία τῶν θείων ἐνεργειῶν κτιστὴ*, οὕτω φησί · « Ποῖος βάσκανος δαίμων τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τολμηρῶς ἐπήγαγεν, ὅτι αὐτὴ ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ κατοικοῦσα ἐν τοῖς ἀνθρώποις, τοὺς καθαιρουμένους καθαίρει, καὶ τοὺς φωτιζομένους φωτίζει καὶ λαμπρύνει, καὶ τοὺς κατά τινα σάλον ἀνίερον τοῦ καλοῦ παρατραπέντας ἐπανάγει καὶ τοῖς κτίσμασιν ἐνοικοῦσα ταῦτα ἐργάζεται ; » Καὶ αὖθις ὁ D Παλαμᾶς ἔν τινι διαλόγῳ · « Ἀλλ' εἰ μὴ ἄλλη θεότης εἴη παρὰ τὴν θείαν φύσιν ἀγένητος, καὶ αὐτῇ συναΐδιος, ὡς ἐνέργεια αὐτῆς, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἕτερον παρὰ τὴν θείαν φύσιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατώτερον ὡς αὐτοῦ ἐνέργεια, πῶς ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ ; καὶ τίνος τούτου ; οὐ γὰρ δὴ τῆς οὐσίας ἐπλήσθη τοῦ Πνεύματος. Ἀκίνητος γὰρ αὕτη καὶ ἀμετάβατος καὶ ἀναφὴς καὶ ἀχώρητος καὶ ἀναλλοίωτος. » Καὶ ἐν τῇ πρὸς τὸν Κυζίκου ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, *Εἰδέναι σε βούλομαι* · « Καθάπερ οὖν τὰ πολλὰ πνεύματα τὸ μοναδικὸν καὶ ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον τοῦ Πνεύματος οὐκ ἀναιρεῖ· καὶ γὰρ ἐνέργειαί εἰσιν αὐτοῦ· τὸν αὐτὸν τρόπον, κἂν πολλὰς εἴπῃ τις θεότητας, τὰς ἐνεργείας λέγων τῆς μιᾶς θεότητος, τὸ μοναδικὸν καὶ ἁπλοῦν αὐτῆς οὐκ ἀναιρεῖ. » Καὶ

Digitized by Google

ἐν τῇ πρὸς τὸν Ἀκίνδυνον ἐπιστολῇ, « Καὶ τὰς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος πνεύματα φίλον τῷ Ἡσαΐᾳ καλεῖν· δηλαδὴ τὰ δῶρα τοῦ Πνεύματος. Αἱ δὲ τοῦ Θεοῦ ἐνέργειαι ἄκτιστοί εἰσιν. »

A admodum multi spiritus singularitatem, ac simplicitatem, incompositionemque Spiritus non tollunt, quippe sunt operationes ipsius; ita etiam si quis dixerit multas deitates, operationes designans unius Deitatis, unitatem ac simplicitatem ejus non tollit. » Et in epistola ad Acindynum : « Etiam operationes Spiritus sancti placet Isaiæ spiritus appellare, scilicet dona Spiritus sancti. Dei vero operationes increatæ sunt. »

Ἔτι λέγουσι μὴ γίνεσθαι σύνθεσιν ἔκ τε οὐσίας Θεοῦ καὶ ὧν φρονοῦσιν αὐτοὶ πραγματικῶς συνυπάρχειν αὐτῇ. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν λόγῳ οὗ ἡ ἀρχὴ, *Τοῖς πνευματοκινήτοις τῶν Πατέρων*, « Ὅτι τὸ ἄκτιστον προσκείμενον, μίαν ἀποδείκνυσιν καὶ ἴσην καὶ ἁπλῆν τὴν ἐν τῇ διακρίσει ταύτῃ ὁρωμένην θεότητα. Καὶ γὰρ πᾶν ἄκτιστον καὶ ὁμότιμόν ἐστι καὶ ἡνωμένον, καὶ σύνθεσις ἐν τοῖς ἀκτίστοις συναγομένοις εἰς ἓν οὐ μήποτ' ἂν γένοιτο. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ οὗ ἡ ἀρχὴ, *Ὑποψιθυρίσας τοίνυν*· « Καὶ οὐδὲ τοῦτο συνιδεῖν ἴσχυσεν ὁ ἐν τούτοις τὰς συνθέσεις ἀφρόνως φανταζόμενος, ὡς ἡ τῶν ἀκτίστων καὶ ὄντως ἁπλῶν συνέλευσις εἰς ἓν σύνθεσιν οὐδεμίαν ἐμποιεῖ. » Καὶ ὁ χρηματίσας εἰς πατριάρχην Κόκκινος ἐν 6' τῶν τὸ' κεφαλαίων αὐτοῦ φησιν, « Ἡμεῖς μαθόντες ἀπὸ τῶν ἁγίων, ὅτι οὐδὲ τὸν ἄνθρωπον ποιοῦσί ποτε σύνθετον τὰ φυσικὰ ἰδιώματα, ἀλλ' οὐδὲ οἱ τεχνικοὶ λόγοι καὶ ἐπιστῆμαι· οὐδεὶς γὰρ ἂν εἴποι ποτὲ τὸν ἄνθρωπον σύνθετον, διότι ἔχει φύσιν καὶ ἐνέργειαν φυσικὴν, ἢ διότι ἔχει φύσιν καὶ τέχνην γραμματικὴν, ἢ τεκτονικὴν, ἢ γεωργικὴν τυχόν. Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων οὕτως, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τί χρὴ λέγειν, τοῦ πάντα ὑπερφυῶς ἔχοντος; Ἀλλὰ σύνθεσις γίνεται καὶ λέγεται τότε, ὅταν δύο πράγματα ἔχοντά ἓν ἕκαστον ἰδίαν ὑπόστασιν, καὶ δυνάμενον ἕκαστον εἶναι θεωρεῖσθαι καθ' ἑαυτὸ, δίχα τοῦ ἑτέρου· ὅταν τὰ τοιαῦτα συντεθῶσιν καὶ ἑνωθῶσιν ἀλλήλοις εἰς μίαν ὑπόστασιν, οἷον ὥσπερ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ψυχὴ καὶ σῶμα, ἢ ἐν τῇ οἰκίᾳ λίθοι καὶ ξύλα καὶ σίδηρος. Ταῦτα γὰρ καθ' ἑαυτὰ ἕκαστα ὑπόστασις ὄντα, ὅταν συντεθῶσι καὶ ἑνωθῶσιν ἀλλήλοις εἰς μίαν ὑπόστασιν, τότε λέγεται σύνθεσις, ἤτοι ἕνωσις ἐνυποστάτων δύο πραγμάτων, ἢ καὶ πλειόνων. » Καὶ ἐν τῷ τόμῳ κοινῇ πάντες ἀπεφήναντο, « Μετὰ τοῦτο ἐζητήσαμεν παρὰ τῶν ἁγίων εἰ μηδεμίαν ἔχοι τις; ἂν ἐπινοεῖν σύνθεσιν ἐπὶ Θεοῦ διὰ τὴν τῆς θείας οὐσίας καὶ ἐνεργείας διαφοράν. Ἀπεδείχθη οὖν παρὰ τῶν ἁγίων πάντων κηρυττόμενον, ὡς οὐκ ἔστι σύνθεσίν τινα παρὰ τοῦτο νομίζειν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ. ». Καὶ ἐν τοῖς ἀναθεματισμοῖς δ' ἐκφωνοῦσι· « Τοῖς φρονοῦσι καὶ λέγουσι σύνθεσίν τινα ὅλως διὰ ταῦτα γίνεσθαι ἐπὶ Θεοῦ, μὴ πειθομένοις δὲ τῇ τῶν ἁγίων διδασκαλίᾳ, μηδεμίαν σύνθεσιν ἀπὸ τῶν φυσικῶν ἐν τῇ φύσει γίνεσθαι διδασκόντων, ὡς κατ' οὐδὲν πάντως τὴν διαφορὰν ταύτην λυμαινομένην τῇ θείᾳ ἁπλότητι, ἀνάθεμα. »

Præterea dicunt, non fieri compositionem ex substantia, et iis quæ illi sentiunt realiter distincta esse cum substantia. Atque asserit Palamas, in oratione, cujus initium ; *A Spiritu excitatis Patribus*, « Quod vox increatum, dum adjacet, unam ostendit, et æqualem, ac simplicem Deitatem, quæ in hac distinctione videtur. Etenim omne increatum ejusdem honoris est et conjunctionis, neque in increatis in unum collectis fiet unquam compositio. » Et in alia oratione, cujus initium : *Cum insusurrasset igitur* : « Neque hoc perspicere valuit, qui in istis compositiones stulte imaginatur, quod in unum concursus rerum increatarum, et revera simplicium, compositionem nullam facit. » Et Coccinus ille, qui fuit patriarcha, in nono capite ex iis duodecim capitibus, quæ edidit, « Nos, ait, cum didicerimus a sanctis, quod neque hominem faciunt proprietates naturales unquam compositum, sed neque artificiosi sermones et disciplinæ. Nemo enim dixerit unquam hominem compositum, quoniam habet naturam et operationem naturalem, vel quod habeat naturam, et artem grammaticam, vel fabrilem, vel forsan artem agriculturæ. Quod si in hominibus ita se res habet, quid in Deo dicendum est, qui omnia supernaturaliter habet? Sed compositio tunc fit et dicitur, quando duæ res singulæ habent propriam subsistentiam, quarum unaquæque possit esse per se, et considerari sine altera, quando ejusmodi composita et conjuncta fuerint ad invicem in unam subsistentiam, verbi gratia, ut in homine anima et corpus, vel in construenda domo lapides, ligna et ferrum; hæc enim singula per se subsistentiam habent, et cum conjuncta et composita inter se in unam subsistentiam fuerint, tunc dicitur compositio, vel conjunctio duarum rerum, vel plurium subsistentium. » Et in tomo communiter omnes decreverunt : « Post hæc quæsivimus a sanctis, utrum possit quispiam ullam compositionem in Deo animadvertere propter differentiam, quæ est inter divinam substantiam et operationem. Ostensum est igitur a sanctis omnibus prædicatum fuisse, quod nullam compositionem propter id in Deo existimare licet. » Et in anathematismis pronuntiant : « Iis qui sentiunt, ac dicunt, compositionem aliquam omnino propter hæc in Deo fieri, neque doctrinæ sanctorum acquiescunt, qui docent nullam compositionem fieri ex naturalibus in natura, cum differentia hæc nihil noceat omnino divinæ simplicitati, anathema. »

Ἔτι δογματίζουσιν ὅτι κατά τινα τρόπον οὐ διακρίνονται ἀλλήλων τὰ τρία τῆς θεότητος πρόσωπα, ἢ πρόσωπα, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς δυνάμεις καὶ ἐνεργείας;

Præterea dogmatizant, quod non distinguuntur quodam modo inter se tres Deitatis personæ, quatenus personæ sunt. Sed et ad potentias et

Digitized by Google

operationes alternatim se habent personæ. Atque asserit Palamas in oratione, quam scripsit *ad Paulum Asan* : « Quando divinum numen dividitur secundum hypostases, indivisibilitatem habet secundum operationes ; quando vero secundum potentias et operationes dividitur, indivisibile manet secundum hypostases. » Et in alia oratione, cujus initium : *Merito igitur oratio* : « Quoniam enim secundum hypostases et operationes Numen divinum distinguitur, diversitas secundum alteram distinctionem cernitur, cum alternatim ad invicem se habeant. Nam divinarum hypostaseon propria nomina sunt communia operationibus, quæ vero sunt communia hypostasibus, divinarum operationum fiunt propria. »

A ἐναλλὰξ ἔχουσι τὰ προσωπα. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν λόγῳ τῷ πρὸς Παῦλον τὸν Ἀσάν, « Ἡνίκα διαιρεῖται τὸ Θεῖον κατὰ τὰς ὑποστάσεις, τὸ ἀδιαίρετον ἔχει κατὰ τὰς ἐνεργείας· ἡνίκα δὲ κατὰ τὰς δυνάμεις καὶ ἐνεργείας διαιρεῖται, μένει κατὰ τὰς ὑποστάσεις ἀδιαίρετον. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Εὐλόγως μὲν οὖν ὁ λόγος* · « Ἐπεὶ γὰρ κατὰ τὰς ὑποστάσεις καὶ τὰς ἐνεργείας διακρίνεται τὸ Θεῖον, ἑτερότης καθ' ἑτέραν διάκρισιν ὁρᾶται ἐναλλὰξ πρὸς ἀλλήλας ἐχουσῶν. Τὰ μὲν γὰρ ἴδια τῶν θείων ὑποστάσεων ὀνόματα κοινά ἐστι ταῖς ἐνεργείαις, τὰ δὲ κοινὰ ταῖς ὑποστάσεσιν, ἴδια τῶν θείων ἐνεργειῶν ὀνόματα. »

Præterea dogmatizant, non sufficere uni Deitati trium personarum potentiam et operationem esse per se exsistentem, et per se subsistentem, sed opus etiam illi esse aliam quoque non subsistentem, et asserit Palamas in uno ex suis dialogis : « Pater quidem habet Filium, sapientiam, et potentiam, atque vitam et operationem substantialem et naturalem ; Filius autem erit sine potentia, sine vita et sine operatione ; vel etiam tota substantia sanctæ Trinitatis. » Et in tomo synodice hæc enuntiant : « Ex his igitur sancta synodus, Evidenter, inquit, ostensum est, quod qui dicit, solum Filium et Spiritum sanctum operationes increatas esse Dei, tanquam qui non censeat communem operationem naturalem trium hypostaseon, Marcelli, et Photini, atque Sophronii hæresim olim demortuam et abolitam in Ecclesiam Dei audet inducere. » Et paulo post : « Nobis vero modo non est sermo de hac, sed de communi, quæ est unius trium personarum Deitatis, quæ hypostasis non est, sed natura, et supernaturaliter adest unicuique divinarum hypostaseon. »

B Ἔτι δογματίζουσι μὴ ἐξαρκεῖν τῇ τρισυποστάτῳ θεότητι αὐθύπαρκτον καὶ αὐθυπόστατον δύναμιν καὶ ἐνέργειαν εἶναι, ἀλλὰ προσδεῖσθαι καὶ ἑτέρας ἀνυποστάτου. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἔν τινι τῶν διαλόγων αὐτοῦ · « Ὁ μὲν Πατὴρ ἔχει σοφίαν καὶ δύναμιν καὶ ζωὴν καὶ ἐνέργειαν τὸν Υἱὸν οὐσιώδη καὶ φυσικήν· ὁ δὲ Υἱὸς ἀδύνατος ἔσται καὶ ἄζωος, καὶ ἀνενέργητος, ἢ καὶ ὅλη ἡ οὐσία τῆς ἁγίας Τριάδος. » Καὶ ἐν τῷ τόμῳ συνοδικῶς ἀποφαίνονται · « Ἐκ δὴ τούτων ἡ θεία σύνοδος, Σαφῶς ἀποδέδεικται, φησὶν, ὡς ὁ λέγων μόνον τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀκτίστους ἐνεργείας εἶναι τοῦ Θεοῦ, ὡς μὴ κοινὴν ἐνέργειαν δοξάζων φυσικὴν τῶν τριῶν ὑποστάσεων, τὴν Μαρκέλου καὶ Φωτεινοῦ καὶ Σωφρονίου αἵρεσιν πάλαι τεθνηκυῖαν καὶ καταργηθῆσαν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τολμᾷ παρεισάγειν Θεοῦ. » Καὶ μετ' ὀλίγα · « Ἡμῖν δὲ ἀρτίως ὁ λόγος οὐ περὶ ταύτης, ἀλλὰ περὶ τῆς κοινῆς τῆς τρισυποστάτου Θεότητος, ἥτις οὐχ ὑπόστασίς ἐστιν, ἀλλὰ φύσει καὶ ὑπερφυῶς πρόσεστιν ἑκάστῃ τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων. »

C

Præterea dogmatizant eos qui apud ipsos purgantur, et ejusmodi operationum effecta, increatos, et increata evadere. Atque ait Palamas in epistola ad Acindynum : « Videsne clare quod increata sit gratia? Non tantum autem ejusmodi gratia est increata, sed et effectum hujusmodi Dei operationis increatum est. Propterea igitur et magnus Paulus cum non amplius viveret temporalem hanc vitam, sed eam quæ erat inhabitantis Verbi, divinam et æternam, sine principio factus est, et sine fine per gratiam. » Et paulo post : « Creatus igitur erat Paulus quandiu vivebat vitam, jussu Dei ex non entibus factam, quando vero non amplius hanc vivebat, sed eam quæ inhabitatione Dei accessit, increatus per gratiam evasit, et omnis, qui Verbum Dei efficax et vivum adeptus est. » Et rursus in eadem epistola : « Quomodo igitur quispiam concesserit, quamvis divinarum personarum nullam rationem habuerit, unum esse increatum, nisi natura adjecerit, cum quidam sint per gratiam increati atque dii, et respondentem sibi necessario deitatem habeant? » Et rursus : « Sed enim in-

D Ἔτι δογματίζουσι τοὺς παρ' αὐτοῖς κεκαθαρμένους καὶ τὰ τῶν τοιούτων ἐνεργειῶν ἀποτελέσματα ἀκτίστους καὶ ἄκτιστα ἀποτελεῖσθαι. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν τῇ πρὸς τὸν Ἀκίνδυνον ἐπιστολῇ· « Ὁρᾷς σαφῶς, ὅτι ἄκτιστος ἡ χάρις. Οὐ μόνον δὲ ἡ τοιαύτη χάρις ἄκτιστός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀποτέλεσμα τῆς τοῦ Θεοῦ τοιαύτης ἐνεργείας ἄκτιστόν ἐστι. Ταῦτ' ἄρα καὶ ὁ μέγας Παῦλος τὴν χρονικὴν μηκέτι ζῶν ζωὴν, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἐνοικήσαντος Λόγου Θείαν καὶ ἀΐδιον, ἄναρχος γέγονε καὶ ἀτελεύτητος χάριτι. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Κτιστὸς οὖν ἦν ὁ Παῦλος μέχρις ἂν ἔζη τὴν προστάγματι Θεοῦ ἐξ οὐκ ὄντων γεγονυῖαν ζωήν. Ὅτε δὲ μηκέτι ταύτην ἔζη, ἀλλὰ τὴν ἐνοικήσει τοῦ Θεοῦ προσγενομένην, ἄκτιστος γέγονε τῇ χάριτι · καὶ πᾶς ὁ ζῶντα καὶ ἐνεργοῦντα μόνον τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον κτησάμενος. » Καὶ πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ · « Πῶς οὖν ἄν τις συγχωρήσειε, κἂν τῶν θείων ἐνεργειῶν μηδένα ποιήσηται λόγον, ἓν τὸ ἄκτιστον ὑπάρχειν, μὴ τῇ φύσει προσκείμενον, ἔστιν ὧν χάριτι ἀκτίστων ὄντων καὶ θεῶν, καὶ κατάλληλον ἑαυτοῖς ἐξ ἀνάγκης θεότητα ἐχόντων; » Καὶ πάλιν, « Ἀλλὰ γὰρ ἄκτιστοι μὲν οὕτει

Digitized by Google

πάντες χάριτι, ὥσπερ δὴ καὶ θεοί· αὐτὴ δ' ἡ χάρις ἄκτιστος, ὡς μικρὸν ἀνωτέρω προαποδέδεικται. »

Καὶ πάλιν, « Αἱ τοῦ Θεοῦ ἐνέργειαι ἄκτιστοί εἰσιν, εἰ καὶ τὰ πλείω τῶν ἀποτελεσμάτων τούτων κτίσματά εἰσι. » Καὶ ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Φιλοκεινοῦσι μὲν*, « Πῶς οὖν οὐκ ἄκτιστος ἡ χάρις δι' ἣν καὶ οἱ μετεσχηκότες αὐτῆς ἄναρχοι καὶ ἄκτιστοι καὶ ἀτελεύτητοι, καὶ ἀΐδιοι, καὶ οὐράνιοι κατ' αὐτὴν παρὰ τῶν Πατέρων προσηγορεύθησαν; »

Ἔτι δογματίζουσι πολλὰς ὑπόστασις εἶναι τοῦ Θεοῦ. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς, « Ἀλλ' ἐπεὶ πολλὰς καὶ διαφόρους ὑποστάσεις καὶ δυνάμεις καὶ ἐνεργείας ὁ Θεὸς ἔχει, εἰ μὴ ἔν τι τὸ αἴτιον ἐν αὐταῖς, πολλαὶ καὶ διάφοροι ἔσονται ἀρχαὶ τῆς θεότητος. » B

Ἔτι δογματίζουσι καὶ τὰς πολλὰς ταύτας ἐνεργείας οὐσίας εἶναι. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν τῷ πρὸς τὸν Αἴνου λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Αἰδοῦς ὄντως οἰχομένης*, « Καὶ μὴν κατὰ τὸν πολὺν ὄντως καὶ πνευματοκίνητον νοῦν τῶν ἱερῶν Πατέρων φαίη ἄν τις καὶ οὐσίαν εὐσεβῶς ἑκάστην τῶν τοῦ Θεοῦ ἐνεργειῶν. »

Ἔτι φρονοῦσι τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ φθαρτικὴν εἶναι καὶ ἀναλωτικὴν, εἴπερ ἔσται μεθεκτή. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν τῷ πρὸς Ἀκίνδυνον πέμπτῳ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Ἀλλὰ τίς ἄν*· « Αὐτὴ τοίνυν καθ' αὐτὴν ἡ θεία μετεχομένη καὶ λαμβανομένη φύσις ἢ φυρμὸν πείσεται, ἢ τὴν παθητικὴν ἐξαναλώσασα φθάσει φύσιν πρὶν ἂν ληφθῇ. » Καὶ πάλιν, « Εἰ ὅλως C ἔστιν ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἀξίοις, ὅτι ποτέ ἐστι κατ' οὐσίαν, ἢ φύσει θεοὺς εἶναι ἀνάγκη, οὐ χάριτι τοὺς θεοὺς μετόχους, ἢ κατακαῆναι καὶ διαφθαρῆναι. Καὶ ἐν τῷ τόμῳ σαφῶς ἐπεκύρωσαν τοῦτο, καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ εἰπόντες, διὰ τὸ παρὰ τῶν ἁγίων εἰρῆσθαι ταύτην ἀπροσπέλαστον καὶ ἀμέθεκτον, φθαρτικὴν ἡμᾶς εἶναι νομίζειν, τοὺς οὕτω περὶ ταύτης φρονοῦντας, ὢ τόλμης ἀσεβοῦς! ἀπεφήναντο· καὶ ταῦτα πρὸς Μωϋσῆν τοῦ Θεου εἰρηκότος, « Οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου καὶ ζήσεται. »

Ἔτι ἐτόλμησαν οἱ πάντ' ἀναιδεῖς εἰπεῖν, ὅτι ἀνάλογόν ἐστιν ὥσπερ τὰ ἐν τῷ νόμῳ μυστήρια πρὸς τὰς τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων παραδόσεις, οὕτω καὶ αὗται πρὸς τὰ νέα Παλαμικὰ δόγματα. Φησὶ D γὰρ ὁ παρὰ τοῦ εἰς πατριάρχην χρηματίσαντος Κοκκίνου ἐκτεθεὶς ὡς ἀπὸ τῶν Ἀγιορειτικῶν τόμος συστατικὸς ὢν τοῦ Παλαμᾶ τάδε· « Τὰ μὲν ἀρτίως καθωμιλημένα, καὶ κοινῇ πᾶσιν ἐγνωσμένα, καὶ παῤῥησίᾳ κηρυττόμενα δόγματα, διὰ Μωσέως ὑπῆρχε νόμου μυστήρια, τοῖς προφήταις μόνοις ἐν Πνεύματι προορώμενα· τὰ δ' ἐπηγγελμένα τοῖς ἁγίοις ἀγαθὰ κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν ἐστι πολιτείας μυστήρια τοῖς διὰ τοῦ Πνεύματος ὁρᾷν ἠξιωμένοις καὶ τούτοις μερίως ἐν ἀῤῥαβῶνος μέρει διδόμενά τε καὶ προορώμενα. Ἀλλ' ὥσπερ εἴ τις τῶν Ἰουδαίων μὴ μετ' εὐλαβείας ἀκούων τῶν προφητῶν λεγόντων Λόγον καὶ Πνεῦμα Θεοῦ συναΐδιά τε καὶ προαιώνια, συνέσχεν

creati quidem isti omnes sunt gratia, quemadmodum sane et dii ; ipsa vero gratia increata est, ut paulo superius demonstratum est. »

Et rursus : « Dei operationes increatæ sunt, quamvis pleraque horum effectuum creaturæ sint. » Et in oratione, cujus initium : *Contendunt quidem :* « Igitur qui fieri potest, ut non sit increata gratia, per quam et qui participes ejus facti sunt, sine principio et increati, fineque carentes, et sempiterni atque cœlestes secundum ipsam a Patribus appellati sunt? »

Præterea dogmatizant, multas hypostases esse Dei ; atque ait Palamas : « Sed quoniam multas et diversas hypostases, et potentias, et operationes Deus habet, nisi unum aliquid in ipsis sit causa, multa et diversa erunt principia deitatis. »

Præterea dogmatizant, etiam has multas operationes esse substantias ; atque ait Palamas, in oratione ad episcopum Anensem, cujus initium, *Verecundia revera amissa :* « Et tamen secundum multam revera et a spiritu excitatam mentem sanctorum Patrum, dixerit aliquis, etiam substantiam pie, unamquamque Dei operationem. »

Præterea sentiunt substantiam Dei fore corruptivam, et consumptivam, si erit communicabilis. Atque ait Palamas, in quinta oratione ad Acindynum, cujus initium : *Verum quisnam :* « Ipsa igitur per se divina participata et sumpta natura vel commistionem patietur, vel passivam naturam, antequam sumatur, absumens exhauriet. » Et rursus : « Si omnino Deus est in hominibus dignis, quidquid illud tandem sit secundum substantiam, vel ut sint natura dii, non gratia, qui Dei participes sunt, vel comburantur et intereant necesse est. » Et in tomo clare id decreto confirmarunt, atque dixerunt : « Nos substantiam Dei existimare esse corruptibilem (o audaciam impiam !) qui de ea ita sentimus ; eo quod a sanctis dicta sit inaccessibilis et incommunicabilis, præsertim cum Deus ad Moysen dixerit : « Nemo videbit faciem meam et vivet. »

Præterea in omnibus impudentes ausi sunt dicere proportionem esse. Ut se habent mysteria legis antiquæ ad traditiones evangelicas, ita etiam prædicationes evangelicæ ad nova Palamæ dogmata. Tomus enim editus ab illo Coccino, qui fuit patriarcha, nomine monachorum Sancti Montis, ubi Palamas commendatur et approbatur, hæc habet ad verbum : « Ea, de quibus modo sermo habitus est, et ab omnibus communiter sancita sunt, quæque libere prædicantur dogmata, per Moysen erant legis mysteria, quæ tantum prophetæ in Spiritu prævidebant, quæ vero promissa sunt sanctis bona in futuro sæculo, sunt mysteria evangelici status, iis qui per Spiritum sanctum ea videre digni facti sunt ; hisque mediocriter loco arrhabonis dantur, et ab iis prævidentur. Cæterum quemadmodum si quis ex Judæis non caute audiens prophetas, qui dicunt, Verbum et Spiritum Dei esse coæterna et

Digitized by Google

ante sæcula, contineret aures, existimans se audire pietati voces interdictas, et ejus vocis contrarias, quæ apud pios in confesso est, « Dominus Deus, Dominus unus est, » ita etiam nunc forte idem eveniret, si quis non caute audiat mysteria Spiritus, quæ solis sunt nota iis qui virtute purgati sunt. » Et rursus, quemadmodum prædictionum illarum exitus declaravit quæ tunc erant mysteria, consentire cum iis quæ postea patefacta sunt, et nunc credimus in Patrem, Filium et Spiritum sanctum, Deitatem trium personarum, natura unam, sic etiam in futuro sæculo quando revelabitur suis temporibus secundum ineffabilem manifestationem Dei, qui est unus in tribus perfectis hypostasibus, omnibus constabit mysteria, cum iis quæ sunt manifestata, consentanea esse. Oportet autem et illud considerare, quod quamvis postea in finibus orbis terræ constitit, tres in Deitate hypostases, nequaquam rationem monarchiæ labefactare, sed illis quidem prophetis etiam ante exitum verum notum fuisse, iisdemque persuasum, communiter tamen non acceptatum fuisse. Ita etiam nunc non ignoramus tum eorum quæ palam prædicantur, rationes confessionis, tum etiam eorum quæ nunc mystice in Spiritu dignis præmonstrantur.

Hæc ex multis atque innumeris Palamæ profanis dogmatibus selecta hic exposuimus, multitudinem molestam esse arbitrati, propterea que eam aversati sumus. Puto autem satis esse ad exprimendam eorum fidem, quæ omnino extra limites est ejus fidei, quæ in Ecclesia sancta, catholica et apostolica prædicatur.

A ἂν τὰ ὦτα δοκῶν ἀπηγορευμένων ἀκούειν τῇ εὐσεβείᾳ φωνῶν, καὶ τῆς ἀνωμολογημένης τοῖς εὐσεβέσι φωνῆς ἐναντίων, δηλονότι τῆς λεγούσης, « Κύριος ὁ Θεὸς, Κύριος εἷς ἐστιν · » οὕτω καὶ νῦν τάχα ἂν πάθοι τις, μὴ μετ' εὐλαβείας ἀκούων τῶν μόνοις ἐγνωσμένων τοῖς δι' ἀρετὴν κεκαθαρμένοις μυστηρίων τοῦ Πνεύματος · ἀλλ' ὥσπερ αὖθις ἡ τῶν προρρήσεων ἐκείνων ἔκβασις σύμῳωνα τοῖς φανεροῖς ἀνέδειξε τὰ τότε μυστήρια, καὶ πιστεύομεν νῦν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα θεότητα τρισυπόστατον, φύσει μίαν · οὕτω καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἐν καιροῖς ἰδίοις ἀποκαλυφθέντος κατὰ τὴν ἄφατον ἔκφανσιν τοῦ ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσιν ἑνὸς Θεοῦ, σύμφωνα πᾶσιν ἀναφανήσεται τοῖς φα-
B νεροῖς τὰ μυστήρια. Δεῖ μέντοι κἀκεῖνο σκοπεῖν, ὡς εἰ καὶ τοῖς πέρασι τῆς γῆς ὕστερον ἐξεφάνη τὸ τρισυπόστατον τῆς Θεότητος τῷ λόγῳ τῆς μοναρχίας μηδαμῶς λυμαινόμενον, ἀλλὰ τοῖς μὲν προφήταις ἐκείνοις καὶ πρὸ τῆς ἐκβάσεως τῶν πραγμάτων ἀκριβῶς ἐγινώσκετο, τοῖς δ' αὐτοῖς τηνικαῦτα πειθομένοις ἀπαράδεκτον ἦν · τὸν ἴσον ἄρα τρόπον οὐδὲ νῦν τοὺς λόγους τῆς ὁμολογίας ἀγνοοῦμεν τῶν τε παῤῥησίᾳ κηρυττομένων, καὶ τῶν νῦν μυστικῶς ἐν Πνεύματι τοῖς ἀξίοις προφαινομένων.

Ταῦτα ἐκ πολλῶν καὶ ἀναριθμήτων τῶν τοῦ Παλαμᾶ βεβήλων δογμάτων ἐκλεγέντα ἐνταῦθα ἡμῖν ἐξετέθησαν, τὸ πλῆθος φορτικὸν εἶναι ἡγησαμένοις. Οἶμαι δ' ἱκανὰ εἶναι τὴν αὐτῶν παραστῆσαι πίστιν,
C ἔξω παντελῶς τῶν ὅρων οὖσαν τῆς ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ κηρυττομένης πίστεως.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΕΚΠΟΡΕΥΣΕΩΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΛΕΓΟΝΤΑΣ, ΟΤΙ Ο ΥΙΟΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΟΥΚ ΕΣΤΙΝ ΕΚ ΤΗΣ ΟΥΣΙΑΣ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ.

EJUSDEM

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI

AD EOS, QUI DICUNT, FILIUM DEI NON ESSE EX SUBSTANTIA PATRIS.

CAPUT PRIMUM.

Quod ex eo quod negant Filium Dei ex substantia esse Patris multa sequantur absurda.

Quod in sancta Trinitate antiquorum quidem hæreticorum esset a substantia Patris scindere Filium, et eum ex substantia Patris esse ac generari

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ὅτι τοῖς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀρνουμένοις πολλὰ τὰ ἄτοπα ἕπεται.

Ὅτι μὲν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τῶν παλαιῶν αἱρετικῶν ἦν τὸν Υἱὸν τέμνειν τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς αὐτὸν εἶνα.

Digitized by Google

καὶ γεννᾶσθαι παντελῶς ἀπρονεήσθαι, δῆλον, τῆς A omnino inficiari, manifestum est : cum Ecclesia
Ἐκκλησίας διαῤῥήδην Ἄρειον καὶ τοὺς τοιαῦτα palam Arium, et eos qui ejusmodi res ausi sint,
τολμήσαντας παραπεμπούσης ἀξίως τῷ ἀναθέματι. merito anathemate percusserint. Quoniam vero
Ἐπεὶ δὲ ταῦτα καί τινες ἀνοήτως παρεισάγειν τολ- hæc etiam nunc nonnulli temere inducere audent,
μῶσιν, οἳ τὸν μὲν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἢ τῆς ὑπο- qui Filium ex Patre quidem, et ex hypostasi, et
στάσεως, ἢ τῆς πατρικῆς ἰδιότητος εἶναι ὁμολο- paterna proprietate esse fatentur, non autem ex
γοῦσιν, ἐκ δὲ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς αὐτὸν γεννᾶ- substantia Patris eum generari admittunt, oporte-
σθαι οὐ παραδέχονται· ἔδει μηδ' ἡστινοσοῦν ἀποκρί- bat eos nec qualicunque responsione dignos cen-
σεως ἀξιοῦν τοὺς οὐ τοσοῦτον ἀμαθῶς τε καὶ ἀπαι- sere, qui non tam stulte atque imperite, quam im-
δεύτως, ὅσον δυσσεβῶς οὕτω θεολογοῦντας, καὶ φα- pie sic de Deo disserunt, ac manifeste principia
νερῶς τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως ἀνατρέποντας. Πλὴν fidei funditus evertunt. Quia tamen omne, quod se
ἐπειδὴ πᾶν ὕψωμα κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως extollit contra Dei cognitionem pro virili destru-
ἐπαιρόμενον, ὅσον ἡ δύναμις ἐπιτρέπει, καθαιρεῖν ere ac redarguere necessario nitendum est, et
καὶ ἐξελέγχειν ἀναγκαῖον πειρᾶσθαι, καὶ κατὰ τὸν juxta principem apostolorum Petrum paratos esse
κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων Πέτρον ἑτοίμους γίνεσθαι oportet ad reddendam rationem omni quærenti de
χρὴ παντὶ τῷ ζητοῦντι διδόναι λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν B ea quæ in nobis est fide; demonstrandum est,
πίστεως, δεικτέον ἂν εἴη πολλὰ τῶν ὁμολογουμένων eos qui hæc aiunt, multa invitos cogi destruere,
τῇ καθολικῇ πίστει τοὺς ταῦτα λέγοντας ἀναιρεῖν quæ fide catholica exploratissima sunt, multisque
ἀναγκάζεσθαι, πολλοῖς τε τοῖς ἀτόποις ἐνέχεσθαι, καὶ absurdis premi; atque ab illis antiquis hæreticis
ὅλως ἐκείνων μηδὲν τῶν παλαιῶν αἱρετικῶν διαφέρειν. nihil plane differre.

Πρῶτον τοίνυν ἐρωτητέον αὐτοὺς, τίποτε τὴν Primum igitur quærendum ab illis, quidnam hy-
ὑπόστασιν εἶναι νομίζουσιν, ἢ τὴν πατρικὴν ἰδιό- postasim esse existiment, sive Patris proprietatem,
τητα, τὴν πατρότητα δηλονότι· ἵνα πρός τι ὁμολο- paternitatem videlicet; ut posito aliquo in quo
γούμενον τοὺς λόγους ποιῶμεν, καὶ ἐπειδὴ τὴν convenimus, verba faciamus. Et quoniam substan-
οὐσίαν πρὸς τὴν ὑπόστασιν ἀντιδιαιροῦσι, καὶ θά- tiam et hypostasim ex adverso opponunt, et alte-
τερον οὐχ οἷον τὸ ἕτερόν φασι, παντὶ δῆλον, ὅτι τὴν rum aiunt esse, non quale est alterum, cuilibet
ὑπόστασιν ὁμολογήσουσιν εἶναι οὐκ οὐσίαν. Τὸ γὰρ manifestum est, quod hypostasim non esse sub-
ἀντικείμενον τῇ οὐσίᾳ οὐκ ἔστιν οὐσία, καὶ ἡ οὐσία stantiam haud dubie concedent. Quod enim oppo-
πρὸς τὸ μὴ ὂν οὐσία ἀντίκειται. Ἀλλὰ τὸ μὴ ὂν nitur substantiæ, non est substantia, et substantia
οὐσία οὐκ ἔστιν οὐσία· ὃ δὲ οὐκ ἔστιν οὐσία, ἀνού- C illi, quod non est substantia, opponitur; sed quod
σιον· τὸ δὲ ἀνούσιον ἀνυπόστατον· ὥστε τὴν τοῦ non est substantia, substantia utique non est;
Πατρὸς ὑπόστασιν ἀνυπόστατον τίθενται. Τὸ δ' αὐτὸ quod autem non est substantia, non substantiale
καὶ ἐξ ὧν αὐτοὶ περὶ οὐσίας καὶ ἐνεργείας διαλέ- est; quod autem non substantiale est, non subsis-
γονται παριστῶσιν. Ἐκεῖ γὰρ τὸν Θεὸν εἰς οὐσίαν stit; itaque Patris hypostasim non subsistentem
καὶ ἐνέργειαν διελόντες, καὶ ἄλλο μὲν τὴν οὐσίαν ponunt. Hoc idem ostendunt se sentire ex iis quæ
θέμενοι, ἕτερον δὲ τὴν ἐνέργειαν, καὶ ταύτην ἀντι- ipsi de substantia et operatione disputant. Ibi
διελόντες πρὸς τὴν οὐσίαν, καὶ ἀνούσιον καὶ ἀν- enim Deum in substantiam et operationem dividen-
υπόστατον ὁρισάμενοι, φανερὸν ὅτι κἀνταῦθα τὴν tes, atque aliud quidem ponentes esse substantiam,
ὑπόστασιν ἕτερον τῆς οὐσίας λέγοντες ἐν τῇ τάξει aliud vero operationem, dum hanc a substantia
τῆς ἐνεργείας ταύτην θήσουσιν. Ἐπείπερ οὐχ distinguunt, et eam neque substantialem, neque
ἕξουσιν ἄλλο τρίτον, ὃ μήτ' οὐσία, μήτ' ἐνέργειά subsistentem statuunt; manifestum est, quod etiam
ἐστιν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ. Πᾶν γὰρ, φασὶν, ἐπὶ Θεοῦ, ὡς hoc loco hypostasim a substantia distinguentes,
αὐτοὶ διεῖλον, ἢ οὐσία, ἢ ἐνέργειά ἐστι· τὸ γὰρ ejusdem ordinis hypostasim et operationem con-
συμβεβηκὸς οὐδ' αὐτοὶ παραδέχονται, ἀλλὰ τὴν stituent. Non enim habebunt aliud tertium, quod
ἐνέργειαν ἀνυπόστατον ἡγοῦνται, ὥστε καὶ τὴν D in Deo neque substantia, neque operatio sit. Omne
ὑπόστασιν, ἣν ἕτερον τῆς οὐσίας ἰσχυρίζονται, enim, aiunt, in Deo, ut ipsi diviserunt, aut sub-
ἀνούσιον καὶ ἀνυπόστατον ὁμολογεῖν κατὰ τὰς stantia, aut operatio est; accidens enim neque ipsi
αὐτῶν ἀναγκάζονται θέσεις. Εἰ δὲ καὶ τρίτον βού- admittunt, sed operationem non subsistentem esse
λονται τὴν ὑπόστασιν τιθέναι, πρῶτον μὲν παρὰ existimant adeo ut hypostasim, quam aliud a sub-
τὰς αὐτῶν ἐστι θέσεις, καθ' ἃς ἁπλῶς τὸν Θεὸν stantia esse contendunt, secundum suas positiones
εἰς οὐσίαν διαιροῦσι καὶ ἐνέργειαν· ἔπειτα, ὅ τι μὲν non substantialem esse, neque subsistentem fateri
δεῖ περὶ τῆς ὑποστάσεως φρονεῖν μετ' ὀλίγον ῥη- cogantur. Quod si tertium quiddam hypostasim
θήσεται· πρὸς δὲ τὸ παρὸν, ὅτι οὗ φασιν αὐτὴν esse facere volunt, primum quidem hoc præter
οὐσίαν εἶναι, τοῦτο μόνον ἀρκεῖ. Ὅτι δὲ τὸν Θεὸν eorum positiones est, juxta quas simpliciter Deum
εἰς οὐσίαν διελόντες καὶ ἐνέργειαν, ἀνούσιον τὴν in substantiam et operationem dividunt. Deinde
ἐνέργειαν καὶ ἀνυπόστατον πιστεύουσι, δῆλον ἐκ quid sentiendum sit de hypostasi paulo post dice-
τῶν περιειλημμένων τῷ περὶ οὐσίας καὶ ἐνεργείας tur. In præsentia vero satis est, quod eam sub-
τόμῳ, ὃν εἰς ὁμολογίαν τῆς ἑαυτῶν πίστεως ἀνέ- stantiam esse negant. Quod autem Deum dividen-
γραψαν. Οὕτω γὰρ ἐκεῖ πρὸς τῷ τέλει κεῖται. Ἡμῖν tes in substantiam et operationem, arbitrantur ope-

Digitized by Google

rationem non esse substantialem, neque subsistentem, clarum est ex iis quæ continet eorum tomus de substantia et operatione, quem ad profitendum suam fidem conscripserunt; sic enim ibi circa finem habet. Nobis vero modo sermo est, non de hac operatione ac potentia, scilicet Filii et Spiritus, sed de illa, quæ communis est tribus divinis personis quæ non est hypostasis. Præterea in eodem tomo circa principium aiunt quod increatum sit lumen transfigurationis Domini, et quod hoc non sit substantia Dei. Privatim vero ait etiam Palamas in suo *Theophanis et Theotimi* dialogo : « Quamvis enim neque hypostasis, neque substantia sit hæc deitas (lumen transfigurationis), nihilominus increata est atque coæterna substantiæ Dei. » Sed et ipse Thessalonicensis Cabasilas Nilus in oratione, cujus initium : *Canon est theologicus*, ait, « Substantia quidem per se subsistit, operatio vero per se non subsistit. »

Cum igitur hypostasim et operationem, ex his quæ dicunt, non subsistere ostensum sit, præsertim a viris quos ipsi ob pietatem (ut id etiam in tomo aiunt) veterum choro sanctorum atque doctorum ascribunt, et eos æque nunc atque illos colunt : quandoquidem hypostasim aliam rem præter substantiam aiunt : erit secundum ipsos hypostasis non substantialis, substantia autem non subsistentialis; et quoniam theologi de divina generatione Filii loquuntur indifferenter, et nunc quidem eum ex substantia Patris generari theologice disserunt, nunc vero ex hypostasi, siquidem aliud est substantia, et aliud hypostasis juxta modum, quem ipsi adversarii intelligunt, alterutrum erit, aut duos filios ex Patre generari fatendum ipsis erit, aut non unam esse ac simplicem Filii generationem.

Præterea, quoniam proprietates constituere hypostases dicuntur, ut paternitas hypostasim Patris, hypostasis vero Patris est persona Patris, quippe hypostasis et persona idem est apud theologos, concedent ex non subsistente esse subsistens, ipsam videlicet personam Patris. Quod enim persona Patris subsistat, fides fatetur. Quia enim proprietates personarum, quarum sunt proprietates, hypostaticæ sunt, personas constituentes, necesse est, Patrem non carere causa, sed ab aliquo esse et ex non subsistente, ut dictum est, aliquid esse subsistens, et ex non hypostasi esse hypostasim, idque vel secundum generationem, vel processionem, vel si aliter fingere volunt, atque ita duæ species Trinitatis apparebunt, una quidem ex paternitate, et quæcunque ex paternitate proveniunt, ipsa filiatio, et spiritatio, si opus est ita nominare. Altera species Pater, Filius et Spiritus sanctus, sive tres personæ.

Præterea fatebuntur non esse personam ex persona, sed relationem ex relatione : quia enim persona est substantia cum quadam proprietate (persona enim dicta est Damasceno id quod est commune cum proprio), substantia vero una cum sit

A δὲ ἀρτίως ὁ λόγος οὐ περὶ ταύτης τῆς ἐνεργείας καὶ δυνάμεως, ἤγουν τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ περὶ τῆς κοινῆς τῆς τρισυποστάτου Θεότητος, ἥτις οὐχ ὑπόστασίς ἐστιν. Ἔτι ἐν αὐτῷ πρὸς τῇ ἀρχῇ, ὅτι τε ἄκτιστόν ἐστι τὸ φῶς τῆς τοῦ Κυρίου μεταμορφώσεως, καὶ ὅτι οὐκ ἔστι τοῦτο ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ. Ἰδίᾳ δέ φησι καὶ ὁ Παλαμᾶς ἐν τῷ κατὰ *Θεοφάνην καὶ Θεότιμον* διαλόγῳ αὐτοῦ, « Εἰ γὰρ μήθ' ὑπόστασις, μήτ' οὐσία ἡ θεότης αὕτη πέφυκεν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἄκτιστός ἐστι καὶ συναΐδιος τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ. » Ἀλλὰ καὶ ὁ Θεσσαλονίκης Καβάσιλας Νεῖλος ἐν λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Κανών ἐστι θεολογικὸς*, φησὶν, « Ἡ μὲν οὐσία ὑφέστηκε καθ' ἑαυτήν· ἡ δὲ ἐνέργεια οὐχ ὑφέστηκε καθ' ἑαυτήν. »

B Τοῦ μὲν οὖν οὐχ ὑφεστηκέναι τὴν ὑπόστασιν καὶ τὴν ἐνέργειαν ἐξ ὧν λέγουσιν ἀποδεδειγμένου, καὶ παρ' ἀνδρῶν, οὓς αὐτοὶ διὰ τὴν εὐσέβειαν, ὡς καὶ τοῦτο ἐν τῷ τόμῳ φασὶ, τῷ χορῷ τῶν παλαιῶν ἁγίων καὶ διδασκάλων ἐγγράψαντες ἐπίσης νῦν ἐκείνοις τιμῶσιν, ἐπειδὴ τὴν ὑπόστασιν ἄλλο παρὰ τὴν οὐσίαν πρᾶγμά φασιν, ἔσται κατ' αὐτοὺς ἀνούσιος μὲν ὑπόστασις, οὐσία δὲ ἀνυπόστατος. Καὶ ἐπεὶ ἀπροσδιορίστως οἱ θεολόγοι περὶ τῆς θείας γεννήσεως διαλεγόμενοι τοῦ Υἱοῦ, ποτὲ μὲν αὐτὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι θεολογοῦσι, ποτὲ

C δὲ ἐκ τῆς ὑποστάσεως, εἴπερ ἄλλο οὐσία, καὶ ἄλλο ὑπόστασις καθ' ὃν τρόπον οἱ ἐνιστάμενοι νοοῦσι, δυοῖν ἔστω θάτερον, ἢ δύο υἱοὺς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι ὁμολογήσουσι, τὸν μὲν ἐκ τῆς οὐσίας, τὸν δὲ ἐκ τῆς ὑποστάσεως· ἢ μὴ μίαν καὶ ἁπλῆν εἶναι τοῦ Υἱοῦ τὴν γέννησιν.

Ἔτι, ἐπεὶ αἱ ἰδιότητες τὰς ὑποστάσεις ὑφιστᾶν ὁμολογοῦντας οἷον ἡ πατρότης τὴν τοῦ Πατρὸς ὑπόστασιν, ἡ δὲ τοῦ Πατρὸς ὑπόστασις τὸ τοῦ Πατρὸς ἐστι πρόσωπον, ὑπόστασις γὰρ καὶ πρόσωπον παρὰ τοῖς θεολόγοις ταυτό· ὁμολογήσουσιν ἐκ τοῦ μὴ ὑφεστῶτος τὸ ὑφεστὼς, αὐτὸ δηλαδὴ τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός. Τὸ γὰρ τὸ τοῦ Πατρὸς ὑφεστηκέναι πρόσωπον παρὰ τῆς πίστεως ὡμολόγηται. Ἐπεὶ γὰρ αἱ ἰδιότητες τῶν προσώπων, ὧν εἰσιν ἰδιό-

D τητες, ὑποστατικαί εἰσι ταῦτα ὑφιστῶσαι, ἀνάγκη μὴ ἀναίτιον εἶναι τὸν Πατέρα, ἀλλ' ἐκ τινος, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὑφεστῶτος, ὡς εἴρηται, τὸ ὑφεστὼς, καὶ ἐκ τῆς μὴ ὑποστάσεως τὴν ὑπόστασιν, καὶ τοῦτο ἢ κατὰ γέννησιν, ἢ κατ' ἐκπόρευσιν· ἢ εἴπερ ἄλλως βούλοιντο πλάττειν, καὶ οὕτω δύο εἴδη τῆς Τριάδος ἀναφανήσεται, τὸ μὲν ἐκ τῆς πατρότητος καὶ ὅσα ἐκ τῆς πατρότητος πρόεισιν, αὐτὴ ἡ υἱότης καὶ ἡ πνευματότης, εἰ δεῖ οὕτως ὀνομάζειν· τὸ δὲ ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἴτ' οὖν τὰ τρία πρόσωπα.

Ἔτι δὲ ὁμολογήσουσι μὴ εἶναι πρόσωπον ἐκ προσώπου, ἀλλ' ἀναφορὰν ἐξ ἀναφορᾶς. Ἐπεὶ γὰρ πρόσωπόν ἐστιν ἡ οὐσία μετά τινος ἰδιότητος (πρόσωπον γὰρ εἴρηται τῷ Δαμασκηνῷ τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος), ἡ δὲ οὐσία μία οὖσα καὶ ἡ

Digitized by Google

αὐτὴ τῷ ἀριθμῷ, οὔτε ἀγέννητός ἐστιν, οὔτε γεννητή, οὔτ' ἐκπορευόμενη, ἄλλως γὰρ τρεῖς ἂν ἦσαν οὐσίαι διακεκριμέναι, ἀπολελυμέναι ἀλλήλων, καὶ ἀντικείμεναι ἀλλήλαις· λείπεται μηδὲν ἄλλο προϊέναι ἐξ ἄλλου, εἰ μὴ ἰδιότητα ἐξ ἰδιότητος, εἴτ' οὖν τὴν υἱότητα ἐκ τῆς πατρότητος.

A et eadem numero, neque ingenita est, neque genita, neque procedens : aliter enim tres essent substantiæ discretæ, absolutæ inter se, atque oppositæ ad invicem : reliquum est, ut nihil aliud proveniat ex alio, nisi proprietas ex proprietate, sive filiatio ex paternitate.

Ἔτι τε ἐπεὶ ὁ μὲν Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁμολογεῖται, ὁ δὲ Πατὴρ κατὰ τὰς θέσεις αὐτῶν ἐκ τῆς πατρικῆς ἰδιότητος, ἥτις οὔτ' οὐσία οὔθ' ὑπόστασίς ἐστι, καὶ τοῦτο κατὰ τὰς θέσεις αὐτῶν, πάντα δὲ ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ κατὰ τοὺς θεολόγους γέγονεν· ἀναγκασθήσονται τὸ μὴ ὑφεστὼς τῶν θείων προσώπων καὶ πάσης τῆς κτίσεως αἴτιον τιθέναι.

Præterea, quoniam Filius et Spiritus sanctus ex Patre esse communi consensu recipitur, Pater autem, secundum eorum positiones, ex paterna est proprietate, quæ neque substantia, neque hypostasis est, idque secundum ipsorum positiones, omnia autem facta sunt juxta theologos ex Patre per Filium in Spiritu sancto, cogentur aliquod quod non subsistit, et divinarum personarum, et totius creaturæ ponere causam.

Ἔτι τε ἀναγκασθήσονται ὁμολογεῖν ἐπὶ Θεοῦ B σύνθεσιν, εἰ καὶ μὴ τῆς οὐσίας καὶ τῆς ὑποστάσεως, τῆς τε πατρότητος καὶ υἱότητος, ἃ τῶν πρός τί ἐστιν. Ἃ δὴ πρός τι, ἐφόσον ἐστὶ πρᾶγμά τι, σύνθεσιν ποιήσει ᾧ ἂν προσγένηται. Ἔτι τε δείσει συμβεβηκὸς τοῦτο φάσκειν· πᾶν γὰρ χρῆμα ἐν τῷ ἐνυπάρχειν τὸ εἶναι ἔχον, συμβεβηκός ἐστιν. Ἔτι τε δείσει τι πρᾶγμα παρὰ τὴν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν εἶναι αἰώνιον. Ἃ δὴ πάντα αἱρετικὰ καὶ ἄτοπα· ἕπεται μέντοι τοῖς τὴν πατρότητα καὶ τὴν ὑπόστασιν ἕτερον τῆς οὐσίας τιθεμένοις.

Præterea cogentur fateri compositionem esse in Deo, etsi non substantiæ, at substantiæ atque hypostaseos, paternitatis item ac filiationis, quæ ad aliquid relativa sunt. Quæ sane ad aliquid, quatenus sunt aliqua res, compositionem facient cum eo ad quod accesserint. Præterea opus erit accidens istud asserere : quippe omnis res, cujus esse est in esse, accidens est. Præterea opus erit, ut aliqua res præter Dei substantiam sit æterna. Quæ certe omnia hæretica sunt et absurda, necessario tamen sequuntur ex eorum sententia, qui paternitatem et hypostasim aliud esse a substantia ponunt.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Κατὰ τίνα τὴν ἔννοιαν ἄλλο οὐσίαν καὶ ἄλλο ὑπόστασιν οἱ θεολόγοι φασὶν ἐπὶ Θεοῦ.

CAPUT II.

Quo sensu dicant theologi aliud esse substantiam, et aliud hypostasim.

C

Ἀνάγκη τοίνυν διὰ ταῦτα τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως φυλάττοντας, ἣ φησι τὸν αὐτὸν Θεὸν ἕνα εἶναι καὶ τρία, οὐσίαν τὴν ὑπόστασιν καὶ τὴν ἰδιότητα τιθέναι τοῖς θεολόγοις ἑπομένως. Οὐ καὶ καθ' ἑτέραν αὖθις ἔννοιαν ἄλλο οὐσία καὶ ἄλλο ὑπόστασις παρ' αὐτῶν τῶν διδασκάλων εἴρηται· καὶ ὅπως ἑκάτερον ἀληθεύειν δυνατὸν ἐν τοῖς ἑπομένοις ῥηθήσεται. Εἴ τι μὲν οὖν καὶ βαθύτερον ἐνταῦθα θεωρεῖν ἦν, περὶ τούτου τό γε νῦν εἶναι παραιτητέον, τοῦ λόγου πρὸς ἄνδρας ὄντος, οἳ μὴ δυνάμενοι τὰ ἐκ τῶν λογισμῶν συνιέναι, ὥσπερ οἱ κακόσιτοι πᾶσαν τροφὴν, οὕτω καὶ οὗτοι πάντα ἀποστρέφονται λόγον· ἐκ δὲ τῶν διδασκάλων ἐπιχειρητέον τῷ λόγῳ, σαφηνείᾳ χρωμένοις ὅσον οἷόν τε. Καὶ πρῶτον κατὰ τίνα τὴν ἔννοιαν ἄλλο οὐσίαν καὶ ἄλλο ὑπόστασιν οἱ θεολόγοι φασὶ· δεύτερον, ὅπως οὐσία, καὶ ὑπόστασις, καὶ ἰδιότης ἐπὶ Θεοῦ ταὐτόν ἐστι. Ῥητέον προβαλλομένοις ὃ φησιν ὁ μέγας Βασίλειος ἐν ἐπιστολῇ τῇ περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως· ὡς ὃν λόγον ἔχει τὸ κοινὸν πρὸς τὸ ἴδιον, τοῦτον ἔχει ἡ οὐσία πρὸς τὴν ὑπόστασιν. Τὴν δὲ ὑπόστασιν ὁ Δαμασκηνὸς ὁριζόμενος ἔφη, « Ὑπόστασίς ἐστι τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος. » Τί δὲ αὐτὸ τὸ κοινὸν αὐτοῖς βούλεται, ἐμφανῶς αὖθις ὁ θεῖος Βασίλειος ἐν τῇ πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γρηγόριον ἐπιστολῇ παραδέδωκεν εἰπών· « Ἡ μὲν κοινότης εἰς τὴν οὐσίαν ἀνάγεται· ἡ δὲ ὑπόστασις τὸ ἰδιάζον ἑκάστου σημεῖόν ἐστι. » Δῆλον οὖν ἐκ τούτων, ὡς τὸ μὲν κοινὸν τῷ ἁπλῶς ἀναλογεῖ, τὸ δὲ ἴδιον τῷ

Necesse est igitur propterea principia fidei servantes (quæ docet eumdem Deum unum esse et tria), substantiam ponere esse hypostasim et proprietatem, juxta doctrinam theologorum. Quamvis secundum aliam intelligentiam rursus dictum sit a doctoribus aliud esse substantiam, et aliud hypostasim, quave ratione utrumque fieri potest, ut verum sit, in consequentibus dicetur. Si quid igitur et altius hic erat considerandum, de hoc in præsentia disserere, prætermittendum est, cum sermo sit ad homines, qui minime percipere valeant, quæ sunt ratiocinationum, quemadmodum male nutriti fastidiunt omnem cibum; sic etiam isti omnem aversantur rationem. A doctoribus autem sermonem aggrediar, claritate utens, quantum fieri potest. Et primum, juxta quam intelligentiam aliud esse substantiam, aliud hypostasim theologi aiunt. Secundum, quonam modo substantia, hypostasis et proprietas in Deo idem sit. Dicendum igitur nobis est illud proponentibus, quod ait magnus Basilius in epistola ubi agit de differentia substantiæ et hypostaseos : quod quam rationem habet commune ad proprium, hanc habet substantia ad hypostasim. Hypostasim autem Damascenus definiens, ait : « Hypostasis est commune cum proprio. » Quid autem apud ipsos hoc commune sibi velit, rursus clare divus Basilius tradidit, in epistola ad Gregorium fratrem, « Communitas, inquiens, ad substantiam refertur, hypostasis vero

Digitized by Google

plura demonstravimus; ex his autem modis unus est, quod divina substantia sit omnino imperceptibilis, notæ vero sint divinæ operationes. »

καὶ διὰ πλειόνων ἀπεδείξαμεν. Τούτων δὲ τῶν τρόπων εἷς ἐστι, καὶ τὸ τὴν μὲν θείαν οὐσίαν ἄληπτον εἶναι παντελῶς, γνωρίμους δὲ τὰς θείας ἐνεργείας. »

Nonus modus et decimus, quod substantia penitus sit imparticipabilis, et impartibilis, et imperceptibilis, et ininteligibilis, operatio vero sit participabilis, et partibilis, et perceptibilis, et intelligibilis. In eadem oratione hæc sunt verba Palamæ; « Quod autem ita partitur, operatio est divina, cum substantia sit prorsus impartibilis, » Et in Apologia proliziori sic habet Palamas : « Secundum substantiam quidem Deus est imparticipabilis; secundum vero deificantem gratiam et operationem, quæ et gloria Dei nominatur, et participatur, et a dignis videtur. » Et rursus in eadem : « Quid igitur, naturam Dei et substantiam hæreditabunt? Nequaquam, sed deificantem gratiam, et regnum, quod regnum quamvis non sit natura Dei, illa quippe imparticipabilis est, sed naturalis est operatio Dei, quæ naturaliter sequitur Deum, et inseparabiliter circa eum semper consideratur; idcirco et hujus hæres Dei dicitur hæres. » Et in quarta oratione ad Acindynum, sic habet : « Quod adversarii dum nos monent, ut fugiamus eos, qui dicunt Numen divinum secundum substantiam imperceptibile, tanquam quod supereminet, perceptibilia vero substantialia ejus, et corporalibus oculis visibilia, cum sint alia, et ejus submissa, monent fugiendos esse sanctos. » Et in dialogo quem inscribit *Theophanes et Theotimus* : « Quonam modo una quidem intelligibilis, altera vero ininteligibilis litteris proditur ejusdem Dei deitas, visibilisque dignis in virtute Spiritus sancti, et prorsus omnibus invisibilis, participabilisque, et imparticipabilis secundum normam pietatis dicimus? »

Ὅ θ' καὶ ι' τρόπος ἐστὶ, τὸ τὴν μὲν οὐσίαν ἀμέθεκτον καὶ ἀμέριστον, καὶ ἄληπτον καὶ ἀπερινόητον εἶναι παντελῶς, τὴν δ' ἐνέργειαν μεθεκτὴν καὶ μεριστὴν καὶ ληπτὴν καὶ γνωστήν. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ· « Τὸ δ' οὕτως μεριζόμενον ἐνέργειά ἐστι θεία, τῆς οὐσίας οὔσης ἀμερίστου παντάπασι. » Καὶ ἐν τῇ διεξοδικωτέρᾳ ἀπολογίᾳ· « Κατ' οὐσίαν μὲν ὁ Θεὸς ἀμέθεκτός ἐστι· κατὰ δὲ τὴν θεοποιὸν χάριν, καὶ ἐνέργειαν, ἥτις καὶ δόξα Θεοῦ καλεῖται, καὶ μετέχεται, καὶ ὁρᾶται τοῖς ἀξίοις. » Καὶ πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ· « Τί οὖν τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν καὶ οὐσίαν κληρονομήσουσιν; Οὔμενουν, ἀλλὰ τὴν θεοποιὸν χάριν τε καὶ βασιλείαν, ἥτις εἰ καὶ μὴ φύσις ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ γὰρ ἀμέθεκτος ἐκείνη, ἀλλὰ φυσικὴ ἐστιν ἐνέργεια Θεοῦ, φυσικῶς ἑπομένη τῷ Θεῷ, καὶ ἀχωρίστως περὶ αὐτὸν ἀεὶ θεωρουμένη. Διὸ καὶ ὁ ταύτης κληρονόμος κληρονόμος λέγεται Θεοῦ. » Καὶ ἐν τῷ δωδεκάτῳ πρὸς Ἀκίνδυνον λόγῳ· « Ὅτι φεύγειν παραινοῦντες οἱ ἐναντίοι ἡμῖν τοὺς λέγοντας ἄληπτον μὲν κατ' οὐσίαν τὸ Θεῖον, ἅτε καὶ ὑπερκείμενον, ληπτὰ δὲ τὰ οὐσιώδη αὐτοῦ, καὶ σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρατὰ, ἕτερα ὄντα καὶ ὑφειμένα αὐτοῦ, φεύγειν παραινοῦσι τοὺς ἁγίους. » Καὶ ἐν τῷ διαλόγῳ, ὃν *Θεοφάνης καὶ Θεότιμος* ἐπιγράφει· « Πῶς δὲ ἡ μὲν νοητὴ, ἡ δὲ ἀπερινόητος ἀναγέγραπται τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ θεότης; ὁρατή τε τοῖς ἀξίοις ἐν δυνάμει Πνεύματος, καὶ πᾶσι παντάπασιν ἀόρατος, μεθεκτή τε καὶ ἀμέθεκτος κατὰ τὸν γνώμονα τῆς εὐσεβείας λέγομεν; »

Hæc autem omnia colligentes in tomo communiter sanxerunt. differunt autem, inquiunt, inter se hujusmodi deitates, eo scilicet, quod divina operatio participatur, et partitur impartibiliter, et nominatur, et quodammodo, quamvis subobscure ex suis effectis intelligitur. Substantia vero est imparticipabilis, et impartibilis, et innominata, tanquam omnem nominationem excedens videlicet, atque omnino ininteligibilis.

Πάντα δὲ ταῦτα συναγαγόντες ἐν τῷ τόμῳ κοινῇ ἐπεκύρωσαν, Διενηνόχασι δ' ἀλλήλων, φάμενοι, αἱ τοιαῦται θεότητες, δηλαδὴ τῷ τὴν μὲν θείαν ἐνέργειαν μετέχεσθαι καὶ μερίζεσθαι ἀμερίστως καὶ ὀνομάζεθαι καὶ νοεῖσθαί πως, εἰ καὶ ἀμυδρῶς ἐκ τῶν αὐτῆς ἀποτελεσμάτων· τὴν γε μὴν οὐσίαν ἀμέθεκτον καὶ ἀμέριστον καὶ ἀνώνυμον, ὡς ὑπερώνυμον δηλονότι καὶ ἀπερινόητον παντελῶς.

Decimus quintus modus, quod substantia quidem nullam habeat in se differentiam, operationes vero cum inter se, tum a substantia differentes sint. Atque Palamas in commemorata oratione, cujus initium : *Cum igitur insusurrasset*, ait, « Volentes pietatem colere, et sobrie sapere, fateantur differre quidem ejusmodi cuncta inter se, causam autem illorum hoc esse, in quo, et ex quo sunt, cum illud sit supra hæc. »

Δέκατος πέμπτος τρόπος, τὸ τὴν μὲν οὐσίαν μὴ διάφορον εἶναι καθ' ἑαυτὴν, τὰς δ' ἐνεργείας καὶ πρὸς ἀλλήλας, καὶ πρὸς τὴν οὐσίαν διαφόρους. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἐν τῷ διαληφθέντι λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Ὑποψιθυρίσας, « Θέλοντες εὐσεβεῖν καὶ σωφρονεῖν, ὁμολογείτωσαν διαφέρειν μὲν τὰ τοιαῦτα πάντα ἀλλήλων· αἴτιον δὲ ἐκείνων τοῦτο ἐν ᾧπερ καὶ ἐξ οὗ ἐστιν αὐτοῦ ὄντος ὑπὲρ ταῦτα. »

Et in alia oratione, cujus initium : *A spiritu excitatis*, « Sed quis enumeret omnes voces sanctorum, quibus et substantiam Dei, et potentias Dei esse increatas testantur, atque inter se differre ostendunt, et hæc omnia unam esse dei-

Καὶ ἐν ἑτέρῳ οὗ ἡ ἀρχὴ, *Τοῖς πνευματοκινήτοις*, « Ἀλλὰ τίς ἂν ἀπαριθμήσαιτο πάσας τὰς τῶν ἁγίων φωνὰς, δι' ὧν καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ οὐσίᾳ καὶ ταῖς τοῦ Θεοῦ δυνάμεσι. τὸ ἄκτιστον προσμαρτυρεῖται, καὶ τὸ διαφέρειν πρὸς ἀλλήλας δείκνυται, καὶ

Digitized by Google

μίαν εἶναι ταῦτα πάντα θεότητα συνιέντα εἰς ἓν, ὡς ἄκτιστα; »

Καὶ ἐν ἑτέρῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Φιλογεικοῦσι μὲν*, « Οὐ πολλαὶ δὲ μόνον αἱ θεῖαι ἐνέργειαι, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλων διαφέρουσαι, καὶ τῆς μιᾶς οὐσίας ἐξ ἀνάγκης διενηνόχασιν. »

ιη' τρόπος, τὸ τὴν μὲν οὐσίαν ὑπὲρ τὸ καθ' ὑπεροχὴν δν λέγεσθαι, τὴν δ' ἐνέργειαν καθ' ὑπεροχὴν μὴ ὄν. Καί φησιν ὁ Παλαμᾶς ἔν τινι τῶν προτέρων λόγων· « Καὶ ὑπὲρ τὸ καθ' ὑπεροχὴν μὴ ὂν, διὰ νοερᾶς αἰσθήσεως πνευματικῶς ὁρώμενον, ὃ οὐσία τοῦ Θεοῦ ἥκιστά ἐστι. »

ιθ' τρόπος ἐστὶ τὸ τὴν οὐσίαν ἄσχετον εἶναι καὶ ἀμίμητον, τὴν δὲ ἐνέργειαν σχέσιν τε εἶναι καὶ μίμησιν, καὶ μίμημα· καὶ ἀποφαίνονται ἐν τῷ τόμῳ, ὥστε οὐδὲ ἡ θεοποιὸς δωρεὰ τοῦ Πνεύματος αὐτὴ ἡ θέωσίς ἐστι κτιστὴ, διότι σχέσις ἐστὶ πρὸς τὰ θεούμενα. » Καὶ πάλιν, « Ὥστε τὸ μίμημα λέγεσθαι οὐκ ἐμποδίζει πρὸς τὸ ἄκτιστον εἶναι τὴν θέωσιν. »

κ' τρόπος ἐστὶ, τὸ τὴν οὐσίαν ἀθάνατον εἶναι δι' ἑαυτὴν, τὴν δ' ἐνέργειαν διὰ μὲν τὴν οὐσίαν ἀθάνατον, δι' αὐτὴν δὲ νέκρωσιν. Καί φησι Παλαμᾶς ἐν τῷ περὶ θείας καὶ θεοποιοῦ μεθέξεως· « Εἰ δ' ἐκεῖνοι τοῦτον τὸν τρόπον καὶ ζῶσιν ἀθάνατα, καὶ τεθνήκασι, καὶ πολλοὶ τῶν ἐνταῦθα ζώντων νεκροί, καθάπερ ὁ ζωῆς καὶ θανάτου Χριστὸς ἔδειξεν. Ἔστιν ἄρα καὶ θεότης νέκρωσις, ἀθανάτου κατὰ φύσιν μενούσης. »

εἰσάγειν. Ταῦτα δὲ οὐ σαφῆ μόνον ἔχει τὴν βλασφημίαν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν εὐήθειαν τοῦ εἰρηκότος παρίστησιν. Ἠγνόησε γὰρ παντελῶς ὡς οὐ ταυτὸν εἶπον οἱ θεολόγοι οὐ τῷ πράγματι, ἀλλὰ τῷ λόγῳ. Οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι πρᾶγμά ἐστιν ἡ οὐσία, ἄλλο δὲ ἡ ὑπόστασις, καθάπερ δέδεικται, καὶ ὅτι τὸ ἓν ὡς ὁμώνυμον πολλαχῶς δύναται λαμβάνεσθαι. Ἕν γάρ τι λέγεται, καὶ ὅταν τι ὑπάρχῃ ἓν τῷ ἀριθμῷ, ἢ τῷ πράγματι, καὶ ὅταν ἓν τῷ λόγῳ· ὡσαύτως δὴ καὶ τὸ οὐχ ἕν. Τὸ οὖν οὐχ ἓν τῷ λόγῳ ἐπὶ τοῦ πράγματος εἰλημμένον, τὸν παραλογισμὸν εἰργάσατο. Τούτοις τοῖς λόγοις ἐξελέγχεται καὶ πᾶν ἕτερον παρ' αὐτῶν προτεινόμενον. Τὸ γὰρ ἄλλο καὶ ἄλλο, καὶ τὸ οὐ ταυτὸ, οὐ τῷ πράγματι, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μεγίστην ἔχει τὴν ἰσχὺν ἐπὶ τῆς τῶν οὕτωσὶ προτεινομένων λύσεως· ὅ καὶ ἐπὶ τῶν παρόντων ἔστι θεωρεῖν. Ὁ γὰρ Θεὸς λέγεται οὐσία καὶ σοφία καὶ εἴ τι τοιοῦτον, ἀλλ' οὐχ ὅτι τὰ ὀνόματα διάφορα, καὶ διάφορα πράγματα δηλοῦσιν· οὕτω γὰρ ἦν ἂν πολυειδὴς, καὶ ἀνομοιομερὴς, καὶ σύνθετος· ἀλλ' ἐπεὶ ἡ φύσις ἡμῶν οὐκ ἔχει ἑνὶ ὀνόματι αὐτὸ ὁπωσοῦν ὃ ἐστιν ἐνδείξασθαι, διὰ τοῦτο ποικίλοις καὶ διαφόροις ὀνόμασι τὸ αὐτὸ διαφόρως ὀνομάζομεν τῆς διαφορᾶς ἐν τοῖς ὀνόμασι μόνον θεωρουμένης, καὶ κατὰ τοὺς λόγους αὐτῶν. Οἷον ἐφόσον ὁ μὲν λόγος τῆς οὐσίας ἐστὶ τὸ καθ' αὐτὴν ὑφίστασθαι, τῆς δὲ σοφίας τὸ γνῶσιν εἶναι θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, ἢ γνῶσιν τῶν ὑπαρχουσῶν αἰτιῶν κατὰ τούτους τοὺς λόγους ὁ Θεὸς λέγεται καὶ ἔστι καὶ σοφία καὶ οὐσία, καὶ ὅπως ἄλλως ἡ ἀνθρωπίνη εὐπορία δύναται ὁρίσασθαι. Δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Μάξιμος ἐν τῷ *πρὸς Ἀνόμοιον* διαλόγῳ, φάσκων, « Αὐτὴ ἡ ὑπόστασις τοῦ Θεοῦ καὶ ἀθανασία αὐτοῦ ἐστι· καὶ οὐ μόνον ἀθανασία, ἀλλὰ καὶ ἀφθαρσία καὶ δικαιοσύνη καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις καὶ κυριότης καὶ δύναμις. Καὶ οὐκ ἔστι κατὰ σύνθεσιν ταῦτα ὁ Θεὸς, ἀλλὰ κατὰ διαφόρους ἐπινοίας ταῦτα λέγεται· ἀθανασία μὲν διὰ τὸ ἀτελεύτητον, ἀφθαρσία δὲ διὰ τὸ ἄλυτον· δικαιοσύνη διὰ τὸ ἴσον· ἁγιασμὸς διὰ τὸ φυλάττειν ἀπὸ ἁμαρτίας· ἀπολύτρωσις διὰ τὸ σώζειν ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν ἡμῶν· κυριότης διὰ τὸ πάντων κρατεῖν· δύναμις διὰ τὸ μηδὲν αὐτῷ ἀντικεῖσθαι. Οὐ μέντοι ὅτι κατὰ διαφόρους ἐπινοίας ταῦτα λέγεται, ἀνύπαρκτά εἰσι μηδὲν σημαίνοντα· οἷον φέρε εἰπεῖν, ὥσπερ τραγέλαφον φανταζόμεθα· τοῦτο γὰρ ἀνάπλασμα τῆς διανοίας ἐστὶ, καὶ ἐπ' οὐδενὸς ὑποκειμένου ἐρείδεται. Ἐν δὲ τοῖς νοήμασι καὶ ὀνόμασιν, ἃ περὶ Θεοῦ νοοῦντες καὶ λέγοντες αὐτῷ φέροντες ἀνατίθεμεν, αὐτή ἐστιν ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ τὸ πᾶσι τούτοις ἀποκρινόμενον διὰ τὴν ἄκραν τελειότητα καὶ ἁπλότητα καὶ ἕνωσιν. Οἱ μὲν οὖν ἔκ τε τῶν κατασκευῶν γελοῖοι, ἔκ τε τῶν συμπερασμάτων γελοιότεροι. Ἡμῖν δὲ τούτων παρεκβατικώτερον εἰρημένων διὰ τὴν θρασύτητα τῶν ἀνδρῶν, νῦν ἐπὶ τὸ προκείμενον χωρῶμεν.

A omnia sunt genita, et creata, divina hypostasis, et similia creata essent, ex quibus reales differentias inducere in Deum volebat. Hæc autem non solum manifestam habent blasphemiam, sed etiam multam dicentis ostendunt stoliditatem. Quippe prorsus ignoravit, quod non idem dixerunt theologi non re, sed ratione. Etenim non est alia quædam res substantia, alia vero hypostasis, ut ostensum est, et quod unum, ut æquivocum multifariam sumi potest. Unum enim aliquid dicitur, et quando exsistit unum numero, seu re, et quando unum ratione : similiter autem et non unum paralogismum igitur fecit, non unum ratione, acceptum pro non unum re. Illisce rationibus redarguitur et quidquid aliud ab ipsis proponitur : illud enim aliud, et aliud, B et non idem, non re, sed ratione, maximam habet vim ad dissolvendum ea quæ sic proponuntur. Quod et in præsentibus considerare licet. Namque Deus dicitur substantia et sapientia, et si quid ejusmodi est, cæterum non quia nomina diversa sunt, etiam res diversas significant : sic enim Deus esset multiformis partibus dissimilibus constans, atque compositus. Sed quoniam natura nostra non potest uno nomine ne tantulum quidem ostendere id quod est, propterea variis ac diversis nominibus idem diverse nominamus, differentia in nominibus tantum considerata, et secundum rationes ipsorum. Verbi gratia, quatenus definitio substantiæ est per se subsistere, sapientiæ autem rerum divina- C rum, atque humanarum cognitionem esse vel cognitionem exsistentium causarum, secundum has rationes Deus dicitur et est sapientia et substantia, et utcunque aliter humana solertia definire potest. Hoc autem declarat etiam beatus Maximus in dialogo *ad Dissimilem* : « Ipsa, inquiens, hypostasis Dei etiam immortalitas ejus est, nec tantum immortalitas, sed et incorruptibilitas, et justitia, atque sanctificatio, et redemptio, et dominatio, ac potentia. Neque hæc per compositionem Deus est, sed secundum diversas considerationes hæc dicitur. Immortalitas quidem propter interminabilitatem, incorruptibilitas vero propter indissolubilitatem, justitia ob æqualitatem, sanctificatio, quod a peccato præservet ; redemptio, quod a corruptione D vitam nostram custodiat ; dominatio, quod cunctis imperet ; potentia, quod nihil ei resistat. Non tamen quoniam secundum diversas cogitationes hæc dicuntur, in rerum natura non exsistunt nihil significantia ; veluti, verbi gratia, cum hircocervum fingimus. Id enim figmentum mentis est ; atque nullo supposito innititur. In cogitatis autem et nominibus, quæ de Deo intelligentes, ac dicentes ipsi attribuimus, ipsa est substantia Dei, quæ omnibus respondet, ob summam perfectionem, simplicitatem atque unitatem. » Illi igitur et probationibus ridiculi, et conclusionibus magis deridendi sunt. His vero a nobis, paulo diffusius facta digressione, jam dictis propter temeritatem istorum, nunc ad propositum accedamus.

Digitized by Google

CAPUT VI.

Quod Ecclesiæ doctores Filium ex substantia Patris esse, atque generari, theologice disserunt.

His igitur determinatis, ut prædicta absurda catholica fides evitaret, omnes Ecclesiæ doctores prius supponentes quonam modo oporteat aliud substantiam, et aliud hypostasim sentire, quonam vero modo idem, cum nobis quæ de divinis processibus tradidissent, atque exposuissent, indifferenter Filium Dei et Patris, nunc quidem ex substantia Patris, nunc vero ex hypostasi ejus esse theologice disserunt. Nam prima Nicæna synodus illorum sanctorum in Symbolo fidei sic habet: « Credimus et in Filium Dei genitum ex Patre, » videlicet ex substantia Patris. Quod si quis dixerit, atqui Constantinopolitana secunda synodus hoc idem Symbolum tradens, genitum ex Patre ante omnia sæcula dixit, et opus est huic credere magis, utpote quæ posteriora sint tutiora. Sed nequaquam quod ab illis dictum est, ausuri sumus dicere blasphemum esse, et idcirco posteriores præferre, ut veriora dicentes, aut priores spernere, et ad veritatem reducere conari. Illi enim illorum confessionem, ut firmum fundamentum supponentes, sua concludebant. Nos quoque sive primæ, sive secundæ synodi fidei confessionem amplecti dixerimus, nihil differre arbitramur. Itaque ex Patre generari Filium, æque valere, atque ex substantia Patris arbitrati (ut et ipsi se explicarunt), nihil aliud addere oportere existimarunt. Testantur hæc etiam Gregorius Theologus, qui huic synodo præsidebat, ad Cledonium sic scribens: « Nos fidei sanctorum Patrum, qui in Nicæam convenere ad destruendam hæresim Arianam, nihil unquam prætulimus, neque præferre possumus, sed ejus sumus fidei, adjuvante Deo, atque erimus, insuper clarius explanantes de sancto Spiritu id quod minus expresse dictum est, eo quod non fuerit tunc proposita hæc quæstio, quod unius Deitatis oportet agnoscere Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, Deum et Spiritum agnoscentes. » Præterea, magnus Athanasius, in disputatione adversus Arium, quæ facta est in Nicæna synodo, cujus initium, *Dei providentia:* ait, « Igitur Deus dicens ad proprium Filium per prophetam: « Ex utero ante luciferum genui te, » significat ex paterna substantia generationem Filii. » Et paulo post: « Ob aliud nihil uterum nominat, quam ut exprimat, ipsum Filium ex substantia Patris genitum esse. » Et post pauca: « Filium igitur ex substantia Dei et Patris genitum esse discimus. » Præterea, idem in Confessione fidei ad Julium papam, cujus etiam Gregorius Theologus in encomiastica oratione mentionem facit, inquiens: « Audet fiducia accepta veritatem in scriptis fateri, unam trium esse substantiam ait: « Dominus noster Jesus Christus Dei Filius Deus et homo est. » Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus, et homo est ex sub-

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Ὅτι οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι καὶ γεννᾶσθαι θεολογοῦσι.

Τούτων οὖν διωρισμένων ὡς ἂν τὰ προειρημένα τῶν ἀτόπων ἡ καθολικὴ πίστις ἐκφύγῃ, πάντες οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι πρότερον ὑποθέμενοι τίνα μὲν χρὴ τρόπον ἄλλο οὐσίαν καὶ ἄλλο ὑπόστασιν φρονεῖν, τίνα δὲ τρόπον ταυτὸ, τὰ περὶ τῶν θείων προόδων ἡμῖν παραδιδόντες καὶ ἐκτιθέμενοι, ἀπροσδιορίστως τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ποτὲ μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, ποτὲ δὲ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ θεολογοῦσιν. Ἡ μὲν γὰρ ἐν Νικαίᾳ πρώτη σύνοδος τῶν ἁγίων ἐκείνων ἐν τῷ συμβόλῳ τῆς πίστεως οὕτως ἔφη· « Πιστεύομεν καὶ εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς, » ἤγουν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός. Εἰ δὲ λέγοι τις· καὶ μὴν ἡ ἐν Κωνσταντίνου πόλει δευτέρα σύνοδος, τοῦτ' αὐτὸ παραδιδοῦσα τὸ σύμβολον, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἔφη. Καὶ χρὴ τούτῳ πείθεσθαι μᾶλλον ὡς τῶν ὑστέρων ὄντων ἀσφαλεστέρων. Ἀλλ' οὐ δήπου τὸ εἰρημένον ἐκείνοις βλάσφημον εἰπεῖν εἶναι τολμήσομεν, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ὕστερον ἢ ἀληθέστερον λέγοντας προτιμᾶν, ἢ ἐκείνων καταφρονεῖν, καὶ πειρᾶσθαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπανάγειν. Οὗτοί τε γὰρ, τὴν ἐκείνων ὁμολογίαν ὡς ἀσφαλῆ θεμέλιον ὑποθέμενοι, τὰ ἑαυτῶν ἐπέραινον· καὶ ἡμεῖς εἴτε τῆς δευτέρας, εἴτε τῆς πρώτης τὴν τῆς πίστεως ὁμολογίαν κατέχειν φαίημεν, οὐδὲν ἡγούμεθα διαφέρειν. Ὥστε τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι τὸν Υἱὸν ἴσον ἡγησάμενοι δύνασθαι τῷ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, ὡς κἀκεῖνοι ἑαυτοὺς ἐξηγήσαντο, οὐδὲν ὤοντο πλέον τι προσθεῖναι. Μαρτυρεῖ τοῦτο καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἔξαρχος ὢν τῆς δευτέρας ταύτης συνόδου πρὸς Κληδόνιον οὕτως γράφων· « Ἡμεῖς τῆς κατὰ τὴν Νίκαιαν πίστεως τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐκεῖ συνελθόντων ἐπὶ καθαιρέσει τῆς Ἀρειανικῆς αἱρέσεως οὐδὲν οὔτε προετιμήσαμεν πώποτε, οὔτε προτιμᾶν δυνάμεθα· ἀλλ' ἐκείνης ἐσμὲν τῆς πίστεως σὺν Θεῷ, καὶ ἐσόμεθα προσδιαρθροῦντες τὸ ἐλλιπῶς εἰρημένον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διὰ τὸ μὴ κεκινῆσθαι τηνικαῦτα τοῦτο τὸ ζήτημα, ὅτι μιᾶς θεότητος εἰδέναι χρὴ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Θεὸν καὶ τὸ Πνεῦμα γινώσκοντας. » Ἔτι ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Ἄρειον διαλέξει, τῇ γενομένῃ ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ, ἧς ἡ ἀρχὴ, *Τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ*, φησίν· « Οὐκοῦν ὁ Θεὸς λέγων πρὸς τὸν ἴδιον Υἱὸν διὰ τοῦ προφήτου, « Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, » σημαίνει τὴν ἐκ τῆς πατρικῆς οὐσίας γέννησιν τοῦ Υἱοῦ. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Διὰ οὐδὲν ἕτερον γαστέρα ὀνομάζει, ἢ ἵνα παραστήσῃ αὐτὸν τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας γεγεννῆσθαι. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Τὸν οὖν Υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γεγεννῆσθαι μανθάνομεν. » Ἔτι ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς τὸν Ἰούλιον πάπαν τῆς πίστεως ὁμολογίᾳ, ἧς καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐν τῷ εἰς αὐτὸν ἐγκωμίῳ μέμνηται, λέγων, « Ἀποτολμᾷ τὴν ἀλήθειαν μίαν τῶν τριῶν οὐσίαν ἐγγράφως ὁμολογῆσαι, » φησίν· « Ὁ Κύριος

ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ Θεὸς καὶ ἄνθρωπός ἐστι· Θεὸς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς πρὸ αἰώνων γεννηθείς, καὶ ἄνθρωπος ἐκ τῆς οὐσίας τῆς Μητρὸς ἐν τῷ αἰῶνι τεχθείς. » Ἔτι ὁ αὐτὸς ἐν λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή, *Καλῶς ἐποίησας δηλώσας μοι τὴν γενομένην παρὰ σοῦ ζήτησιν*, φησίν, « Οὐκ ἔξωθέν τίς ἐστιν ἐφευρεθεῖσα ἡ τοῦ Υἱοῦ οὐσία, οὐδὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐπεισήχθη, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, ἔφη, ὡς τοῦ φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα, καὶ ὡς ὕδατος ἀτμίς. » Ἔτι ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ ἀπὸ τῆς συνόδου τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις πρὸς τὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἐκκλησίαν, ἧς ἡ ἀρχή, *Πᾶσι μὲν ἡμῖν τοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθοῦσιν*, εὕρηται ταῦτα· « Οἱ γὰρ τὴν Ἀρειανικὴν αἵρεσιν ἀναθεματίσαντες γινώσκοντές εἰσι μὴ κτίσμα, ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας γέννημα εἶναι τὸν Λόγον· καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ Πατρὸς ἀρχὴν καὶ πηγὴν καὶ ῥίζαν εἶναι τοῦ Υἱοῦ. » Ἔτι ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ πρὸς τὰς κανονικὰς ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, *Ὅσον ἠλίασεν ἡμᾶς*, φησίν· « Ὅταν δὲ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γεγεννῆσθαι τὸν Υἱὸν διδασκώμεθα, μὴ καταπίπτωμεν ἐπὶ τὰς σωματικὰς τῶν παθῶν ἐννοίας. Οὐ γὰρ ἐμερίσθη ἡ οὐσία ἀπὸ τοῦ Πατρὸς εἰς τὸν Υἱὸν, οὐδὲ ῥυεῖσα ἐγέννησεν. » Ὁ αὐτὸς ἐν δευτέρῳ τῶν κατ' Εὐνομίου· « Ἕως δ' ἂν σιωπῶσι, μὴ λανθανέτωσαν δευτέραν αἰώνων τὴν τοῦ Μονογενοῦς οὐσίαν τιθέμενοι. » Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον, « Ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι λέγεται, οὐχ ὡς τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ πρεσβὺν, οὐ γεννητῶς, ὡς ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ὡς Πνεῦμα στόματος αὐτοῦ· πάντως δὲ οὔτε τὸ στόμα μέλος, οὔτε πνοὴ λογομένη τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ καὶ στόμα θεοπρεπῶς, καὶ τὸ πνεῦμα οὐσία ζωῆς, ἁγιασμοῦ κυρίε. » Ἔτι ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ *Περὶ θείων ὀνομάτων*· « Ὅταν γὰρ ὑφηγώμεθα τῶν ὑποστάσεων, τέλειον Θεὸν αὐτὴν οἶδα, καὶ τελείαν οὐσίαν. » Ὁ αὐτὸς ἐν ζ' κεφαλαίῳ· « Ἐξ αὐτοῦ γὰρ, ἤγουν τῆς τοῦ Πατρὸς φύσεως, φαμὲν τὴν τοῦ Υἱοῦ γέννησιν. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Ἀλλ' ἡ μὲν γέννησις ἄναρχος καὶ ἀΐδιος, φύσεως ἔργον οὖσα, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προάγουσα. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Μόνος ὁ Υἱὸς γεννητός· ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς γὰρ οὐσίας ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως γεγέννηται· καὶ μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, οὐ γεννώμενον, ἀλλ' ἐκπορευόμενον. » Ἔτι ὁ Νύσσης ἐν τῇ εἰς τὸ « Πάτερ ἡμῶν » ὁμιλίᾳ· « Ὁ μὲν γὰρ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννᾶται, καὶ μέχρι τούτου ὁ λόγος ἵστησιν αὐτῷ τὸ ἰδίωμα. » Καὶ πάλιν ὁ αὐτός· « Πνεῦμα τὸ ἐκ τῆς πατρικῆς ἐκπορευόμενον ὑποστάσεως. » Ἔτι ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐξηγούμενος τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*· « Οὗτος ὁ Λόγος οὐσία τίς ἐστιν ἐνυπόστατος ἐξ αὐτοῦ προελθοῦσα ἀπαθῶς τοῦ Πατρός. » Ἔτι ὁ αὐτὸς ἐν τῇ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁμιλίᾳ, ἧς ἡ ἀρχὴ, *Χθὲς ἡμῖν, ὦ φιλόχριστοι, ἡ τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ Πνεύματος ἐπιφοίτησις*· « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν φύσιν ἐστὶν ἀδιαίρετον, ἅτε δὴ ἐκ τῆς ἀδιαιρέτου καὶ ἀμερίστου φύσεως προελθόν. » Ἔτι ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων, τῶν περὶ τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Υἱοῦ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Πηγὴ σοφίας καὶ ζωῆς καλεῖται καὶ ἔστιν ὁ Θεὸς*, φησίν, « Ἦν

A stantia matris in sæculo natus. » Prætera, idem in oratione cujus initium: *Recte fecisti significando mihi factum a te quæsitum*, ait: « Non ab extra quædam est inventa Filii substantia, neque ex non entibus introducta, sed ex substantia Patris est, ut lucis splendor, et ut aquæ vapor. Præterea in epistola, quæ scripta est a synodo Hierosolymitana ad Ecclesiam Alexandrinam, cujus initium: *Nobis omnibus, qui in idem convenimus*, hæc reperiuntur: Qui enim Arianam hæresim anathematizarunt, sciunt non esse creaturam, sed ex substantia prolem esse Verbum, atque substantiam Patris, principium, fontem, ac radicem esse Filii. » Præterea, magnus Basilius in epistola ad canonicas, cujus initium: *Quanta nos affecit molestia*, ait: « Cum B vero ex substantia Patris genitum esse Filium docemur, ne delabamur ad corporeas passionum cogitationes. Non enim divisa est substantia ex Patre ad Filium, neque fluens genuit. » Idem in secundo libro *contra Eunomium*: « Donec vero silent, non lateant posteriorem sæculis Unigeniti substantiam ponentes. » Idem cap. 18, ad Amphilochium: « Ex Deo esse dicitur, non sicut omnia (creata) ex Deo, sed tanquam ex Deo prodiens, non generative instar Filii, sed ut Spiritus oris ejus, omnino autem neque os membrum est, neque Spiritus flatus est, qui solvatur, sed os est Deo conveniens, et Spiritus est substantia vitæ, sanctificationis domina. » Præterea, Damascenus in cap. 13, *De divinis nominibus*: « Cum enim cogitavero unam ex hypostasibus, perfectum Deum eam scio, et perfectam C substantiam. » Idem in cap. 7: « Ex ipso enim, id est, Patris natura dicimus esse generationem Filii. » Et paulo post: « Sed generatio quidem caret principio, ac sempiterna est; cum sit naturæ opus, et ex substantia ejus procedens. » Et post pauca: « Solus Filius genitus, quippe ex Patris substantia sine principio, et absque tempore genitus est, et solus Spiritus sanctus ex substantia Patris non genitus, sed procedens. » Præterea, Nyssenus, homilia *in Pater noster*: « Etenim Filius ex Patre generatur, et eo usque sistit ipsi divinus sermo proprietatem. » Et rursus idem, « Spiritus: qui ex paterna hypostasi procedit. » Præterea, divus Chrysosto- D mus explicans illud, *In principio erat Verbum*: « Hoc Verbum substantia quædam est subsistens ex ipso Patre impassibiliter proveniens. » Præterea, idem, in homilia de Spiritu sancto, cujus initium: *Heri nobis, o amatores Christi, sancti et adorandi Spiritus adventus*: « Spiritus sanctus secundum naturam est indivisibilis, tanquam qui ex indivisibili, atque impartibili natura proveniat. » Præterea, sanctus Cyrillus, in uno ex capitibus, quæ sunt de simplicitate Filii, cujus initium: *Fons sapientiæ et vitæ vocatur, et est Deus*, ait: « Erat igitur generanti coæternus Filius, tanquam a quopiam fonte paterna substantia manans. » Et in alio cap.: « Hic quidem enim ex Patris substantia proveniens, continuo Patrem ostendit cum qui genuit. » Et in alio cap.:

Digitized by Google

« Quemadmodum Pater caret principio, ita etiam Verbum ex substantia ejus proveniens caret principio. » Et in alio : « Quod ex substantia Patris provenit Verbum. » Et in alio : « Qui ex ipso provenit extra omnem temporis mensuram Filius. » Et in alio : « Ex Patris substantia provenientem Filium. » Et in alio : « Totum esse Filii ex substantia Patris provenit. » Idem in Oratione ad Nestorium, cujus initium, *Blaterant nonnulli*, ait : « Quemadmodum enim proprium est hominis, quin etiam cæterorum cunctorum animantium, quod ab ipso secundum naturam generatum est, sic etiam proprium Dei est, quod ex substantia sua intelligitur esse, ac dicitur. » Præterea, magnus Athanasius, in prima oratione contra Arianos : « Filius verus natura legitimus est Patris, proprius substantiæ Patris. Is non est creatura, non opificium, sed propria substantiæ Patris proles, ac potentia, et imago vera substantiæ Patris. » In eadem oratione : « Videmus enim Verbum semper exsistens, et ex ipso exsistens, atque substantiæ proprium, cujus est et Verbum. » In eadem : « Qui credit in Filium, in Patrem credit ; credit enim in Patris substantiæ proprium. » In eadem : « Si enim non esset propria substantiæ Patris progenies Verbum, ut splendor lucis, » et reliqua. Præterea, magnus Basilius in oratione, « ujus initium : *Adversatur Judaismus gentilismo*, « Patrem et Filium confitemur, quod spectat ad substantiam, idem est. Quandoquidem ex Patre Filius, non jussu factus, sed ex natura genitus. » Præterea, sanctus Cyrillus in illud : *Quoniam descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam*, ait : « Quod enim ex Patre generatus sit Filius, coget sane nos omnino etiam nolentes, attribuere ipsi consubstantialitatem. » Idem in 1 libro *Ad Hermiam* : « Siquidem est consubstantialis Filius Patri ex ipso, atque in ipso secundum naturam etiam substantialiter est. » Præterea, sanctus Augustinus in decimo tertio capite libri decimi quinti *De Trinitate* : « Sicut nostra scientia illi scientiæ Dei, sic et nostrum, verbum, quod nascitur de nostra scientia, dissimile est illi Verbo Dei, quod natum est de Patris essentia. Tale est autem ac si dicerem, de Patris scientia, de Patris sapientia ; vel quod expressius, de Patre scientia, de Patre sapientia. » Idem in libro *De fide ad Petrum* (3) : « Illa enim natura, quæ semper genita manet ex Patre, nostram naturam sine peccato suscepit, ut nasceretur ex Virgine. » In eodem libro : « Sic igitur Christum Dei Filium, id est unam ex Trinitate personam Deum verum crede, ut divinitatem ejus, de natura Patris natam non dubites. » Et hæc quidem hactenus.

ἄρα τῷ γεννήσαντι συναΐδιος ὁ Υἱὸς, ὥσπερ ἀπό τινος πηγῆς τῆς πατρῴας ἀναβλύζων οὐσίας. » Καὶ ἐν ἄλλῳ κεφαλαίῳ· « Ὁ μὲν γὰρ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς προελθὼν Πατέρα εὐθὺς ἔδειξε τὸν γεννήσαντα. » Καὶ ἐν ἄλλῳ, « Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἄναρχος, οὕτω καὶ ὁ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προελθὼν Λόγος ἄναρχος. » Καὶ ἐν ἄλλῳ, « Ὁ ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας προελθὼν Λόγος. » Καὶ ἐν ἄλλῳ, « Ὁ ἐξ αὐτοῦ προελθὼν ἀχρόνως Υἱός. » Καὶ ἐν ἄλλῳ, « Τὸν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας προελθόντα Υἱόν. » Καὶ ἐν ἄλλῳ, « Σύμπαν τὸ εἶναι τοῦ Υἱοῦ ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας πρόεισιν. » Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρὸς Νεστόριον λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Καταφλυαροῦσί τινες*, φησὶν, « Ὥσπερ γὰρ ἴδιον ἀνθρώπου, καὶ μὴν καὶ ἑκάστου τῶν ἐπὶ γῆς ζώων τὸ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν γεγεννημένον, οὕτως ἴδιον Θεοῦ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ νοοῖτ' ἂν εἶναι καὶ λέγοιτο. » Ἔτι ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν πρώτῳ, « Υἱὸς ἀληθινὸς φύσει γνήσιός ἐστι τοῦ Πατρὸς, ἴδιος τῆς οὐσίας αὐτοῦ. Οὔτε οὐκ ἔστι κτίσμα, οὔτε ποίημα, ἀλλ' ἴδιον τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας γέννημα, καὶ δύναμις, καὶ εἰκὼν ἀληθινὴ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας. » Ἐν τῷ αὐτῷ, « Ὁρῶμεν γὰρ τὸν Λόγον ἀεὶ ὄντα, καὶ ἐξ αὐτοῦ ὄντα, καὶ τῆς οὐσίας ἴδιον οὗ καὶ ἔστι Λόγος. » Ἐν τῷ αὐτῷ, « Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν εἰς τὸν Πατέρα πιστεύει. εἰς γὰρ τὸ ἴδιον τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας πιστεύει. » Ἐν τῷ αὐτῷ, « Εἰ γὰρ μὴ ἦν ἴδιον τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας γέννημα ὁ Λόγος, ὡς τὸ ἀπαύγασμα τοῦ φωτὸς, » καὶ τὰ λοιπά. Ἔτι ὁ μέγας Βασίλειος ἐν λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Μάχεται Ἰουδαϊσμὸς Ἑλληνισμῷ*· « Πατέρα καὶ Υἱὸν ὁμολογοῦμεν. Τὸ δὲ τῆς οὐσίας ταυτὸ, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς οὐ προστάγματι ποιηθεὶς, ἀλλ' ἐκ τῆς φύσεως γεννηθείς. » Ἔτι ὁ ἅγιος Κύριλλος εἰς τὸ, *Ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν*, φησὶν, « Τὸ γὰρ ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννῆσθαι τὸν Υἱὸν ἀναγκάσει δὴ πάντως καὶ οὐχ ἑκόντας ἡμᾶς ἀποδοῦναι τὸ ὁμοούσιον αὐτῷ. » Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν *Πρὸς Ἑρμείαν*· « Ὁμοούσιος γὰρ εἴπερ ἐστὶν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν καὶ οὐσιωδῶς ἐστιν. » Ἔτι ὁ ἅγιος Αὐγουστῖνος ἐν ιγ' κεφαλαίῳ τοῦ ιε' τῶν *Περὶ τῆς Τριάδος* βιβλίων· « Ὥσπερ ἡ ἡμετέρα γνῶσις τῇ γνώσει τοῦ Θεοῦ, οὕτω καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος ὁ ἐκ τῆς ἡμῶν γεννώμενος γνώσεως ἀνόμοιός ἐστι τῷ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, τῷ ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας γεννηθέντι· τοιοῦτον δέ ἐστιν, ὥσπερ ἂν εἰ ἔλεγον, Ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς γνώσεως, ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς σοφίας· ἢ ὅπερ ἀριδηλότερόν ἐστιν· Ἐκ Πατρὸς τῆς γνώσεως, ἐκ Πατρὸς τῆς σοφίας. » Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ *Πρὸς Πέτρον περὶ πίστεως*· « Ἐκείνη ἡ φύσις, ἥτις ἀεὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννωμένη μένει, τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀνελάβετο χωρὶς ἁμαρτίας, ὥστε γεννηθῆναι ἐκ τῆς Παρθένου. » Ἐν τῷ αὐτῷ, « Οὕτως οὖν τὸν Χριστὸν Θεοῦ Υἱὸν, τουτέστι τὸ ἓν ἐκ τῆς Τριάδος πρόσωπον, Θεὸν ἀληθῆ φύσεως γεννωμένην μὴ ἀμφιβάλλειν. » Ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον.

(3) Non est Augustini, sed Fulgentii, quod non fugit homines doctos. Cæterum nostrates tunc temporis in scriptis Latinorum Patrum erant nonvitii, ut ipsimet agnoscunt et ingenue fatentur in concilio Florentino sess. 25, quæ est etiam postrema.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Ὅτι οἱ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι ἢ γεννᾶσθαι τὸν Υἱὸν ἀρνούμενοι τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως ἀναιροῦσι, καὶ τοῖς διδασκάλοις μάχονται.

Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων φανερὸν ὅτι οὐσία καὶ ὑπόστασις καὶ ἰδιότης ταυτὸ κατὰ τὸ πρᾶγμά ἐστιν, εἰ καὶ περὶ τὴν τῶν ὀνομάτων κατὰ τὸν λόγον σημασίαν διενηνόχασι· καὶ ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς διαῤῥήδην ὁμολογεῖται· καὶ οὐκ ἄλλο μὲν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας, ἄλλο δὲ τὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως· καὶ ὅτι τὸ Πατὴρ ὄνομα καὶ τὸ Υἱὸς ὑφεστώτων προσώπων ὀνόματά εἰσιν· ὁ γὰρ λέγων ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, ὅλον δηλοῖ τὸν Υἱὸν οὐσίαν ἐνυπόστατον· καὶ περὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος ὡσαύτως· καὶ ὅτι τέλειος Θεός ἐστιν ὁ Υἱὸς, καὶ τελεία οὐσία· ὡς δὲ καὶ ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ ὅτι τὸ προϊέναι καὶ ἀναβλύζειν καὶ προέρχεσθαι καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀδιαφόρως καὶ ταυτῶς τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς ὑπαρκτικὴν παρίστησι γέννησιν τοῦ Υἱοῦ, ὡς καὶ αὐτὸ δὴ τὸ γεννᾶσθαι· καὶ ὅτι διὰ τοῦτο ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐ ποιηθεὶς, ἀλλ' ἐκ τῆς φύσεως αὐτοῦ γεννηθείς· καὶ ὅτι ἀνάγκη ἢ κτίσμα, ἢ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν· ταῦτα γὰρ ὡς ἀντίφασις ἀλλήλοις ἀντίκειται· πᾶν γὰρ ἢ κτιστὸν ἢ ἄκτιστον· μέσον δὲ τούτων οὐδέν· ἐν γὰρ τοῖς ὡς ἀντίφασις ἀλλήλοις ἀντικειμένοις οὐδέν ἐστι μέσον. Οἱ τοίνυν ἄλλο μὲν τὴν οὐσίαν ἢ φύσιν ἡγούμενοι, ἄλλο δὲ τὴν ὑπόστασιν τοῦ Πατρὸς, ἕτερον δὲ τὴν ἰδιότητα τούτου τιθέμενοι, δῆλοι δήπου καθεστᾶσι, διάφορα πράγματα τὴν ὑπόστασιν τοῦ Πατρὸς, τὸν Πατέρα, τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, καὶ δὴ καὶ τὴν πατρότητα τιθέμενοι. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὑποστάσεων ῥητέον. Αὐτοί τε οὖν περιφανῶς ἀντιλέγουσι τοῖς ἁγίοις καὶ ταῖς τῆς πίστεως ἀρχαῖς, τά τε προειρημένα ἄτοπα συμπεραίνουσι, καὶ πρὸς τούτοις μετὰ τοῦ Ἀρείου κτίσμα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ συμπεραίνουσι λεληθότως. Ἡ μὲν οὖν βλασφημία κοινή· τοσοῦτον δὲ ἀνοητότερον ἐκείνου διάκεινται, ὅσον ὁ μὲν τὸν Υἱὸν κτίσμα λέγων τὸ ὁμοούσιον καὶ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς αὐτὸν ἔχειν ἀπαραλλάκτως οὐδ' ἀκοῦσαι ἠνείχετο· οἱ δὲ ταῦτα ὁμολογοῦντες, εἶτα παρὰ πάντα λόγον ἐκεῖνα φασιν, ἐξ ὧν εἰς τὸν αὐτὸν ἀνοήτως ἐμπίπτουσιν ὄλεθρον, καὶ ταῖς αὐτῶν θέσεσιν ἐναντίως. Ἀκόλουθον γὰρ ἦν ὑποτιθεμένοις τὸν Υἱὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, καὶ χαρακτῆρα, καὶ ἀπαράλλακτον εἰκόνα τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ εἶναι, μὴ ἀμφιβάλλειν. Τὸ γὰρ ὁμοούσιον οὐκ ἄλλο τι παρίστησιν, ἢ τὸ τὴν αὐτὴν αὐτῷ καὶ μίαν οὐσίαν ἔχειν· τοῦτο δὲ ἀδύνατον ἦν, εἰ μὴ κατὰ τὴν τῆς γεννήσεως πρόοδον τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίαν ἐξ αὐτοῦ γεννώμενος ἑαυτῷ συνεπήγετο· ὥστ' ἀναγκαῖον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς αὐτὸν γεννᾶσθαι, εἶναι, ἢ προϊέναι ὁμολογεῖν. Ἔδει τοίνυν τὸν τοῦτο ἀρνούμενον καὶ τὸ ὁμοούσιον μετὰ τοῦ Ἀρείου συναπαρνεῖσθαι. Τὸ γὰρ τοῦτο ὁμολογοῦντα μὴ καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ εἶναι παραδέχεσθαι παντελῶς εὐήθες.

CAPUT VII.

Quod qui ex substantia Patris esse, seu generari Filium negant, principia fidei tollunt, atque doctoribus adversantur.

Ex dictis clarum est, quod substantia et hypostasis, atque proprietas idem est secundum rem, quamvis circa significationem nominum secundum rationem differant; et quod Filius ex substantia Patris sit aperte omnes fatentur; et quod non aliud sit ex substantia, aliud vero ex hypostasi; et quod hoc nomen Pater et Filius subsistentium personarum nomina sint; qui enim dicit ex substantia Patris Filium, totum significat Filium substantiam subsistentem, ac de Patre et Spiritu similiter, et quod perfectus Deus sit Filius, et perfecta substantia; sic etiam Pater, et Spiritus sanctus, et quod provenire ac manare, atque prodire, et quotquot sunt ejusmodi, indifferenter, atque identice generationem subsistentiæ Filii ex Patre significent, non aliter atque ipsum generari, et quod propterea Filius consubstantialis sit Patri, quod ex Patre non factus, sed ex natura ejus genitus, et quod necessarium est, ut vel creatura, vel ex substantia Patris sit Filius. Hæc enim ut contradictio ad invicem se opponunt: omne quippe vel creatum, vel increatum est, medium autem horum nihil; in his enim, quæ contradictorie se opponunt, nihil est medium. Qui igitur aliud quidem substantiam, seu naturam arbitrantur, aliud vero hypostasim Patris, aliud autem proprietatem ejus ponunt, profecto manifesto statuunt res diversas hypostasim Patris, Patrem, substantiam ejus et paternitatem. Hoc idem et de aliis hypostasibus dicendum. Ipsi igitur cum manifeste contradicunt sanctis, et fidei principiis, tum etiam prædicta inconvenientia concludunt; et ad hæc una cum Ario creaturam esse Filium Dei latenter inferunt. Igitur blasphemia quidem communis est, eo autem magis stulti sunt, quod ille quidem Filium creaturam asserens, consubstantialitatem, et omnia quæ sunt Patris eum, habere sine ulla varietate, ne audire quidem patiebatur, isti vero hæc confitentes sine ulla ratione illa aiunt, ex quibus in eumdem stulte incidunt perniciosum errorem, et contra suas ipsorum theses; consequens enim erat, supponentibus Filium consubstantialem esse Patri, et characterem, atque incommutabilem imaginem Patris, etiam illud ex substantia ejus esse non dubium habere. Etenim consubstantialitas nihil aliud exprimit, quam unam eamdemque cum illo substantiam, hoc autem fieri non potest, nisi secundum processum generationis substantiam Dei et Patris ex ipso genitus, secum trahendo haberet; adeo ut necessarium sit fateri, ex substantia Patris eum generari, seu esse, seu prodire. Oportebat igitur eum, qui id negat, etiam consubstantialitatem una cum Ario negare; hoc enim concesso, non etiam ex substantia ejus esse admittere, omnino stolidum est.

Digitized by Google

Prætcrea, juxta eamdem rationem, neque substantialiter et naturaliter Filium ex Patre generari fatebitur, quæ luculenter sancti testantur.

Prætcrea, quandoquidem isti audiunt : « Omnia quæ habet Pater mea sunt, » omnia, dicere aiunt, naturalia bona (isti enim etiam hoc loco egregie naturam a naturalibus, et substantiam a substantialibus ut in rebus creatis et compositis, sic etiam in Deo distinguunt) : necesse est etiam substantiam, seu naturam una cum naturalibus Filium secum habere; nunquam enim naturalia essent absque natura, cum per se subsistere non valeant. Quemadmodum etiam hoc in Deo isti perverse fatentur, de simplicitate ejus nihil curantes; quare omnia cum confiteantur genitum ex Patre Filium habere, inde primum substantiam cum aliis accidere concedent, si omnia quæ sunt Patris perfecte atque naturaliter ei tribuenda sunt, quomodo ergo ex substantia esse Filium negant?

Prætcrea, catholica fides Filium Dei substantia Dei et Patris ante omnia sæcula genitum sumpsisse nostram naturam tradit. Et divus Dionysius, in secundo capite *De divinis nominibus*, ubi tractat de conjuncta et discreta theologia : « Cui etiam Damascenus consentit, ait, quod tota divina natura in una ex suis hypostasibus incarnata est. Isti vero dum censent ex quibus dicunt, hypostasim non esse substantiam, cogentur fateri quod non substat, nec subsistit naturam humanam assumpsisse. Id autem quantam habeat blasphemiam, neque opus est dicere. Confitebuntur enim Christum hominem quidem perfectum esse, verum autem Deum minime, neque divinam naturam et perfectam substantiam ; sed hoc absurdum est. »

Prætcrea quemadmodum Christus est verus homo, quoniam ex substantia matris natus est, sic etiam verum Deum eum esse non opus est aliter credere, quam quod ex substantia Patris generatur. Qui ergo illud ex substantia Patris negat, etiam eum verum esse Deum una negabit, quemadmodum, illud ex substantia Virginis esse natum qui non credit, verum hominem factum esse non credet; utrinque enim æquale absurdum sequitur.

Prætcrea, si id quod est secundum gratiam posterius eo est, quod est secundum naturam, et alterum quidem natura prius est, alterum vero posterius : quæ dicerentur in gratuitis indicantia conditionem germanam, multo magis de naturalibus dicentur. Atqui in his qui per beneficium et gratiam adoptantur, apud Scripturam dicitur : « Filios genui et exaltavi, ipsi vero me spreverunt ; » ergo multo magis proprium est, dicere Filium Dei ex Deo generari, quam natura Filium doctores confitentur. Sed generatio quæ est secundum gratiam, ab ea quæ est secundum naturam, hoc sane contradistinguitur, quod altera quidem est positione, altera vero hoc ipsum natura, et ex substantia ge-

Ἔτι τε κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον οὐδὲ τὸ οὐσιωδῶς καὶ φυσικῶς τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι ὁμολογήσει, ἃ διαῤῥήδην παρὰ τῶν ἁγίων ὁμολογεῖται.

Ἔτι ἐπειδήπερ ἀκούοντες οὗτοι, « Πάντα, ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, ἐμά ἐστι, » πάντα φασὶ λέγειν τὰ φυσικὰ ἀγαθὰ (οὗτοι γὰρ θαυμασίως κἀνταῦθα τὴν φύσιν τῶν φυσικῶν, καὶ τὴν οὐσίαν τῶν οὐσιωδῶν καθάπερ ἐπὶ τῶν κτιστῶν καὶ συνθέτων καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ διακρίνουσιν)· ἀνάγκη καὶ τὴν οὐσίαν ἢ φύσιν μετὰ τῶν φυσικῶν τὸν Υἱὸν συνεπάγεσθαι· οὐ γὰρ ἂν ποτε σταίη τὰ φυσικὰ τῆς φύσεως χωρὶς ὑφεστάναι καθ' αὑτὰ μὴ δυνάμενα, ὡς καὶ τοῦτο αὐτοὶ ἐπὶ Θεοῦ παραφθέγγονται, τῆς ἁπλότητος αὐτοῦ μηδ' ἐπιστρεφόμενοι· ὥστε πάνθ' ὁμολογοῦντες γεννώμενον ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν ἔχειν, ἐκεῖθεν τὴν οὐσίαν πρῶτον μετὰ τῶν ἄλλων λαμβάνειν ὁμολογήσουσιν, εἰ μέλλοι πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς ἔχειν ἐντελῶς καὶ γνησίως. Πῶς οὖν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τὸν Υἱὸν ἀρνοῦνται;

Ἔτι ἡ μὲν καθολικὴ πίστις τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ἀναλαβέσθαι τὴν ἡμετέραν παραδίδωσι φύσιν· καὶ ὁ θεῖος Διονύσιος ἐν τῷ περὶ γνωρίσεως καὶ διακεκριμένης θεολογίας, ᾧ καὶ ὁ Δαμασκοῦ ταυτὰ φθέγγεται, φησὶν, ὅτι ὅλη ἡ θεία φύσις ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων σεσάρκωται· οὗτοι δὲ τὴν ὑπόστασιν οὐκ οὐσίαν ἐξ ὧν λέγουσι τιθέμενοι, ἀναγκασθήσονται φάσκειν τὸ ἀνούσιον τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἀναλαβεῖν· τοῦτο δὲ ὅσην ἔχει τὴν βλασφημίαν, οὐδὲ χρὴ λέγειν. Ὁμολογήσουσι γὰρ τὸν Χριστὸν ἄνθρωπον μὲν τέλειον εἶναι, ἀληθῆ δὲ Θεὸν οὐδαμῶς· οὐδὲ θείαν φύσιν καὶ τελείαν οὐσίαν· ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον.

Ἔτι ὥσπερ ἀληθής ἐστιν ὁ Χριστὸς ἄνθρωπος, ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τῆς μητρὸς γεγέννηται, οὕτω καὶ ἀληθῆ Θεὸν ἄλλως οὐ χρὴ πιστεύειν, ἢ ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γεννᾶται. Ὁ ἄρα τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ἀρνούμενος καὶ τὸ Θεὸν ἀληθῆ εἶναι συναπαρνήσεται· ὥσπερ ὁ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τῆς Παρθένου γεγεννῆσθαι μὴ πιστεύων καὶ τὸ ἄνθρωπον ἀληθῆ γεγονέναι ἀπιστήσει. Ἑκατέρωθεν γὰρ τὸ ἴσον ἄτοπον ἀπαντᾷ.

Ἔτι, εἰ τὸ κατὰ χάριν τοῦ κατὰ φύσιν ὕστερόν ἐστι, καὶ τὸ μὲν φύσει πρῶτον, τὸ δὲ δεύτερον, ἅπερ ἂν ἐπὶ τοῦ κατὰ χάριν λέγοιτο γνησιότητος; ἐνδεικτικὰ, πολλῷ μᾶλλον ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν ῥηθήσεται. Ἀλλὰ μὴν ἐπὶ τῶν κατ' εὐεργεσίαν καὶ χάριν υἱοθετουμένων παρὰ τῇ Γραφῇ λέγεται, « Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· » πολλῷ ἄρα λέγειν οἰκειότερον τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ Θεοῦ γεννᾶσθαι, ὃς φύσει Υἱὸς παρὰ τῶν διδασκάλων ὁμολογεῖται. Ἀλλ' ἡ κατὰ χάριν γέννησις τῇ κατὰ φύσιν γεννήσεως τούτῳ δήπου ἀντιδιαστέλλεται, ὅτι ἡ μὲν ἔστι θέσει, ἡ δ' αὐτὸ τοῦτο φύσει, καὶ ἐκ τῆς τοῦ γεννῶντος οὐσίας. Φύσις γὰρ καὶ οὐσία καὶ εἶδος καὶ μορφὴ κατὰ τὸν Δαμασκηνὸν

Digitized by Google

ἐπὶ Θεοῦ ταυτό. Ὁ Υἱὸς ἄρα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γεννᾶται.

Ἔτι ἐν τοῖς κατὰ φύσιν γεννῶσι καὶ γεννωμένοις τὸ γεννώμενον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ γεννῶντος πρόεισιν, ὃ τοῦ γεννῶντός ἐστι τελειότης ἐφόσον ἐντελῶς ἔχει. Πᾶσα δὲ τελειότης παρὰ τῆς καθόλου καὶ πρώτης ἐστὶν αἰτίας· ἐν δὲ τοῖς αἰτιατοῖς πολλῷ πρότερόν εἰσιν ἢ ἐν τοῖς αἰτιατοῖς αἱ τελειότητες κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον, καὶ ὡς ὁ καθολικὸς ἀξιοῖ λόγος, δεῖ ἕκαστον ἐν τῇ ἑαυτοῦ αἰτίᾳ τιμιώτερον εἶναι, ἢ ἐν τοῖς αἰτιατοῖς. Κατὰ φύσιν ἄρα τὸν Θεὸν ἀνάγκη τελειότερον καὶ ὑπεροχικώτερον προσήκει, ἐφόσον ἐντελής ἐστιν, ἐκ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει γεννᾷν ἴσον ἑαυτῷ. Ὃ δὲ τῇ τελειότητι προσήκει τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔστιν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ πρώτη καὶ ἀκραιφνὴς ἐντελέχεια, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸ δυνάμει πόρρω ἀπελήλαται. Ὁ Υἱὸς ἄρα ἐκ τῆς οὐσίας γεννᾶται τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Τοῦτο δὲ καὶ παρὰ τῆς Γραφῆς ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ βεβαιοῦται. Λέγεται γάρ, « Μὴ ἐγὼ ὁ ποιῶν ἄλλοις ὠδίνειν, αὐτὸς οὐκ ὠδινήσω· ὁ διδοὺς ἑτέροις γεννᾷν ἄγονος ἔσομαι, λέγει Κύριος ὁ Θεός ; »

Ἔτι, εἰ μὴ ἔστιν ὁ Υἱὸς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, αὐτός τε ἀτελὴς ἂν εἴη τοὺς πατρικοὺς χαρακτῆρας οὐκ ἀποσώζων, ὃς ἐστιν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, καὶ ταῦτα τῆς τοῦ Υἱοῦ προσηγορίας κοινὰ, τὰ τοῦ Πατρὸς ἀγαθὰ ποιούσης καὶ τῷ Υἱῷ· ὅ τε Πατὴρ ὁμοίως ἀτελὴς καὶ ἀδύνατος ἂν εἴη, μὴ προάγων ἐξ ἑαυτοῦ Λόγον ἴσον ἑαυτῷ καὶ ὁμοούσιον καὶ ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει. Τοὺς οὖν τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι ἀρνουμένους αὐτά τε ὁμολογεῖν ἀνάγκη, καὶ προσέτι περὶ τῆς κατὰ τὴν σημασίαν τοῦ γεννᾶσθαι λέξεως ἁμαρτάνειν. Ἡ γὰρ κατὰ φύσιν γέννησις τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ γεννῶντος προϊέναι τὸ προϊὸν ὁρίζεται.

Ἔτι, ἐπειδὴ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι λέγεται, ἔστι δὲ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ, ζητήσειεν ἄν τις, τίνι ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς κτίσεως διακριθήσεται. Ἐφόσον γὰρ αἰτιατά εἰσι, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι λέγεται, οὐδεμίαν ἂν ἔχοι πρὸς τὴν κτίσιν τὴν διάκρισιν. Ἀλλὰ μὴν τὰ μὲν θεῖα πρόσωπα οὐσιωδῶς καὶ φυσικῶς καὶ ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει, ὅ τί ποτ' ἄρ' ἐστὶ, καὶ ἀϊδίως, καὶ δὴ καὶ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι παρὰ τῶν ἁγίων λέγεται· τὰ δὲ ἐκτὸς τοῦ Θεοῦ δημιουργικῶς ἀγαθότητι μόνον ἑαυτοῦ εἰς τὸ εἶναι παρηγμένα κατὰ χρόνον. Ῥητέον ἄρα τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ προϊέναι καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν· εἴγε μὴ μέλλοιμεν οὐ διακρίνοντες κατὰ τὴν τῶν διδασκάλων θεολογίαν τοῖς κτίσμασιν ἐντάττειν ἀναξίως, μηδὲ μετὰ τῶν πάντων καὶ αὐτὰ τιθέναι, μηδὲ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα ἐπίσης τῶν θείων προσώπων Πατέρα λέγειν εἶναι καὶ ἡμῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον τῷ Ἀποστόλῳ· « Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα. » Οὐ γὰρ τῷ ἴσῳ λόγῳ ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ ἐστι, καὶ Πατὴρ πάντων λέγεται. Ὅτι δὲ περὶ τοῦ προσώπου τοῦ Πατρὸς ἐκεῖνο εἴρηται, δῆλον. Ἐπάγει γὰρ διαA nerantis. Natura enim, et substantia, et species, et forma secundum Damascenum in Deo idem est, Filius ergo ex substantia Patris generatur.

Præterea, in iis qui secundum naturam generant et generantur, quod generatur, ex substantia generantis procedit, quod generantis est perfectio, quatenus perfecte se habet, omnis autem perfectio ab universali et prima est causa. Porro in causis multo prius sunt perfectiones, quam in causatis, juxta magnum Dionysium, atque ut postulat universalis ratio, unumquodque in sua causa opus est, ut sit honorabilius, quam in causatis. Necesse igitur est, secundum naturam Deum perfectiorem esse, atque eminentiorem convenit esse, quatenus perfectus est, ut ex sua substantia, et in eadem specie generet æqualem sibi. B Quod vero perfectioni convenit Dei, etiam re ipsa est; ipse enim est prima et purissima entelechia, et id quod est esse potentia, procul ab eo est. Filius ergo ex substantia Dei et Patris generatur. Id autem et a sacra Scriptura apud Isaiam confirmatur; dicitur enim : « Numquid ego, qui alios parturire facio, non parturiam, et qui aliis do ut generent, sterilis ero, ait Dominus Deus? »

Præterea, si Filius non est ex substantia Patris, imperfectus esset, paternos characteres minime retinens, qui est splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus, præsertim cum appellatione Filii, bona, quæ sunt Patris, etiam Filio (Pater) communicet: tum etiam similiter Pater imperfectus et impotens esset, C non producens ex se Verbum æquale sibi, et consubstantiale, atque in eadem specie. Eos igitur qui Filium ex substantia Patris generari negant, hæc fateri necesse est; et insuper circa significatum hujus dictionis, generari, errorem committere. Generatio enim, quæ est secundum naturam, ex substantia generantis procedere productum definit.

Præterea, quandoquidem omnia ex Deo esse dicuntur, est autem etiam Filius, et Spiritus sanctus, ex Deo, quæret quispiam, quo Filius, et Spiritus a creatura distinguetur; quatenus enim causata sunt, et ex Deo esse dicuntur, nullam haberent a creatura distinctionem, sed divinæ personæ substantialiter et naturaliter, in eademque specie, quidquid tandem sunt, atque ab æterno, D etiam et ex substantia esse a sanctis dicuntur. Quæ vero sunt ad extra Dei vi creationis bonitate tantum sua, in rerum naturam esse producta in tempore dicuntur; igitur dicendum est, Filium et Spiritum sanctum ex substantia Dei procedere, atque subsistentiam habere, ni velimus inter creaturas immerito eos adnumerare, non distinguendo juxta theologiam doctorum, et una cum cæteris omnibus collocare, atque Deum et Patrem ex æquo divinarum personarum Patrem esse dicere ac nostrum, juxta dictum Apostoli: « Unus Deus, qui est Pater, ex quo omnia. » Non enim æquali ratione Pater Filii est, et Pater omnium dicitur. Quod autem de persona Patris illud dictum sit,

Digitized by Google

clarum est, quippe infert distinguendo : « Et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et unus Spiritus sanctus, in quo omnia. »

Præterea sancti Patres Filium ex substantia Patris esse, adeo ut confessum inter differentes ponunt, ut etiam ex quibus hæretici blasphemabant, istud negando, illi ex superabundanti concludunt. Ut enim ex præmissis atque commemoratis patuit, magnus Athanasius majorem propositionem a blasphemantibus sumens, minorem autem a se ponens (ut ipsi, et veritati videtur) sic ratiocinantur : « Quandoquidem vos quidem Ariani dicitis esse Filium ex Patre, nomen autem Pater substantiam significat, quamvis quidquid tandem sit, non exprimat ; vos igitur etiam nolentes, ex substantia Patris eum dixistis. » Quod nimirum pium est, juxta mentem sancti Patris ; id enim per omnia summo studio agebat, et cujus causa multas molestias ab Arianis passus est. Quod igitur, qui negant ex substantia, fidei principia tollant, et doctoribus adversantur, deterioresque Arianis, ac magis irrationales se ostendant, et dignos risu apud eos qui utcunque prudentes sunt, imo vero commiseratione, ut mitius dicam, non opus est plura dicere, cum sufficiant ea quæ dicta sunt. Ex quibus etiam hoc tanquam quoddam corollarium addatur, quod substantialitas Filii ad Patrem non aliunde colligitur, quam quod sit ex Patre tanquam ex naturali sua causa. Juxta enim magnum Basilium identitatem substantiæ confitemur, quandoquidem Filius a Patre non factus, sed ex natura genitus est. Divus item Cyrillus ixit : « Ex Patre genitum esse Filium, coget sane omnino etiam invitos ei attribuere consubstantialitatem. » Et rursus : « Siquidem est Filius consubstantialis Patri, ex ipso est substantialiter, atque in ipso secundum naturam. »

CAPUT VIII.

Quod, quænam tandem fuerint ipsis causæ deceptionis.

Porro eos decepit, primum quidem quod non potuerint intelligere, quonam sensu doctores dixerint, aliud est substantia, aliud hypostasis, ac non idem. Secundum, quod audierint aliquem ex doctoribus dicentem, quod scilicet Dei substantia non generat substantiam, existimant idem esse ac si diceretur, quod Patris substantia non generat Filii substantiam, id autem multum habet discriminis. Non enim potuerunt perspicere secundum fidei principia, quod nomen Deus est ex iis quæ absoluta sunt, et naturam ipsam singulariter atque indistincte (quamvis quidquid tandem sit, non exprimat) significat, ut etiam sapiens, et conditor, atque bonus ; et quoniam una substantia et natura Deus est, non est pium dicere absolute substantiam Dei generare substantiam, ne monadis distinctio existimetur, præcisis quæ relativa sunt et dicuntur : neque tres substantiæ ad instar multitudinis deorum absolute ab invicem distinctæ

κρίνων, « Καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα. »

Ἔτι τοσοῦτον τοῖς ἁγίοις ἀνωμολόγηται τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱόν, ὥστε καὶ ἐξ ὧν οἱ αἱρετικοὶ ἐβλασφήμουν τοῦτο ἀπαρνούμενοι, ἐκεῖνοι ἐκ περιουσίας συμπεραίνουσιν. Ὡς γὰρ ἐκ τῶν προτεθέντων δῆλον γέγονεν, ὁ μέγας Ἀθανάσιος τὴν μὲν μείζονα πρότασιν παρὰ τῶν βλασφημούντων λαμβάνων, τὴν δ' ἐλάττονα παρ' ἑαυτοῦ τιθεὶς, ὡς αὐτῷ καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ, οὕτω συλλογίζεται· « Ἐπειδὴ ὑμεῖς μὲν οἱ Ἀρειανοὶ λέγετε τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι, τὸ δὲ Πατὴρ ὄνομα οὐσίαν σημαίνει, εἰ καὶ μὴ ὅ τί ποτ' ἐστὶ παρίστησι, καὶ ὑμεῖς ἄρα καὶ ἄκοντες ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς αὐτὸν εἰρήκατε. » Ὅπερ ἐστὶν εὐσεβὲς δηλονότι κατὰ τὸν τοῦ ἁγίου σκοπόν. Τοῦτο γὰρ ἦν τὸ σπουδαζόμενον διὰ πάντων αὐτῷ, καὶ ἐφ' ὃ πολλὰ τῶν ἀναιρῶν παρὰ τῶν Ἀρειανῶν ἐπεπόνθει. Ὅτι μὲν οὖν οἱ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ἀρνούμενοι τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως ἀναιροῦσι, καὶ τοῖς διδασκάλοις μάχονται, χείρους τε τῶν Ἀρειανῶν καὶ ἀλογώτεροι φαίνονται, καὶ γέλωτος ἄξιοι παρὰ τοῖς νοῦν ὀπωσοῦν ἔχουσιν, ἐλέου μᾶλλον μὲν οὖν, εἰ δεῖ φιλανθρωπότερον εἰπεῖν, οὐ δεῖ πλείω λέγειν τῶν εἰρημένων ἀρκούντων· ἐξ ὧν καὶ τοῦτο ὥσπερ τι πόρισμα προκείσθω, ὅτι τὸ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ὁμοούσιον οὐκ ἄλλοθεν συνάγεται, ἢ ὅτι ἐκ τοῦ Πατρός ἐστιν ὡς ἐκ φυσικῆς αἰτίας ἑαυτοῦ. Κατὰ γὰρ τὸν μέγαν Βασίλειον τὸ τῆς οὐσίας ταυτὸν ὁμολογοῦμεν, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς οὐ ποιηθείς, ἀλλ' ἐκ τῆς φύσεως γεννηθείς. Ὅ τε θεῖος Κύριλλος ἔφη, « Τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννῆσθαι τὸν Υἱὸν ἀναγκάσει δῆ πάντως καὶ οὐχ ἑκόντας ἡμᾶς ἀποδοῦναι τὸ ὁμοούσιον αὐτῷ. » Καὶ πάλιν, « Εἴπερ ἐστὶν ὁ Υἱὸς ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ, ἐξ αὐτοῦ ἐστιν οὐσιωδῶς καὶ ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν. »

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Ὅτι τίνα ποτὲ τῆς ἀπάτης αὐτοῖς αἴτια ἐγένετο.

Ἠπάτησε δὲ αὐτοὺς, πρῶτον μὲν τὸ μὴ δυνηθῆναι νοῆσαι κατὰ τίνα τὴν ἔννοιαν εἰρήκεσαν οἱ διδάσκαλοι, ἄλλο οὐσία καὶ ἄλλο ὑπόστασις, καὶ οὐ ταυτόν· δεύτερον ὅτι τινὸς λέγοντος τῶν διδασκάλων ἀκούσιν, ὡς ἄρα ἡ τοῦ Θεοῦ οὐσία οὐ γεννᾷ οὐσίαν, ἡγοῦνται τῷ οὑτωσὶ λεγομένῳ ταυτὸν εἶναι, ὅτι ἡ τοῦ Πατρὸς οὐσία οὐ γεννᾷ τὴν τοῦ Υἱοῦ οὐσίαν. Τοῦτο δὲ πολλὴν τὴν διαφορὰν ἔχει. Οὐ γὰρ δεδύνηνται κατὰ τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως συνιδεῖν, ὅτι τὸ μὲν Θεὸς ὄνομα τῶν ἀπολελυμένων ἐστὶ, καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν ἐνιαίως καὶ ἀδιακρίτως, εἰ καὶ μὴ ὅ τί ποτ' ἐστὶ παρίστησι, σημαίνει, καθάπερ καὶ τὸ σοφὸς, καὶ δημιουργὸς, καὶ ἀγαθός· καὶ ἐπεὶ μία οὐσία καὶ φύσις ὁ Θεός ἐστιν, οὐκ εὐσεβὲς λέγειν ἁπλῶς τὴν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν γεννᾷν οὐσίαν, ἵνα μὴ τῆς μονάδος διαίρεσις νομισθῇ χωρὶς τῶν ἀναφορικῶς ὄντων καὶ λεγομένων, μηδὲ τρεῖς οὐσίαι πολυθέως παραδεχθῶσιν ἀπολελυμέναι ἀλλήλων· τὸ δὲ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ὄνομα τῶν πρός τί ἐστι, καὶ πρόσωπα ἐξ ἀνάγ-

Digitized by Google

κης ἐμφαίνουσιν ἀναφορικῶς πρὸς ἄλληλα ἔχοντα· καὶ διὰ τοῦτο λέγειν τὴν οὐσίαν τοῦ Πατρὸς γεννᾷν τὴν τοῦ Υἱοῦ οὐσίαν ἀληθές ἐστιν· ἡ γὰρ οὐσία τοῦ Πατρὸς οὐδὲν ἕτερον δίδωσι νοεῖν ἢ τὴν τοῦ Πατρὸς ὑπόστασιν, ἢ τὸ πρόσωπον. Ὑπόστασις δὲ τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος δέδεικται· καὶ ἡ μὲν οὐσία τὸ κοινὸν, τὸ δὲ Πατὴρ τὸ ἰδιάζον ἐστὶν (εἴπερ μὴ δεῖ φρονεῖν ἄλλο μὲν πρᾶγμα τὴν οὐσίαν, ἄλλο δὲ τὴν ὑπόστασιν, ἕτερον δὲ τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλο τὴν πατρότητα, ὃ μετὰ τῆς ἀσεβείας πολὺ καὶ τὸ ἀνόητον ἔχει). Καὶ ὅμοιον ὥσπερ ἂν εἰ ἐλέγετο, ἡ τοῦ Πατρὸς ὑπόστασις γεννᾷ τὴν ὑπόστασιν τοῦ Υἱοῦ, ὅπερ ἐστὶ κατὰ τὴν τῆς πίστεως θέσιν. Ταῦτα τοίνυν ἠγνόησαν παντελῶς, οὓς ἐχρῆν ἢ οἰκοθεν ἔχοντας, ἢ καὶ παρ' ἑτέρων λαβόντας μὴ τοσοῦτον τῆς ἀληθείας ἀποπλανᾶσθαι, μηδὲ σοφοὺς εἶναι φάσκοντας, εἶτα μωραίνειν. Καίτοι τὴν τοῦ Υἱοῦ οὐσίαν γεννᾶσθαι λεγομένου ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, πότερον πρὸς τὸν νοῦν ἢ τὴν λέξιν διενίστανται; Εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὸν νοῦν, μετὰ τῶν ἀπίστων τετάχθων τὴν τοῦ Υἱοῦ οὐσίαν τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἀλλοτριοῦντες· εἰ δὲ τὴν μὲν λέξιν οὐ παραδέχονται, ἀλλὰ τῶν διδασκάλων ὁ λόγος. Εἰ δὲ τὴν μὲν λέξιν ὡς τῶν ἁγίων οὖσαν ἀναγκαζόμενοι προσίενται, νοῦν δὲ ἔχειν ἐκ ταύτης οὐδένα βούλονται, παντάπασιν ἀδιανόητα φθέγγονται, κατ' ἐκεῖνα τῶν ζώων τὰ ἄλογα, οἷον τὴν κίτταν καὶ ἀκούομεν καὶ ὁρῶμεν φωνὴν ἀνθρωπίνην προβαλλομένην, ὃ δὲ τί ποτ' ἂν καὶ λέγοι μὴ συνιεῖσαν, οὐ κατὰ σκοπὸν τῶν διδασκάλων ἀναγινώσκοντες, οἳ ταῦθ' ὑπὲρ ἡμῶν ἐπραγματεύσαντο πάντα. Εἰ δ' ὡς ἀνθρωποι καί τινα νοῦν ἔχειν ἐκ τῆς λέξεως βούλονται, τί τῷ γράμματι καθάπερ Ἰουδαῖοι προσπταίοντες πάσχουσιν; ὅπερ ὁ θεῖος Διονύσιος ἄλογον καὶ σκαιὸν εἶναι λέγει, τὸ μὴ τῇ δυνάμει τοῦ σκοποῦ προσέχειν, ἀλλὰ ταῖς λέξεσι; καὶ ὥσπερ νήπια φοβοῦνται φόβον, ὅπου οὐκ ἔστι φόβος; ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸν νοῦν ἀφορῶσι τῶν διδασκάλων, ἐξ ὧν αὐτοῖς ἂν εἵπετο πᾶσα καθαρότης τῶν λόγων; Νῦν γὰρ πρὸς αὐτοὺς ἀφορῶντες, καὶ οἷον αὐτοῖς κανόσιν οὖσι τοὺς λόγους προσάγοντες, τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως ἀναιροῦσι, καὶ βλάσφημα περὶ τοῦ Θεοῦ συμπεραίνουσιν. Οὐ γὰρ δήπουθεν οἱ διδάσκαλοι δύο οὐσίας ἐκ τοῦ λόγου νοεῖν βούλονται, ἀπεσχοινισμένας ἀλλήλων, ἀριθμῷ διαφερούσας, ἀλλ' ὅτι τῶν προσώπων ἕκαστον ἐνούσιον, καὶ καθ' αὐτὸ ὑφεστὼς ἴσασι, καὶ οὔτε τὴν ὑπόστασιν ἀνούσιον, οὐδ' αὖ οὐσίαν ἀνυπόστατον ἐκεῖνοι φασί· διὰ μὲν τοῦ Υἱὸς τὴν ὑπόστασιν ἢ τὸ πρόσωπον παριστῶντες, διὰ δὲ τῆς οὐσίας ἐνούσιον καὶ τελείαν οὐσίαν σαφηνίζοντες, καὶ οὐσίαν Υἱοῦ ἀντὶ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ ἐκλαμβάνοντες· ὥστε τῆς λέξεως τῶν διδασκάλων μετὰ τῆς πρεπούσης ἐννοίας ἐχόμενοι, μεθ' ἡμῶν τε κἀκείνων ἑστάτωσαν. Ὥσπερ γὰρ τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι λέγόμεν, καὶ οὐ δήπου διότι ὁ Υἱὸς Θεός ἐστι, καὶ ὁ Πατὴρ Θεὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Θεὸς, τὸ ῥῆμα ἀποβαλλόμεθα, ἵνα μὴ ἀναγκαζώμεθα δῆθεν ἢ τὸν Υἱὸν ἐξ ἑαυτοῦ λέγειν ὄντος Θεοῦ, ἢ ἐκ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀλλ' εἰδότες δύο πρόοδους ἐν τῷ Θεῷ οὔσας φυσικὰς καὶ

A recipiantur. Patris autem et Filii nomen ex iis est, quæ sunt ad aliquid, et personas necessario indicant, quæ se habent relative ad invicem; idcirco dicere substantiam Patris, generare substantiam Filii, verum est, quia per substantiam Patris nihil aliud intelligere licet, quam hypostasim Patris, seu personam. Hypostasis autem, ostensum est, esse commune cum proprio; et substantia quidem commune est; illud vero Pater proprium est (siquidem non est opus sentire, aliam quidem esse rem substantiam, aliam vero hypostasim, aliud autem Patrem, aliud paternitatem, quod una cum impietate multum etiam habet stultitiæ), et simile est, ac si diceretur, Patris hypostasis generat hypostasim Filii, quod sane juxta positionem fidei

B est. Hæc igitur penitus ignorarunt, quos oportebat vel a seipsis, vel ab aliis edoctos, non adeo a veritate aberrare, neque se sapientes esse cum fateantur, desipere. Quamvis cum dicitur Filii substantia ex substantia Patris generari, num sensui, an verbis contradicunt? Si enim sensui, in numero infidelium collocentur; quippe qui substantiam Filii a substantia Patris alienant. Sin modum dicendi non recipiunt, atqui doctores ita loquuntur. Quod si dictionem quidem tanquam sanctorum exsistentem coacti admittunt, sensum autem nullum ex hoc modo loquendi eliciunt, omnimodo inintelligibilia loquuntur, ad instar illorum animalium irrationabilium, qualis est pica, quam audimus et

C videmus vocem humanam proferentem, quid autem sit, quod dicit, non intelligentem: non secundum mentem doctorum legentes, qui hæc omnia pro nobis tractarunt. Quod si ut homines aliquem sensum ex vocabulo eruunt, quare littera, ut Judæi offenduntur? illudque patiuntur quod divinus Dionysius irrationale, ac stultum esse asserit? quod non ad vim sensus, sed ad dictiones animum adhibeant? et sicut parvuli timorem timeant, ubi non est timor? neque ad mentem doctorum respiciant? ex quibus sequeretur ipsis verborum perspicuitas? Nunc vero ad ipsos respicientes, atque veluti regulas suorum dictorum adhibentes, principia fidei tollunt, atque blasphema de Deo concludunt. Non enim profecto doctores duas substantias ex

D illo sermone intelligere volunt sejunctas ab invicem differentes numero, sed quod unamquamque personam exsistentem, et per se subsistentem norunt; et neque hypostasim sine substantia, neque substantiam sine hypostasi esse ipsi asserunt: per illam vocem, Filius, hypostasim seu personam indicantes; per substantiam autem, subsistentem perfectamque substantiam explicantes, atque substantiam Filii loco ejus hypostaseos accipientes. Itaque dictioni doctorum cum convenienti sensu adhærentes nobiscum, et cum ipsis stent. Quemadmodum Filium ex Deo esse dicimus, et certe non propterea, quia Filius Deus est, et Pater Deus, et Spiritus sanctus Deus, hoc verbum rejicimus, ne coganur sane vel Filium a se dicere, cum sit

Digitized by Google

Non igitur sanctus ad hæc respiciens illud negavit, sed hoc multis in locis affirmasse constat, illud autem negat, ne duo dii, quatenus dii divisi intelligantur; hic quidem mittens, ille vero missus. Quoniam qui mittit ab eo qui mittitur separari solet, et sic unus quidem Dominus est, alter vero servus; et duæ Deitates, ac si quid aliud inconveniens sequitur. Alioquin quomodo sanctus doctor Paracletum mitti a Filio negasset, cum Dominus ipse de se ad verbum dicat: « Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis Spiritum veritatis, qui a Patre procedit? Nisi forte quis etiam ipsum Paracletum Spiritum veritatis, unam divi-

Digitized by Google

nam Trinitatis personam carere subsistentia dicat. Cæterum hoc præterquam quod sit impium, etiam multum stultitiæ habet. Imo Chrysostomus præsentem veritatem valde confirmat in hom. 39, in Expositionem Evang. secundum Joannem, quasi a contrario sermonem componens, ait: « Et quomodo, inquit, ejusdem substantiæ est, qui mittit, et qui mittitur? » et subjungit: « Rursus ad res humanas deorsum sermonem trahis, et non intelligis hæc omnia nihil ob aliud dicta esse, quam ut noscamus causam, neque in Sabellii morbum incidamus. » In his duo quædam colliguntur: primum, quod qui mittit, essentia subsistens est, et qui mittitur similiter: ejusdem enim substantiæ esse ambos, prorsus concedit. Alterum, quod mitti quidem tum distinctionem divinarum personarum indicat, tum causam exprimit: « Non ob aliud, inquit, mitti dictum est, sed ut causam agnoscamus, et in Sabellii morbum non incidamus. » Si igitur mittere, ac mitti causam, et causatum indicat, a Filio autem mittitur Spiritus sanctus, liquet, secundum divum Chrysostomum, Filium causam esse Spiritus sancti; ad hanc enim consequentiam nihil obstat. Sic veritas etiam ex his quibus nonnulli eam lacerare volunt, clarius elucescit, atque totum ipsis in contrarium vertitur. Quod autem præter unum Spiritum sanctum Paracletum, Spiritum veritatis, multi alii dicti Spiritus tantum ab eo differant, quantum creata a Creatore, pate. ex his quæ tradit Gregorius Theologus in oratione de Spiritu sancto; ait enim: « Spiritus dicitur adoptionis, libertatis, Spiritus prudentiæ, Spiritus sapientiæ, consilii, fortitudinis, cognitionis, pietatis, timoris Dei. Etenim horum omnium efficiens est. » Quoniam igitur is doctor dicit, Spiritum sanctum efficientem esse horum charismatum, constat hæc creata esse. Ab ejusmodi autem nominatur Spiritus sanctus iisdem nominibus quemadmodum et opifex ab opificiis appellatur, et qui est artifex ab artificialis, et in summa a causatis causator. Idcirco et operationes beatus Paulus vocavit, dicens: « Et divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. » Dicere igitur operationes increatas, perinde est, ac si quis digna censeat nomine conditoris ea quæ sunt condita.

Πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ τῆς Τριάδος ἐν θεῖον πρόσωπον ἀνούσιον εἶναι. Ἀλλὰ τοῦτο μετὰ τῆς ἀσεβείας πολὺ καὶ τὸ ἀνόητον ἔχει. Μᾶλλον μὲν οὖν ὁ θεῖος Χρυσόστομος καὶ πολλὴν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ τὴν ἰσχὺν δίδωσιν. Ἐν γὰρ τῇ λθ' ὁμιλίᾳ τῆς εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἐξηγήσεως, οἷον ἀπὸ τοῦ ἐναντίου τὸν λόγον σχηματίζων, φησί· « Καὶ πῶς, φησὶ, τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁ πέμπων καὶ ὁ πεμπόμενος; » καὶ ἐπάγει· « Πάλιν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπινα καταφέρεις τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι ταῦτα πάντα δι' οὐδὲν ἕτερον εἴρηται, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν αἴτιον εἰδῶμεν, καὶ εἰς τὴν τοῦ Σαβελλίου μὴ καταπέσωμεν νόσον. » Ἐν τούτοις δύο τινὰ συνάγονται· πρῶτον ὅτι ὁ πέμπων οὐσία ἐνυπόστατός ἐστι, καὶ ὁ πεμπόμενος ὡσαύτως· τῆς γὰρ αὐτῆς οὐσίας ἄμφω καὶ πάνυ ὁμολογεῖ· δεύτερον ὅτι τὸ πέμπεσθαι ἅμα μὲν τὴν διάκρισιν τῶν θείων ἐμφαίνει προσώπων, ἅμα δὲ καὶ τὸν αἴτιον παρίστησιν. « Δι' οὐδὲν γάρ, φησὶν, ἕτερον τὸ πέμπεσθαι εἴρηται, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν αἴτιον εἰδῶμεν, καὶ εἰς τὴν τοῦ Σαβελλίου μὴ καταπέσωμεν νόσον. Εἰ τοίνυν τὸ πέμπειν καὶ πέμπεσθαι τὸ αἴτιον καὶ τὸ αἰτιατὸν ἐμφαίνει, παρὰ δὲ τοῦ Υἱοῦ πέμπεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εὔδηλον κατὰ τὸν θεῖον Χρυσόστομον, ὅτι ὁ Υἱὸς αἴτιος τοῦ ἁγίου Πνεύματός ἐστι· πρὸς γὰρ τὸ ἑπόμενον τοῦτο οὐδὲν προσίσταται. Οὕτως ἡ ἀλήθεια καὶ ἐξ ὧν τινες αὐτὴν βούλονται σπαράττειν λαμπρότερον διαλάμπει, καὶ πᾶν αὐτοῖς εἰς τοὐνάντιον περίσταται. Ὅτι δὲ τὰ παρὰ τὸ ἓν ἅγιον Πνεῦμα τὸν Παράκλητον, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, πολλὰ ἕτερα λεγόμενα πνεύματα τοσοῦτον αὐτοῦ διαφέρει, ὅσον τοῦ ποιητοῦ τὰ ποιήματα, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγῳ. Φησὶ γάρ, « Πνεῦμα λέγεται υἱοθεσίας, ἐλευθερίας, Πνεῦμα συνέσεως, Πνεῦμα σοφίας, βουλῆς, ἰσχύος, γνώσεως, εὐσεβείας, φόβου Θεοῦ. Καὶ γὰρ ποιητικὸν τούτων ἁπάντων. » Ἐπεὶ τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ποιητικὸν τῶν χαρισμάτων τούτων ὁ διδάσκαλος λέγει, δῆλον, ὡς ταῦτα τῶν ποιημάτων ἐστίν. Ὀνομάζεται δὲ ἀπὸ τῶν τοιούτων τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα, καθάπερ καὶ δημιουργὸς ἀπὸ τῶν δημιουργημάτων καλεῖται, καὶ ἀπὸ τῶν τεχνητῶν ὁ τεχνίτης, καὶ ὅλως ἀπὸ τῶν κτιατῶν ὁ αἴτιος· διὸ καὶ ἐνεργήματα ὁ μακάριος εἴρηκε Παῦλος, εἰπών, « Καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι. » Τὸ γοῦν τὰ ἐνεργήματα ἄκτιστα λέγειν ἴσον ἐστὶ τῷ τὰ δημιουργήματα τῆς τοῦ ἀκτίστου προσηγορίας ἀξιοῦν.

Denique absurdum est dicere, in Deo esse increata consilium, vel metum. Ubi enim consilium, ibi defectus cognitionis consideratur, nihil autem tale in Deo est; quippe ipsamet sapientia, et ipsamet cognitio est, sciens omnia antequam fiant. Similiter neque timor esse potest, quoniam Deus præsertim ab æterno neminem timet. In nobis vero est passio animum nostrum ad perfectiora evehens, et vim habens eum perficiendi. Qui timor dictus est στοιχειωτικὸς, hoc est quasi elementi, seu principii rationem obtinens, juxta illud Scripturæ:

Ἄτοπον δὲ καὶ ἄλλως τὴν βουλὴν ἢ τὸν φόβον ἐν τῷ Θεῷ λέγειν εἶναι ἄκτιστα. Ἔνθα γὰρ βουλὴ, ἐκεῖ καὶ ἔνδεια θεωρεῖται γνώσεως. Τῷ δὲ Θεῷ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν· αὐτοσοφία γάρ ἐστι, καὶ αὐτογνῶσις, εἰδὼς πάντα πρὶν γενήσεως αὐτῶν. Ὡσαύτως οὐδὲ φόβος ἂν εἴη· ἐπείπερ ὁ Θεὸς οὐδένα καὶ ταῦτα ἐξ ἀϊδίου φοβεῖται. Ἐν ἡμῖν δὲ ἔστι πάθος ἀναγωγικὸν πρὸς τὰ τελεώτερα τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, καὶ τελειωτικὸν αὐτῆς· καθὸ καὶ στοιχειωτικὸς ὁ φόβος εἴρηται κατ' ἐκεῖνο τῆς Γραφῆς, « Ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου, » ὃν ὑμῖν ὁ Θεὸς χα-

Digitized by Google

ρίζεται, ὥσπερ καὶ τἄλλα πάντα· τὸ γὰρ εἶναι, καὶ τὸ εὖ εἶναι παρ' αὐτοῦ. Διὸ καὶ πάντα χάριτες εἰκότως ἂν λέγοιντο, καὶ αὐτὸ τὸ ἐξ οὐκ ὄντων γενέσθαι· ἐπείπερ οὐκ ἔργων προϋπηργμένων ταύτην ἐλάβομεν τὴν ἀμοιβήν.

Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ θεῖος Μάξιμος ἐν κεφαλαίῳ λθ' τῆς ε' ρ' τῶν Θεολογικῶν φησιν· « Ἔστι δὲ τὸ μὲν Πνεῦμα τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ ἡ των κατ' ἀρετὴν ἐνέργεια, κακῶν ἀποχή. Τὸ Πνεῦμα τῆς ἰσχύος ἐστὶν ἡ πρὸς ἐνέργειαν καὶ πρᾶξιν τῶν ἐντολῶν πρόθυμος ὁρμή τε καὶ κίνησις. Τὸ δὲ Πνεῦμα τῆς βουλῆς ἐστιν ἡ ἕξις τῆς διακρίσεως. Τὸ δὲ Πνεῦμα τῆς ἐπιστήμης ἐστὶν ἡ τῶν κατ' ἀρετὴν τῆς πράξεως τρόπων ἄπτωτος εἴδησις. Τὸ δὲ Πνεῦμα τῆς γνώσεώς ἐστιν ἡ τῶν ἐν ταῖς ἐντολαῖς λόγων περίληψις. Πνεῦμα δὲ συνέσεώς ἐστιν ἡ πρὸς τοὺς τρόπους καὶ τοὺς λόγους τῶν ἀρετῶν συγκατάθεσις, ἢ κυριώτερον εἰπεῖν, μεταποίησις. Πνεῦμα δὲ σοφίας ἐστὶν ἡ πρὸς τὴν αἰτίαν τῶν ἐν ταῖς ἐντολαῖς πνευματικωτέρων λόγων ἀνάληψίς τε καὶ ἕνωσις. »

Ἀλογώτατον τοίνυν τὴν τῶν ἐντολῶν πρᾶξιν, καὶ τὴν τῶν λόγων τῶν ἀρετῶν μεταποίησιν, καὶ τὴν πρὸς τὰ καλὰ πρόθυμον ὁρμήν τε καὶ κίνησιν, καὶ ὅλως πᾶσαν δύναμιν καὶ ἕξιν καὶ τελειότητα τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς ἄκτιστα ἐν τῷ Θεῷ λέγειν εἶναι. Ἐξ οὗ πρὸς πολλοῖς τῶν ἑπομένων ἀτόπων καὶ τοῦτο περιφανῶς ἕψεται, τὸ τῇ αὐτῇ γνώσει καὶ ἐπιστήμῃ καὶ ἰσχύϊ τὸν Θεὸν δυνατόν τε καὶ σοφὸν εἶναι καὶ ἡμᾶς. Καὶ ἐπεὶ ὧν αἱ τελειότητες αἱ αὐταί, καὶ ἡ οὐσία ἡ αὐτή, ἔσονται καὶ οἱ ἄνθρωποι τῷ Θεῷ κατ' οὐσίαν οἱ αὐτοὶ καὶ ὁμοούσιοι αὐτῷ. Τοῦτο μὲν οὖν ὡς ἄλογον παντελῶς ἀπερρίφθω. Ἐπὶ δὲ τὸ προκείμενον ἰτέον.

Ἔτι ἐν τοῖς Πρακτικοῖς τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου, ἐν οἷς εἶπον οἱ Πατέρες πρὸς τὸν φιλόσοφον διὰ τοῦ ἐπισκόπου Λεοντίου, « Εἴρηται τὸ Πνεῦμα ἐκπορευόμενον μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἴδιον δὲ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζον. »

Ἔτι ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Οἱ κακοτέχνως τὰς θείας Γραφὰς βουλόμενοι νοεῖν*, φησὶν, « Αὐτὸς αὐτὸ ἄνωθεν ἔπεμπεν ὡς Θεὸς, καὶ αὐτὸς αὐτὸ κάτωθεν ὑπεδέχετο ὡς ἄνθρωπος. Ἐξ αὐτοῦ οὖν εἰς αὐτὸν κατῄει, ἐκ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἰς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ. »

Ἔτι ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸ, *Ἑκάστῳ κλίματι ἐφεστήκεισαν ἄγγελοι*, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Ὄντως ἐπεφάνη ἡμῖν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις*, φησὶν, « Ἦλθεν ὁ Χριστὸς πρὸς ἡμᾶς, ἔδωκεν ἡμῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ Πνεῦμα, καὶ ἀνελάβετο τὸ ἡμέτερον σῶμα. »

Ἔτι ὁ ἅγιος Ἀναστάσιος πατριάρχης Ἀντιοχείας ἐν τῷ *περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων*, οὗ ἡ ἀρχὴ, *τὸν περὶ τῆς ὑγιοῦς ἡμῶν πίστεως λόγον*, φησί· « Τοῦ δὲ σώ-

A « Initium sapientiæ timor Domini, » quem nobis Deus largitur sicut cætera omnia: esse enim, et bene esse ab ipso est. Quocirca etiam omnia jure optimo gratiæ dici possent, etiam ipsum ex non entibus fieri: nullis enim præmissis, et præexsistentibus meritis hoc recepimus tanquam retributionem.

Sed enim etiam divus Maximus, in capite 39, quintæ centuriæ Theologicorum, ait: « Est autem Spiritus quidem timoris Dei, operatio secundum virtutem abstinendo a malis. Spiritus fortitudinis, promptus animi impetus, et motus ad operationem, et praxim mandatorum. Spiritus autem consilii est habitus discretionis. Spiritus vero scientiæ est cognitio firma circa mores in actionibus virtutum. B Spiritus autem cognitionis est comprehensio rationum, quæ servandæ sunt in mandatis. Spiritus autem prudentiæ ad mores et rationes virtutum comprobatio, seu magis proprie dicere commutatio. Spiritus autem sapientiæ est reductio et conjunctio spiritalium rationum circa mandata ad (primam) causam. »

Irrationabilissimum igitur est, actionem mandatorum, et mutationem rationum, quæ sunt in actibus virtutum, et ad honesta promptam alacritatem, et motum, et in summa omnem potentiam, et habitum, et perfectionem humani animi increata in Deo dicere esse. Ex quo præter multa absurda, quæ sequuntur, illud etiam clarissime sequetur, eadem cognitione, ac scientia, et fortitudine Deum C esse potentem, ac sapientem et nos. Et quoniam quorum perfectiones sunt eædem, eadem est et essentia, erunt homines secundum essentiam iidem cum Deo, et consubstantiales ipsi. Hoc igitur tanquam irrationale penitus abjiciatur. Ad propositum autem redeundum est.

Præterea in actibus primæ Nicænæ synodi, in iis quæ responderunt Patres ad philosophum per Leontium episcopum, dictus est Spiritus procedens quidem ex Patre, proprius autem Filii, et ab ipso emanans.

Præterea magnus Athanasius, in oratione de incarnatione Verbi Dei, cujus initium: *Qui perverse divinas Scripturas intelligere volunt*, ait: D « Ipse ipsum (Spiritum) superne emittebat, ut Deus, et ipse ipsum inferne recipiebat ut homo; ex ipso igitur in ipsum descendebat, ex divinitate ipsius ad ejus humanitatem. »

Præterea Chrysostomus, oratione in humanationem Domini nostri Jesu Christi, et *Quod unicuique climati præsint angeli*, cujus initium: *Revera apparuit Dei gratia*: « Venit, inquit, Christus ad nos, dedit nobis Spiritum, qui ex ipso est, atque suscepit nostrum corpus. »

Præterea sanctus Anastasius, Antiochenus patriarcha, in libro *De rectis nostræ religionis dogmatibus ecclesiasticis*, cujus initium: *Orationem de recta nostra fide*, ait: « Corporis autem proprie-

Digitized by Google

tate accepta, velut exemplo, mutuam cohærentiam divinorum repræsentavimus per membrorum analogiam et similitudinem. Hac enim ratione et Spiritus oris ejus, scilicet Dei, Spiritus sanctus dicitur, cum sit os unigenitus. Et Spiritus rursus ex ipso procedens, et missus non solum a Patre, sed et a Filio. » Et post nonnulla : « Cæterum Dominus ostendens ipsum a se (Filio) exsistere, insufflans discipulis, aiebat : « Accipite Spiritum sanctum. » Et paulo post : « Etenim apostoli rogando, ac veluti Domino supplicando, Spiritum sanctum, ut quispiam dixerit, in eos habitatum immittebant, qui ejus adventu digni erant ; at vero Salvator noster ex se, tanquam ex thesauro quodam, ipsum iis exhibebat qui ob sanctimoniam vitæ satis idonei evasissent. » In eodem libro : « Spiritus sanctus Spiritus oris Dei est ; os quippe Patris Filius est. » Rursus in eodem : « Spiritus sanctus, veritatis Spiritus est, is autem a Patre procedit, accipit vero a Filio. »

Magnus Athanasius, in epistola ad Serapionem, cujus initium : *Litteræ tui sacrati affectus*, ait : « Et Filius quidem inquit : « Quæ audivi a Patre, hæc « loquor in mundum, » Spiritus autem ex Filio accipit : « De meo enim, inquit, accipiet, et annuntiabit vobis. » Et rursus in eadem epistola : « Cum enim unus sit Filius, vivum Verbum, unam etiam oportet esse perfectam et plenam sanctificatricem, atque illuminatricem vitam, exsistentem operationem ejus, atque largitionem, quæ sane ex Patre dicitur procedere ; quoniam ex Verbo, quod esse ex Patre constat, elucet, mittiturque, ac datur. » Idem, in oratione tertia contra Arianos : « Non Spiritus conjungit Verbum cum Patre, sed potius Spiritus istud a Verbo accipit. »

Sanctus Cyrillus in illud : *Ille me clarificabit* : « Igitur omnino irreprehensibile est, atque extra omne convictum, si dicatur Spiritus ejus aliquid accipere ab Unigenito. Etenim per ipsum naturaliter procedens, ut proprius ipsius una cum omnibus, quæ habet, perfecte accipere dicitur quæ sunt ejus. » Idem in quinto libro *ad Hermiam* : « Spiritus sanctus, quasi quædam naturalis qualitas est sanctæ et sapientis Deitatis, quæ in Patre et Filio consideratur. » Idem in libris ad eumdem : « Spiritus sanctus velut operatio quædam naturalis et viva, atque, ut ita dicam, qualitas Deitatis Filii est, et tanquam quidem vapor, seu qualitas est substantiæ Patris. » Idem in illud : *Non enim loquetur a semetipso* : « Non enim Spiritus sanctus alienus intelligitur a substantia Unigeniti, procedit autem naturaliter ex ipsa. Nihil aliud præter ipsum (Unigenitum) exsistens quantum spectat ad identitatem naturæ ; quamvis etiam intelligatur per se subsistens. »

Sanctus Epiphanius in *Ancorato* ait : « Spiritus incomprehensibilis, non alienus a Patre et Filio,

A ματος τὸ ἰδίωμα λαβόντες ὡς παράδειγμα, τὴν ἀλληλουχίαν τῶν θείων παρεστήσαμεν διὰ τῆς τῶν μελῶν ἀναλογίας τε καὶ εἰκασίας. Ταύτῃ γὰρ καὶ Πνεῦμα στόματος αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ Θεοῦ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεται, στόματος ὄντος τοῦ Μονογενοῦς. Καὶ Πνεῦμα πάλιν ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ ἀποστελλόμενον οὐ μόνον παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ. » Καὶ μετά τινα, « Καὶ μὴν ὁ Κύριος δεικνὺς αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ ὑπάρχειν, ἐμφυσῶν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε, « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Οἱ μὲν γὰρ ἀπόστολοι δεόμενοι, καὶ οἷα δεσπότῃ λιτανεύοντες, τοῖς ἀξίοις τῆς ἑαυτοῦ ἐπιφοιτήσεως εἰσοίκιζον, ὡς ἂν εἴποι τις, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὁ δὲ Σωτὴρ ἡμῶν ἐξ ἑαυτοῦ ὡς ἀπό τινος θησαυροῦ παρεῖχεν αὐτὸ τοῖς διὰ βίου B καθαρότητα γενομένοις ἱκανοῖς. » Ἐν τῷ αὐτῷ, « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Πνεῦμα στόματος τοῦ Θεοῦ χρηματίζει· στόμα γὰρ Πατρὸς ὁ Υἱός. » Πάλιν ἐν αὐτῷ, « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀληθείας Πνεῦμά ἐστι. Τοῦτο δὲ παρὰ μὲν τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, λαμβάνει δὲ παρὰ τοῦ Υἱοῦ. »

Ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, *Τὰ γράμματα τῆς σῆς ἱερᾶς διαθέσεως*, φησὶ, «Καὶ ὁ μὲν Υἱὸς φησὶν, « Ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρὸς, ταῦτα καὶ λαλῶ εἰς τὸν κόσμον· » τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνει. « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ γὰρ, φησὶ, λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. » Καὶ πάλιν ἐντῇ αὐτῇ· « Ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ Υἱοῦ τοῦ ζῶντος Λόγου, μίαν εἶναι δεῖ τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φωτιστικὴν ζωὴν, οὖσαν C ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ δωρεὰν, ἥτις γε ἐκ Πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι· ἐπειδὴ παρὰ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ Πατρὸς ὁμολογουμένου ἐκλάμπει, καὶ ἀποστέλλεται, καὶ δίδοται. » Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν τρίτῳ, « Οὐ τὸ Πνεῦμα συνάπτει τὸν λόγον τῷ Πατρὶ, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Λόγου τοῦτο λαμβάνει. »

Ὁ θεῖος Κύριλλος εἰς τὸ, *Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει*, « Ἀκατηγόρητον οὖν παντελῶς, καὶ λοιδορίας ἀπάτης ἔξω κεῖσεται τὸ λαβεῖν λέγεσθαί τι παρὰ τοῦ Μονογενοῦς τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. Προῒὸν γὰρ δι' αὐτοῦ φυσικῶς, ὡς ἴδιον αὐτοῦ μετὰ πάντων ὧν ἔχει, τελείως λαμβάνειν λέγεται τὰ αὐτοῦ. » Ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ε' τῶν *πρὸς Ἑρμείαν*, « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οἱονεί τις φυσικὴ ποιότης τῆς ἁγίας τε καὶ σοφῆς D θεότητός ἐστι, τῆς ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ νοουμένης. » Ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς πρὸς Ἑρμείαν, « Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡς ἐνέργειά τις φυσικὴ καὶ ζῶσα, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω, ποιότης τῆς θεότητος τοῦ Υἱοῦ ἐστι, καὶ ὥσπερ τις ἀτμὶς ἢ ποιότης ἐστὶ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός. » Ὁ αὐτὸς εἰς τὸ, *Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ*, « Οὐ γὰρ ἀλλότριον τῆς τοῦ Μονογενοῦς οὐσίας τὸ ἅγιον νοεῖται Πνεῦμα. Πρόεισι δὲ φυσικῶς ἐξ αὐτῆς, οὐδὲν ἕτερον παρ' αὐτὸν ὑπάρχον ὅσον εἰς ταυτότητα φύσεως, εἰ καὶ νοοῖτο ἰδιοσυστάτως. »

Ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος ἐν τῷ καλουμένῳ Ἀγκυρωτῷ φησὶ, « Τὸ Πνεῦμα ἀκατάληπτον, οὐκ ἀλλό-

Digitized by Google

τριον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, οὐδὲ συναλοιφή ἐστι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Πνεῦμα ἅγιον, οὐ συνίδελφον, οὐ πατράδελφον, οὐ προπάτορον, οὐκ ἔκγονον, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Αὐτὸς γὰρ ὁ Μονογενὴς λέγει, « Τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, » καὶ « Τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, » καὶ « Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, » ἵνα μὴ ἀλλότριον νομισθείη Πατρὸς μηδὲ Υἱοῦ. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ. » Καὶ μετὰ πολλά, « Ἀμφότερα κατοικεῖ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ δικαίῳ ὁ Χριστὸς καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. Εἰ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς πιστεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὡς φησιν ὁ Χριστός, « Ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, » καὶ « Οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται · » καὶ μετ' ὀλίγα, « Ἀλλ' ἐρεῖ τις, οὐκοῦν φαμεν δύο εἶναι Υἱούς · καὶ πῶς Μονογενής; Μενοῦν γὲ σὺ τίς εἶ ὁ ἀντιλογιζόμενος τῷ Θεῷ; Εἰ γὰρ τὸν Υἱὸν καλεῖ τὸν ἐξ αὐτοῦ, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα τὸ παρ' ἀμφοτέρων · ἃ μόνον πίστει νοούμενα ὑπὸ τῶν ἁγίων, φωτεινὰ, φωτοδότα, φωτεινὴν τὴν ἐνέργειαν ἔχει. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Πνεῦμα ἅγιον, Πνεῦμα ἀληθείας, ἔστι φῶς τρίτον παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Ὃν γὰρ τρόπον οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, οὐδὲ τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, οὕτω τολμῶ λέγειν, ὅτι οὐδὲ τὸ Πνεῦμα εἰ μὴ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς παρ' οὗ ἐκπορεύεται, καὶ παρ' οὗ λαμβάνει, καὶ οὐδὲ τὸν Υἱὸν καὶ τὸν Πατέρα, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ δοξάζον ἀληθῶς, τὸ διδάσκον τὰ πάντα, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. » Καὶ μετά τινα, « Τοίνυν Πατὴρ ἦν ἀεὶ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ πνέει. » Πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ, « Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου, » φησὶν ὁ Δαβίδ. Αὐτός ἐστιν ὁ Κύριος ὁ εἰπών, « Ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ οἱ νεανίσκοι αὐτῶν ὁράσεις ὄψονται · » τρία πρόσωπα ἁγίας λειτουργίας δείκνυσιν ἡμῖν, ὑπόστασιν ἐξ ὑποστάσεως οὔσης τρίτης. »

neque Patris et Filii est commistio. » Et paulo post : « Spiritus sanctus non frater, non patruus, non avus, non nepos, sed ex eadem Patris Filiique substantia. » Et paulo post : « Ipse enim Unigenitus dicit : « Spiritus Patris, » et, « Qui a Patre procedit, » et, « De meo accipiet, » ut non alienus a Patre vel Filio crederetur. » Et post pauca : « Ex Patre Filioque tertius appellatione. » Et post multa : « Ambo in justo habitant Christus, ejusque Spiritus : quod si Christus ex Patre creditur Deus de Deo, et Spiritus, qui a Christo, seu ex ambobus, ut testatur Christus : « Qui a Patre procedit, » et : « De meo accipiet. » Et post nonnulla : « Sed dicet aliquis, duos ergo filios esse dicimus ; et quomodo unigenitus? Imo vero tu quis es, qui contradicis Deo ? Si enim Filium vocat, qui ex ipso, Spiritum vero sanctum, qui ex ambobus ; eæ tres personæ sola fide a sanctis viris perceptæ lucidæ, ac lucis auctores ; lucida sunt actione præditæ. », Et post pauca : « Spiritus sanctus, Spiritus veritatis est a Patre Filioque lumen tertium. » Et post nonnulla : « Quemadmodum enim nemo novit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater, ita dicere audeo, neque Spiritum novit quispiam, nisi Pater et Filius a quo procedit, et a quo accipit ; et neque Filium et Patrem, nisi Spiritus sanctus, qui vere glorificat, qui docet omnia, qui a Patre et Filio. » Et post nonnulla : « Igitur Pater semper exstitit, et Spiritus ex Patre Filioque spiratur. » Rursus in eodem : « Emitte lucem tuam et veritatem tuam, » ait David, ipse Dominus est, qui dixit, « In novissimis diebus effundam de Spiritu meo in omnem carnem, et prophetabunt filii eorum et filiæ eorum, et adolescentes ipsorum visiones videbunt, » tres personas sacræ functionis nobis ostendit, nimirum hypostasim ex hypostasi usque ad ternarium. »

Ἔτι ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῷ α' τῶν *πρὸς Εὐνόμιον* Ἀντιῤῥητικῶν, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Οὐκ ἦν ὡς ἔοικεν*, « Ὃν τρόπον προθεωρεῖται ἡ ὑπόστασις τοῦ Πατρὸς τῇ τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσεως τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ, ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος · ἐν μόνῃ τῇ τάξει τῇ κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν δηλαδὴ τὴν διαφορὰν ἔχει. Ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν, οὕτω πάλιν καὶ τοῦ Μονογενοῦς ἔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως. »

Præterea, Gregorius Nyssenus, in primo libro *contra Eunomium*, cujus initium : *Non erat ut apparet :* « Quemadmodum hypostasis Patris præintelligitur hypostasi filii ratione causæ, eadem ratio et de Spiritu. Nimirum in solo ordine qui est secundum causam et causatum differentiam habet ; ut enim Filius conjungitur Patri, atque ab ipso habens esse, non est posterior secundum exsistentiam ; ita rursus Spiritus sanctus conjungitur Filio, cum tantum cogitatione mentis juxta rationem causæ hypostasi Spiritus sancti præintelligatur. »

Ἔτι Γρηγόριος ὁ Θεολόγος περὶ τῆς σχέσεως ἢ τάξεως ἣν ἔχει ὁ Υἱὸς πρὸς τὸ Πνεῦμα, καὶ τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Υἱὸν, ἥτις δὴ τάξις ἐπὶ τῶν θείων προσώπων μόνον κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν δύναται λαμβάνεσθαι, κατ' ἄλλο δὲ οὐκ ἐγχωρεῖ, ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος Ἀντιῤῥητικῷ οἷον ἀντιθετικῶς λέγει · « Τί οὖν λείπει, φησὶ, τῷ Πνεύματι πρὸς τὸ εἶναι Υἱόν; Εἰ μὴ γὰρ λεῖπόν τι ἦν, Υἱὸς ἂν ἦν. » Τοῦτο μὲν τὸ τῆς ἀντιθέσεως · ἐπιφέρει δέ · « Οὐ

Præterea Gregorius Theologus de habitudine, seu ordine quem habet Filius ad Spiritum, et Spiritus ad Filium, qui certe ordo in divinis personis tantum secundum causam, et causatum accipi potest, alio vero modo non licet ; in oratione confutatoria de Spiritu sancto, quasi sibi objiciendo, ait ; « Quid igitur, inquit, deest Spiritui ad hoc ut sit Filius? nisi enim quidpiam deesset, Filius esset. » Hæc quidem est objectio. Infert vero : « Non de-

Digitized by Google

esse dicimus, neque enim Deus egens est, sed emanationis, ut ita dicam, sive habitudinis ad invicem differentia, differentem etiam ipsorum appellationem effecit.»

Præterea beatus Augustinus, in libro *De fide ad Petrum*: «Æternum quippe et sine initio est Filius, qui de Patris natura natus exsistit; et æternum ac sine initio est, quod Spiritus sanctus de natura Patris Filiique procedit.» Rursus in eodem libro: «In illa igitur Trinitate, quæ ideo a nobis repetitur toties, ut nostro cordi tenacius infigatur, unus est Deus Pater, qui solus essentialiter de se unum Filium genuit; et unus Filius, qui de uno Patre solus est essentialiter genitus; et unus Spiritus sanctus, qui solus essentialiter de Patre, Filioque procedit.» Rursus in eodem: «Neque enim in illa Trinitate proprium esset solius Patris, quia non est natus ipse, sed unum Filium genuit; neque proprium solius Filii, quia non genuit ipse sed solus de Patris essentia natus est; neque proprium Spiritus sancti, quia nec natus est ipse, nec genuit, sed solus de Patre Filioque procedit.» Rursus in eodem libro, capite undecimo: «Firmissime tene, et nullatenus dubites, eumdem Spiritum sanctum, qui Patris et Filii unus est Spiritus, de Patre et Filio procedere.» Idem Augustinus, in Expositione Evangelii secundum Joannem, et libro quarto *De Trinitate*, capite vicesimo: «Neque enim flatus ille corporeus cum sensu corporaliter tangendi procedens ex corpore, substantia Spiritus sancti fuit, sed demonstratio per congruam significationem non tantum a Patre, sed et a Filio procedere Spiritum sanctum.» Idem in XV libro *De Trinitate*, cap. 17: «Non frustra in hac Trinitate non dicitur Verbum Dei nisi Filius; nec donum Dei, nisi Spiritus sanctus; nec de quo genitum est Verbum, nec de quo procedit principaliter Spiritus sanctus, nisi Deus Pater. Ideo autem addidi principaliter, quia et de Filio Spiritus sanctus procedere reperitur; sed quoniam hoc quoque illi Pater dedit, non jam exsistenti, et nondum habendi, sed quidquid unigenito Verbo dedit; gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, ut etiam de illo donum commune procederet, et Spiritus sanctus esset amborum.»

Hilarius in sermone, qui legitur prima Dominica post Pentecostem in festo sanctissimæ Trinitatis (5), ait: «Credimus sanctam Trinitatem, id est,

A λείπειν φαμὲν, οὐδὲ γὰρ ἐλλειπὴς Θεὸς, τὸ δὲ τῆς ἐκφάνσεως, ἵν' οὕτως εἴπω, ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον, διάφορον αὐτῶν καὶ τὴν κλῆσιν πεποίηκεν.»

Ἔτι ὁ μακάριος Αὐγουστῖνος ἐν τῷ *πρὸς Πέτρον περὶ πίστεως*, «Ἀϊώνιον γὰρ καὶ ἀναρχόν ἐστιν ὅπερ ὁ Υἱὸς ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας γεννώμενός ἐστι· καὶ αἰώνιον καὶ ἀναρχὸν ὅπερ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς τοῦ Πατρός τε Υἱοῦ τε φύσεως ἐκπορεύεται.» Πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ, «Ἐν ἐκείνῃ γοῦν τῇ Τριάδι, ἣν τοσάκις ἐπαναλαμβάνομεν, ὅπως ἐν τῇ ἡμετέρᾳ καρδίᾳ σφοδρότερον ῥιζωθείῃ, εἷς ἐστι Θεὸς ὁ Πατὴρ, ὁ μόνος οὐσιωδῶς ἀφ' ἑαυτοῦ Υἱὸν ἕνα γεννήσας· καὶ εἷς ὁ Υἱὸς, ἀφ' ἑνὸς Πατρὸς μόνος οὐσιωδῶς γεννητός· καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον, τὸ μόνον οὐσιωδῶς ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον.» Πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ, «Οὐδὲ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ Τριάδι ἴδιον τοῦ Πατρός ἐστι μόνου, ὅτι ἀγέννητός ἐστιν, ἀλλ' ὅτι μονογενῆ Υἱὸν ἐξ ἑαυτοῦ γεγέννηκεν· οὐδὲ ἴδιον τοῦ Υἱοῦ μόνου, ὅτι οὐ γεγέννηκεν, ἀλλ' ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γεγέννηται· οὐδὲ ἴδιον τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅτι οὔτε γεγέννηται, οὔτε ἐγέννησεν, ἀλλ' ὅτι μόνον ἐκ τοῦ Πατρὸς Υἱοῦ τε ἐκπορεύεται.» Πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ ἐν ια' κεφαλαίῳ· «Βεβαιότατα κάτεχε, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον ἀμφίβαλλε, αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐστι Πνεῦμα, ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι.» Ὁ αὐτὸς ἐν τῇ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἑρμηνείᾳ· «Τὸ σωματικὸν ἐκεῖνο ἐμφύσημα οὐχ ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὐσία ὑπῆρχεν, ἀλλ' ἀπόδειξις διὰ προσφυοῦς σημασίας οὐκ ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι.» Ὁ αὐτὸς ἐν ιζ' κεφαλαίῳ τοῦ ιε' τῶν *Περὶ Τριάδος* βιβλίων, «Οὐ μάτην ἐν τῇ Τριάδι οὐ λέγεται Λόγος Θεοῦ εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, οὐδὲ δῶρον Θεοῦ εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐδὲ ἐξ οὗ ἐγεννήθη ὁ Λόγος, καὶ ἐξ οὗ ἐκπορεύεται ἀρχοειδῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ μὴ ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· διὰ τοῦτο δὲ προσέθηκα ἀρχοειδῶς, ἐπειδὴ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα εὑρίσκεται ἐκπορευόμενον· ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τοῦτο αὐτῷ ὁ Πατὴρ ἔδωκεν οὐκ ἦδη ὑφεστηκότι, καὶ μήπω ἔχοντι, ἀλλ' ὅ τί ποτε τῷ μονογενεῖ Λόγῳ δέδωκεν, ἐν τῷ γεννᾷν δέδωκεν· οὕτως ἄρα αὐτὸν ἐγέννησεν, ὡς ἐξ αὐτοῦ τὸ δῶρον κοινὸν προέρχεσθαι, καὶ Πνεῦμα ἅγιον εἶναι ἀμφοῖν.»

Ἔτι ὁ ἅγιος Ἱλάριος ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἀναγινωσκομένῳ τῇ μετὰ τὴν Πεντηκοστὴν Κυριακῇ ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς ἁγίας Τριάδος φησὶ, «Πιστεύομεν

(5) Hoc Hilarii testimonium nusquam reperitur. In antiquis Breviariis exstat quidem homilia, quam hic citat bona fide Demetrius, sed sub titulo S. Augustini *De Trinitate*, duoque Breviaria reperi sub hoc titulo, quæ non expresse indicant locum Augustini: alterum cum hac inscriptione, *Breviarium secundum consuetudinem Ecclesiæ Placentinæ*, locus est in Hispaniis, quocirca et Breviarium a principio habet sculpta insignia illius regni seu provinciæ: alterum cum hoc titulo: *Breviarium monasticum secundum ordinem Camaldulensem*. At vero tertium Breviarium his antiquius habet lectiones cum hoc titulo: *Sermo de S. Trinitate collectus ex diversis dictis sanctorum*, hocve modo inscribitur: *Breviarium monasticum secundum ritum et morem monachorum nigrorum ordinis S. Benedicti de observantia, Casinensis congregationis, alias S. Justinæ*. Quartum Breviarium carebat prorsus omni titulo tam in lectionibus quam a principio; existimatur autem esse Romanum; fortassis tempore Demetrii aliud exstabat Breviarium, quod titulum in lectionibus præ se ferebat, S. Hilarii,

Digitized by Google

τὴν ἁγίαν Τριάδα, τουτέστι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἕνα Θεὸν παντοδύναμον, μιᾶς οὐσίας, μιᾶς ὑπάρξεως, μιᾶς ἐξουσίας, δημιουργὸν πάντων τῶν κτισμάτων, ἐξ οὗ τὰ πάντα, δι' οὗ τὰ πάντα, ἐν ᾧ τὰ πάντα· Πατέρα οὐκ ἀφ' ἑτέρου, Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννητὸν, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, φῶς ἀληθινὸν ἐκ φωτὸς ἀληθινοῦ· οὐ μὴν δύο φῶτα, ἀλλ' ἓν φῶς, Πνεῦμα ἅγιον παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐπίσης ἐκπορευόμενον, ὁμοούσιον καὶ συναΐδιον Πατρὶ καὶ Υἱῷ. Πατὴρ ἐν ἑαυτῷ πλήρης Θεός, Υἱὸς πλήρης Θεός, ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθείς, Πνεῦμα ἅγιον πλήρης Θεὸς παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον. Οὐ τρεῖς δέ φαμεν Θεούς, ἀλλ' ἕνα Θεὸν παντοκράτορα, αἰώνιον, ἀόρατον, ἀμετάβλητον, ὅλον πανταχοῦ παρόντα, οὐκ εἰς μέρη διαιρούμενον, ἀλλ' ὅλον ἐν πᾶσιν, οὐ τοπικῶς, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν· ὃς ἀμετάβλητος ὢν ἔκτισε τὰ μεταβλητὰ, καὶ τὰ κτισθέντα κυβερνᾷ· ἀεὶ μένων ὅπερ ἐστὶν· ᾧ συμβεβηκὸς ἀδύνατόν τι παρεῖναι· τῇ γὰρ ἁπλῇ τῆς θεότητος φύσει προστεθῆναί τι ἢ ἀφαιρεθῆναι ἀμήχανον· ἀεὶ γάρ ἐστιν ὅπερ ἐστίν· ᾧ ἴδιόν ἐστιν, ᾧ ἀΐδιόν ἐστιν, ᾧ ταυτόν ἐστι τὸ εἶναι καὶ ζῆν καὶ νοεῖν· καὶ ταῦτα τὰ τρία εἷς Θεὸς, καὶ εἷς Θεὸς ταῦτα τὰ τρία. »

Τὰ μὲν παρὰ τῶν ἁγίων τοσαῦτα, καὶ οὕτω φανερὰ, καὶ ἐκ πολλῶν ὀλίγα συνειλεγμένα· πάντως δὲ οὐ δεῖ καὶ ἕτερα τῶν αὐτῶν προσεπάγειν, δηλοῦντα ὡς ἄρα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαί φασι, τοῦτο μὲν παν-δήλου πᾶσι σχεδὸν ταυτησὶ τῆς ἀποφάσεως τῶν διδασκάλων οὔσης, τοῦτο δὲ καὶ τῶν εἰρημένων ἱκανῶς ἀρκούντων τοῖς φίλοις τῆς ἀληθείας. Καίτοι γε εἰ μηδὲν ἐκείνων εἴρητο, ἐξ ὧν τὸ παρὰ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ καθαρῶς καὶ διὰ πολλῶν ἔχομεν, τοῦτι καὶ μόνον ῥηθὲν, ὡς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει, αὐτοῖς τε ἂν τοῖς διδασκάλοις ἀρκούντως εἶχεν, ὃ καὶ πρότερον εἴρηται, περὶ τῆς ὑπαρκτικῆς πρόοδου διαλεγομένοις τοῦ Πατρὸς, τοῖς τε ζητοῦσι τὴν ἀλήθειαν οὐδὲν πλέον ἐνέδει· ἥ τε γὰρ τάξις ὁμολογεῖται, ὅσον ἧκει εἰς τὴν *διὰ*, ἥ τε αἰτία μετὰ τῆς ζητουμένης λέξεως τῆς δηλωτικῆς τῆς ὑπάρξεως τοῦ Πνεύματος; φανερά. Οὐ γὰρ ἄλλο τι ἐνταῦθα τὸ ἐκπορεύεσθαι ἐμφαίνει, ἢ ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευτὸν; τὴν ὕπαρξιν ἔχει· εἰ μή τις διακονίαν τὴν *διὰ* λέγει παριστᾷν· ὃ περιφανής ἐστι πρὸς τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως καὶ τὰς ἀποφάσεις τῶν θεολόγων ἀντιλογία. Οὐ γὰρ ἂν οὐσιωδῶς οὐδὲ φυσικῶς διὰ τοῦ Υἱοῦ

A Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, unum Deum omnipotentem, unius substantiæ, unius essentiæ, unius potestatis, creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Patrem a semetipso, non ab alio. Filium a Patre genitum, Deum verum de Deo vero, lumen verum de lumine vero, non tamen duo lumina, sed unum lumen. Spiritum sanctum a Patre et Filio æqualiter procedentem; consubstantialem, coæternum Patri et Filio: Pater est plenus Deus in se. Filius est plenus Deus a Patre genitus. Spiritus sanctus plenus Deus a Patre et Filio procedens. Non tamen tres deos dicimus, sed unum Deum omnipotentem, æternum, invisibilem, incommutabilem, qui totus ubique est præsens, non per partes divisus, sed totum in omnibus, non localiter, B sed potentialiter; qui sine commutatione sui mutabilia creavit, et creata gubernat; semper manens quod est; cui nihil accidens esse poterit, quia simplici Divinitatis naturæ nihil addi, vel minui potest; quia semper est, quod est; cui proprium est, cui sempiternum est, cui idem est, esse, vivere, et intelligere. Et hæc tria unus Deus, et unus Deus hæc tria. »

Dicta igitur sanctorum tot sunt, atque adeo clara, ex plurimisque pauca collecta, omnino autem neque opus est, alia etiam adducere, quæ significent, quod nimirum Spiritus sanctus ex Patre per Filium procedat, tum quod hæc sententia doctorum ferme omnibus sit manifesta; tum etiam C quod ea quæ dicta sunt, verum amantibus commode sufficiant. Quamvis si nihil eorum dictum esset, ex quibus illud a Filio, et ex Filio, clare, ac multis habemus, nonne hoc vel solum dictum quod Spiritus sanctus ex Patre per Filium exsistentiam habeat, tum ipsis doctoribus de processione substantiali Patris disserentibus, satis esset, ut antea dictum est, tum iis qui quærunt veritatem nihil amplius foret opus? siquidem et ordo in confesso est, quod spectat ad præpositionem, *per*, et causa manifesta est una cum dictione, quam quærunt, quæ significet exsistentiam Spiritus. Non enim hoc loco quidpiam aliud indicat procedere, quam Spiritum sanctum ex Patre per Filium per D modum processionis exsistentiam habere. Nisi quis dicat præpositionem *per* ministerium designare; quod ad principia fidei, et sententias theologorum manifesta est contradictio. Non enim substantialiter, neque naturaliter per Filium diceretur pro-

quod is scripserit aliquot libros de Trinitate. Fabius Benevolentius, Senensis, qui quinque capita Gennadii pro defensione concilii Florentini Latina fecit, in illis similem locum explicans, cum videret apud S. Hilarium Pictaviensem nihil tale reperiri, posuit in margine alterum Hilarium, qui primo concilio Nicæno interfuerit; sed neque ibi reperitur ullus, qui hoc nomine vocetur, ut constat e subscriptionibus concilii, quamvis non omnes exstent. Certe debuit Benevolentius indicare nobis, ubi repererit hunc fictum Hilarium. Ego censeo Benedictinum Breviarium esse verius, cum hæc con-

junctim et continuata oratione apud hos doctores et auctores minime reperiantur, ut propterea etiam quartum Breviarium neminem citet auctorem, cum nullius omnia sint, sed alia apud alios, et singillatim illud, non dividi Deum per partes, et tria esse unum Deum, et unum Deum tria; item non duo lumina, sed unum lumen expresse leguntur in Gregorio Nazianzeno orat. *De Spiritu sancto*, ubi tria subintelliguntur πρόσωπα, hoc est, tres personæ. Commemorata Breviaria si quis velit suis oculis lustrare, adeat bibliothecam Patrum Societatis Jesu in collegio Romano in Urbe.

Digitized by Google

ficisci, atque esse, ac procedere, habereque existentiam, et id generis. Neque secundum servile ministerium esse per ipsum negarent. Neque eodem modo Filius habere Spiritum, quemadmodum et Pater, tantum cum explicatione, qua dicitur ex Patre per Filium procedere. Cumque multa alia redundent, ex superabundanti demonstratum est iis qui valde contendunt, ex Patre Filioque Spiritum sanctum procedere. Quæ enim quærunt ad docendum hoc et demonstrandum multis ex locis hinc inde colligendo invenire possent, tantum si contentione detracta, atque a tempore nata, animi præoccupatione amputata, cum charitate quærerent; servum enim Domini non oportet litigiosum, sed mitem esse, docibilem, et quotquot Apostolus infert.

Quod autem citati doctores fide sint digni, est quidem hoc verum, cum ex communi consensu, quem de ipsis habemus, tum clarum est a sancta, et œcumenica quinta synodo in sua tertia actione circa medium; quæ sic habet ad verbum : « Sequimur in omnibus sanctos Patres, atque doctores Ecclesiæ, Athanasium, Hilarium, Basilium, Gregorium Theologum, Gregorium Nyssenum, Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Joannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Leonem, Proclum, et recipimus ea omnia quæ de recta fide, atque in condemnationem hæreticorum ab ipsis edita sunt. Recipimus quoque alios sanctos et orthodoxos Patres, qui in Ecclesia Dei fidem orthodoxam usque ad finem irreprehensibiliter prædicarunt; sed et in tomo synodico, quem recitant in ecclesiis, anathemate percutiuntur quotquot non recipiunt nominatim commemoratos doctores, et omnia illorum scripta non confitentur. Peculiari vero ratione sanctum Augustinum sacrosanctæ et œcumenicæ synodi, tertia, sexta, et septima præstantissimum Ecclesiæ doctorem, et sanctum denuntiarunt, ut constat ex Actis ipsarum. » Jam vero de prædicto sancto Anastasio Antiocheno sexta synodus hæc commemorat : « Recipimus sanctum Anastasium, qui orthodoxe responsum dedit pro tomo sancti Leonis et inclyti papæ. » Et iursus : « Sanctum vocat totus Oriens hunc sanctæ memoriæ Anastasium, qui fuit archiepiscopus Antiochiæ, et qui eum non recipit, Deus anathematizet. » Quoniam vero quidam ex scriptis Theodoreti contra sanctum Cyrillum in confirmationem sui erroris nonnulla producunt, noverint sanctam, et œcumenicam sextam synodum inter alia quæ contra Theodoretum decrevit, hæc etiam decernere, in 9 cap. Auctorum ejus : « Si quis scripta Theodoreti contra rectam fidem sancti Cyrilli, et epistolam quæ appellatur Ibæ, atque Theodorum Mopsuestensem, ejusque scripta non anathematizat, et si quis non recipit scripta sancti Cyrilli, præsertim quæ contra Theodorum et Theodoretum, et Andream, Nestoriumque, atque eos et unumquemque ipsorum qui similia ipsis sensecerunt, et in impietate perstant, et mortuos, et non pœnitentes, anathema sit. »

ἐλέγετο προϊέναι, καὶ εἶναι, καὶ ἐκπορεύεσθαι, καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα· οὐδὲ καθ' ὑπουργικὴν διακονίαν εἶναι δι' αὐτοῦ ἀπηγορεύετο· οὐδὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ Υἱὸς ἔχειν τὸ Πνεῦμα, ὥσπερ καὶ ὁ Πατήρ, πλὴν μετὰ τῆς ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λεγούσης ἀποφάσεως. Καὶ πολλῶν ἄλλων ἐπιῤῥεόντων ἐκ περιουσίας ἡ ἀπόδειξις τοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς Υἱοῦ τε ἐκπορεύεσθαι πρὸς τοὺς σφόδρα φιλονεικοῦντας. Δύναιντο γὰρ ἂν ἃ ζητοῦσι πρὸς τὴν τούτου παράστασιν ἄλλο ἄλλοθεν πολλαχόθεν εὑρεῖν, μόνον ἂν τὴν φιλονεικίαν περιελόμενοι, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χρόνου παράλογον πρόληψιν ζητῶσι μετὰ ἀγάπης· δοῦλον γὰρ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἥπιον εἶναι διδακτικόν, καὶ ὅσα ὁ Ἀπόστολος ἐπιφέρει.

Ὅτι δὲ οἱ προκομισθέντες διδάσκαλοι τὸ ἀξιόπιστον ἔχουσιν, ἔστι μὲν καὶ παρὰ τῆς κοινῆς, ἣν ἔχομεν περὶ αὐτῶν ἐννοίας, δῆλον δὲ καὶ ἐκ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου, ἀπὸ τῆς γ' πράξεως αὐτῆς περὶ τὸ μέσον αὐτῆς οὕτω λεγούσης· « Ἀκολουθοῦμεν ἐν ἅπασι τοῖς θείοις Πατράσι καὶ τοῖς διδασκάλοις τῆς Ἐκκλησίας, Ἀθανασίῳ, Ἱλαρίῳ, Βασιλείῳ, Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ, Γρηγορίῳ τῷ Νύσσης, Ἀμβροσίῳ, Αὐγουστίνῳ, Θεοφίλῳ, καὶ Ἰωάννῃ τῷ Κωνσταντινουπόλεως, Κυρίλλῳ, Λέοντι, Πρόκλῳ· καὶ δεχόμεθα πάντα τὰ παρ' αὐτῶν περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ εἰς κατάκρισιν τῶν αἱρετικῶν ἐκτεθέντα. Δεχόμεθα δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἁγίους καὶ ὀρθοδόξους Πατέρας τοὺς ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μέχρι τέλους ἀδιαβλήτως κηρύξαντας. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ λεγομένῳ Συνοδικῷ ἀναθέματι ὑποβάλλονται ὅσοι μὴ κατ' ὄνομα τοὺς εἰρημένους διδασκάλους δεχόμενοι, οὐ πάντα τὰ παρ' ἐκείνων ὁμολογοῦσιν. Ἰδίως δὲ τὸν ἅγιον Αὐγουστῖνον αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι, ἥ τε τρίτη καὶ ἕκτη καὶ ἑβδόμη, ἐξοχώτατον διδάσκαλον τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἅγιον ἐπεκήρυξαν, ὡς ἔστι δῆλον ἐν τοῖς Πρακτικοῖς αὐτῶν. Καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦ προειρημένου θείου Ἀναστασίου Ἀντιοχείας ἡ ἕκτη σύνοδος τάδε φησί· « Δεχόμεθα τὸν ἐν ἁγίοις Ἀναστάσιον ὀρθοδόξως ἀπολογησάμενον ὑπὲρ τοῦ τόμου τοῦ ἁγίου Λέοντος καὶ ἀοιδίμου πάπα. » Καὶ πάλιν, « Ἅγιον ἀποκαλεῖ πᾶσα ἡ ἀνατολὴ τοῦτον τὸν τῆς ὁσίας μνήμης Ἀναστάσιον, τὸν γενόμενον ἀρχιεπίσκοπον Ἀντιοχείας, καὶ τὸν μὴ δεχόμενον αὐτὸν ὁ Θεὸς ἀναθεματίσαι. » Ἐπεὶ δέ τινες ἐκ τῶν παρὰ τοῦ Θεοδωρήτου κατὰ τῶν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου συγγραφέντων εἰς σύστασιν τῆς ἑαυτῶν πλάνης κομίζουσί τινα, μαθέτωσαν ὅπως ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος πρὸς τοῖς ἄλλοις, ἃ κατὰ τοῦ Θεοδωρήτου ἀπεφήνατο, καὶ τάδε φησὶν ἐν θ' κεφαλαίῳ τῶν Πρακτικῶν αὐτῆς· « Εἴ τις οὐκ ἀναθεματίζει τὰ συγγράμματα Θεοδωρήτου, τὰ κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, καὶ τὴν λεγομένην Ἶβιν ἐπιστολήν, καὶ Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας, καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ, καὶ εἴ τις οὐ δέχεται τὰ συγγράμματα τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, καὶ μάλιστα τὰ κατὰ

Θεοδώρου καὶ Θεοδωρήτου καὶ Ἀνδρέου καὶ Νεστορίου, καὶ τῶν τὰ ὅμοια αὐτοῖς καὶ ἑνὸς αὐτῶν περφρονηκότων, ἢ φρονούντων, ἀνάθεμα ἔστω. Τὰ δ' αὐτὰ περὶ αὐτοῦ καὶ ἀπὸ τῶν Πρακτικῶν ἑβδόμης ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου ἔστιν ἀφθονώτερον εὑρεῖν.

runt, seu sentiunt, anathema esto. » Eadem vero de ipso et in Actis sanctæ et œcumenicæ quintæ synodi uberius invenire licet.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Ἐπισυναγωγὴ τῶν εἰρημένων μετὰ ἐπιλόγου.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τούτων ἀρκεῖ. Βούλομαι δὲ ἀναλαβὼν ἐξ ἀρχῆς συλλογίσασθαι τὰ εἰρημένα. Δέδεικται πρῶτον τοῖς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν ἀρνουμένοις πολλὰ τὰ ἄτοπα ἕπεσθαι· δεύτερον κατὰ τίνα τὴν ἔννοιαν ἄλλο οὐσίαν, καὶ ἄλλο ὑπόστασιν οἱ θεολόγοι φασὶν ἐπὶ Θεοῦ· τρίτον οὐσία καὶ ὑπόστασις καὶ ἰδιότης ἐπὶ Θεοῦ ταυτόν ἐστιν κατὰ τὸ πρᾶγμα· τέταρτον ὅτι εἰ καὶ πατρότης οὐσία καὶ ἡ υἱότης, οὐ διὰ τοῦτο ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τὸν Υἱὸν εἶναι Πατέρα, ἢ τὸν Πατέρα Υἱόν· πέμπτον, ὅτι οἱ λέγοντες, ὥσπερ τὸ ἄλλο εἶναι ὑπόστασιν, καὶ ἄλλο οὐσίαν, καὶ ἄλλο πατρότητα ἐπὶ Θεοῦ σύνθεσιν οὐ ποιεῖ, οὕτω καί τινα ἐν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ λεγόμενα ὑφίστασθαι πραγματικὴν τῆς οὐσίας καὶ ἀλλήλων διαφέροντα σύνθεσιν οὐ ποιεῖ, παράλογοί εἰσιν. Ἕκτον, ὅτι οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι θεολογοῦσιν· ἕβδομον, ὅτι οἱ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι ἢ γεννᾶσθαι τὸν Υἱὸν ἀρνούμενοι τὰς ἀρχὰς τῆς πίστεως ἀναιροῦσι, καὶ τοῖς διδάσκαλοις μάχονται· ὄγδοον, τίνα ποτὲ τῆς ἀπάτης αὐτοῖς αἴτια ἐγένετο· ἔνατον, ὅτι τὸ ἐνίστασθαι πρὸς τοὺς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγοντας ἠνάγκασε μὴ ὁμολογεῖν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱόν· δέκατον, τίνας ποτὲ τὰς δοκούσας ἀντιθέσεις καιριωτέρας τοῖς ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγουσιν ἐπάγουσι· καὶ πρῶτον αἱ ἀπὸ τῆς ὁμουσιότητος, καὶ λύσεις τῶν τοιούτων· ἑνδέκατον, ὅτι καὶ ἑτέραν ἀντίθεσιν τοῖς αὐτοῖς ἐπάγουσι, τὴν ἀπὸ τῶν δύο ἀρχῶν, καὶ λύσις αὐτῆς· δωδέκατον, ὅτι οἱ ἅγιοι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα θεολογοῦσι, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι, καὶ ὑπάρχειν, καὶ προϊέναι, καὶ ἀναβλύζειν, καὶ ἐκπορεύεσθαι· καὶ τελευταῖον ἐπὶ πᾶσι τὸ ἐπισυναγωγεῖν τὰ εἰρημένα. Κάνταῦθα δὴ πέρας ὁ λόγος ἐχέτω, ἐπεὶ καὶ μέχρι τούτου σκοπὸς ἦν αὐτῷ. Εἰ μὲν οὖν καὶ τὸ προσῆκον ἀπείληφε πέρας, καὶ διὰ πάντων γενναίως τὸ παρὸν ἀπείργασται σύγγραμμα, τῷ Θεῷ χάρις, τῷ καὶ τοῖς ἀλάλοις λαλεῖν, καὶ τοῖς κωφοῖς ἀκούειν χαριζομένῳ· εἰ δὲ μή, εἴ τι καὶ ἀσθενὲς εἶναι δοκεῖ, μὴ τοῖς, περὶ ὧν ὁ λόγος γέγονε, προβλήμασι, τῷ δὲ εἰρηκότι τὸ ἐλλεῖπον ἀνατιθέσθω. Οἶμαι μέντοι διὰ τὸ τῶν προτεθέντων τῷ λόγῳ ἀληθὲς καὶ τὰ εἰρημένα καλὰ καὶ ἀληθέστατα τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι δόξειν. Πλὴν εἴ τις δι' ἀγροικίαν καὶ βαρβαρότητα, ἢ πονηρίαν καὶ ἀσέβειαν ψυχῆς βουλόμενος παρὰ τοῖς ἀνοήτοις εἶναί τι δοκεῖν σφόδρα κατὰ τῆς ἀληθείας ἀναισχυντεῖν βούλοιτο.

CAPUT XIII.

Brevis repetitio eorum, quæ dicta sunt, cum epilogo.

Quæ igitur recensita sunt de his sufficiant. Volo autem a principio reassumendo quæ dicta sunt, concludere. Primo, ostensum est eos, qui ex substantia Patris esse Filium negant, multa absurda sequi. Secundo, quo sensu aliud substantiam, et aliud hypostasim in Deo theologi asserant. Tertio, substantia, et hypostasis, atque proprietas in Deo secundum rem idem est. Quarto, quamvis paternitas et filiatio sit substantia, non propterea necessario sequitur Filium esse Patrem, vel Patrem Filium. Quinto, qui asserunt quemadmodum aliud esse hypostasim, et aliud substantiam, et aliud paternitatem in Deo compositionem non facit: ita etiam nonnulla, quæ in substantia Dei dicuntur subsistere, quæque realiter ab essentia, et inter se differunt, compositionem non facere, irrationales sunt. Sexto, doctores Ecclesiæ Filium ex substantia Patris esse theologice asserunt. Septimo, qui ex substantia esse, vel generari Filium negant, fidei principia tollunt, et doctoribus adversantur. Octavo, quæ tandem erroris sui fuerint causæ. Nono, quod repugnare iis qui Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere asserunt, coegit, non confiteri ex substantia Patris esse Filium. Decimo, quas tandem objectiones, quæ videntur præcipuæ, inferant iis qui Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere aiunt; et primum, quæ a consubstantialitate ducuntur, et solutiones earum. Undecimo, quod et alteram objectionem iisdem inferunt, quæ a duobus principiis, et ejus solutio. Duodecimo, quod sancti ex substantia Patris et Filii Spiritum theologice philosophantur: et ex Filio esse, atque exsistere, proficiscique atque emanare, item procedere. Ultimo cap. repetitio prædictorum capitum. Atque hoc loco finem sortiatur oratio; quoniam et hucusque ipsi scopus erat. Si igitur convenientem finem assecuta est oratio, atque per omnia strenue præsens volumen absolvit, Deo sit gratia, qui et mutis loqui, et surdis audire largitur; sin minus, si quid etiam imbecillum esse videtur, non quæstionibus, de quibus sermo hactenus fuit, sed disserenti defectus attribuatur. Puto tamen quia vera sunt, quæ oratione proposuimus, fore per Dei gratiam ut etiam nostra dicta bona et verissima censeantur. Nisi quis ob rusticitatem, atque barbariem, seu malitiam, animique impietatem valde contra veritatem velit impudenter se gerere, studens, ut apud stultos aliquid esse videatur.

Digitized by Google

DEMETRII CYDONII

AD BARLAAMUM

EPISTOLA DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI

(Vide inter mutuas Barlaami et Demetrii epistolas in Barlaamo.)

MONITUM

IN ORATIONEM DEMETRII CYDONII DE ADMITTENDO LATINORUM SUBSIDIO.

(COMBEFIS. *Auctar. nov.*, tom. II.)

De Demetrio Cydonio in hæc verba Possevinus ex Volaterrano : *Demetrius Cydonius Thessalonicensis, vir doctus æque ac sanctus, Græca Latinaque facundia præditus, ex patria decedens, Mediolanum venit, ubi litteris Latinis ac theologiæ operam dedit. S. Thomæ Aquinatis libros in Græcum sermonem vertit, quæ versio hodieque in bibl. Vaticana cernitur. Scripsit et contra Eunomium de Divinitate Filii*, etc. Exstat ejus oratio Basileæ edita, de vita et morte. Habent plura ejus bibliothecarum indices. Ex iis una hæc mihi oratio præcipua visa est, ac meo instituto opportuna qua deinceps a Manuele præclare illustrari videretur historia Græca. Nec enim Joannes imperator, quo Romam profecto Demetrius ista oravit, alius videatur quam Joannes Manuelis filius, quem et in Hungariam profectum auxilia corrogaturum habet Franzes c. 41 : *Die 15 Novembr. ann. 6932, Christi 1424, imperator Joannes in Hungariam transiit, fratre suo Constantino despota instituto, et pro se in urbe relicto.* Quam ejus profectionem nec Demetrius silet. Orat ista cum jam Græci, omnibus pene amissis, vix urbem salvam haberent. Argumento autem sunt, cum Demetrii animi in Latinos propensioris, tum iniquioris in eosdem plurium Græcorum, quos ii ultro eorum causa adeuntes pericula, ita ægre admitterent : velut Turcorum, quam Latinorum jugum levius haberent. Præter alia Demetrii monumenta exstat Regio codice prolixissima Oratio Εἰ; τὸν Εὐαγγελισμόν· qua fere omnia spectantia ad hominis lapsum ac reparationem luculentissime tractat ac exsequitur congruentias adducens, quales fere D. Thomas III *Summæ* p. Ejus titulo ita est additum : Οὐ μὴν ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκόμενος, διὰ τὸ τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ ἀποδοκιμασθῆναι· *Haud tamen sermo iste legitur in ecclesia quod reprobatus fuerit ab Ecclesia catholica.* Legi ego, nec aliquid in quo minus Græcis ac nostris conveniat, offendi : eoque existimo reprobatum in odium auctoris, quem velut Λατινόφρονα Græci schismatici odio prosequerentur. Exstat sane ibidem ejus ad archiepiscopum Thessalonicensem Theodorum Glabam fusa satis epistola, qua se purgat, ac queritur de sinistris ab eo sparsis rumoribus, ac quibus traduceret velut hæreticum ; promptum se doceri significans, ut ille meliora ostenderet ac probaret; haud vero cessurum, ut nonnulla patrum populi, hujusve aut illius auctoritate, aut etiam experimento, vel sensu aliquo premeret : quibus plane Ecclesiæ suæ, quam schismate divisam nosset, nec dogmatis omnino sanam, auctoritatem eleval, ac suorum carpit credulitatem, qui schismaticis ac hæreticis magistris adeo tribuant, et nihil præterea reliquum velint ad veritatem indagandam. Quam ergo Græcis schismaticis Cydonii invidiosa memoria, tam Latinis orthodoxis grata debeat esse ac sacra; sitque magis e re Christiana ejus publici juris monumenta facere, quam vel Philothei, vel Cabasilæ, aut aliorum æqualium, quos nihil Cydonio præstantiores doctrina aut eloquii nitore. erroribus in fide cum schismate infectos liquet.

Digitized by Google

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΔΩΝΟΥ

ΡΩΜΑΙΟΙΣ ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΤΙΚΟΣ.

ΕΓΡΑΦΗ ΔΕ ΑΠΟΔΗΜΗΣΑΝΤΟΣ ΕΝ ΡΩΜΗ ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ ΕΠΙ ΤΗΣ ΠΑΤΡΙΑΡΧΙΑΣ ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ ΦΙΛΟΘΕΟΥ.

—

DEMETRII CYDONII

AD ROMÆOS DELIBERATIVA.

PORRO SCRIPTA EST PROFECTO ROMAM IMPERATORE JOANNE PALÆOLOGO, PATRIARCHA DOMNO PHILOTHEO.

—

Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες, χάρις πολλὴ τῷ Θεῷ τῶν ἀγγελιῶν ὑπὲρ ὧν ἥκομεν βουλευσόμενοι. Ταύτας γὰρ πάλαι μὲν ἐποθοῦμεν, καὶ μελλουσῶν, ἡνιώμεθα. Ὡς δ' ἂν εὐξαίμεθα τῶν πραγμάτων ἀρχομένων ἤδη χωρεῖν, τί λοιπόν ἐστι ἢ τὰ ἀμείνω καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἐλπίζειν; Χρὴ δὲ ὑμᾶς φυλάξασθαι τὸ τῶν ἀνοήτων, καὶ ὅσοις περιπίπτουσι κακοῖς οἱ μὴ τοῖς καιροῖς ἐπιστάμενοι χρήσασθαι. Ἔστι δὲ τοῦτο· Πολλοῖς ἡ πρόνοια τὰ συνοίσοντα καὶ ἔνδον ὑποτίθησι, καὶ ἔξωθεν ἀφορμὰς δι' ὧν ἂν σωθεῖεν παρασκευάζει· ἀλλὰ νοῦν μὲν ἐχόντων, χάριν εἰδότες τῶν δεδομένων ἐκείνῃ, μετ' ἀγαθῆς ἐλπίδος πειρᾶσθαι τὰ λείποντα προστιθέναι· οἱ δὲ μηδαμῶς πρὸς τὰς ἐκεῖθεν εὐεργεσίας κινούμενοι, μηδέ τι καὶ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρειν οἰόμενοι δεῖν, ἀλλ' αὐτόματον αὐτοῖς ἥξειν τὴν σωτηρίαν οἰόμενοι, οὐχ ὅπερ οὐδὲν ἐκ τῶν θείων κερδαίνουσιν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὕστερον αὔξουσι δυστυχίας, τοῦτον τῆς ἀναισθησίας κομιζόμενοι τὸν καρπόν.

Τοῦτο τοίνυν ὑμῖν πρῶτον δέομαι, τοῖς λογισμοῖς ὑποθέντας, ὡς Θεός ἐστιν, ὁ τῆς εἰσάπαν ὕβρεως τοὺς Βαρβάρους ὑπὲρ ἡμῶν βουλόμενος ἀπαιτῆσαι, ἐκεῖνα καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν πειρᾶσθαι, ἐξ ὧν συναγωνιεῖσθε μὲν τῇ προνοίᾳ· ὑμᾶς δ' αὐτοὺς καὶ πατρίδα καὶ γένος τῆς αἰσχρᾶς ταύτης τύχης, καὶ τῶν περιεστώτων κακῶν ἀπαλλάξετε. Εἰ μὲν γὰρ μετὰ τῆς γνώμης ταύτης ἀντιλάβοισθε τῶν πραγμάτων, ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν τῷ ὄντι βεβούλευσθε, καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἐλευθερίας ἀγαθοῖς καὶ τὸ παρὰ πάντων ἐπαινεῖσθαι προσέσται· ἂν δὲ τοῖς ἐκ τῶν κοινῶν κακῶν τὰς ἰδίας ὠφελείας αὔξειν ζητοῦσιν ἀκολουθήσετε, οὐδ' ἡ τῶν ἀνδραπόδων ἡμῖν καταλείπεται τύχη· ἀλλ' αἰσχρῶς ἀποθανόντας ἀνάγκη στήλην κακῶν ἀθάνατον τὴν πατρίδα καταλιπεῖν. Μὴ δὴ τῶν πρὸς ὑμᾶς διαβάλλειν ἐπιχειρούντων τοὺς συμμάχους ἀνέχεσθε, μηδὲ ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς λυσιτελεῖν τὰς ὑποψίας ταύτας νομίζετε. Ταῦτα μὲν γὰρ

B Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τὰς τῶν βασιλέων γονὰς ἐτηρεῖτο· καὶ παρ' ἡμῖν ὁ τῆς πόλεως οἰκιστὴς ἐπαιδοποιεῖτο· τοὺς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ διαδεξομένους ἐνταῦθα καθίστη· καὶ μετὰ τῆς πόλεως αὐτῆς καὶ τὴν ἀρχὴν παρεδίδου, Ῥωμαίοις Ῥωμαίων ἄρχουσι δι' αἰῶνος· οὓς, εὖ ποιῶν ὁ χρόνος, καὶ μέχρις ἡμῶν διεβίβασε· καὶ τηροίη γε τὸ γένος ἀθάνατον. Οὐ μὴν οὐδ' ἑτέροις ἐχρώμεθα τότε τῶν θείων ἐξηγηταῖς· ἀλλ' οἱ αὐτοὶ τῆς τε πολιτείας καὶ τῶν περὶ τὴν εὐσέβειαν ἡμῖν ἦσαν προστάται, ἕως οὔπω τὰ κομψὰ ταῦτα παρὰ πᾶσιν ἐκράτει· ἀλλ' ἦν τι καὶ πέρας τῆς φιλονεικίας. Οὐκοῦν εἰ τὸ πολλά τισιν εἶναι κοινὰ συναλγεῖν ἀλλήλοις πείθῃ τοὺς κοινωνοῦντας, τοῦτο δὲ καὶ τοὺς ἰσχυροτέρους ἀμύνειν πείθει τοῖς ἀσθενεστέροις· ἐπὶ τίνας καταφευξόμεθα δικαιότερον, τούτους παραδραμόντες; C παραπλήσιον ὥσπερ ἂν εἴ τις προπηλακιζόμενος καὶ κακῶς πάσχων, ἕτερον ἠξίου καλεῖν, τῆς μητρὸς αὐτῷ παρισταμένης, καὶ δυναμένης ἀμύνειν. Ὅτι δ' ἡ μητρόπολις τοῖς ἀποίκοις ἐν μητρὸς καθίσταται σχήματι, ἀγνοεῖ μὲν οὐδείς, εἰ μή τις καὶ τῆς ἰδίας φωνῆς οὐκ ἐθέλει συνεῖναι, δηλοῦσι δὲ καὶ οἱ ὑπὲρ τῶν ἀποίκων πρὸς πάντας τοὺς πλεονεκτεῖν βουλομένους τῶν μητροπόλεων ὡς ὑπὲρ ἑαυτῶν γινόμενοι πόλεμοι, ὧν ἀξιολογώτατοί εἰσι, καὶ πολλὴν εὐπορίαν τοῖς συγγράφουσι παρεχόμενοι, οἱ πρὸς τουτουσὶ τοὺς βαρβάρους ὑπὲρ ἡμῶν τούτοις διηνυσμένοι. Ὃ καὶ θαυμάζω, εἰ μηδὲ τὸ τῆς χρείας ὅμοιον τῶν ὁμοίων ἡμᾶς ἀναμιμνήσκει συμμάχων. Τίνες γάρ εἰσιν οἱ μέχρι Συρίας καὶ Παλαιστίνης ὑπὲρ ἡμῶν τοὺς βαρβάρους διώκοντες, καὶ δέκα μὲν μυριάσι νεκρῶν D τὸ περὶ τὸν Ὀρόντην πεδίον καλύψαντες, ἡμῖν δὲ προῖκ' ἀποδεδωκότες, ἃς ἀφῃρήμεθα πόλεις· καὶ τοὺς μὲν πόνους αὐτῶν ποιησάμενοι, τὰ δ' ἆθλα τοῖς ἡμετέροις δεδωκότες καρποῦσθαι· τὴν δ' ἐλευθερίαν καὶ τὴν εὐσέβειαν, πᾶσι τοῖς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦσιν Ἕλλησιν, ὥσπερ τινὰ φυγάδα καταγαγόντες· καὶ ταῦτα τῶν εὖ πασχόντων οὐδὲ χάριν αὐτοῖς τῆς εὐεργεσίας εἰδότων· ἀλλὰ καὶ πολεμεῖν οὐκ ὀκνούντων, καὶ πάντα τρόπον κακούντων τοὺς, ὅπερ μὴ ταῦθ' ἡμεῖς ὑπὸ τῶν πολεμίων πεισόμεθα, πάντα ποιεῖν ἑλομένους;

Ἢ τίνας ἄν τις ἄλλους αἰτιάσαιτο τοῦ νῦν ἡμᾶς εἶναι καὶ ὁπωσοῦν ἢ τοὺς ὀκτακοσίους ἐκείνους, οἳ βασιλεῖ τινι τῶν ἡμετέρων προσθέμενοι, σώφρονι τὰ πάντα καὶ νοῦν, ὡς ἔοικεν, ἔχοντι, αὐτοὶ μὲν ἀπέ-

Digitized by Google

θανον, ἀθάνατον ἐξ ὧν προείλοντο δόξαν κτησάμενοι· ἡμᾶς δὲ πρὸς τὸ μὴ βουλεύειν αἰσχρῶς, καὶ πάντων τῶν τῇ τύχῃ ταύτῃ συγκεκληρωμένων, ἀπήλλαξαν· οὓς, οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι, πύργους τῆς ἡμετέρας εἰπών· ὡς εἰ μὴ σφᾶς αὐτοὺς τότ' ἐκεῖνοι τοῖς βαρβάροις ἀντέστησαν, οὐδ' ἂν ἦν ὑπὲρ ὅτου νῦν ἔδει βουλεύεσθαι. Ἀλλ' ἐῶ τοῦτό γε· οἱ δ' ὀλίγῳ πρότερον τὴν Σμύρναν καταλαβόντες, καὶ τὸν λιμένα μὲν κατασχόντες, οὗ τὰ πᾶσαν τὴν ἡμετέραν ἀοίκητον πεπαιηκότα πλοῖα τῶν βαρβάρων συνηθροίζετο, τὸν δὲ βάρβαρον αὐτόθι πρὸς τοῖς τείχεσι μαχόμενον κτείναντες, οὗ ζῶντος, οὐδὲν τῶν κακῶν ἀνέλπιστον ἦν, πόθεν ὡρμῶντο, καὶ τίσι χαριζόμενοι τοῦτο ἐποίουν; Οὔτε γὰρ Σκυθῶν τινες ἢ Μυσῶν τὰ τοιαῦτα ἐτόλμων, οὔτ' ἄλλοις πλὴν ἡμῶν βοηθήσοντες ἦκον. Οἵ γε γὰρ ἐλθόντες ἐκ τῶν Ἄλπεων ἔπλεον. Καὶ ὁ τῶν Σμυρναίων λιμὴν ἴστε πάντες οἷα πᾶσιν ἡμῖν ἤγειρε κύματα. Πόσον δ' ὑπὲρ τούτου καὶ σωμάτων καὶ χρημάτων πλῆθος καὶ πρότερον ἀνηλοῦσθαι δοκεῖτε, καὶ νῦν ἀναλοῦσθαι κατ' ἔτος; Πάντως ἂν ἔστη καὶ πηγὰς ἔχον ἀρχήν. Κἀκείνων μὲν οἱ κίνδυνοι καὶ τὰ ἀναλώματα· ἡμῖν δὲ καθημένοις τὰ ἐντεῦθεν προσγίνεται κέρδη. Τίνα δὲ λέγω ταῦτα; Τῶν αἰχμαλώτων οἱ καθημέραν ἀνασωζόμενοι, οὓς ἀπειρήκασιν ἀριθμοῦντες, οἷς ταῦτα ἐμέλησεν ἀναγράφειν· αἱ τῶν ἐμπόρων ἀναγωγαί· τὸ μηδὲ τῆς θαλάττης εἴργεσθαι· τὸ τὰς νήσους μὴ ἀνηρπάσθαι· πάνθ' ὅσων πρὶν ἠνειχόμεθα. Τὰ δὲ πρὸς Ἴμβρῳ παρ' αὐτῶν γενόμενα, πρὸς τῆς ἀληθείας αὐτῆς, ὑπὲρ τίνος τις νομίσει πεπρᾶχθαι; Ἢ κἀκεῖ τοὺς βαρβάρους ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀμυνόμενοι, τὰ τοιαῦτ' ἐπεδείκνυντο;

A ipsi quidem mortem obierunt, immortali a proposito animique generositate gloriam consequentes; nos vero cum a turpi servitute, tum a reliquis huic sorti fortunæque conjunctis, liberarunt; quos vere patriæ nostræ propugnacula ac turres dicas: ut nisi se, tunc illi Barbaris objecissent, ne modo quidem esset cujus gratia deliberaremus. Atque id quidem bene; qui autem haud ita pridem Smyrnam ceperunt, ac portum quidem occuparunt, ubi Barbarorum classis, quæ universam terram nostram desolaverat, collecta erat; eodemque loco Barbarum ad muros pugnantem peremerunt (2), quo superstite, nullum erat malorum genus, quod non immineret, undenam profecti erant, in quorumve gratiam, rem ejusmodi præstabant? Neque enim B Scythæ aliqui, aut Mysi talia præsumpserunt; nec ii aliis quam nobis suppetias venerunt: qui enim venerant, ab Alpibus navigarant. Scitis vero omnes, quantos universis nobis excitaverit fluctus Smyrnæ portus. Quantam vero ejus causa hominum multitudinem, quantasve opes, cum prius consumpta existimatis, etiamnumque annis singulis consumi? Plane stitisset cui vel fontes initium fuissent. Ac illi quidem periculis defuncti sunt, sumptusque fecerunt, nobis vero sedentibus, quæ inde sunt lucra, accedunt. Quænam vero hæc dico? Recepti ac salvi quotidie captivi, quibus numerandis ne sufficiebant quidem, qui perscribendis operam ponebant: mercatoribus libera navigatio, ut ne mari arceamur, C ut ne hostes rapuerint insulas, quæcunque demum prius passi sumus. Quæ vero ab eis apud Imbrum gesta sunt, per ipsam obtestor veritatem, cujusnam quis gratia gesta putaverit? Illicne quoque ut Barbaros sui causa ulciscerentur, talia designarunt?

Ἀλλ' οὔτ' ἐκεῖνοι πώποτε καθῆκαν εἰς τὸν Ἀδρίαν, οἵ γε οὐδ' ἴσασιν, οὐθ' εὕροι τις ἂν Ἰταλικὸν ἀνδράποδον ἐν Ἐφέσῳ καὶ Μαγνησίᾳ· ἀλλ' ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ δουλεύοντες πανταχοῦ· ὑπὲρ ὧν ἐκεῖνοι παροξυνθέντες, ὀλίγαις τριήρεσιν ἐπιπλεύσαντες, κατέλαβον τοὺς βαρβάρους, εἴκοσι καὶ ἑκατὸν πλοίοις ἀνδραποδιζομένους τὴν Ἴμβρον. Οἷαν δ' ἐκεῖ τούτους ὑπὲρ ἡμῶν ἀπῄτησαν δίκην, ἴσασιν οἱ μέχρι νῦν ἐκείνων μεμνημένοι τῶν ναυαγίων. Σχεδὸν γὰρ οὐδεὶς τότε λέγεται τῶν βαρβάρων διαφυγεῖν. Καὶ σιωπῶ τὰ ἐν Πελοποννήσῳ ληστρικὰ πλοῖα, καὶ τῶν βαρβάρων τοὺς αὐτόθι διαφθαρέντας, καὶ πάλιν τὰ πρὸς Θετταλίᾳ, καὶ ἱερῷ ὄρει, καὶ Ἑλλησπόντῳ, καὶ πάσαις νήσοις. Σχεδὸν γὰρ ἑκάστης ἡμέρας ἔχουσί τι λέγειν κατὰ τῶν βαρβάρων ὑπ' αὐτῶν πεπραγμένον. Οὕτως αὐτοῖς μὲν τὸ νικᾶν, ἡ ἧττα δὲ

Enimvero neque illi unquam in Adriaticum mare descenderunt, quod ne norunt quidem; nec quis servum ex Italia Ephesi ac Magnesiæ invenerit: nos vero ii sumus, qui ubique gentium servi sumus, quorum illi causa exacerbati, paucis triremibus advecti, Barbaros ceperunt, cum illi centum ac viginti navigiorum classe, Imbrum manciparent. Quam vero graves ab eis pœnas nos ulciscentes exegerint, sciunt qui hactenus facta illic naufragia memoria retinent. Ferunt enim vix quemquam effugisse Barbarorum. Sileo piraticas in Peloponneso naves, ac Barbaros illic internecioni datos: rursumque gesta in Thessalia, monte sancto, Hellesponto ac omnibus insulis. Vix enim præterit dies, quæ D non aliquid in Barbaros ab eis designatum ferat. Sic quidem ipsis, vincere; Barbaris autem vinci a

Fr. Combefisii notæ.

(2) Eamdem Cantacuzenus historiam refert, lib. III, ubi classem Rhodiorum ac aliorum Latinorum, qua Smyrna capta est, 24 triremium fuisse ait, celebratque eorum immensam fortitudinem, ut ipse præsens Ameras non potuerit portum tutari ac urbem. Non liquet quemnam Barbarum Demetrius ibi occisum dicat, a quo tanta Græcis immineret pernicies; nihil enim Cantacuzenus ejusmodi habet. Lubens docerer in quem imperatorem præcedens historia referri debeat, vere illa Latinis ac Occiduis, ut qua alia, gloriosa. Sed et reliqua in eosdem subinde velut obiter dicta ac indicata, omnino illa præclara, ac vere Christiani pectoris cum pari magnanimitate heroum majorum nostrorum, quorum orbis sacro ejusmodi bello facinorum, theatrum fuit, præmiator, Deus ac cœli. Utinam vero tandem aliquando, ac vel sero, nepotes ac filii, vix quidquam generositate impares, ἐμφύλιον, quo discordibus nobis dilabitur res Christiana, commutaverint in vere sacrum, avitaque pietate matrem vindicare studuerint.

Digitized by Google

principio videtur obtigisse. Nec congressionem assignare liceat, qua non victores tropæa erexerint. Enimvero cum ab antiquo cœperint Barbaros prosequi odio, hactenus perseverant, ut nihil unquam fœderis ineundi meminerint: atque adeo res ejusmodi, nedum ævo hoc, nominis eis afferet claritatem; verum etiam futuro magnorum bonorum habet repromissionem. Atqui, quis certius aliquod argumentum velit, ut non ii facile, tanquam colorem sint sententiam mutaturi, quam ut diuturno adeo tempore adversus Barbaros depugnantes, neque ipsi unquam inducias petierint, nec hostibus voluerint concedi, tanquam vero ab ipsa natura in eos bellum susceperint, sic eorum ruinam lucri maximi loco habent? Quod autem non nisi grandi ære talia designare potuerint, ridiculus sim ut probare tentaverim. Sciunt vero qui navales instruunt copias, nihil paucioribus indigere ad commeatum bello comparatam navim, atque indigeat una urbs tota. Tot vero illi continue instruunt classes, ut ludus quidem videatur, quam Græci miserunt expugnatum Trojam: sic velut e fontibus, pecuniæ affluunt. Nec hominum quam pecuniarum minor copia. Per nationes enim, sodalitiaque ac tribus transeunt, ut videantur patria relicta alio commigrare. Quod si quis eo moveri dicat, quod nos miserantes, mala nostra suam ipsorum calamitatem ducant; quid vel parentes ampliorum in nos viscerum ostendere valeant? Sin autem, tantæ illius magnificentiæ præmium, quam inde consequuntur, gloriam quærant, quandonam ii induci possint, ut levibus quibusdam ex causis belli socios deserant; qui vero non iis sint auxiliaturi, quorum salute, tantam habeant reportare gloriam? Sin denique, quod majus veriusque dicatur, quod in suis ac necessariis, quosque ut sua ipsorum membra curent, pietatem videant in discrimen vocari; atque eos qui cum ipsis ac per ipsos universis dominabantur, eorum mancipari servos, quos prius habuissent mancipia pro omnibus ipsi adierunt periculum; unum illud sibi proponentes, quo religionem sacratissimam ab impiorum injuria liberarent, quomodo non eximium quid videatur quod ab eis agitur? Aut quis illustrius possit afferre pietatis indicium? siquidem blasphemantibus Christum, divinisque ejus legibus suam ipsorum opponentibus iniquitatem, inque tantas necessitates dictos ab eo Christianos mittentibus, ut ne quidem alioqui liceat vita superstitem esse, nisi eam quis laudet corruptionem, soli se universis adversaque acie objecerunt. Ac neque civitas est; non insula; non continens, ubi non ii, illius pro pietate zeli assidue specimen edant, eos ad fletum cogentes, qui irrisioni pietatem habent. Ili sunt qui in Africa ac Carthagine numerosa triremium classe, ac pedestribus copiis Barbarorum injuriam cohibent: quique in Ægyptum moventes, illorum metropolim igni, cadaveribus, ac ruderibus repleverint: Asiam vero sic percusserint terruerintque, ut magni æstimet

A τοῖς βαρβάροις ἐξ ἀρχῆς συγκεκλήρωται. Καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε συμβαλόντες οὐκ ἀνέστησαν τρόπαια. Ἀλλὰ μὴν ἄνωθεν τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους μίσους ἀρξάμενοι, δεῦρ' ἀεὶ διαγεγόνασιν, οὐδέ ποτε μνησθέντες σπονδῶν· ὡς τοῦτ' αὐτοῖς οὐκ ἐνταῦθα μόναν εὐκλειαν οἴσον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἀγαθῶν μεγάλων ἔχον ἐπαγγελίαν. Καίτοι τίς ἂν ἄλλο μεῖζον ἔχοι τεκμήριον τοῦ τοὺς ἄνδρας μὴ ῥᾴδιον, ὥσπερ χροιᾶς, μεταβάλλειν τὰς γνώμας ἢ τοσοῦτον χρόνον πολεμοῦντας πρὸς βαρβάρους, ἀνοχὰς μήτ' αὐτοὺς αἰτῆσαι, μήτε θελῆσαι δοῦναι τοῖς πολεμίοις· ἀλλ' ὥσπερ καὶ τὴν πρὸς ἐκείνους μάχην μετὰ τῆς φύσεως δεξαμένους, οὕτω τὴν ἐκείνων ἀπώλειαν ἥδιστον νομίζειν κερδῶν; Ὅτι δ' οὐκ ἄνευ χρημάτων τὰ τοιαῦτα ἂν ἠδυνήθησαν, γέλως μὲν ἀποδεικνύναι

B πειρᾶσθαι· ἴσασι δὲ οἱ τὰς ναυτικὰς δυνάμεις ἐξαρτυόμενοι, ὡς ὅσων μιᾷ πόλει, τοσούτων δεῖ καὶ μιᾷ νηῒ στρατιώτιδι. Ἀποστόλους δ' ἐκεῖνοι τοσούτους συνεχῶς ἐξαρτύονται, ὡς παιδιάν τινα δοκεῖν, ὃν Ἕλληνες ἐπὶ Τροίαν ἀπέστειλαν· οὕτω τὰ χρήματ' αὐτοῖς ὥσπερ ἀπὸ πηγῶν ἐπιῤῥεῖ, καὶ τοῦ τῶν χρημάτων πλήθους οὐχ ἧττον τὸ τῶν σωμάτων. Κατὰ ἔθνη γὰρ καὶ κατὰ φατρίας καὶ κατὰ φυλὰς διαβαίνουσιν, ὡς δοκεῖν ἄλλοσε μετοικίζεσθαι, τὴν πατρίδα καταλιπόντας. Τὸ δ' ἐπὶ ταῦτα κινοῦν εἰ μὲν τὸ συναλγεῖν ἡμῖν εἴποι τις, καὶ συμφορὰν ποιεῖσθαι τὰ ἡμέτερα πάθη, τί τοῖς γονεῦσι περὶ ἡμᾶς ἐπιδείξασθαι πλέον κατέλιπον; εἰ δὲ τὴν ἐπὶ τούτοις δόξαν ἄθλον τῆς τοσαύτης μεγαλοψυχίας ποιοῦνται,

C πότ' ἂν οὗτοι μικρῶν τινων ἕνεκα τοὺς συμμάχους ἐγκαταλίποιεν· ἢ πῶς οὐκ ἂν βοηθεῖν ἐκείνοις, οὓς σώσαντες, τοσαύτην οἴσεσθαι μέλλουσι δόξαν; εἰ δ' ὃ μεῖζον καὶ ἀληθέστερον εἴποι τις, ὡς ὁρῶντες ἐν τοῖς οἰκείοις καὶ ὧν ὡς οἰκείων μελῶν κήδονται, τὴν εὐσέβειαν κινδυνεύουσαν· καὶ τοὺς μετ' αὐτῶν, καὶ δι' αὐτῶν πάντων κρατοῦντας, τοῖς πρότερον ἀνδραπόδοις ἀναγκαζομένους δουλεύειν, αὐτοὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀνεδέξαντο κίνδυνον, ἐν τοῦτο σκοποῦντες, ὅπως τὴν ἁγιωτάτην θρησκείαν τῆς τῶν

D ἀσεβῶν ὕβρεως ἐξαρπάσωσι· πῶς οὐχ ὑπερφυὲς τὸ κατ' αὐτούς, ἢ τί τις λαμπρότερον εὐσεβείας ἐξενέγκαι τεκμήριον; οἵ γε τοῖς τὸν Χριστὸν βλασφημοῦσι, καὶ τοῖς ἐκείνου θείοις νόμοις τὴν παρ' ἑαυτοῖς ἀντιτάττουσιν ἀνομίαν, καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ καλουμένοις τοσαύτας περιτιθεῖσιν ἀνάγκας, ὡς οὐκ ἐνὸν ἄλλως ζῆν, ἂν μή τις ἐκείνην ἐπαινῇ τὴν φθοράν, μόνοι πᾶσιν ἑαυτοὺς ἀντεξήγαγον. Καὶ οὐκ ἔστιν οὐ πόλις, οὐ νῆσος, οὐκ ἤπειρος, οὗ μὴ συνεχῶς οὗτοι τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἐπιδείκνυνται ζῆλον, κλαίειν ἀναγκάζοντες τοὺς τῆς εὐσεβείας καταγελῶντας. Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ πρὸς Λιβύῃ μὲν καὶ Καρχηδόνι πολλαῖς τριήρεσι καὶ πεζῇ δυνάμει τὴν τῶν βαρβάρων ὕβριν ἀνείργοντες. Αἰγυπτίοις δὲ ἐπιστρατεύσαντες, καὶ τὴν ἐκείνων μητρόπολιν πυρὸς καὶ νεκρῶν καὶ ἐρειπίων ἐμπλήσαντες· Ἀσίαν δ' οὕτω πλήξαντες, ὥστ' ἀγαπᾷν εἴ μή τι προσπάθοι· τοὺς δ' ἐν Ἑλλησπόντῳ καὶ Προποντίδι καὶ πρὸς μόνην τὴν ἀκοὴν τῆς αὐτῶν δυνάμεως ἀναγκάζοντες φρίττειν. Ἄλλων δέ τινων ὑπὲρ τὸν Καύκασον μαι-

Digitized by Google

νομένων, καὶ τῷ πυρὶ προσαγόντων ἃ προσήκει Θεῷ, ὥσπερ οὐκ ἄλλοις ὑπὲρ τῆς θείας δόξης προσῆκον ἀγαναχτεῖν, οὗτοι τοῖς ὅπλοις ἐκείνοις ἐπιπεσόντες, τὴν ἐκείνων ἔσβεσαν ἀλογίαν, ἀποικίαν τε πέμποντες, καὶ νόμους τιθέμενοι, καὶ πάντα τρόπον τὰ τῶν βαρβάρων ἐξημεροῦντες· οὕτως ἀμήχανόν τινα φροντίδα τὸ Θεῖον ὑπὲρ εὐσεβείας ταῖς ἐκείνων ἐνῆκε ψυχαῖς· ὥστε τοῦτ' αὐτοῖς εἶναι βίον, καὶ τοῦτο σκοπεῖν, ὅτι τοὺς βαρβάρους πλήξαντες, ἀθώους τῆς ἐκείνων ὕβρεως τοὺς μετ' εὐσεβείας ἠρημένους ζῆν ἀποδείξουσιν.

A nihil mali amplioris pati: qui Hellespontum ac Propontidem incolentibus, auditu solo eorum virtutis, horrorem injiciant. Cum autem alii quidam in Caucasi montanis insano errore, Deo debitos, igni deferrent honores, tanquam nulli alii essent quibus pro Dei gloria indignandum incumberet, correptis armis in eos invadentes, alienam a ratione eorum superstitionem exstinxerunt; mittentes coloniam, ac legibus informantes, omnique modo Barbaros delinientes: sic Deus immensam quamdam curam pietatis ergo ac religionis illorum animis immisit; ut hæc eorum vita sit, is scopus, ut percutientes ac percellentes Barbaros, ab eorum injuria incolumes servent pietatis cultores.

Τούτους μὲν οὖν κἂν μὴ βουλομένους καὶ τὴν συμμαχίαν ἀπαγορεύοντας ἔδει προσαναγκάζειν, δεομένους καὶ χρήματ' ὀπισχνουμένους, καὶ πάντα ποιοῦντας, δι' ὧν ἂν μεθ' ἡμῶν στῆναι τούτους ἐπείθομεν, οὐδέσιν ἑτέροις μᾶλλον θαρρεῖν ἔχοντες ἐκ τῶν εἰρημένων. Ἐπεὶ δὲ τούτους ἤγγελται καὶ δὴ παρεῖναι, καὶ τὴν συμμαχίαν ἡμῖν ἐπαγγελλόμενοι τοῖς οὐκέτ' ἀντέχουσιν ἦκον, καὶ τῶν πολλάκις ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ τῶν βαρβάρων αὐτοῖς ἐπιδεδειγμένων ἀναμνησθέντες, ἦλθον ἀποδώσοντες μὲν Θεῷ τὴν ἀναγκαίαν, καὶ ἣν αὐτῷ μάλιστ' ὀφείλειν νομίζουσιν εἰσφοράν, ἀμυνόμενοι δὲ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν, οὓς ἡμεῖς οὐχ οἷοί τ' ἐσμὲν, τολμᾷ τις ἐνταῦθα συμβουλῆς μεμνῆσθαι, καὶ συνάγειν τοὺς σκεψομένους, εἰ δέον ἡμᾶς ἐλευθέρους εἶναι; Τοῦτο γὰρ ἀντικρυς αὐτοῖς φημι βούλεσθαι τὴν παρὰ καιρὸν ταύτην εὐλάβειαν, ἢ μᾶλλον ἀναισθησίαν. Εἰ μὲν γὰρ ἢ μὴ δεῖ συμμάχων ἡμῖν, ἢ τούτων ἐξῆν καλλίους πορίσασθαι, ἢ τυχὸν ὁποιουστινασοῦν γοῦν οἷόν τ' ἦν ἐξευρεῖν, εἶχεν ἄν τινα λόγον τοῖς παραπλῆξιν ἡ πάντα ἄτοπος αὕτη βουλή· ἐπεὶ δὲ τὰ μὲν τῆς πόλεως οἴχεται, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἀνενεγκεῖν ἡμᾶς πάλαι τῶν ἀδυνάτων ὂν κέκριται, οὓς δ' ἂν ἐκαλέσαμεν συμμάχους, οὗτοι πάντες τὴν τῶν πολεμίων εἰλήφασι τάξιν· οὕτω δ' ἔχει τύχης τὰ πράγματα νῦν, ὥστ' εἴ τις ἡμᾶς ἔροιτο, Τίνων ἐστὲ κύριοι; μηδ' ἂν αὐτὸ τοῦδαφος ἀποκρίνασθαι λοιπὸν ὑπάρχειν ἡμῖν· τίς ἡ φιλονεικία δι' ἣν πάντα ἀπολωλεκότες, νῦν καὶ τῶν ἐλπίδων αὐτῶν κινδυνεύομεν στερηθῆναι·

B Illos sane tametsi nollent, bellique societatem detrectarent, abunde nos oporteret cogere, rogantes, promittentes pecunias, omniaque præstantes, quibus nobiscum stare suaderemus, cum ex dictis, nullis aliis perinde fidere habeamus. Ex quo autem etiam adesse nuntiatum est, bellique socios fore spondentes, iis præsto sunt qui necdum eos sibi devincire studebant: atque in memoriam revocantes quæ sæpius in Barbaros nostri causa designassent, Deo quidem reddituri venerunt, necessariam, ac cujus se maxime reos arbitrantur, oblationem, eos autem propter nos ulturi, quos nobis ulcisci non licet; quisne hic consilii audet meminisse, inque consilium cogere deliberaturos, num nos oporteat esse liberos? Perinde enim velle existimo, quem intempestivum timorem prætexunt, seu magis insensibilitatem. Siquidem enim aut non haberemus necessarios belli socios, vel possemus meliores his comparare, ac forte alios quospiam adjutores invenire liceret, haberet utique attonitis rationis aliquid per omnia absurdum consilium; postquam vero civitatis robur exstinctum est, utque nos ipsi a nobis emergere possimus, impossibile pridem judicatum est; quos vero belli nobis asciveramus socios, ii omnes hostium acceperunt partes, atque ad eas modo redacti sumus angustias, ut percontante ex nobis aliquo, quorum domini simus, ne nudum solum nostri deinceps juris esse respondere possimus: quænam hæc contentio, cujus vitio omnibus amissis, ipsius quoque nunc amittendæ spei aleam facimus?

C

Ἢ πρὸς μὲν τοὺς δεῖνας πρέσβεις ἀποστελοῦμεν, καὶ χρήματα δώσομεν, καὶ γάμους ὑποσχησόμεθα, καὶ τοὺς οἰκοτρίβας ἐπὶ τὰς ὑπερορίους στρατείας κινήσομεν· τοὺς δὲ προῖκα συμμαχεῖν βουλομένους ἀποπεμψόμεθα, τὸ μηδενὸς ἡμῶν δεῖσθαι μόνον, ὡς ἔοικεν, ἔχοντες ἐγκαλεῖν· καὶ τοὺς μὲν μὴ βουλομένους ἐπιχειρήσομεν πείθειν· εἰ δέ τις αὐτόματος ἥκε, καταφρονήσομεν· καὶ μὴ φαινομένους μὲν τοὺς συμμάχους ποθήσομεν, φανέντων δὲ ἀμελήσομεν· καὶ τῶν μὲν κινδύνων ἐφεστώτων, θεοί τινες εἶναι δόξομεν, καὶ τὴν εὐτυχίαν ἡμῖν ἀθάνατον πεπηγέναι; Καίτοι εἰ μὲν μηδὲν ἔστι προσδοκῆσαι παρ' αὐτῶν βλαβερὸν, πῶς οὐ παρὰ καιρὸν ἡμῖν τὸ βουλεύεσθαι; εἰ δ' ὑποψία κακῶν ἐπὶ τοῦθ' ἡμᾶς ἄγει, εἰπάτω τις τὸ δέος, δι' ὃ πεθεῖν οὐ δέδοικεν,

D Num, rogo, ad incertos quosdam destinabimus legatos, dabimusque pecunias, ac nuptias promittemus, hominesque domi assuetos, ad peregrinas extraque provinciam expeditiones provocabimus; eos autem qui se gratis in socios belli offerunt, repellemus, unum hoc, puto, illis habentes dandum crimini, quod nullis nostris indigeant? ac nolentes quidem, inflectere conabimur; siquis autem ultro veniat, contemnemus; ac socios quidem cum nusquam apparent, desiderabimus; apparentes vero ac cum videmus, negligemus; imminentibus denique periculis, dii quidam nobis videbimur, fixamque nobis immortalem felicitatem putabimus? Atqui, ut quidem nihil ab eis mali ac injuriæ exspectandum sit, quomodo non importuna nobis

Digitized by Google

del b ratio? sin malorum su picio nos eo ducit, A dicat quis metum, cujus causa non timeat, iis deteriora, quæ timet. Fortes aiunt esse, qui socii veniunt, ac quorum omnibus generositas ac virtus nota sit : velut data opera infirmiores eligendi sint, vel timidos esse oporteat eos qui sunt pro nobis in certamen venturi. Ut enim hoc satis sit, oporteatque commilitones ac socios timidos esse atque imbecilles, quidni ex hisce coturnicum altoribus, balneatoribusque, ac tonsoribus, conscripsistis exercitum, iisque copiis ad bellum vos cum fortissimis instruxistis, ac per eos asserendam patriæ libertatem existimastis? Sin autem aliena hæc ab omni ratione, ne sociorum quidem spes nobis suspecta sit. Porro libens dicentem quemdam audivi, haud videri tutum, ut nobis fortioribus sociis utamur, nisi hostes hostibus commutare velimus : quos patimur, iisdem successuris. Sane vero, subtile hoc rerum examen, eorum dico, qui jam boni aliquid sperent, non eorum qui redacti sint ad extremas angustias, quales nos quisque dixerit. Iis enim qui huc fortunæ venerunt, hoc superest ut supremam tesseram jaciant.

Enimvero quis consilium hoc non ænigmati simile dixerit? Si quidem enim iis, quibus tanquam nobis imbecillioribus sumus usuri, adversus eos belli incumbit moles, qui nos adeo viribus superant, quomodo non id accidit, quod dixi? nimirum simile quidpiam, ac si quis minora minoribus, primis ac a principio majora videri velit. Id enimvero nec C eorum est qui Barbarorum potentiam spectatam habeant, adversus quam indigemus sociorum opera, nec qui nostram, ut sic loqui liceat, virium defectionem, quam oporteat instaurare. Si quis nihilominus ipsas res in consilium velit adhibere, desinet ea metuere quæ metum non habent, nec decent : ac securus consistet. Equidem ut pecuniis promissis, lucrique cupiditate eorum attollentes animos, in belli societatem traxissemus, dici posset, fore non contentos minoribus, cum plura lucrifacere possent : sin vero adeo ab iis distant qui malis lucris rem augere student, ut nec immensos vereantur sumptus, horumque perspicue insensibilitatem accusent; siquidem nullus eis maximarum expensarum finis, quomodo non a sensu abhorret D ut minora periculis conjuncta obtineant, plura eos ac majora profundere, quæ nemine facessente negotium sua possideant? Nam liquet, vel si nos ipsi mercede redderemus, ne partem quidem sumptuum classis recepturos. Non ergo quod prudentum sit, ac nescio quorumnam præstiterunt opus, ut cum quiete plura haberent labore comparandis, anxie postmodum ea quæsierint. Sin quis imperare, quam esse divitem, præstabilius ac augustius putet, eamque illis dicat causam, ut nullis parcant expensis : ipse etiam hominis ratione agentis prudentisque rationem eam admiserim. Etenim nostro imperio nihil augustius fuit. Ac vero, ut quis virorum studium omne ambitionis dicat, haudquaquam erra-

ὧν δέδοικε χείρω. Ἰσχυρούς φησιν εἶναι τοὺς ἐλθόντας συμμάχους, καὶ πολλὴν ἀνδρίαν αὐτοῖς πάντες συνίσασιν· ὥσπερ ἐξεπίτηδες τοὺς ἀσθενεστάτους δέον αἱρεῖσθαι, ἢ δειλοὺς εἶναι τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἀγωνιουμένους. Εἰ γὰρ τοῦτ' ἀρκεῖ, καὶ δεῖ δειλίαν καὶ ἀσθένειαν προσεῖναι τοῖς ἡμετέροις συμμάχοις, τοῦ χάριν μὴ τοὺς ὀρτυγοτρόφους τούτους, καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν βαλανείων καὶ τῶν κουρείων ἀθροίσαντες, στράτευμα κατελέξατε, καὶ μετὰ τούτων τοῖς ἐρρωμενεστάτοις πολεμεῖν παρεσκεύασθε, καὶ διὰ τούτων ἐλευθεροῦν ἐγνώκατε τὴν πατρίδα; Εἰ δὲ ταῦτα παρὰ πάντας ἐστὶ τοὺς λογισμούς, μηδ' ἡ τῶν συμμάχων ἐλπὶς ἡμῖν ὕποπτος ἔστω. Χάριεν δ' ὅ τινος ἤκουσα λέγοντος, ὡς οὐκ ἀσφαλὲς ἰσχυροτέροις ἡμῶν χρῆσθαι συμμάχοις, εἰ μὴ μέλλοιμεν ἐχθροὺς ἐχθροῖς ἀλλάττεσθαι, τῶν ὄντων τοὺς ἐπιόντας. Ἐγὼ δὲ ταῦτα μὲν ἀκριβολογεῖσθαι τῶν ἤδη τι καὶ προσδοκώντων χρηστὸν εἶναι φημι, οὐ τῶν εἰς πᾶν ἀπορίας ἡκόντων, οἵους ἡμᾶς πᾶς τις ἂν εἴποι. Τοῖς γὰρ ἐνταῦθα ἥκουσι τύχης καὶ τὸν ἔσχατον ἀναρρίπτειν κύβον λοιπόν.

Ἀλλὰ μὴν τί τις ἂν λέγοι διαφέρειν αἰνίγματος ταύτην τὴν συμβουλήν; Εἰ γὰρ οἷς ὡς ἡμῶν ἀσθενεστέροις χρησόμεθα, οὗτοι πρὸς τοὺς τοσοῦτον ἰσχυροτέρους ἡμῶν παρατάξονται, πῶς οὐχ ὅπερ ἔφην συμβαίνει; παραπλήσιον ὥσπερ ἂν εἴ τις τὰ τῶν ἐλαττόνων ἐλάττω μείζω τῶν ἐξαρχῆς ἀξιοίη δοκεῖν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὔτε τὴν τῶν βαρβάρων δύναμιν ἐπεσκεμμένων ἐστί, πρὸς ἣν δεῖ τῶν συμμάχων ἡμῖν, οὔτε τὴν ἡμετέραν ἔκλυσιν, εἰ δεῖ τοῦτ' εἰπεῖν, ἣν ἀνακτήσασθαι δεῖ. Ὅμως εἴ τις τοῖς πράγμασιν αὐτοῖς ἀξιοίη χρῆσθαι συμβούλοις, παύσεται τὰ ἀδεᾶ δεδιὼς καὶ τοῦ προσήκοντος ἔξω τῆς ἀσφαλείας ἐχόμενος. Εἰ μὲν γὰρ χρήματ' αὐτοῖς ὑποσχόμενοι, καὶ τῇ τοῦ κέρδους ἐπιθυμίᾳ τὰς γνώμας ἐπάραντες, ἐπὶ τὸ συμμαχεῖν ἐφειλκόμεθα, ἦν ἂν λέγειν ὡς οὐκ ἀρκεσθήσονται τοῖς ἐλάττοσιν, ἐξὸν πλείω κερδαίνειν· εἰ δὲ τοσοῦτ' ἀνομοίως ἔχουσι πρὸς τοὺς πλεονεκτεῖν βουλομένους, ὥστ' εἰσὶν οἱ τὴν ἄπειρον δαπάνην κακίζοντες, καὶ σαφῆ τούτων κατηγοροῦντες τὴν ἀναισθησίαν, εἰ μηδεὶς αὐτοῖς ἐστιν ὅρος τῶν ἀκαίρων ἀναλωμάτων· πῶς οὐκ ἀναίσθητον ὑπὲρ τοῦ τῶν ἐλαττόνων μετὰ τῶν κινδύνων τυχεῖν τὰ πλείω χωρὶς πραγμάτων προῖσθαι; Δῆλον γὰρ ὡς οὐδ' ἂν, ἡμᾶς ἀποδόμενοι, μέρος ἔχοιεν τῶν εἰς τὸν ἀπόστολον τοῦτον ἀνηλωμένων. Οὐ τοίνυν νοῦν ἐχόντων, ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅτων ἔργον εἶεν ἂν εἰργασμένοι, εἰ ὧν ἔδει σὺν πόνῳ κτήσασθαι, πλείω μεθ' ἡσυχίας ἔχοντες, εἶτα περιεργάσαντο. Εἰ δέ τις τὸ ἄρχειν τοῦ πλουτεῖν σεμνότερον οἴεται, καὶ τοῦτ' αὐτοῖς αἴτιον εἶναι λέγοι, καὶ φειδομένους οὐδενὸς ἀναλίσκειν, νοῦν μὲν ἔχοντος κἀγὼ φήσαιμ' ἂν γὰρ τὸν λογισμόν. Τῆς τε γὰρ παρ' ἡμῖν ἀρχῆς οὐδὲν σεμνότερον γέγονε. Καὶ τούτοις ἂν τις φῇ φιλοσαμίας εἶναι πᾶσαν τὴν ἄσκησιν, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς τῶν ἀνδρῶν διανοίας. Ἀλλὰ προσενθυμείσθω καὶ ὡς οὐδ' αὐτῶν οἱ πλείους εἰσὶν ἰδιῶται· ἀλλ' ἑκάστῳ

Digitized by Google

καὶ οἰκία, καὶ πόλεις ἀρχόμεναι, καὶ βῆμα, καὶ πρόσοδοι· καὶ οὐκ ἂν τις ῥᾳδίως ἐκλίποι τὰ οἴκοι σεμνά.

verit ab eorum mentis proposito : cogitet tamen, ut nec eorum plures privatæ sortis homines sint; sed ut singuli domum habeant, subjectasque urbes, ac tribunal, reditusque; utque non facile aliquis deserat, quæ domi augusta ac præclara habet.

Καὶ πρός γε ἔτι οὐχ εἷς τις παρ' αὐτοῖς πάντων ἄρχων τοῖς ἄλλοις χρῆται πρὸς τὰ δοκοῦντα· ἀλλ' ἔστι μὲν ᾧ πάντες ὑπείκουσι τάξεώς τινος ἕνεκα καὶ κόσμου, καὶ τοῦ μὴ φύρεσθαι· οὗτος δὲ, τῶν ἀγώνων λυθέντων, πολλοῖς ἂν ἐκσταίη τῶν νῦν ὑφ' αὐτὸν, καὶ γένους καὶ χρημάτων, καὶ τῆς διὰ πάντων ἀδρότητος· καὶ πλεονεκτεῖν βουληθεὶς, οὐκ ἂν ἔχοι καὶ τοὺς ἄλλους ἐπαινοῦντας τὴν γνώμην. Οὔτ' οὖν ἐκεῖνος ἀδικῶν, πάντας ἀντιλέγοντας ἔχειν βουλήσεται, οὔτ' αὐτοὶ μικρῶν τινων εἵνεκα πονηροί τινες αἱρήσονται δόξαι. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ τῶν τριήρων πληρώματα, αἷς πρὸς τὴν μετακομιδὴν χρῶνται, ἐξ ἐκείνων εἰσὶ τῶν πόλεων, ὧν αἱ ἀποικίαι καὶ οἱ ἔμποροι ἡμῖν· καὶ ἴσασιν, ὡς ἡμῶν κρατηθέντων, κεκλείσονται μὲν αὐτοῖς οἱ λιμένες· τῆς δὲ σιτοπομπίας ἕτερος κύριος ἔσται· καὶ τῆς ἀτελείας, ἧς αὐτοῖς μεταδεδώκαμεν, ἐκπεσοῦνται. Ὥσθ' ἅμα τε ἡ πόλις ἀλώσεται, καὶ οὗτοι δουλεύσουσι, καὶ οὐκ ἂν ἔχοιεν, ὥσπερ ἡμᾶς, καὶ τούτους· τὰ μὲν βιαζόμενοι, τὰ δὲ πείθοντες ἐκ πάντων πλουτεῖν, οἷς ἀμφοτέροις πρὸς ἡμᾶς ἀεὶ χρῶνται. Οὔκουν βούλοιντ' ἂν εἰς τοιαύτας ἀμηχανίας ἐμπίπτειν· ἀλλ' ἐπιοῦσι μὲν τοῖς βαρβάροις καὶ ἡμῖν βοηθοῦσι συμπνεύσουσιν· εἰ δὲ πλεονάζειν ἐπιχειροῖεν, ἡμῖν μᾶλλον προσθήσονται, καὶ μεθ' ἡμῶν αὐτοὺς ἀμυνοῦνται. Ἐπεὶ καὶ τὸ τὰς τριήρεις αὐτοῖς παρασχεῖν, καὶ τῆς στρατείας κοινωνεῖν, τοῦτ' αὐτοῖς βούλεται, τὸ τὴν μὲν πόλιν κινδύνων ἀπαλλαγῆναι, ἡμᾶς δὲ ταύτης βεβαίως ἄρχειν, καὶ τὸ ἀρχαῖον σχῆμα τοῖς πράγμασι τηρηθῆναι· ὡς οὕτω γ' αὐτοῖς ἐσομένης ἀδείας, καὶ πλεῖν ὅποι τις βούλεται, καὶ τὰ ὄντα πλείω ποιεῖν. Ὡς εἴ γ' ἐφ' ἡμᾶς ἥξειν αὐτοὺς ὑπενόουν, αὐτοί τ' ἂν φανερῶς ἐπολέμουν, καὶ ἡμῖν παρῆνουν φυλάττεσθαι. Τί τοίνυν μαλακώτερον τοῦ δύναμιν ἧς τὸ πλεῖον μεθ' ἡμῶν ἐστι, δεδιέναι;

Præterea nullus aliquis apud illos est aliis imperans, quique iis utatur, ad quæ placuerit : verum sit quidem unus quis, cui ordinis causa atque decoris, et ut ne sit confusio, universi subjecti sint : ut tamen solutis certaminibus, multis eorum qui nunc ei subjiciuntur, generis nobilitate ac divitiis cedat, omnique alio splendore ac ornamentis : atque is, ut injuriam velit inferre, haud alios propositi laudatores habuerit. Nec ergo ille injuriam faciens, universos contradicentes velit habere; neque ii ob exigua quædam commoda, pravi quidam ac scelesti videri eligant. Quin et nautici in triremibus homines, quibus ad vecturam utuntur, ex illis sunt urbibus, ex quibus colonias ac mercatores habemus : sciuntque fore ut nobis victis, portus eis claudantur, aliusque emittendæ annonæ atque frumenti dominus sit : utque immunitatem a vectigalibus, quam eis concessimus, amittant : atque adeo nec futuram ignorant, ut mox capta civitate servituri sint : nec enim uti nos sic illos habuerint; qua velut vi, qua sponte, ex omnibus divitiis augeri quærentes, quo utroque in nos semper utuntur. Haud ergo, illi in ejusmodi angustias velint incidere : quin ut in Barbaros quidem invadant, ac nobis auxilientur, cum eis conspirabunt : sin autem injuriam inferre tentaverint, nobis potius adjungentur, ac ipsos nobiscum ulciscentur. Nam etiam præbendo triremes, ac belli societate hoc volunt, ut urbs quidem a periculis liberetur, nos vero firmum ejus teneamus imperium, resque antiquam formam retineant : quod ita libera facultas futura sit, ut quo velint, tuto navigent, augeantque suas facultates. Quamobrem ut suspicio esset movere illos adversum nos, palam ipsi contra pugnarent, ac nobis cavendum monerent. Quid ergo mollius effeminatiusque, quam ut virtutem cujus nobiscum pars maxima sit, timeamus?

Ὅμως, εἴ τις αὐτοῖς πρόσχημα μὲν εἶναι τὴν βοήθειαν λέγοι, τὸ δ' ἀληθὲς, τῆς ἀρχῆς ἐπιθυμοῦντας καὶ τῆς πόλεως, ἔρχεσθαι· πρότερον ἐχρῆν ἐφ' ἑαυτῶν βουλευσαμένους, καὶ τὸν δόλον, ὡς ἐνῆν, συσκιάσαντας, οὕτως ἐπιχειρεῖν· νῦν δ' ἴσμεν ὅσας μὲν πρεσβείας ὁ βασιλεὺς ἐπὶ ταῦτα κεκίνηκεν, ὅσους δ' αὐτοὶ πάλιν ἀνταπέστειλαν πρέσβεις, παρασκευάζεσθαι σφᾶς, καὶ μηκέτι μελλήσειν μηνύοντας. Ἀλλὰ καὶ ἐξ Ἰταλίας ἡ δύναμις ἐκινεῖτο, καὶ τότε προὐπέμψας ἄνδρα, προεροῦντα μὲν, ὡς ἤδη τούτους προσδέχεσθαι χρή· φροντιοῦντα δὲ καὶ τῶν ἀναγκαίων, καὶ ὅσων στρατεύματι δεῖ. Ἦν δὲ οὗτος οὐχ ὁ τυχών· ἀλλὰ κἀκείνοις οἰκεῖος, καὶ παρ' ἡμῖν συχνὴν διατρίψας, καὶ πεῖραν εὐνοίας τῷ βασιλεῖ δεδωκὼς, καὶ δι' οὗ μάλισθ' ὁ βασιλεὺς τούτους ἐκάλει. Εἰ τοίνυν μετ' ἀπάτης ἠβούλοντ' ἡμῖν ἐπιθέσθαι, τίν' εἶχε λόγον αὐτοῖς προλέγειν τὴν ἔφοδον;

Enimvero, ut quis eis auxilium quidem prætexi dicat, revera tamen venire imperandi cupiditate impulsos, et ut urbis potiantur, oportebat prius apud ipsos deliberantes, dolumque, ut licuisset, adumbrantes, sic rem aggredi : nunc vero scimus quam multis imperator legationibus ad hæc viros provocaverit; quotque illi vicissim nuntiis destinatis, adornare classem, nec se ultra moraturos significaverint. Quin jam exercitu ab Italia movente, sub ipsum articulum virum præmiserunt, qui jamjam exspectandos prædiceret, cui etiam necessariorum cura incumberet, ac in exercitum commeatus provisio. Is autem non homo vulgaris erat, sed et ipsis familiaris, ac frequenter apud nos versatus, quique benevolæ mentis specimen imperatori exhibuisset : cujus denique maxime opera imperator illos advocaret. Siquidem ergo fraudem

Digitized by Google

facturi voluissent invadere, quid rationis ut invasionem prædicerent? Nec enim hoc tutius, ut hoste prænonito ad bellum accingaris. Sin autem quis, tametsi præsentientibus nobis nihil inde amplius fore dixerit, quid jam eos ludenda fabula ac decipiendo spectasse dicemus? nisi quis nullo eos fine agere dixerit. Enimvero, id de nostris hisce sermonibus probabili magis ratione dictum videatur, ut eos jactemus temere, nullumque contendendi finem faciamus, qui sedeamus lucro deputantes, ut quid criminis studio inferamus, ut quis bene velit Præterea vero, non hæc Romani a patribus habent, nec eis ea ferenda aut cognata sunt, inquit jurisconsultissimus ille. Quosnam enim priores nobis decipientes, sic de ipsis suspicandi ansam nobis præbuere? Enimvero, multorum quidem, rogati, patrias vindicarunt ac libertatem; ut autem quis eorum causa, quam spes erant, deterior recesserit, nemo hactenus ostendere possit. Quin apud eos adeo virtus hæc summa est ac exsuperans, ut nec desit qui et jam stultitiæ ea parte accuset.

Quippe quis fuit, pro agrorum finibus litem alii intentans, ac de iis cum eo digladians. Ubi porro morte habuit defungi, moriens ipse filiorum atque uxoris curatorem æmulum ex testamento inscripsit. Ac quidem ille, ei moriens confidit, quocum vivens pugna contendisset. Alter autem rebus ipsis opinionem confirmavit, indignum ac turpissimum ratus, ut adversarii de ipso meliora, quam ipse de se sentiret: utque illis humanitatem suffragio asserentibus, ipse sibi crudelitatis conscius esset. Itaque eorum laudans consilium qui ejus illi animi auctores fuissent, haud frustra inimicum sperasse, rebus comprobavit. Cum enim puerum apud se magnifice educavit, tum ejus principatus ac spectantium ad ipsum, curam interim egit, donec ille ejus educatione ac cura, etiam patre imperio aptior redderetur; tumque domui præfecit, idoneum jam qui res domesticas tutaretur. Cæterum quod deinceps sequitur quos non virtutis ildeque fines excedit? Cum enim juvenis, animo juvenili ac ætati congruo esset; neḍumque non quæreret pro beneficiis quibus fuisset affectus gratiam reddere, ut jam quoque correptis armis in eum procederet, qui patris justius quam curatoris omnium suffragio nomen referret; ille, nec illatas a patre injurias in memoriam revocavit, nec in juvenis illa deliria, ut par erat, est exacerbatus; nec denique egit gratias fortunæ, dante ejus ansam stultitia, ut sua ipse eaque, pro quibus ante depugnaverat, reciperet; quin imo, mirabili accessione principium augere, nulla ipse alia mercede, quam eorum qui injuriam fecisse videantur. Sic vero etiam quæ patris essent in adolescentem superare contendit, ut quidem paterna majora pietate ferret; velutque pro pueri petulantia erubescens ipse, ne quis ejus eam improbitatem putavisset, alios dicebat juvenis animum ad ea incitare: monebat vero ut malos ejusmodi consiliarios

Οὐ γὰρ δὴ τό γ' ἐκ προῤῥήσεως πολεμεῖν ἀσφαλέστερον. Εἶ δὲ καὶ προαισθομένοις, οὐδὲν ἔσται πλέον ἡμῖν, φήσει τις, τίνος λοιπὸν αὐτοὺς ἑροῦμεν ἀπατῶντας στοχάζεσθαι; εἰ μή τις πρὸς μηδὲν αὐτοῖς εἶποι βλέπειν τὰς πράξεις. Ἀλλὰ περὶ τῶν ἡμετέρων τουτωνὶ λόγων πιθανώτερον τοῦτο δοξάζειν· ὡς εἰκῇ τούτους ῥίπτομεν, καὶ πέρας ἡμῖν οὐδὲν τῆς φιλονεικίας, οἵ γε καθήμεθα κέρδος νομίζοντες, ἄν τι τοὺς εὖ ποιεῖν βουλομένους αἰτιασώμεθα. Χωρὶς δὲ τούτων οὐκ ἦν ταῦτα Ῥωμαίοις πάτρια, οὐδ' ἀνεκτά, οὐδ' ἔμφυτα, φησὶν ὁ μάλιστα εἰδὼς συμβουλεύειν. Τίνας γὰρ ἄλλους πρὸ ἡμῶν ἀπατήσαντες, ταῦτα παρέσχον ἡμῖν περὶ αὐτῶν ὑποπτεύειν; Ἀλλὰ μὴν πολλοῖς μὲν ἔσωσαν δεηθεῖσι τὰς πατρίδας καὶ τὴν ἐλευθερίαν· ὅστις δὲ δι' αὐτοὺς χεῖρον τῶν ἐλπίδων ἀπήλλαξεν, οὐκ ἂν ἔχοι τις μέχρι δεῦρο δεικνύναι. Καὶ τοσαύτη παρ' αὐτοῖς ἐστιν τῆς περὶ ταῦτ' ἀρετῆς ἡ ὑπερβολὴ, ὥστ' ἤδη τις ἂν αὐτῶν περὶ ταῦτα καὶ εὐήθειαν καταγνοίη.

Τούτων γάρ ἐστιν ὁ πόλεμον πρός τινα περὶ γῆς ὅρων ἐξενεγκών· ἐπεὶ δ' ἀποθάνοι, τῆς χώρας καὶ τοῦ παιδὸς ἀποσχόμενος, ὅτι, φησὶ, τελευτῶν ὁ πολέμιος, ταῖς διαθήκαις παίδων καὶ γυναικὸς αὐτὸν ἐπιμελητὴν παρέγραψε. Καὶ ὁ μὲν ἐθάῤῥει μετὰ τὴν τελευτὴν, ᾧ ζῶν ἐπολέμει· ὁ δ' ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐβεβαίου τὴν δόξαν· αἴσχιστον εἶναι νομίζων βελτίους ἔχειν περὶ αὐτοῦ τοὺς δυσμενεῖς ὑπολήψεις, ὧν αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ· κἀκείνους μὲν φιλανθρωπίαν αὐτῷ μαρτυρεῖν, αὐτῷ δ' αὐτὸν ὠμότητα συνειδέναι. Τοιγὰρ καὶ τοὺς ἐκείνῳ ταύτην δεδωκότας τὴν γνώμην τῆς συμβουλῆς ἐπαινέσας, ἐπὶ τῶν πραγμάτων καὶ αὐτὸς οὐ μάτην ἠλπικότα τὸν ἐχθρὸν ἀπεδείκνυ· καὶ τόν τε παῖδα τρέφων παρ' ἑαυτῷ φιλοτίμως, καὶ τῆς ἀρχῆς καὶ τῶν ἐκείνῳ διαφερόντων ἐπιμελούμενος διεγένετο, ἕως ἐκεῖνον τῇ παρ' ἑαυτοῦ τροφῇ καὶ μελέτῃ καὶ τοῦ πατρὸς βελτίω πρὸς τὸ ἄρχειν ἀπέδειξε, καὶ τότε τῆς οἰκείας ἐφίστη, ἱκανὸν γενόμενον σώζειν τὰ οἰκοι. Τὸ δ' ἐφεξῆς τίνας ἀρετῆς καὶ πίστεως ὅρους οὐχ ὑπερβαίνει; Τοῦ γὰρ νέου συμβαίνουσαν ἔχοντος καὶ τὴν γνώμην τῇ ἡλικίᾳ, καὶ τοσοῦτ' ἀποσχόντος ὧν εὖ πεπόνθει χάριν ζητεῖν ἀποδοῦναι, ὥστ' ἤδη καὶ τὰ ὅπλα ἁρπάσαντα, χωρεῖν ἐπὶ τὸν δικαιότερον ἂν πατέρα ἢ ἐπίτροπον ὑπὸ πάντων κληθέντα· ἐκεῖνος οὔθ' ὧν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἠδίκητο, ἀνεμνήσθη, οὔτε πρὸς τοὺς τοῦ νέου λήρους, ὡς εἰκὸς, παρωξύνθη, οὔτε τῇ τύχῃ χάριν ἔγνω, τῆς ἐκείνου μωρίας καιρὸν παρασχομένης κομίσασθαι μὲν τὰ οἰκεῖα καὶ ὑπὲρ ὧν πρότερον ἐπολέμει· θαυμαστῇ δέ τινι προσθήκῃ τὴν ἀρχὴν αὐξῆσαι, προσλαβόντα τὰ τῶν ὑβριζόντων δοκούντων· ἀλλ' οὕτω καὶ τὰ τοῦ πατρὸς ὑπερβάλλεσθαι τοῖς εἰς τὸν νέον ἐφιλονείκησε, ὥστ' ἠνέσχετο μὲν, ὅσων οὐδ' ἂν ἐκεῖνος· ὥσπερ δ' ὑπὲρ ὧν ἠξίου αἰσχυνόμενος, μή τις αὐτοῦ τὴν ἀγνωμοσύνην ἐκείνην νομίσῃ, ἄλλους ἔλεγεν εἶναι τοὺς αὐτὸν ἐπὶ ταῦτα κεκινηκότας· αὐτὸν δὲ παρῄνει τοὺς πονηροὺς συμβούλους μισήσαντα, τῶν τοῦ πατρὸς διαθηκῶν καὶ

Digitized by Google

τῆς παρ' αὐτῷ παιδείας μεμνῆσθαι, νουθετεῖν ἐγνωκὼς μᾶλλον ἢ πολεμεῖν. Καὶ πολλά τις ἂν ἔχοι τοιαῦτα τῶν ἀνδρῶν τούτων διηγήματα λέγειν. Εἰ τοίνυν καὶ τοῖς ἐχθροῖς ὅτι μόνον αὐτοῖς ἐπίστευσαν, ἀξιοῦσι τὴν ὀργὴν ἀφιέναι, πῶς οὐ γελοῖον τούτους ἀπίστους ἔσεσθαι τοῖς φίλοις νομίζειν; καὶ εἰ τῶν ἀδικεῖν καὶ καταφρονεῖν δοκούντων ἀνέχονται, τί οὐκ ἂν πράξαιεν ὑπὲρ τῶν διδόντων καὶ δεομένων; καὶ εἰ τοῖς πολεμίοις τὰς εἰς αὐτοὺς ἐλπίδας κυρίας ἀξιοῦσι ποιεῖν, πῶς οὐ καὶ πλέον τι πρὸς τοὺς συγγενεῖς ἐπιδείξονται;

A habens odio, testamenti patris ac nuperæ apud ipsum educationis meminisset; admonere doctus, non bellum inferre. Possitque quis ejusmodi plura ab iis gesta narrare. Siquidem ergo etiam hostibus, eo quod ipsis habuissent fidem, remittendas iras putaverunt; qui non ridiculum, ut fidem amicis violaturi credantur; cumque eos sustineant, qui injuria afficere ac contemnere videntur, quid non fecerint eorum gratia, qui et tribuunt, et auxilio adesse precantur? Cum denique hostibus ratas exspectationes velint, qui non majus aliquid adversus cognatos sint designaturi?

Ἀλλὰ μὴν ὅ τε τῆς στρατείας ἐκείνης ἡγούμενος ἀνεψιός ἐστι τῷ παρ' ἡμῖν βασιλεῖ, καὶ πάππος ἀμφοῖν ἦν ὁ τῷ βίῳ δοὺς τὸ θαυμαστὸν ἐκεῖνο διήγημα. Πῶς οὖν ὁ μὲν ἀνέξεται καὶ ταῦτ' εἰς ἀρετῆς λόγον τῶν προγόνων ἀπολειφθῆναι, καὶ τὴν ἑτέρων πλεονεξίαν μιμήσασθαι, ἐξὸν τὴν οἰκείαν δικαιοσύνην, ὁ δ' ὑποπτεύσει τὸν συγγενῆ, ὃν ἡ κοινωνία τοῦ γένους συμφορὰν ἀναγκάζει ποιεῖσθαι τὰ ἡμέτερα πάθη; Ὅλως δὲ Ῥωμαίοις πρὸ πάσης ἄλλης ἀρετῆς ἡ δικαιοσύνη· καὶ δηλοῦσιν οἱ νόμοι, καὶ ἃς ἀπαιτοῦσι δίκας τοὺς ἀδικεῖν ἐγνωκότας. Τὸ δ' ἄπιστον εἶναι παρ' αὐτοῖς, καὶ μετ' ἀπάτης χρῆσθαι τοῖς χρήμασι, τίνος οὐκ αἰσχρότερον βρόχου; οἵ γε μηδ' ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν ὅλων πολέμοις, καὶ οὗ νόμιμον ἀπάταις χρῆσθαι τοὺς στρατηγοὺς καὶ σοφίσμασιν, οὐδ' ἐκεῖ βούλονται μετὰ τοῦ ψεύδους νικᾶν· ἀλλὰ προειπόντες ὡς ἥξουσι, καὶ τοὺς τόπους καὶ τοὺς χρόνους κηρύξαντες ἀντικρύς, οὕτως εἰς τὴν μάχην καθίστανται· τὴν μετ' ἀρετῆς ἧττανοῦ νικᾶν ἀγεννῶς ἀνδράσι μᾶλλον προσήκειν νομίζοντες. Πότ' οὖν ἀπατήσουσι συμμαχοῦντες, οἵ γε μηδὲ μαχόμενοι χρήσιμον οἴονται τὸ ψεῦδος; Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο ἀπορῶ, εἰ παρὼν νῦν ὁ βασιλεὺς τοῖς πράγμασιν ἔτυχε, τίνα ἂν εἶπον οἱ νῦν ταῦτα δημηγοροῦντες. Εἰ μὲν γὰρ κἀκεῖνον ἐκέλευον, οὓς ἐκάλεσε συμμάχους, τούτοις κλείειν τὰς τῆς πόλεως πύλας, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν αὐτῷ προσήκειν τοῦτο τοὔργον ἡγοῦνται. Δῆλον γὰρ ὡς οὐδὲν ὧν ἐλθοῦσιν ὑπισχνεῖτο, τηρῆσαι συνεδούλευον ἄν· καὶ ταῦτ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ἐπίτηδες ἐπὶ τὴν ἀπάτην ἐλθόντα. Εἰ δὲ δέχεσθαι τούτους παρῄνουν, πῶς οὐ τοῦτο καὶ νῦν ἴσασι τὸν καιρὸν ἀπαιτοῦντα. Οὐ γὰρ δήπου τῷ μὲν βασιλεῖ ποιεῖν τὰ δέοντα δώσουσιν· αὐτοῖς δὲ φυλάξουσι τὴν ἀναισθησίαν· καὶ τότε μὲν ἀληθεύειν, νῦν δὲ ψεύδεσθαι νομιοῦσι προσῆκον· καὶ ταῦτα μηδὲν μέλλοντες ἐκ τῆς ἀγχινοίας ταύτης κερδαίνειν.

Enimvero, qui illi exercitui dux præfectus est, consobrinus est nostri imperatoris (3): fuitque utrique avus qui mirabilem eam historiam sæculo reliquit. Quomodo itaque, cum ille adeo a majorum sustineat deficere virtute, ac aliorum imitari improbam cupiditatem cum domesticam liceat justitiam; tum hic cognatum suspectum habeat, quem communio generis mala nostra suam ipsius calamitatem ducere facit? Omnino autem Romani, omni alia impensius virtute, justitiam colunt, ac testantur leges, quasque exigunt pœnas, ab iis, qui injuriam faciunt. Datam autem violare fidem, rebusque agendis decèptione uti, quo non laqueo turpius habent? qui neque in bellis, quibus decernatur de rerum summa, ac quibus lege concessum, ut duces decèptione utantur ac fraudibus, mendacium subsidio adhibentes, vincere velint: quin imo prænuntiantes ut sint venturi, locaque ac tempora designantes, sic bellum committant; decere magis viros existimantes, cum virtute vinci, quam ignave parumque viriliter victoria potiri. Quandonam ergo belli se socios professi, decepturi sunt, qui ne bello quidem cum hostibus e re putent mentiri? Equidem hoc quoque quæro, siquidem ipse præsens imperator deliberationi adesset, quænam præclari hi nunc oratores essent dicturi? Sane ut et illum juberent, urbis portas claudere iis, quos belli socios ascivisset, haud scio unde rem facturum putent, quæ deceret. Liquet enim auctores fore, ut nihil eorum servare, quæ venientibus esset pollicitus; atque id nulla cogente necessitate, sed cum data opera fraudem faceret. Sin autem monerent ut illos susciperet, qui non id quoque modo operæ pretium intelligunt? Nec enim daturi sunt, Imperatori quidem congruere, quæ deceant; sibi autem servaturi insensibilitatem: ac tunc quidem, colendam veritatem, modo autem mendacium putabunt; idque, cum ex ea versutia nihil sit lucri accessurum.

Fr. Combefisii notæ.

(3) Forte ex familia marchionis Montisferrati, cujus filia Irene Andronico Palæologo nupsit, ex quo filios tres suscepit, ex quorum stemmate regia Palæologorum domus deinceps propagata fuit. Vid. Gregoram, lib. VI et VII. Quin et Palæologorum familiam ex Italia ac Viterbio Etruriæ civitate non ignobili originem traxisse, nonnullis placet, quod docet Bizarus, libro I *De bello Veneto*: sed hoc remotius arbitror, quam ut Demetrius eo respexerit, ac ducis Latinorum subsidii Græcorumque imperatoris consanguinitatem inde petierit.

Digitized by Google

Verum si placet, cum alia concedamus admirandis istis consiliariis; tum ratum esto, socios quidem omnia instruxisse ut nobis facerent fraudem; ipsos vero prospicere quod futurum sit, ac qua pollent sapientia, illorum secreta prædicere. Illud vero tantum ex eis percontabimur: siquidem illi destinato nuntio adesse se prædixissent, nihil aliud propositum habentes, quam ut Christi se hostibus opponerent ac ulciscerentur nostras injurias; quippe cum legati imperatoris id ab eis rogassent: venire itaque ideo, cognatis, amicis, patria, ac charissimis domi pignoribus spretis, ut Barbaros quidem male de nobis meritos ulciscerentur, suisque ipsorum sumptibus imperatori regnum restituerent; siquidem ergo venientes rogarent, una nos pro quibus venirent, ponere operam, quidnam dicturi, quidve futuri essemus? Num satis fuerit ut dicamus, vereri nos belli societatem, omninoque, earum rerum neglecta sollicitudine reque infecta esse recedendum? Quibusnam vero verbis eas suspiciones sitis probaturi, virosque convicturi, cum nocere ac injuriam facere meditentur, belli se socios simulare? Quandiu enim nulla perspicua argumenta producetis, deliri videbimini. Sin nullis probationibus convictos remiseritis, vereor ne Barbaris omissis, quibus in eos iris ferebantur, in nos dimittant. Palam enim injuria se affectos putabunt, tum quia vocari tanquam aliquid prodesse possent, postmodum ut nullius momenti imbellesque homines expellantur; tum etiam quod mali quidam, quibus sit constitutum lædere, cum tanquam amicis belli subsidio venissent, habeantur. Deinceps ergo necesse habeamus pugnam instruere, bellique aleam subire: quin potius, quidquid tandem accidat, inevitabile prorsus ab omnibus vituperium erit. Siquidem enim vicerimus, quæ illis damus crimini, in nos ipsos certa exploraque, victoria faciemus; videbimurque eo vocasse viros, quo perderemus. Ea siquidem omnium erit persuasio, quandiu nihil suppetet quod accusemus. Sin autem rem male geramus, pessima omnia turpissimaque pariter sortiemur.

Quod vero hæc potius nos maneant, ut contendere velimus, inde liquet, quod ne meminisse quidem possumus absque horrore, eorum quæ postea futura sint. Nemo quippe adeo contentiosus, ut belli aleam tentantibus ferendum aliquid eventurum speret. Id enim stupor, ut cogitantes Genuensium triremes, utque tunc non fuerimus submersi, nunc quoque restitutos speremus, non simul reputantes Venetorum milites, Arragonumque

Ὅμως εἰ δοκεῖ, τὰ μὲν ἄλλα τοῖς θαυμαστοῖς τούτοις συγχωρώμεθα συμβούλοις· καὶ κείσθω τοῖς μὲν συμμάχοις καθ' ἡμῶν πρὸς ἀπάτην πάντα συσκευάσθαι· αὐτοὺς δὲ προορᾶσθαι τὸ μέλλον, καὶ τἀκείνων ἀπόῤῥητα προλέγειν ὑπὸ σοφίας. Ἐκεῖνο δὲ μόνον τούτους ἐρώμεθα. Εἰ μὲν ἄγγελον πέμψαντες προεῖπον ὡς ἥξουσιν, ἄλλου μὲν οὐδενὸς στοχαζόμενοι· ὅπως δὲ μόνον τοῖς ἐχθροῖς τοῦ σταυροῦ σφᾶς αὐτοὺς ἀντιτάξουσι, καὶ δίκην ὑπὲρ ἡμῶν ἀπαιτήσουσι τούτοις· ὑπὲρ τούτου γὰρ καὶ τοὺς βασιλέως πρέσβεις αὐτῶν δεηθῆναι, αὐτοὺς δὲ συγγενῶν καὶ φίλων καὶ πατρίδος, καὶ τῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἡδέων ἀμελήσαντας ἥκειν, ἀμυνουμένους μὲν ὑπὲρ ἡμῶν τοὺς βαρβάρους, ἀναλώμασι δὲ ἰδίοις συγκαταστησομένους τῷ βασιλεῖ τὴν ἀρχήν· ἂν οὖν ἐλθόντες ἀξιῶσι συνεφάπτεσθαι τούτοις ἡμᾶς ἐφ' οἷς ἦκον, τί ἐροῦμεν, ἢ τί ποιήσομεν; Ἀρκέσει λέγειν ὡς ὑφορώμεθα τὴν συμμαχίαν, καὶ δέδιμεν, καὶ δεῖ πάντως τούτους ἀμελήσαντας ἀπράκτους ἀναχωρεῖν; Καὶ τί λέγοντες οἷοί τ' ἔσεσθε τὰς ὑποψίας ταύτας ἀποδεικνύναι, ἢ τοὺς ἄνδρας τούτου; ἐξελέγχειν, ὡς ἀδικεῖν ἐγνωκότες, συμμαχεῖν προσποιοῦνται; Ἕως γὰρ ἂν οὐδενὶ χρήσθε τῶν φανερῶν τεκμηρίων, ληρήσετε. Εἰ δ' ἐλέγχων χωρὶς ἀποπέμψεσθε, δέδοικα μὴ τοὺς βαρβάρους ἀφέντες, ἐφ' ἡμᾶς ἀφῶσι τὴν κατ' ἐκείνων ὀργήν. Ὑβρίζεσθαι γὰρ ἄντικρυς δόξουσι· τοῦτο μέν, εἰ κληθέντες ὥς τι δυνάμενοι λυσιτελεῖν, ἔπειθ' ὡς οὐδένες ἐλαύνοιντο· τοῦτο δ' εἰ καὶ πονηροί τινες δόξουσιν, ἀδικεῖν ἐγνωκότες, οἷς ὡς φίλοις ἀφίκοντο βοηθήσοντες. Λοιπὸν τοίνυν εἰς μάχην καθίστασθαι, καὶ ταῖς τοῦ πολέμου τύχαις ἑαυτοὺς ὑποθεῖναι· μᾶλλον δ' ὁπότερον ἂν τύχῃ συμβάν, ἄψυκτον ἡμῖν τὴν κατηγορίαν παρὰ πάντων γενέσθαι. Περιγενόμενοι γάρ, ἃ τούτοις ἐγκαλοῦμεν, καθ' ἡμῶν αὐτῶν βέβαια τῇ νίκῃ ποιήσομεν, καὶ δόξομεν τοὺς ἄνδρας ἐπὶ τῷ διεφθαρκέναι καλέσαι. Τοῦτο γὰρ παρὰ πᾶσι κρατήσει, ἕως ἂν οὐδὲν ἔχωμεν ἐγκαλεῖν. Ἂν δὲ σφαλῶμεν, πάντων ὁμοῦ τῶν χειρίστων καὶ τῶν αἰσχίστων κληρονομήσομεν.

Ὅτι δὲ ταῦτα μᾶλλον ἡμᾶς φιλονεικήσαντας ἀναμένει, δῆλον ἐξ ὧν οὐδὲ τοῦ φρίττειν χωρὶς, ἔξεστι τῶν μετὰ ταῦτα μεμνῆσθαι. Οὐδεὶς γάρ ἐστι μέχρι τοσούτου φιλόνεικος, ὃς πολεμούντων ἀνεκτόν τι συμβήσεσθαι προσδοκᾷν. Παραπλήσια γὰρ τὰς τῶν Γενουβίσων ἐνθυμουμένους τριήρεις, καὶ ὡς οὐ κατέδυμεν τότε· καὶ νῦν ἀντισχήσειν ἐλπίζοντας, μὴ καὶ τοὺς τῶν Βενετιῶν στρατιώτας προσενθυμεῖσθαι (4), καὶ τὴν τῶν Ἀῤῥαγώνων ἀνδρίαν· καὶ

Fr. Combefisii notæ.

(4) Perstringit bellum quod multis narrat Cantacuzenus, lib. IV, cujus male gesti Græcis culpam omnem in Nicolaum Venetiarum ducem refundit, periculosiorem hominem, pugnamque quandiu licuit detrectantem. Acceperunt Arragonii maximam cladem prælio ad Galatam commisso, et ubi Genuenses insecuti, in loca aspera incidissent, a quibus sibi Romani, id est, Græci, Venetique locorum peritiores cavissent.

Digitized by Google

ἂς ἀμφότερα προσπαρέχοντο τριήρεις εἰς τὸν πόλεμον τῶν ἐχθρων διπλασίους· καὶ τὰς ἡμετέρας πάλιν τὰς πολλὰς, καὶ ὅσα τότ' ἐτρίφθημεν εἰς μάχην ἐκείνην, καίτοι τοσούτων ἀνεχόντων ἡμᾶς. Μέμνησθε τὰς περιεχούσα; τότε συμφορὰς τὴν πατρίδα, καὶ τοὺς Σωζοπολιτῶν αἰχμαλώτους, καὶ τὴν Περινθίων ἀνάστασιν, καὶ τἄλλ' ὅσων οὐδὲ μεμνημένους μετρίως ἔξεστι φέρειν. Καὶ σιωπῶ τὸ μηδ' ἂν, πολλάκις τοσούτους ἡμᾶς τε καὶ τοὺς τότε συμμάχους ὄντας, πρὸς ὀλίγον τῆς τότε δυνάμεως ἀντισχεῖν. Λέγω γὰρ οὖν ἃ κοινῇ παρὰ πάντων ἀκούω. Εἰ τοίνυν ἀληθὲς ὡς ἡμῖν ἐπιδουλεύουσιν οὗτοι, καὶ ὡς πρὸς ἓν τοῦθ' ὅπως ἡμᾶς δουλώσονται πάντ' αὐτοῖς ἀφορᾷ, κωλύειν δὲ τούτους ἀμήχανον· τίνα ἂν τις τρόπον αὐτοῖς χρήσαιτο μετριωτέροις, καὶ πρὸς τὸ βλάπτειν ὀκνηροτέροις· ἐγκαλῶν καὶ πολεμῶν καὶ μεμφόμενος, ἢ φίλους ἔχειν σχηματιζόμενος, καὶ δεχόμενος προσηνῶς, καὶ συνευχόμενος τὰ βελτίω; Ἐγὼ μὲν οἶμαι τοῦτο. Καὶ οὐδὲ ἐνεγκεῖν ἂν ἡμᾶς τὴν δουλείαν φημί. Μήποθ' οὕτως ἔρημος γενοίμην φρενῶν, ὥστ' ἄλλο τι προτιμᾶν τῆς ἐλευθερίας. Ἀλλ' ἐπείπερ οὐδὲν ἰσχυρὸν ὧν ὑποπτεύομεν, μᾶλλον δ' ὡς εὔνοοι πᾶσιν ἡμῖν ἦκον, ἐκ πάντων τῶν λογισμῶν βεβαιοῦται· τί δεῖ τοῦ παρὰ καιρὸν δέους, ὁπότε καὶ δεδοικόσιν οὐδὲν ἔσται πλέον, ὅταν ἢ κρατηθέντες τὰ τῶν ἀλόντων ἀναγκαζώμεθα πάσχειν, ἢ περιγενόμενοι, ὥσπερ ἐν σαγήνῃ καθώμεθα τοῖς τείχεσι καθειργμένοι, μήτε πρὸς τὴν γῆν, μήτε πρὸς τὴν θάλατταν ἔχοντες βλέπειν λοιπὸν, τῆς μὲν πρότερον ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐκβεβλημένοι, τῆς δ' αὐτοὶ νῦν ἀποστάντες διὰ τὰ ἐνύπνια ταῦτα; Εἰ δὲ πάνθ' ἡμῖν συγχωρήσαντες, καὶ μήθ' ὧν αὐτοὺς καλέσαντες.... τὰ μετριώτατα δὴ ταῦτα ἀξιοῖεν αἰτεῖν παρ' ἡμῶν τῶν παρακρουσαμένων, ἀπολαβόντας ἅπερ ἀνηλώκασι χρήματα, οὕτως οἰκαδ' ἐπαναπλεῖν· τοῦτο γὰρ καὶ ἡμεῖς ἂν αἱρεθέντες διαιτηταὶ καθ' ἡμῶν αὐτῶν ψηφισαίμεθα· ποίων ἡμῖν μετάλλων διορυχαὶ, πρὸς τὴν ἀπόδοσιν τούτων ἀρκέσουσιν; Ἐγὼ μὲν γὰρ, καὶ τὰ τῶν πολιτῶν σώματα τοῖς οὖσι προσθέντας, οὐκ ἂν οἶμαι λύσασθαι τελείως τὴν εἰσφοράν· ἂν δὲ δὴ καὶ πάντως ὑπερβαλέσθαι μεγαλοψυχίᾳ θελήσαντες, καὶ πᾶσαν ἐκ μέσου ποιησάμενοι δικαιολογίαν, νόστου μνησθῶσιν, ἀνθ' ἡμῶν ὠφελεῖν ἐγνωκότες τὰ οἰκοι, οὐδεὶς ἀντερεῖ, μὴ πάλιν ἡμᾶς μονονοὺ ταῖς χερσὶ τῶν βαρβάρων ἐνέξεσθαι. Εἰ τοίνυν δεήσει τούτοις δουλεύειν, διά τί μὴ πρὸ τούτων ἐκείνοις; εἰ γὰρ οὐκ ἔνι δήπουθεν ἐλεύθερον εἶναι, τό γε τοῖς βελτίοσιν ὑποκεῖσθαι κουφοτέραν ἀποφαίνει τὴν συμφοράν.

Ἀλλὰ καλέσομεν συμμάχους; Πότερον ἀσθενεῖς, ἢ τῶν δυναμένων; Εἰ μὲν οὖν οὐκ ἀρκοῦντας, τοὺς ἡμῖν, ὡς ἔοικε, συναπολουμένους ζητήσομεν· εἰ δ' ἐρρωμένους, πάλιν ἡμεῖς μὲν ἀσθενεῖς, ἐκείνων δὲ ἡ δύναμις φοβερά· καὶ πάλιν αἱ ὑποψίαι, καὶ τοῦ κακοῦ πέρας οὐδέν. Ὅλως δὲ οὐδ' ὁρῶ τί ποθ' ἡμῖν συνοίσει τὸ κόπτεσθαι καὶ συμμαχίαν ζητεῖν τοῦ λοιποῦ, εἰ τοὺς μὲν ἰσχυροὺς φυλαξόμεθα, παρὰ δὲ τῶν ἀδυνάτων οὐδὲν ἔχομεν ὠφελεῖσθαι. Τίνες

A strenuam manum; quasque illi triremes præstabant in belli subsidium, duplo illis hostium plures, ac nostram rursum auctiorem classem: quamque ea nihilominus pugna attriti simus, tametsi multis adeo tuentibus. Meministis quibus tunc patria calamitatibus affecta sit, Sozopolitanos captivos; eversam Perinthum, aliaque, quorum nec ipsam memoriam mitius ferre possumus. Taceo autem, ut neque nos cum tanti essemus, nec socii ad modicum hostium illi virtuti obniti quiverimus. Dico igitur quod omnium communiter ore jactari audio. Si itaque ita habet, ut ii nobis insidientur, nec eorum alio respiciant consilia, quam ut nos omnes ad unum sibi mancipent; nec fieri potest, ut prohibeamus injuriam; quonam eos quis modo B humaniores exspectet, atque ad lædendum segniores; num accusando, inferendo bellum, vituperiis lacessendo; an amici speciem præferendo, blandeque recipiendo, ac meliora precando? Hoc equidem secundum puto. Nec vero ferendam nobis servitutem dico. Absit, ita sensu destitutus sim ac insanus, ut aliud quidpiam velim libertati prælatum. Sed quia nihil eorum quæ suspecta habemus firmum est, quin potius argumentis omnibus liquet, venire omnibus nobis bene affectos; quidnam importuno ejusmodi opus metu, cum neque si timuerimus, majus aliquid sit futurum, quando vel victi ea subire cogemur quæ sunt victorum; vel victores ipsi, velut in sagena mœnibus arcuati C sessuri sumus, ut jam neque ad terram neque ad mare respicere liceat; prius quidem a Barbaris illa exterminati; hoc autem, ipsi nos propter ejusmodi somnia modo abdicantes. Sin autem indulgentes omnia, nec quod vocantes..... hæcce a nobis post offensam modicissima velint exigere, ut receptis quas insumpserunt pecuniis, sic domum classem reducant. Hoc enim vos ipsi adversum vos delecti arbitri sanciatis; quænam metallorum venæ ad ejusmodi nobis solutionem satis fuerint? Sane arbitror, ne ipsa quidem adjectis facultatibus civium corpora, satis fore, ut juste impensas solvamus. Sin denique universos animi magnitudine superare volentes, suique omnem juris rationem missam facientes, revertendum significent, domesticis quam nostris rebus commodiores futuros, D nemo ibit inficias, vix non Barbarorum nos manibus tentum iri. Si ergo necesse erit eis mancipari, cur non potius illis. Siquidem enim libertas nequit constare, sane melioribus subjici, leviorem calamitatem facit.

At vocabimus socios? Num invalidos, an potentes? Sane ut eos vocemus qui non satis sint adjuvando, utique nobiscum perituros quæremus: sin autem fortes, erimus rursus nos invalidi, eorumque formidabilis virtus; rursusque suspecta omnia, nec mali finis ullus. Prorsus vero non intelligo quid nobis deinceps planctus profuturi sint, et ut socios quæramus; siquidem cavere habeamus fortes, nec commodi aliquid ab invalidis simus con-

Digitized by Google

secuturi. Quinam autem etiam vocantibus nobis sint morem gesturi, cum neque mercedem exspectent, videantque illos heroas a nobis injuria affectos; quos, si nullus titulus alius foret, vel eo nomine quod sponte venientes, immortalem virtutis columnam erexerint, colere ac adorare oporteret. Quidquid enim adversus illos tentaverimus dicere, ex iis quorum omnes illis conscii sunt, nugæ ac inanes criminationes videbuntur : omnibusque flagellorum omnium rei habebimur, insaniæ, criminis falsi, doli, ignaviæ, proditionis : eritque necesse proni cadentes hostes obsecremus.

Qui non ergo turpissimum, ut cum bene omnia suscipientibus nobis viros habere possint, iis remissis, malis omnibus implicari malimus ; ac cum probi, gratique, lucri aliquid possimus facere, jacturam improbis ingratisque conjunctam moribus, utiliorem putemus, omninoque data opera contendamus, ut vota nostra ad consilii inopiam redigamus ; velut timeamus ne beneficio nescientes afficiamur; tametsi haud ita pridem quos justius debuimus habere suspectos, necessitate suscepturi simus. Postquam enim imperator reversus fuerit, utinam vero, o Salvator, citius charum omnibus caput liceat videre ! eique Pæonum exercitus comes venerit, quos multis sermonibus, multis opibus, pluribus denique laboribus persuasos, nobis subsidio futuros adducit ; præmissisque quibusdam, reversum se nuntiaverit, faustumque adventus sociorum nuntium destinaverit, quid tunc admodum isti securi, ac timentes umbras, dicturi sint ? Plane ut ea ipsa placeant, quæ modo placent, jussuri sunt ne quidem imperatorem intra mœnia recipi oportere. Quomodo autem non pejus aliquid facturi sumus, eorum quæ sub triginta tyrannis Athenis acciderunt, tot nobis surgentibus tyrannis ? Nec enim video ut hæc aliud vocari possint, quam perspicua tyrannis. Quomodo autem etiam populo suadeant, ut eorum socii efficiantur improbitatis ? Liquet enim nihil esse quod non universi libentes ferant, ea solum ratione ut videant revertentem. Sed et modo, ipsis eis hoc periculis molestius videtur, quod is moretur, ab eorum longe oculis positus. Quippe persuasum habent, fore ut præsentibus malis ejus præsentia remedium sit.

Ad hæc autem, quorumnam criminum reum, grandi adeo pœna punient ? Quod media hieme, omnium spes vincente conatu in Pontum solverit ; Istrum ab utraque ripa navigaverit, non ut navi superior ferretur, sed velut latentes quasdam sub aquis petras, sic oras fluminis legeret. Venit autem cum paucis eoque comitatu, ut, nec satis ad mensæ instruendæ ministerium habere viderentur : belluas magis quam homines rogaturus, nostrique causa suasurus arma corripere, ac adire pericula ; nimirum alienos homines pro nostra ipsorum salute. Idque adeo ut quanquam non dominus, sed malus quidam ac hostis prius exsistens, mutato deinde consilio, nostri causa tanta designasset, coronari oporteret, omnibusque tum vivum, tum

A δὲ καὶ καλοῦσιν ἡμῖν ὑπακούσονται, μήτε μισθὸν προσδοκῶντες, καὶ τοὺς ἥρωας ἐκείνους ὁρῶντες ὑφ' ἡμῶν περιυβρισμένους; οὓς καὶ μηδενὸς ἄλλου, τοῦ γ' ἑκόντας ἐλθεῖν, στήλην ἀθάνατον στησαμένους, θύειν ἔδει καὶ προσκυνεῖν. Ὅσα γὰρ ἂν κατ' ἐκείνων λέγειν ἐπιχειρῶμεν, ἃ πάντες τούτως συνίστασιν, ὕθλον ἀποδείξει καὶ τὸ μηδέν· καὶ πᾶσι πάντων τῶν μαστίγων δίκας ὀφλήσομεν· ἀνοίας, ψευδολογίας, δόλου, δειλίας, προδοσίας καὶ δεήσει, πρηνεῖς πεσόντας, τοὺς ἐχθροὺς ἱκετεύειν.

Πῶς οὖν οὐκ αἴσχιστον, ἐξὸν πάντα καλῶς ἔχειν ἡμῖν δεξαμένοις τοὺς ἄνδρας, ἐλέσθαι πᾶσιν ἐνέχεσθαι τοῖς κακοῖς ἀποπεμψαμένους, καὶ δυναμένους μετ' εὐγνωμοσύνης κερδαίνειν, τὴν μετ' ἀχαριστίας ζημίαν λυσιτελεστέραν ἡγεῖσθαι· καὶ ὅλως φιλονεικεῖν ἐξεπίτηδες ὅπως εἰς ἄπορον τρέψομεν τὰς ἡμετέρας εὐχάς ; ὥσπερ δεδοικότες μὴ λάθωμεν εὖ παθόντες· καίτοι μετὰ μικρὸν τοὺς δικαιότερον ἂν ὑποπτευθέντας ἀνάγκην ἔχοντες δέξασθαι. Ὅθεν γὰρ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐπανέλθῃ, καὶ γένοιτο θᾶττον, ὦ Σῶτερ, τὴν πᾶσι φίλην ἰδεῖν κεφαλήν· ἕπηται δ' αὐτῷ στρατὸς Παιόνων, οὓς πολλοῖς μὲν λόγοις, πολλοῖς δὲ χρήμασι, πλείοσι δὲ πόνοις ἄγων ἧκεν ὑπὲρ ἡμῶν· καί τινας προπέμψας, μήνυῃ μὲν τὴν ἐπάνοδον, εὐαγγελίζηται δὲ συμμάχους ἥκειν ὑπὲρ ἡμῶν· τί τότ' ἐροῦσιν οἱ λίαν ἀσφαλεῖς οὗτοι, καὶ τὰς σκιὰς δεδοικότες ; Εἰ μὲν γὰρ ἃ νῦν καὶ τότε τούτοις ἀρέσκοι, κελεύσουσιν εἴσω τειχῶν μὴ δέχεσθαι τὸν βασιλέα. Καὶ πῶς οὐ χεῖρον τῶν ἐπὶ τριάκοντα συμβάντων Ἀθήνῃσι πράξομεν, τοσούτων ἡμῖν ἀναφυέντων τυράννων ; Τί ποτε γὰρ ἕτερον ἢ τυραννίδα σαφῆ χρὴ ταῦτα καλεῖν, ἔγωγε οὐχ ὁρῶ. Πῶς δὲ καὶ τὸν δῆμον πείσουσι μετέχειν αὐτοῖς τῆς ἀγνωμοσύνης ; δῆλον γὰρ ὡς πάντ' ἂν ἅπαντες πάθοιεν ὑπὲρ τοῦ μόνον ἰδεῖν ἐπαναστάντα. Καὶ τό γε νῦν, καὶ αὐτῶν τῶν κινδύνων δοκοῦν αὐτοῖς ἐπαχθέστερον, τοῦτ' ἐστίν· ὅτι πόρρω τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν διατρίβει. Γενέσθαι γὰρ ἀντιφάρμακον τοῖς παροῦσι κακοῖς τὴν ἐκείνου πιστεύκασι παρουσίαν.

Ἄνευ δὲ τούτων καὶ τίνων ἁμαρτημάτων τοσαύτην αὐτὸν ἀπαιτήσουσι δίκην ; Ὅτι χειμῶνος μεσοῦντος ὑπερβὰς τὰς ἁπάντων ἐλπίδας, ἀνήχθη μὲν εἰς τὸν Πόντον· ἀνέπλει δὲ τὸν Ἴστρον, ἐκατέρωθεν οὐχ ὑπερπλέων, ἀλλὰ παραπλέων ὥσπερ τινὰς ὑφάλους τὰς ὄχθας. Ἧκε δὲ μετ' ὀλίγων, καὶ οἳ μηδ' ἂν δειπνοῦντι παρεστῶτες ἀρκεῖν πρὸς διακονίαν ἐδόκουν, θηρίων μᾶλλον δεησόμενος, οὐκ ἀνθρώπων· καὶ πείσων ὑπὲρ ἡμῶν ἁρπάσαι τὰ ὅπλα καὶ κινδυνεύειν, ἀλλοτρίους ὄντας, ὑπὲρ τῆς ἡμῶν ἐλευθερίας ; Τοσοῦτον μὲν οὖν, εἰ καὶ μὴ δεσπότης ἐτύγχανεν ὤν, πονηρὸς δέ τις πρότερον καὶ πολέμιος. Εἶτα μεταβαλὼν τοιούτοις ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἐξεδίδου, στεφανοῦν ἐχρῆν, καὶ πάντων αὐτῷ μεταδιδόναι γερῶν, καὶ ζῶντι καὶ τελευτήσαντι. Εἰ δὲ

Digitized by Google

καὶ τοῦτ' ὢν τὸ μέγιστον καὶ θειότατον, καὶ πατρῷον ἔχων σχῆμα, ἔπειθ' ὑπὲρ ἡμῶν δεῖσθαι τοὺς βαρβάρους οὐκ ὠκνει· τούτου γὰρ, τούτου μόνον οὐδ' ἂν ἕτερον ἐπσχθέστερον πάθοι ἀνὴρ τοσούτοις εἰωθὼς ἐπιτάττειν· πῶς οὐ παρελευσόμεθα καὶ τὴν τῶν βαρβάρων ὠμότητα, εἰ βελτίους ἐν ἐκείνοις ἔσχεν ἐλπίδας, ὧν ἡμεῖς ἐπιδειξόμεθα τότε; Ἐκείνους μὲν γὰρ φίλους ἕξειν ἐνόμισεν, ὥστε καὶ συμμαχεῖν· ἡμῖν δὲ δεινήν τινα τὴν ἔχθραν τὰ πραττόμενα μαρτυρήσει. Εἰ δ' ἀπεδεῖς καὶ μιαροὺς ἡγησάμενοι τοὺς τότε ταῦτ' ἂν τολμήσοντας συμβουλεύειν, μετ' εὐφημίας καὶ κρότων, ὥσπερ δίκαιον, ἐπανήκοντα τὸν βασιλέα δεχοίμεθα, πότερον καὶ τοὺς συμμάχους συνεισελθεῖν αὐτῷ συγχωρήσομεν· ἢ πρὸς μὲν ἐκεῖνον φιλανθρωπευσόμεθα, ἐκείνων δὲ τὸ πεδίον ἔσται, καὶ ἡ ταλαιπωρία, καὶ στήσομεν τοὺς εἴρξοντας αὐτοὺς τῶν πυλῶν; Εἰ μὲν γὰρ πρὶν ἐλθεῖν ὁμονοοῦντας, ἐντεῦθα ἀφικομένους αὐτοὺς διαιρήσομεν· καὶ ὁ μὲν ἐν τοῖς εἰωθόσιν ὡς ἡμέτερος ἔσται, τοὺς δ' ὡς ἐχθροὺς ὑποψόμεθα, καὶ μήτε στέγης, μήτε τῶν ἐκ τῆς ἀγορᾶς αὐτοῖς μεταδώσομεν· οὐκ οἶδα τίνων τοιαύτης ἀρξάντων ἀπανθρωπίας, ἐκείνους ἡμᾶς ζηλοῦν δόξομεν. Ἔπειτ' οὐδ' ὁ βασιλεὺς, ἢν ἐφυλάξαντ' ἂν πάντες εὐγνωμοσύνην, ταύτην ἑαυτῷ προσήκειν ἡγήσεται· καὶ οὓς θαυμασταῖς ἐλπίσιν ἐπάρας δεῦρ' ἤγαγε, τούτους ἐξαίφνης ἀπολιπεῖν μονονουχὶ πᾶσι κηρύξοντας, ὡς τὰ τοῦ βασιλέως οὐδὲν ἄρ' ἦν, πλὴν ἀπάτη.

defunctum præmiis honorare. Sin autem, cum et maximum illud ac divinissimum esset, jureque paterno imperium teneret, nostri postmodum causa ne Barbaros quidem rennit obsecrare; nam hac ipsa re, nihil quidquam molestius accidat, viro tam multis solito imperare: quomodo itaque non ipsam Barbarorum sumus superaturi crudelitatem, siquidem meliora ille de illis speravit, quam ipsi tunc simus exhibituri. Putavit quidem sic illos amicos fore, ut et belli societatem inirent; nos vero iis quæ designabimus, grave quoddam odium prodituri sumus. Sin vero impios ac sceleratos eos arbitrari, qui tunc ejusmodi aliquid fuerint ausi consulere, laudibus ac plausu, uti plane merito decet, revertentem imperatorem sumus suscepturi, nonne et socios una cum eo ingredi urbem permittemus; an potius humanitate in eum usi, campum illis ac miseriam relinquemus, præficiemusque qui portas ad eos arcendos custodiant? Quod si concordes illos priusquam ingrediantur, ubi jam venerint, discernamus, ac ipse quidem velut noster ac domesticus, consuetos habeat honores; illos autem ceu hostes, suspectos habeamus, eosque neque tecto, neque foro donandos arbitremur, haud plane novi, quid illos in nobis laudaturos putemus, qui ab immanitate ejusmodi ordiamur. Præterea ne ipse quidem imperator, quam omnes servaverint benevolentiam, sibi congruam putabit; utque eos quos magnificis sollicitationibus in spem erigens, huc duxerit, statim derelinquat, vix non ubique gentium prædicaturos, imperatoris omnem negotiationem, fraudis larvam fuisse.

Καὶ μὴν οὐδ' ὧν εἵνεκ' ἀναισχυντήσομεν εὕροι τις ἄν. Εἰ μὲν γὰρ τοῦ πολέμου, καὶ πάντων τῶν εἵνεκ' αὐτοὺς δεῦρ' ἠγάγομεν ἐξειργασμένων ἡμῖν, τοὺς συμμάχους ἠξιοῦμεν προπηλακίζειν, οὐκ ἂν τοσοῦτον εἶχε κίνδυνον ἡ ἀχαριστία· εἰ δὲ τῶν ὁμοίων ἐφεστώτων κακῶν, ἀνομοίως ἡμεῖς τοῖς φίλοις καλοῦντες καὶ δεχόμενοι προσφερόμεθα, οὐχ ὁρῶ τὰς ἐλπίδας τῆς τοιαύτης καινοτομίας. Οὐ γὰρ ἵνα μόνον δεινοί τινες κακουργεῖν καὶ φενακίζειν δοκῶμεν, περιεργαζόμεθα ταῦτα; Ἄνευ δὲ τούτων, τί ποτ' αὐτοὺς ἐξαπατηθέντας καὶ γέλωτα πᾶσιν ὀφλοντας, οἴεσθε δράσειν; Καθεδεῖσθαι, καὶ παρ' ἑαυτοῖς ἕξειν τὼ χεῖρε, καὶ δεήσεσθαι συγγνώμην αὐτοῖς ἔχειν, ὧν ἐξηπάτηνται; Οὐχ οὕτω φιλοσοφεῖν ἐγνώκασι, καὶ θυμοῦ κρατεῖν. Λοιπὸν τοίνυν ἐκείνους μὲν τῶν τε τειχῶν πειρᾶσθαι, καὶ μηχανήματα τούτοις προσάγειν, ἡμᾶς δὲ ἀντέχεσθαι τῶν ἐκ τῆς πολιορκίας κακῶν. Ἄνευ γὰρ τούτων πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἀρκεῖν μοι δοκεῖτε. Εἰ δὲ τοῦθ' ἡμῖν φορητὸν, τί τοῖς πανταχοῦ δυναμένοις πρέσβεις ὑπὲρ συμμαχίας πέμποντες ἐνοχλεῖτε, ἐξὸν καταλεισθέντας ὑπὸ τῶν βαρβάρων πολιορκεῖσθαι; Οὐ γὰρ ἔγωγε ὁρῶ τίνων ἡμᾶς ἀπαλλάξουσιν ἐλθόντες οἱ σύμμαχοι, ὁπόθ' ἑκόντες αἱρεῖσθε τὰ χείριστα. Οὕτως οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ὑπὲρ ὅτου τοὺς μετὰ βασιλέως ἥξοντας οὐ προσδέξεσθε. Εἰ δ' ἀνθρώπινα καὶ δίκαια λογισάμενοι, στεφανοῦν μὲν εἵνεκα τῶν ὑπὲρ ἡμῶν πεπονημένων τὸν βασιλέα βουλήσεσθε,

Sane ne quorum quidem gratia proterviamus, facile quis inveniat. Nam ut bello quidem, ac quorum causa socios adduximus, confectis, eis vellemus illudere, haud tantum ingrati illa animi labes periculum haberet. Sin autem iisdem instantibus malis, alia aliaque ratione vocandis ac suscipiendis amicis habemus, non video quid ea novitas spei habeat. Num enim solum ut subtiles quidam consuendis fraudibus ac dando verba videamur, sic ista anxie agimus? Præterea, quid deceptos illos, omniumque factos fabulam, præstituros putatis? Fors sessuros, ac apud se cohibituros manus, veniamque pro fraude ipsis facta rogaturos? Verum haud illi ita philosophari noverunt, ac iræ dominari. Superest ergo ut illi quidem muros tentent, atque eis admoveant machinas; nos vero obsessæ urbis feramus incommoda. Insuper enim, nihil vos aliud posse existimo. Quod si ea vobis res ferenda videtur, ut quid ubique potentibus destinantes legatos qui in belli societatem inducant, negotium facitis, cum liceat urbis mœnibus conclusos Barbarorum obsidione premi? Haud enim sane video, quo nos malo venientes socii liberare habeant, cum sponte pessima præoptetis. Atque adeo nihil causæ erit cur venturos cum imperatore non suscipiatis. Sin autem quæ humana sunt ac juris cogitantes, imperatorem quidem ob susceptos nostri causa labores coronandum puta-

Digitized by Google

bitis, portasque, cum eo venientibus sociis aperietis, quid vetat ut ne pro istis eadem decernatis? Nec enim operæ pretium, ut Romanorum quidem lenitatem caveatis; Pæonum autem crudelitatem ne suspectam quidem habeatis: utque eos qui gloriæ studio sua profundunt, nostra concupituros arbitremini; eos autem qui latrociniis ac furto vivunt, a sua repente cessaturos arte. Quod si mille istis commisceri formidabile, qui non perspicue malum majus in viginti millibus? Cumque eos qui ultro veniunt, haud tutæ homines fidei asseramus, quanta in illis securitas quos per legatos ascivimus?

Verum ipsa quoque horum cogitatio ridicula. Sit vero sapientum, ac talis urbis, quanta hæc nostra civium, ut eos qui ista dicunt, ellebore indigere putent; utque ejusmodi consiliis, si quis noster hostis sit, magis obsecuturum optent; ipsos vero, cogitationes quæ deceant, assumentes, non quiescere; nec temere contradicentibus dare licentiam, qui nescio quorum benevolentiam inani illa garrulitate captent: quin vel ipsum deliberationis tempus jacturæ deputantes, hosce suscipere, ceu viros a longo jam tempore, a parentibus, filiis, aliaque ratione maxime necessariis absentes, proque eorum animi alacritate, providentiæ gratias agere, ei palam horum adventum acceptum referentes; non propter quædam levia, quæque forsan contingant, forte non contingent, ipsius quoque libertatis jacturam facere; ut ne quidquam aliud dicam, eorum quæ universis timentur velut in procinctu, atque adeo illis ipsis qui his indignantur. Cogitate enim quo fortunæ redacti simus; quidve possimus sperare, ut istos dimiserimus. Quorum olim imperii fines, ipsi erant qui orbis, nunc sedemus felicitatem reputantes, ut quis sinat servire. Urbs vero longe universarum sub cœlo beatissima, quamque omnes, gratiarum ac recreandi causa, munificique omnis ornatus, adibant, nunc incolis facta est carcer. Undequaque habet clausas portas, nec ullus jam tuto in portibus stationem habet: quique appellunt malos foris rumores afferentes, longe pejora intus experiuntur. Cæterum nobis, intra quidem muros, clamor, egestas, paupertas, lacrymæ; extra vero spectantibus e turribus Barbarorum exercitus; vastatio agrorum, in aggeribus cædes, ignisque ferox, domos, templa, pulchra quæque ædificia publica, ac prorsus omnia invadens. Quin et blasphemiæ in Deum, atque (quod quis non horreat?) crucis contumelia, ac fidei irrisio, sacrarumque imaginum probri causa circumductiones, nec non minæ terribiles, quas ne eveniant, ne ipse quidem Christus, quem adoramus, possit impedire.

Sed et fames universa tenet, cum nec terra reliqua sit, quam colamus, nec latrones liberum permittant mercatoribus alveum: et ut possint frumenta advehere: quo fit, ut et locantibus operas ars inutilis videatur, non habentibus ut inde paciscantur; mi-

A ἀνοίξετε δὲ τοῖ; μετ' ἐκείνου συμμάχοι; τὶς πύλας, τί κωλύει ταῦτα καὶ περὶ τούτων ψηφίζεσθαι; Οὐ γὰρ δήπου τὴν μὲν τῶν Ῥωμαίων ἡμερότητα φυλάττεσθαι δεῖ, τὴν δὲ Παιόνων ὠμότητα μηδὲ ὑποπτεύειν· καὶ τοὺς μὲν ὑπὲρ δόξης προῖεμένους ἐπιθυμῆσαι νομίσαι τῶν ἡμετέρων, τοὺς δ' ἐξ ὧν λῃστεύουσι καὶ κλέπτουσιν ἀπὸ τούτων διάγοντας, τούτους ἐξαίφνης ἀποσχέσθαι τῆς τέχνης. Εἰ δὲ χιλίοις τούτοις ἀναμίγνυσθαι φοβερὸν, πῶς οὐ φανερώτερον τὸ κακὸν ἐν τοῖς δισμυρίοις; Καὶ ὅτι τοὺς ἑκόντας ἐλθόντας ἀπίστους εἶναι κυροῦμεν, τί χρὴ θαρρεῖν περὶ τῶν μετὰ πρεσβείας κληθέντων;

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ μόνον λογίζεσθαι γέλως· σωφρονούντων δ' ἂν εἴη, καὶ τοιαύτην οἵαν ἡμεῖς πόλιν B οἰκούντων, τοὺς μὲν ταῦτα λέγοντας ἑλλεβόρου δεῖσθαι νομίζειν· καὶ ταῖς συμβουλαῖς ταύταις, εἴ τις ἐχθρὸς ἡμῖν εἴη, μᾶλλον εὔχεσθαι πείθεσθαι· αὐτοὺς δὲ τῶν προσηκόντων λογισμῶν ἀψαμένους, μὴ στῆναι, μηδὲ τοῖς ἀντιλέγουσιν εἰκῇ φλυαρεῖν ἐπιτρέπειν, οὐκ οἶδ' ὥντινων εὔνοιαν τῇ κενολογίᾳ ταύτῃ πορίζομένοις· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν μέχρι τῆς συμβουλῆς χρόνον ζημίαν λογισαμένους, δέχεσθαι τούτους ὥσπερ τῶν γονέων ἢ τῶν υἱέων, ἢ τῶν ἄλλως οἰκειοτάτων, τὸν πολὺν χρόνον ἀποδημοῦντας, καὶ τῆς αὐτῶν προθυμίας χάριτας ὁμολογεῖν τῇ προνοίᾳ, ἐκείνῃ σαφῶς ἀνατιθέντας τὴν αὐτῶν παρουσίαν· καὶ μὴ μικρῶν τινων εἵνεκα ἴσως μὲν συμβησομένων, ἴσως δὲ μή, ζημιωθῆναι καὶ τὴν ἐλευθερίαν· ἵνα μηδὲν C ἄλλο λέγω τῶν νῦν ὑπὸ πάντων, καὶ αὐτῶν δὲ τῶν τούτοις ἀχθομένων, προσδοκωμένων. Λογίσασθε γὰρ οὗ μὲν νῦν τύχης ἐσμέν· τί δ' ἔστιν ἐλπίζειν, ἐὰν τούτους πρῴμεθα. Οἷς μὲν πέρατα τῆς ἀρχῆς ἃ καὶ τῆς οἰκουμένης ὑπῆρχεν ἡμῖν, νῦν καθήμεθα, εἴ τις ἐᾷ δουλεύειν εὐδαιμονίαν ἡγούμενοι. Ἡ δὲ τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πόλεων εὐδαιμονεστάτη, καὶ ἐφ' ἣν πάντες χαρίτων ἕνεκα καὶ τέρψεως καὶ τῆς διὰ πάντων ἀβρότητος ἤλαυνον, εἰρκτὴ νῦν τοῖς οἰκήτορσι γέγονε. Κέκλεινται μὲν γὰρ αὐτῇ πανταχόθεν αἱ πύλαι· οὐδεὶς δὲ κινδύνων χωρὶς ἐπιχωριάζει τοῦ λοιποῦ τοῖς λιμέσι· καὶ οἱ καταίροντες, πονηρὰς ἔξωθεν κομίσαντες φήμας, χειρόνων παρὰ πολὺ τῶν ἔνδον πειρῶνται. Ἡμῖν δὲ τὰ μὲν εἴσω τειχῶν βοὴ, καὶ πτωχεία, καὶ πενία, καὶ δάκρυα· τὰ δ' ἔξω τοὺς D ἀπὸ τῶν πύργων ὁρῶσι βαρβάρων στρατεύματα, καὶ γῆ κειρομένη, καὶ πρὸς ταῖς τάφροις τῶν ἡμετέρων σφαγαὶ, καὶ πῦρ ἄγριον, οἰκίας, καὶ νεὼς καὶ δημοσίων οἰκοδομημάτων κάλλη, καὶ πάντα ἁπλῶς ἐπόν. Δυσφημίαι δὲ κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ (ὃ τίς οὐκ ἂν φρίξειεν;) ὕβρις σταυροῦ, καὶ γέλως τῆς πίστεως, καὶ θείων εἰκόνων ἄτιμοι περιαγωγαὶ, καὶ ἀπειλαὶ φρικώδεις, καὶ τοῦ μὴ ταύτας ἐκβῆναι, μηδ' ἂν αὐτὸν, ὃν προσκυνοῦμεν, Χριστὸν ἐπισχεῖν οἷόν τε εἶναι.

Καὶ ὁ λιμὸς πάντα ἐλαύνων ἐπίκειται, μήτε τῆς ὑπολειπομένης ἣν γεωργήσομεν, μήτε τοῖς ἐμπόροις τῶν ληστῶν ἀδεᾶ ποιούντων τὸν πόρον· ἐξ ὧν τοῖς μὲν ἐργολαβοῦσιν ἄχρηστον ἡ τέχνη δοκεῖ, οὐκ ἔχουσι τὰ ἐξ αὐτῆς διαθέσθαι, στρατιῶται; δὲ τὴν ὁρμὴν ἐπίσχε

Digitized by Google

τὸ δέος· καὶ δεσπόται, δούλων αὐτοὺς ἀποδράντων, αὐτοὶ τὴν ἐκείνων ἀντιλαμβάνουσι τύχην. Τὸ δ' ὅλον σχῆμα τῆς πόλεως ὁρᾶται διὰ πάντων ἀμειφθὲν ὥσπερ ἐν πένθει· πάντες δὲ τὴν τῶν κακῶν σύνοδον ἐκπλαγέντες, ἀπώκνησαν. Καὶ ὃ τοὺς νοῦν ἔχοντας κατασείει, ὅτι καὶ τῶν πολιτευομένων πολλοὶ οὕτω χειροήθεις τὰς γνώμας γεγόνασιν, ὡς ἔχειν τι καὶ καλὸν λέγειν, τὴν ὑπὸ τοῖς βαρβάροις τούτοις δουλείαν, καὶ τοὺς Ῥωμαίους βαρύτερα ἐπιτάττειν. Ὥστε καὶ φανερῶς ἐπ' ἐκείνους ἀποδημοῦσι, καὶ ῥητούς τινας ἐκείνοις σύνεισι χρόνους· καὶ πρόβατα, καὶ βοῦς, καὶ ἵππους, καὶ ὀργύρια, μισθοὺς ἔχουσι τῆς ἡμῶν προδοσίας· καὶ συμπίνοντες ἐκείνοις, τὴν ἡμετέραν ἀπώλειαν ᾄδουσι· καὶ τὴν τοῦ δείνος οἰκίαν, ἢ τὴν τῆς γυναικὸς ὥραν, ἢ τὴν παίδων ἐκείνοις προπίνουσιν· εὔχονται δὲ παρὰ σφίσιν ἰδεῖν ὑπὸ πάντων προσκυνουμένους· ταῦτ' εἰπόντες καὶ πράξαντες ἐπανῆκον, ἐνδεικνύμενοι τοῖς πολίταις ὡς εἰ μὴ σιγήσουσι, πρὸς τοὺς δεσπότας αὐτῶν κατεροῦσι, τοὺς ἀλάστορας ἐκείνους οὐκ ὀκνοῦντες τοῦτο καλεῖν. Οἱ δὲ φρίττουσι, καὶ συνεύχονται γῆρας τοῖς δικαίως ἂν ἀπαχθεῖσι μνησθῆναί τι καὶ αὐτῶν ἐπὶ τῶν πότων δεόμενοι· καὶ τοσαύτην παῤῥησίαν οἱ παρ' ἐκείνοις μισθαρνοῦντες προσειληφότες οὐκ ὀκνοῦσιν ὑπὲρ ἐκείνων ἀναίδην δημηγοροῦντες, καὶ πάντα ποιοῦντες, ἐξ ὧν αὐτοῖς χαριοῦνται· ὅπερ ἐστὶ προδοῦναι τὴν πόλιν, καὶ κυρίους ἐκείνους σαφῶς πάντων ποιῆσαι· ὥστ' εἰσὶν ἤδη οἱ μετὰ σπονδῶν γοῦν ἁλῶναι τὴν πόλιν εὐχόμενοι δεδοικότες μὴ φθάσωσιν ὑπὸ τῶν μιαρῶν τούτων προδεδομένοι.

Οὕτως εἰς ἄπορόν τινα τύχην τὰ κοινὰ συνηλάθη, καὶ οὕτω τὸ μετ' ἐλευθερίας ζῆν τοῦ λοιποῦ ἔν τι τῶν ἀδυνάτων δοκεῖ· εἰς ὅπερ ὑμᾶς τὸ τὰ μὲν καθημέραν ἐλαττώματα διορθοῦσθαι νομίζειν περίεργον, τὸ δὲ μετὰ ῥᾳστώνης παρελθεῖν τὴν ἡμέραν ἀνδράσι προσῆκον λογίζεσθαι· καὶ τοὺς μὲν ἃ δεῖ παραινοῦντας λήρους καλεῖν, τοῖς δὲ ταῖς ἡμῶν ἡδοναῖς συναγωνιζομένους ἄθλα θαυμαστὰ προτιθέναι προήγαγε. Καὶ πρός γε ἔτι τὸ τοὺς μὲν φανερῶς πολεμοῦντας ἀνέχεσθαι, καὶ πιστεύειν ἐξαπατῶσι, τοὺς δὲ μεθ' ἡμῶν τάττεσθαι καὶ συμμαχεῖν ἐπαγγελλομένους ὑποπτεύειν· καὶ ζητεῖν προφάσεις ὅθεν λύσομεν τὰς φιλίας. Ἀλλ' ἐὰν τῶν πρότερον καταγνόντες, τοῖς νῦν παρὰ Θεοῦ δεδομένοις χρησώμεθα, καὶ τοὺς ἀνθελκοῦντας τούτους ἀποσεισάμενοι, καὶ γραυσὶ ταῦτα μυθολογήσαντας ἀποπέμψαντες, τὸν ἔσχατον τοῦτον ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας ἀγῶνα ἀγωνίσασθαι βουληθῆτε, οἶμαι, καὶ σὺν Θεῷ τοῦτ' εἰρήσθω, οὐ τὰ οἰκοι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πορρωτάτω καλῶς ἕξειν ἡμῖν· καὶ μὴ τῇ πατρίδι μόνον ἀνασώσειν τὸ πάντων ἀντίῤῥοπον τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ καὶ πλειόνων ἄρξειν ἢ πρότερον· καὶ πάντας τοὺς πρὶν ὑφ' ἡμᾶς ἐφ' ἡμᾶς ἐπανήξειν, καὶ πάντας ὑπὸ τοὺς ἡμετέρους ἕσεσθαι νόμους, καὶ πανταχοῦ τοῖς βαρβάροις ἀναθαῤῥήσοντας ἐπιθήσεσθαι. Νῦν μὲν γὰρ ἡμᾶς ὁρῶντες κατεπτηχότας, εἰκότως συστέλλονται καὶ αὐτοί, καὶ τῆς δουλείας ἀνέχονται, ὁρῶντες τοὺς δεσπότας ἀνακεχωρηκότας τῶν πραγμάτων· ἂν δ' ὁρῶσιν ἀντιβλέπειν τολμήσαντας, καὶ αὐτοὶ συνοίσουσι τὰ

litibus impetum timor retardavit; dominique, fugientibus servis, eorum ipsi vicissim subeunt sortem. Universa civitatis species omni parte velut in luctu commutata cernitur: cunctique malorum coitione tanta stupefacti, animos desponderunt. Quin hoc quoque sapientum mentem quatit, quod multi cives adeo servili animo facti sint, ut quid boni, illi Barbarorum servituti inesse dicant, ac Romanos graviora jubere. Quamobrem etiam propalam ad illos proficiscuntur, apudque illos certis quibusdam temporibus versantur, ovesque, et boves, et equos, ac pecunias, nostræ mercedem proditionis accipiunt, eisque compotantes nostram canunt perditionem; ac hujus domum, uxoris illius speciem, aut etiam pignorum, iis propinant: apud se autem in votis habent, ut ab universis adorari homines videant, iisque dictis ac factis reverti præsumpserunt, significantes civibus, nisi taceant, dicturos se suis dominis, ac apud eos gravius accusaturos, non verentes malos illos dæmones ac pestes sic appellare. Ii vero horrore tenentur, longosque precantur annos iis, qui merito agi debuissent: rogantes ut inter pocula eorum aliquid meminisse velint: tantamque libertatem sic apud illos merentes assumpserunt, ut nec pro illis impudentia orare vereantur, omniaque facere, ex quibus illis obsequantur; quod est urbem prodere, ac palam universorum dominos facere: ut nec jam desint qui optent sub pactis capi civitatem, timentes ne scelestis istis traditoribus contingat occupari.

Sic publica res in extremas quasdam angustias redacta est, sicque deinceps liberos vivere impossibilibus accensendum videtur; in quas nos angustias conjecit, tum quod accidentia mala damnaque neglexerimus ceu rem superfluam emendare ac instaurare; tum quod diem otio transigere ac ignavia, viros decere putaremus; ac monentes quidem quæ operæ pretium essent, haberemus stultos; iis autem qui voluptatibus adblandirentur nostris, præclara quædam præmia proposita vellemus. Ad hæc autem, quod manifestos hostes sustineremus, ac decipientibus haberemus fidem; eos autem qui nobis accedentes, belli se socios fore pollicebantur, habuerimus suspectos, ea causantes, quibus amicitias dissolveremus. Verum ut priorum pœnitudine ducti, oblatis nunc Dei providentia voluerimus uti, iisque repulsis qui secus trahunt, ac ad anus, quibus eas fabulas narrent, amandatis, supremum hoc pro salute communi desudare certamen, fore spero, quod sit dictum Deo auspice, ut nedum domesticæ res bene nobis habituræ sint, verum etiam quam longissime positæ; utque non solum patriæ sartam tectam servemus, universis comparabilem ac æstimabilem magis libertatem, sed etiam pluribus imperemus; omnesque pridem nobis subjecti ad nos revertantur, nostrisque universi legibus subjiciantur; ac denique ut omni loco fiducia pleni, hostes invadamus. Modo quidem cum nos attonitos videant, merito et ipsi contrahuntur,

Digitized by Google

ac servire sustinent, videntes dominos recessisse a rebus. Sin autem contra ausos respicere viderint, etiam ipsi conferent, quæ sunt ipsorum. Haud vero id modicum ut Barbaris externa læsis impressione, nec quæ a suis habent quieta constiterint.

A ἑαυτῶν. Οὐ μικρὸν δὲ εἰ τοῖς βαρβάροις ἐξωθεν βλαπτομένοις, καὶ τὰ παρὰ τῶν οἰκείων τούτοις οὐκ ἠρεμήσει.

Enimvero ut rumoribus, ac iis quæ communi feruntur fama, aliquid ad fidem dandum sit, erat oraculum quoddam, venturos a mari ac Alpibus, qui urbem ac nos ulturi essent, foreque ut eos omnes videremus, Barbarorum vi prostrata atque injuria, postmodum illis servire cogentes, quibus prius imperavissent: adeoque Barbari metum hunc semper animis vigentem habent, ut ubicunque ad deliberandum convenerint, hoc obtineat, haud in nos immoderatius esse iniqua vexatione abutendum, sed paulatim esse consumendos, nec in desperationem cogendos, ne omnino illa persuasi, ad eos confugiamus, qui modo sponte adsunt, tanquam eo eventu nihil illis expeditio ac contentio conducibile habeant. Fauste itaque omen suscipiamus, cui et hostes suffragio accedant; nec eorum vota rata faciamus. Quippe absonum merito videatur, ut cum illi timeant, exque metu, domi viros manere precentur, eosdem ipsi venientes prohibeamus, sicque hostium cupiditati cooperari videamur.

Ἀλλὰ μὴν εἴ τι δεῖ ταῖς φήμαις καὶ τοῖς κοινῇ λεγομένοις οὐκ ἀπιστεῖν, ἦν τι λόγιον ἐκ τοῦ πελάγους καὶ τῶν Ἄλπεων ἥξειν τοὺς τῇ πόλει καὶ ἡμῖν ἀμυνοῦντας· καὶ τούτους πάντες εἶδον τὴν μὲν τῶν βαρβάρων ὕβριν στορέσειν, ἀναγκάσειν δ' αὐτοὺς ὕστερον δουλεύειν, ὧν πρότερον ἦρχον· καὶ οὕτως ἐν ταῖς τῶν βαρβάρων ψυχαῖς ἡκμάζεν ἀεὶ τοῦτο τὸ δέος, ὥσθ' ὁπότε συνελθόντες βουλεύοιντο, τοῦτο νικᾷν, μὴ δεῖν πέρα τοῦ μετρίου τῇ πρὸς ἡμᾶς κεχρῆσθαι πλεονεξίᾳ· ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ἡμᾶς ἀναλοῦν, μηδ' ἀπόγνωσιν ἡμῖν ἐμποιεῖν, ὥστε μὴ παντελῶς ἀπογνόντας, ἐπὶ τούτους καταφεύγειν, οἳ νῦν αὐτόματοι πάρεισιν, ὡς τότ' αὐτοῖς ἀντεπεξιέναι καὶ φιλονεικεῖν οὐ συνοῖσον. Δεχώμεθα δὲ τὸν οἰωνὸν ἀγαθῇ τύχῃ, ᾧ καὶ τὰ παρὰ τῶν ἐχθρῶν συμψηφίζεται· καὶ μὴ κυρίας τὰς εὐχὰς τοῖς βαρβάροις ποιῶμεν. Ἄτοπον γὰρ ἐκείνων ταῦτα πεφοβημένων, καὶ διὰ τοῦτο εὐχομένων οἴκοι μένειν τοὺς ἄνδρας, ἡμᾶς κωλύειν αὐτοὺς ἥκοντας· καὶ οὕτω τοῖς πολεμίοις συγκατεργάζεσθαι δοκεῖν τὴν ἐπιθυμίαν.

B

MONITUM IN ORATIONEM SEQUENTEM

(Combefis. *ibid.*)

Multa Laonicus de Callipoli, quam lib. IV πόλιν εὐδαίμονα vocat. Tenuerant tempus aliquod Catalani, Turcæ in Europam transmittentes, fere in ea, urbium primam suæ ditionis fecerant, eaque potiti immensis deinceps cladibus Græcorum rempublicam affecerant: quorum jam sub Bajazete reliquiæ deletæ essent, ac capta Constantinopolis, nisi Temeres Scytha eumdem delevisset ac tantillum sub Machmete ejus filio respirare sivisset. Eo exstincto ac Amurate incunte imperium, ei Græci Mustapham objecere, cum quo etiam ceperunt Callipolim eidem facientem deditionem: idque unum fere Græci præmii loco videbantur a Mustapha exigere, ut eorum Callipolis ditionis fieret; quod tamen Turcæ eam incolentes ægerrime ferebant; ac nec acquievisse Mustaphæ volenti tradere, tradit Laonicus; præsens tamen deliberatio, pleno jure subjectam Græcis civitatem videtur significare; nec eo modo captam quo ponit Laonicus, sed a Latinis ac comite, qui subsidio venissent Græcis, sola in eos pietate ac misericordia moti, quod Christianos homines sic a Barbaris ac impiis audissent male haberi; num ille auctoris coævus sit Smyrnæ princeps, quem Laonicus Græcorum copiis socium accessisse tradit, fuendæ parti Mustaphæ ac capiendæ Callipoli? Ut ut habeat, habes, Christianopolitice lector, quo Turcarum dignoscas solertiam, et ut ita rebus auxerint, quæsitis ac suo adjectis dominio commodis urbibus, quantumque una urbs aliqua afferat rebus momenti. Vide apud Leunclavium deploratam Græcorum ἀναισθησίαν, capta a Turcis primum ea urbe, seu leve damnum illatum esset; subindeque regnorum integrorum per nostros amissionem, ludente Cypro, ac aliis, fabulam: tuque idipsum Christiana vere pietate ac sensu, modo in Creta deplora; nec ejus putes montibus sistendam flammam, ut ne reliquum orbem Christianum, nisi expergiscimur ac sentire incipimus, vel Deo ulciscente dura viscera, depascat.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΤΙΚΟΣ ΕΤΕΡΟΣ
ΠΕΡΙ ΚΑΛΛΙΠΟΛΕΩΣ
ΑΙΤΗΣΑΝΤΟΣ ΤΟΥ ΜΟΥΡΑΤΟΥ

EJUSDEM
ORATIO ALIA DELIBERATIVA
DE NON REDDENDA CALLIPOLI PETENTE AMURATE.

Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες, μὴ περὶ τοιούτων ἡμᾶς A ἥκειν βουλευσομένους, ἐξ ὧν ὁποτέρου συμβάντος, αἰσχύνην καὶ κίνδυνον ἀνάγκη τῇ πόλει προσγίνεσθαι, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐνδοξοτέρων τε καὶ βελτιόνων ἡμῖν εἶναι τὸν λόγον· ἄλλως τε καὶ τῆς πόλεως ἡμῖν ἐν ταῖς κοιναῖς πράξεσιν, οὐδὲν πώποτε μὴ φιλοτιμίας καὶ δόξης ἐχόμενον, ἀνασχομένης ἐνδείκνυσθαι. Ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν εὐτυχεῖν καὶ μεγάλα πράττειν ἡμᾶς ὑπολέλοιπεν ἤδη, πεπράγαμεν δὲ οὕτω κακῶς, ὥστε τοῖς παρ' ἡμῖν ῥήτορσιν ἔργον εἶναι τῶν προτιθεμένων ἀεὶ κακῶν τὸ κουφότερον ἐξευρίσκειν· τί λοιπὸν ἢ Θεῷ μὲν εὔχεσθαι περὶ ἡμῶν μετριώτερόν τι βουλεύσασθαι, αὐτοὺς δὲ λελογισμένως τῇ παρούσῃ τύχῃ χρωμένους, πειρᾶσθαι σώζειν αὐτοὺς ἕως ἔξεστι, καὶ μὴ ὥσπερ ἀπογνόντας, τὴν τῶν προγόνων ἀρετήν τε καὶ δόξαν προ- B δοῦναί παντάπασιν, ἀλλ' ἐκ τῶν δυνατῶν εἰς ἐκεῖνα φαίνεσθαι τὰ παραδείγματα καὶ νῦν ἀποβλέποντας· Ἡ μὲν οὖν βουλὴ καὶ ἡ καθημέραν γινομένη πρὸς ἀλλήλους ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀντιλογία περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ πραγμάτων ἐστὶ καὶ τῆς Καλλιπόλεως; ἣν ὁ Μουράτης παρ' ἡμῶν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης αἰτεῖ. Καὶ τό γε πλεῖστον τῆς πόλεως, καὶ τῶν συμβουλεύειν εἰωθότων, φασὶ δεῖν ἤδη διδόναι, καὶ μὴ μέλλειν ὡς καὶ τῆς ἀναβολῆς φανερὸν κίνδυνον ἐχούσης τῇ πόλει. Ἐγὼ δ' ἐσχάτης ἀτυχίας νομίζων οὐχ ὅτι τῶν πολεμίων προσληψόμεθα, ἀλλ' ὅτι τούτοις προησόμεθα τῶν ἡμετέρων βουλεύσεσθαι, ἐπὶ τούτῳ μάλιστ' ἂν φαίην ἀγανακτεῖν, ὅτι τοὺς πλείστους τῶν ἐναντίων λόγων οὐδ' ἀνεχομένους ὁρῶ· C ἀλλ' οὕτως ὅλους τῆς δουλείας καὶ τοῦ τῷ βαρβάρῳ χαρίζεσθαι γεγονότας, ὥστ' ἐκείνου πρὸς τὸ λαβεῖν τούτους ἑτοιμοτέρους εἶναι πρὸς τὸ διδόναι. Τί γὰρ ἄν τις εἴποι πρὸς τὴν ἄλογον αὐτῶν ὁρμὴν ἀποβλέπων, καὶ τὸ πολεμίους καὶ προδότας τῶν κοινῶν σαφῶς ἀποφαίνεσθαι τοὺς ἐπισχεῖν καὶ βουλεύσασθαί τι περὶ τούτου βέλτιον ἀξιοῦντας; Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ

Par quidem, auditores, erat, ne de iis deliberaturi in consilium cogeremur, ex quibus, utrumvis accidat, probrum urbi ac periculum accedat, necesse sit; sed ut pro iis quæ majorem habent gloriam ac sunt potiora, nobis esset orandum; cum alioqui etiam nostra civitas, nihil unquam in communibus actionibus, non magnificum ac gloriam habens, ostendere sustinuerit. Quia vero nos jam felicitas, et ut magna designemus, defecit, adeoque male actum est nobiscum, ut unum id nostris jam oratoribus incumbat, ut in malis propositis, quod sit levius inveniant, quid superest, quam ut Deum precemur mitiora de nobis decernere; nosque ipsi, præsenti fortuna e ratione ac prudentia utentes, nostræ ipsorum saluti, quamdiu licet, studeamus consulere, non velut desperatione acti, majorum virtutem ac gloriam omnino prodere: sed pro virili, in illa videri exempla respicere. Quod itaque agitatur consilium, ac invicem quotidiana illa nobiscum publicis conventibus contradictio, in Chersonesi rebus versatur, ac urbis Callipolis, quam Murates a nobis pro pace petit. Ac vero maxima civitatis pars, eorumque qui sunt a consiliis, in eo conspirat, ut dandam dicant, atque id sine mora, quæ ipsa apertum civitatis periculum habeat. At ego, extremæ rem infelicitatis arbitrans, ut non in eo nostra deliberatio sit, ut hostium res nobis vindicemus, sed ut nostras ipsi dimittamus, hoc maxime indignandum dixerim, quod plerosque nequidem sustinentes audire contrarios sermones aspiciam; sed ita totos deditos servituti, atque ut Barbaro placeant, ut minori ille aviditate accipiat, quam isti desiderio tribuant. Quid enim quis dicat, ad eorum alienum a ratione impetum respiciens; utque hostes, ac rerum palam communium proditores pronuntient, ut quis obniti velit, ac quid melius pro negotio consulere? Quanquam tamen

Digitized by Google

grande adeo periculum pro concione de adversariis dicturo immineat, haud enimvero e ratione sit, ut cum cœperim aliqua, a consulendo quod sit e re communi, abstineam. Æquum porro fuerit, ut et ipsi non moleste feratis, si quorum rationes vestris minus consentire senseritis. Non enim urbes de rebus extra omnem controversiam positis dispicere solent ac deliberare; sed de obscuris, ac ejus generis, ut de illis quis contraria dicens, haud stultus videatur. Quia ergo modo quoque prudenti ratione, communis conventus ac consilii copiam fecistis, alienum sit a ratione indignari, ut quis adversam opinionem insinuaverit; cum præsertim penes vos sit ac vestri arbitrii, ut vel probantes sententiam, ea utamini, vel adversariis victoribus, quæ visa fuerint sequamini. Primum quidem hoc cogitandum, Callipolim esse, qua boni isti, ac urbis se curam professi agere, hostibus cedendum admoneant, quam semper rerum nostrarum pretiosissimam duximus, ac momentum maximum habentem ad Barbarorum bellum.

Sed et in conventibus publicis, ac consiliis, quando cuique quod libeat cum fiducia licet loqui, quod quidem spectat ad alia, plures quis invicem adversantes audierit, ac alios quidem hæc asserentes, alios vero negantes, neminem vero usque adeo contentiosum, ut rem aliquam Callipoli præhabendam putaverit: quin una hæc ubique obtinebat sententia, ut præsidium retineremus, nullisque vel laboribus vel impensis parceremus, quo illud semper urbi servaretur incolume. Ut sic autem universi de præsidio sentirent, in causa fuit experientia, quodque ea magistra compertum esset, quantum semper rebus nostris illud momenti attulisset. Quod enim necdum omnino ceu fluctu quodam obruti universi fuerimus, ac Græci reliqui quotquot Europam habitant, cum, qui jam nobis infesti ingruunt, Asiam ducerent ac in castris haberent, illud causa fuit. Quod nimirum illud, Hellespontiomnibus mœniis opportunissimum, interque alveum ac fauces positum, unde solventes Barbarorum naves haudquaquam latere poterant, illic stationem habentibus triremibus nostris, ut libere cohiberent latrocinantes Barbaros, nostrisque ut urbes tuto habitarent, præstaret. Præterea, nedum ex malis quæ cavimus, sed et ex iis quorum eo amisso fecimus periculum facimusque, clarius liqueat, nihil nobis esse, quo non prius quam illo cedere debeamus. Ubi enim quæ in Hellesponto ac Propontide facta quassatio, universa evertit, hoc quoque Barbaris oppidum tradidisset, cum Chersonesus tota illis addicta est, tum urbes Thraciæ, ditioni adjecerunt; ac necdum exacto anno, a nobis tributa exegerunt, terramque e mœnium regione positam araverunt. Quin et ut quis præsentis probri, utque civitas pro sic ingloriis ac humilibus deliberare cogatur, Callipolim causam dixerit, ac quod ea amissa sit, neminem fore arbitror qui contradicat. Qui ergo non absurdum, ut iis quæ præsentia adeo profuge-

A τοσοῦτον ἐχούσης τοῖς λέγουσι κίνδυνον τῆς περὶ τῶν ἐναντίων δημηγορίας, οὐκ εὔλογον δὲ ἤ τινῶν ἄρξαντα τῆς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ συμφέροντος συμβουλῆς ἀποσχέσθαι. Δίκαιοι δ' ἂν εἶητε καὶ ὑμεῖς μὴ χαλεπαίνειν, ἄν τινων λογισμοὺς τοῖς ἡμετέροις μὴ συμβαίνοντας αἴσθησθε. Οὐ γὰρ περὶ ὧν οὐδεὶς ἀντιλέγει, περὶ τούτων αἱ πόλεις εἰώθασι σκοπεῖν καὶ βουλεύεσθαι· ἀλλὰ περὶ τῶν ἀδήλων, καὶ περὶ ὧν τις τἀναντία λέγων, οὐ δόξει ληρεῖν. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ τοῖς παροῦσιν εὖ ποιοῦντες ἐκκλησίαν ἀποδεδώκατε καὶ βουλήν, ἄλογον δυσχεραίνειν, εἴ τις καὶ τῆς ἐναντίας ἅπτοιτο δόξης· ἄλλως τε καὶ μετὰ τοὺς λόγους ἐφ' ἡμῖν ὄντος ἢ τὴν γνώμην ἐπαινέσαντας χρήσασθαι ταύτῃ, ἢ, τῶν ἐναντίων κρατούντων, τοῖς δόξασιν ἕπεσθαι. Πρῶτον μὲν οὖν ἐκεῖνο

B ἐνθυμητέον, ὡς αὕτη γ' ἐστὶν ἡ Καλλίπολις, ἧς οἱ χρηστοὶ καὶ τῆς πόλεως φροντίζειν φάσκοντες οὗτοι τοῖς πολεμίοις παραινοῦσιν ἐκστῆναι, ἣν ἀεὶ πάντων τῶν ἡμετέρων κτημάτων ἡγούμεθα τιμιώτερον, καὶ μεγίστην ἡμῖν συντέλειαν πρὸς τὸν τῶν βαρβάρων πόλεμον παρασχέσθαι δυνάμενον.

Ἀλλὰ κἀν ταῖς ἐκκλησίαις, κἀν ταῖς βουλαῖς, ὅτε πᾶσι μετὰ παῤῥησίας τὸ δοκοῦν ἔξεστι λέγειν, περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἤκουεν ἄν τις ἀλλήλοις πολλοὺς ἐναντιουμένους· καὶ τάδε μὲν ὑπ' ἄλλων τιθέμενα, ὑπ' ἄλλων δὲ ἀναιρούμενα· φιλόνεικος δὲ οὕτως οὐδεὶς, ὥστ' ἀξιοῦν ἄλλο τι τῆς Καλλιπόλεως προτιμᾶν· ἀλλὰ αὕτη δὴ μία γνώμη διὰ πάντων ἐκράτει,

C ἀντέχεσθαι τοῦ φρουρίου, καὶ πάνθ' ὑπομένειν καὶ πονοῦντας καὶ ἀναλίσκοντας ὥστε σῶν ἀεὶ τῇ πόλει τηρεῖσθαι. Τοῦ δ' οὕτω πάντας περὶ τοῦ φρουρίου φρονεῖν αἴτιον ἡ πεῖρα, καὶ τὸ παρ' αὐτῆς διδαχθῆναι, ὅσον ἀεὶ τοῖς ἡμετέροις συνήνεγκε πράγμασι. Τοῦ γὰρ μὴ παντάπασιν ὥσπερ ὑπό τινος κύματος κατακλυσθέντας μηκέτ' εἶναι πάντας ἡμᾶς καὶ τοὺς λοιποὺς Ἕλληνας ὅσοι τὴν Εὐρώπην οἰκοῦσιν, ὅτε τὴν Ἀσίαν ἦγον καὶ ἔφερον οἱ νῦν ἡμῖν ἐπικείμενοι, τοῦτ' αἴτιον ἦν. Ὅτι δὴ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ τειχῶν πάντων ἐπικαιρότατον ὄν, καὶ πρὸς τῷ πόρῳ καὶ τῷ στενῷ κείμενον, ὅθεν αἱ τῶν βαρβάρων

D ἀναγόμεναι νῆες οὐκ ἔμελλον λήσειν, ταῖς ἡμετέραις τριήρεσιν ἐφορμούσαις αὐτόθι παρεῖχεν ἄδειαν τοὺς τῶν βαρβάρων ἀνείργειν ληστὰς, καὶ τοῖς ἡμετέροις ἀσφαλῶς τὰς πόλεις οἰκεῖν. Ἔπειτ' οὐ μόνον ἐκ τῶν δυσχερῶν ὧν . . . . . πεπειράμεθα καὶ πειρώμεθ' αὐτὸ ἀπολέσαντες ῥᾴδιον συνιδεῖν, ὡς παντὸς μᾶλλον τῶν ὑπαρχόντων ἡμῖν ἀποστατέον ἢ τούτου. Τοῦ γὰρ περὶ τὸν Ἑλλήσποντον καὶ τὴν Προποντίδα συμβάντος σεισμοῦ ὃς πάντα ἀνέτρεψε, καὶ τὸ χωρίον τοῦτο τοῖς βαρβάροις προδεδωκότος, ἥ τε Χερρόνησος πᾶσα τούτοις ἐδούλευσε, καὶ τὰς ἐν Θρᾴκῃ πόλεις δι' ἑαυτῶν ἐποιήσαντο, καὶ πρὶν ἔτος ἐξήκειν, φόρους τε ἡμᾶς ἔπραξαντο, καὶ τὴν πρὸ τῶν τειχῶν ἔτεμον γῆν. Κἄν τις τῆς παρούσης αἰσχύνης, καὶ τοῦ περὶ τῶν οὕτως ἀδόξων καὶ ταπεινῶν τὴν πόλιν βουλεύεσθαι, αἰτίαν τὴν Καλλίπολιν καὶ τὴν ἐκείνης ἀπώλειαν εἶναι φῇ, οὐδένα ἂν ἔχοι τὸν ἀντιλέγοντα. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον, ἃ παρόντα μὲν τοσαύτην ἤνεγκε τὴν ὠφέλειαν,

Digitized by Google

ἀπόντα δὲ τοὺς ἐσχάτους κινδύνους ἐπήνεγκε, τούτων ἐκστῆναι τοῖς πολεμίοις, καὶ οἷς ταῦτα προλαβοῦσιν οὐδὲν ἔτι κατὰ τῆς πόλεως ἀτόλμητον ἔσται; Καὶ ταῦτα ἐξ ἐπιτάγματος, ὥσπερ δέον τοῖς βαρβάροις πάνθ' ὑπακούειν, ἢ τῶν ἡμετέρων πλεονεκτημάτων ἐκείνους κυρίους ποιεῖν.

Κἀκεῖνο δὲ χρὴ προσενθυμεῖσθαι, ὅτε πρῶτον ἠγγέλθη τὴν Καλλίπολιν σεισθεῖσαν ὑπὸ τῶν βαρβάρων ληφθῆναι, τίνας φωνὰς ἠφίεμεν, καὶ τίς ἦν διὰ πάσης τῆς πόλεως θρῆνος; καὶ τίς ἦν ἡ τότε παρὰ τῇ πόλει κρατοῦσα φήμη; Οὐχ ὡς ἀπολώλαμεν; Οὐχ ὡς ἐν σαγήνῃ πάντες ἤδη τοῖς τείχεσιν ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐχόμεθα; Οὐχ ὡς καὶ τοὔδαφος αὐτὸ λοιπὸν τῆς πόλεως ὑπόκειται τοῖς κινδύνοις; Οὐκ εὐδαίμων ὁ πρὸ τῶν κινδύνων τὴν πόλιν καταλιμπάνων τότε ἐδόκει; Πάντως μέμνησθε, ὡς τῆς πολεμίας μᾶλλον ὑπωπτεύομεν τὴν πατρίδα, καὶ πρὸς Ἰταλίαν, καὶ Γάδειρα, καὶ τὴν ἔξω Στηλῶν πάντες ἠπείγοντο θάλασσαν, ὡς οὕτω μόνως τῆς δουλείας ἀπαλλαξόμενοι. Ἦν τοίνυν τότ' ἐθρηνοῦμεν ἀπολωλυῖαν, καὶ ἧς δουλευούσης, οὐδὲν ἡμῖν ἦν ἀνέλπιστον τῶν κακῶν, ταύτην οὕτως ἁπλῶς προησόμεθα, ἐπειδήπερ ἡ πρόνοια πάλιν εὖ ποιοῦσα τὰ πράγματ' ἡμῖν ἐπανήγαγεν· ὥσπερ ἢ τῆς ζημίας ἐπιλαθόμενοι, ἢ δυστυχοῦντες μὲν εἰδότες λογίζεσθαι, τῇ δὲ βελτίονι τύχῃ μὴ δυνάμενοι χρῆσθαι. Καίτοι πῶς οὐκ ἀπέραντον τὸ κακὸν, εἰ κύριοι μέν τινων ὄντες, οὐκ αἰσθησόμεθα τὴν ἀπὸ τούτων ὠφέλειαν· ἀπολωλότων δὲ, ἀθυμήσομεν; καὶ ποθήσομεν μὲν μὴ παρόντα, ἐπανελθόντα δὲ αὖθις ῥίψομεν· καὶ ταῦτ' εἰδότες, ὡς οὐ καταλύσομεν τὸν ἔρωτα, ἀλλὰ καὶ προσθήσομεν, ὅταν οὐκ ᾖ. Τοῦτο γὰρ ἀντίκρυς οὐ Πενελόπης ἐστὸν, ἑαυτοὺς δ' ἔστιν ἀναλυόντων, καὶ τὰς ἑαυτῶν μισούντων εὐχάς.

Ἀλλὰ μήν, εἰ μὲν οἰκείοις τέλεσι καὶ στρατείαις καὶ πόνοις ταύτην ὑπὸ τοῖς βαρβάροις γενομένην ἀνεκτησάμεθα, χρῆν μὲν οὐδ' οὕτως ὧν ἀνηλώκαμεν καὶ πεπονήκαμεν ἐπιλαθομένους, ταύτην ἐκείνοις πάλιν προέσθαι· ὅμως εἶχέ τινα λόγον τὸ πάλιν ἐφ' ἡμῖν εἶναι ταύτην ἀναλαβεῖν ὅταν βουλώμεθα, πεῖσαι ταύτης νῦν ἡμᾶς ἀμελῆσαι· εἰ καὶ ἄλλως, ὅπερ ἔφην, ἀνόητον, ἐκόντας ἐκδιδόντας, αὖθις ἀνασώζειν πειρᾶσθαι, καὶ καθ' ἑκατέραν πράγματα ἔχειν. Εἰ δ' ἡμεῖς τόθ' ἁλούσῃ τοσαῦτ' ἀπέσχομεν αὐτῇ βοηθῆσαι, ὅσον ἐμοὶ δοκεῖ καὶ τοῦ πτήσεσθαι· ἴστε γὰρ ὡς ἔτους ἑκάστου περὶ τούτων ἐκκλησίαν ἀθροίζοντες, πεζῇ μὲν δυνάμεως οὐκ ἐλάττονος ἢ Ξέρξης ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἦγε, τοῖς πράγμασιν ἐλέγομεν δεῖν· νεῶν δὲ πλειόνων, ἢ δι' ὅσων τὴν Τροίαν Ἕλληνες εἷλον· χρημάτων δ' ὅσων οὐδ' ἂν τὴν ἑκάστων οὐσίαν ἐξαργυρισθεῖσαν ἀρκέσαι· ἄλλοι δέ τινες πόρρωθεν ἥκοντες, καὶ ἡμῖν ὧν ἀπεστερήμεθα συναλγήσαντες, τοῖς ἑαυτῶν κινδύνοις καὶ ἀναλώμασιν αὖθις ἡμῖν ἀπέδοσαν, ὧν πρότερον ἐκπεπτώκαμεν· τί δεῖ πάλιν εἰς τὰς πρότερον καθίστασθαι συμφορὰς, καὶ τὴν μὲν ἀνδρῶν ἐκείνων ἀφανίζειν φιλοτιμίαν, οἷς παρ' ἡμῶν καὶ στήλην ἔδει σταθῆναι μνημεῖον ὧν ἡμᾶς εὐηργέτησαν· αὐτοὺς δὲ τὰ τῶν

A runt, quæque cum abessent suprema pericula attulerint, hostibus cedamus, quibus ut recipiant, nihil jam in urbem intentatum relinquent? Atque id ex præcepto, tanquam in omnibus, morem Barbaris gerere oporteat, nostrorumque illos commodorum facere dominos.

Sed et abunde illud cogitandum, ubi primum rumor percrebuit, quassatam a Barbaris Callipolim captam esse, quasnam emittebamus voces, ac quis urbe tota luctus erat? quæve tunc in urbe obtinebat fama? Nonne periisse nos? Non jam omnes, tanquam in sagena, sic teneri a Barbaris muris conclusos? Nonne ipsum jam urbis solum obnoxium esse periculis? Nonne tunc beatus habebatur, qui necdum periculis exceptus urbem relinqueret? Omnino memoria tenetis, ut hostium terra suspectiorem patriam haberemus; omnesque in Italiam, ac Gades, mareque Columnis ulterius, tanquam ea tantum ratione a servitutis jugo liberandi festinarent. Quam ergo tunc amissam lugebamus, a qua serviente, nullum non exspectandum malum videbatur, eam sic temere dimittemus, quod iterum favens providentia, res nobis reduxerit, tanquam vel jacturæ obliti, vel qui mala quidem fortunæ ratione agere noverimus, prospera autem uti non possimus. Tametsi quomodo non omni fine productius malum, ut quorum domini non sentiamus quid illa commodi habent, amissis autem mœrore afficiamur? ac quidem desideremus, cum non adsunt; cum vero redierint, iterum projiciamus, idque cum sciamus fore, ut amorem minime exstinguamus, sed ut etiam exstincta re augeamus. Hoc enim palam, non eorum sit qui telam retexant Penelopes, sed qui seipsos perdant, suaque ipsorum vota odio habeant.

Atqui ut nostris ipsi reditibus expeditioneque ac laboribus, cum prius Barbaris subjecta esset, urbem nobis asseruissemus, nec sic par erat expensarum oblitos ac susceptorum laborum, sic rursus illis dimittere. Esset nihilominus aliquid ad rationem probabile, ut eo in præsentiarum negligeremus, quod in nostra potestate esset iterum cum vellemus recipere: quanquam alioqui, ut dicebam, stultum sit, ut ultro tribuentes, denuo conemur recuperare, ac quotidie negotia habeamus. Quod si nos, cum tunc capta esset, sic longe eramus, ut ei possemus auxilium ferre, uti puto, ut possimus volare. Scitis enim ut annis singulis super his collecta ecclesia, haud minoribus pedestribus copiis opus diceremus, ac Xerxes eduxisset contra Græcos: navibus vero pluribus, quam quibus Græci cœperunt Trojam; pecuniis adeo multis, ut nec singulorum facultates in argentum versæ sufficerent. Sic vero rebus habentibus venerunt alii quidam e longinquis, nobisque, pro eo atque exspoliati essemus condolentes, suis ipsorum periculis atque sumptibus, iterum nobis reddiderunt, quæ prius amiseramus. Quid ergo opus prioribus nos calamitatibus inseramus, ac illorum quidem virorum magnificentiam obscure-

Digitized by Google

mus, quibus et titulum nos oportebat erigere, eorum monumentum beneficiorum, quibus nos devinxerunt; ipsi vero, quæ sint furiosorum præstemus, qui discissa veste, nudi turpiter incedant; sin autem quis induerit, rursus nudentur, ac eos mordeant, qui misericordia illorum curam agunt.

Turpe hoc quidem, ut quem liqueat ipsum sibi non sufficere, sed velut aliis quibusdam pædagogis egere, qui res ejus custodiant: ut autem quanquam adjutoribus aliis, ac arcentibus volentes inferre injuriam, omnique modo ut bene ac prospere habeat providentibus, ipse se de industria det præcipitem, impleatque hostium vota, hoc jam etiam eorum qui furore insaniunt, exempla superet. Per Deum rogo, ut etiam veniant, aut ad nos legatos mittant, qui ereptam barbaris Callipolim, nobis tradiderunt, ac dicant: *Nos, viri, nulla vobis necessitudine conjuncti: neque enim aliquis nobis apud Byzantios commeatus, nec aliquo a vobis beneficio, aut auxilio accepto, necesse habuimus munus rependere; quin a principio ne quid velletis quidem intelligentes sine interprete, quod solum Christi nobiscum cultores a Barbaris conculcari audierimus: ac terram quidem vestrum illis ferre fructus ac lucra; urbes autem ab illis esse eversas, ac corpora quidem siqua gladium effugerunt, ubique dispersa servitutem servire; ad hæc autem animas, qua vi, qua suasione ac quotidiana cum illis consuetudine pollui; sic autem angustam vobis regionem restare, ut ne quidem tributis, quæ pendenda barbaris habetis sufficiat; omnemque ornatum vestrum ad illos commigrasse, ac deinceps habere in votis, ut saltem servire permittamini; horum fama ad nos perlata, nostramque ipsorum calamitatem vestra arbitrati mala; ac nec exspectatis legatis quibus nos ea doceretis, patria quisque sua egressi sumus, dereliquimus vero parentes, amicos, aliosque necessarios, tametsi sedere rogarent, ac cum cognatis, bonis quæ domi jucunde haberent, frui nec anxios esse, aut etiam belli incommoda, ac fortunam aliorum nobis asciscere. Porro autem erant plerisque nostrum etiam uxores ac liberi, ut illis virorum, istis patrum opera ac cura opus esset. Scitis autem larium amores, utque vel adamantinum pectus uxor lacrymis emolliat, liberorumque imbecillitas, paternos obtutus necessarios habens. Enimvero nihil horum vestra potius habuimus salute. Quin neglectis omnibus, ac grandi classe magnum transmittentes pelagus, marisque ac tempestatum nos casibus exponentes, nulla nobis condicta mercede, ac nec sperata, excepta utilitate vestra, venimus pro vobis armati, haud secus ac pro nobis ipsis ac parentibus: multisque ante descensum e navibus defuncti periculis, eum Barbaris magna prohibentibus virtute, non sine grandi discrimine ac labore primis eorum repressis, ad præsidium venimus, tum quidem vobis omni majus pretio; nunc autem, quod habeatis, ne in accessionis quidem partem habitum, Deoque bene propitio, illud quidem cepimus, hostesque turpi fuga recedere coegimus, ac demum vestros illic captivos recepimus; armisque ac annona, virisque, ac omnibus necessariis*

μαινομένων ποιεῖν, οἱ τὴν ἐσθῆτα περιῤῥηγνύντες· ἀσχημονοῦσι· κἂν τις αὐτοὺς περιστέλλῃ, οἱ δὲ πάλιν γυμνοῦνται, καὶ δάκνουσι τοὺς δι' οἶκτον ἐπιμελουμένους αὐτῶν;

Αἰσχρὸν μὲν γὰρ καὶ τὸ δῆλον εἶναί τινα ἑαυτῷ μὴ ἀρκοῦντα, ἀλλ' ὥσπερ τινῶν παιδαγωγῶν ἑτέρων δεῖσθαι, οἳ τούτῳ τὰ ὄντα τηρήσουσι· τὸ δὲ καὶ ἄλλων βοηθούντων, καὶ τοὺς ἀδικεῖν βουλομένους εἴργόντων, καὶ πάντα τρόπον ὅπως εὖ πράξειε προνοούντων, αὐτὸν κρημνίζειν ἑαυτὸν ἐξεπίτηδες, καὶ τοῖς ἐχθροῖς πληροῦν τὰς εὐχάς, τοῦτ' ἤδη καὶ τῶν μαινομένων παραδείγματα σαφῶς ὑπεραίρει. Πρὸς Θεοῦ· εἰ δὲ δὴ καὶ ἐλθόντες, ἢ καὶ πρέσβεις πέμψαντες πρὸς ἡμᾶς, οἱ καὶ Καλλίπολιν τῶν βαρβάρων ἀφελόμενοι, καὶ ἡμῖν παραδόντες, λέγοιεν· « Ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες, οὐδὲν ὑμῖν προσήκοντες· οὐδὲ γὰρ προξενία γέ τις ἦν ἡμῖν παρὰ Βυζαντίοις, οὐδὲ χάριτός τινος ἢ βοηθείας ἡμῖν παρ' ὑμῶν ὑπαρξάσης, ἔδει τὴν δωρεὰν ἀνταναπληροῦν· τὴν ἀρχὴν δὲ οὐδ' ἄνευ ἑρμηνέων ὅ τι βούλεσθε συνιέντες, ἐπειδὴ μόνον τὸν Χριστὸν μεθ' ἡμῶν προσκυνοῦντας, ἠκούομεν ὑπὸ τῶν βαρβάρων καταπατεῖσθαι· καὶ τὴν μὲν ὑμετέραν γῆν ἐκείνοις φέρειν τοὺς καρπούς καὶ τὰ κέρδη, τὰς δὲ πόλεις ὑπ' ἐκείνων ἀνασταθῆναι· καὶ τῶν μὲν σωμάτων ὅσα τὸ ξίφος διέφυγε, πανταχόσε διασπαρέντα δουλεύειν· τὰς δὲ ψυχὰς ἅμα τούτοις τὰ μὲν βίᾳ, τὰ δὲ πειθοῖ καὶ τῇ καθ' ἡμέραν πρὸς τούτους ὁμιλίᾳ μιαίνεσθαι· τοσοῦτο δ' ὑμῖν τῆς χώρας λειφθῆναι, ὅσον μηδὲ πρὸς τοὺς φόρους οὓς οἴσετε τοῖς βαρβάροις ἀρκεῖν· πάντα δὲ τὸν ὑμέτερον κόσμον πρὸς ἐκείνους μετατεθεῖσθαι, καὶ λοιπὸν εὐχὴν ὑμῖν εἶναι τὸ γοῦν δουλεύειν συγχωρηθῆναι· ταῦτα τῆς φήμης ἀκούσαντες, καὶ συμφορὰν ἰδίαν τὰ οἰκεῖα λογισάμενοι πάθη, καὶ μηδὲ τὴν ταῦτ' ἐροῦσαν πρεσβείαν παρ' ὑμῶν ἀναμείναντες, ἐξήλθομεν μὲν τῶν πατρίδων, κατελίπομεν δὲ γονέας καὶ φίλους καὶ τοὺς ἄλλους ἐπιτηδείους, δεομένους καθῆσθαι, καὶ τῶν οἰκοι μετὰ τῶν συγγενῶν ἀπολαύειν ἡδέων, καὶ μὴ περιεργάζεσθαι, μηδὲ τῶν ἀπὸ τοῦ πολέμου κακῶν καὶ τῆς ἑτέρων τύχης κληρονομεῖν. Ἦσαν δὲ τοῖς πλείοσιν ἡμῶν καὶ γυναῖκες καὶ τέκνα, αἱ μὲν ἀνδρῶν, τὰ δὲ πατέρων δεόμενα. Καὶ ἴστε τοὺς τῆς οἰκίας ἔρωτας, καὶ ὡς τὴν ἐξ ἀδάμαντος καρδίαν γυνὴ δακρύσασα μαλάξειεν ἄν, καὶ τέκνων ἀσθένεια πατρικῶν ὀφθαλμῶν δεομένη. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ἡμῖν πρὸ τῆς ὑμετέρας γέγονε σωτηρίας· ἀλλὰ πάντων ὑπεριδόντες, καὶ μεγάλῳ στόλῳ μέγα πέλαγος διαβάντες, καὶ ταῖς τῆς θαλάττης καὶ τῶν χειμώνων τύχαις ἡμᾶς αὐτοὺς ὑποθέντες, οὐδενὸς ἡμῖν προειρημένου, ἀλλ' οὐδ' ἐλπιζομένου, πλὴν τῆς ὑμῶν ὠφελείας, μισθοῦ, ἤκομεν ὑπὲρ ὑμῶν οὐχ ἧττον ἢ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν γονέων, τὰ ὅπλα θέμενοι· καὶ πρὶν τῶν νεῶν ἀποβῆναι, πολλὰ πρὸς τοὺς βαρβάρους κινδυνεύσαντες, μεγάλῃ δυνάμει τὴν ἀπόβασιν εἴργοντας, οὐκ ἄνευ κινδύνων καὶ πόνου πολλοῦ τοὺς πρώτους αὐτῶν βιασάμενοι ἐπὶ τὸ τεῖχος ἤκομεν· τὸ τότε μὲν ὑμῖν πάντων ἀνάξιον, νῦν δ' ἐπειδὴ

Digitized by Google

A invenerit : multaque aggredientibus, quibus ea destrui possint, argumenta occurrent. Testes sunt qui a suis modo defecerunt, eisque palam bellum intulerunt, quibus ut quis jubeat, nonnullisque pecuniis ac belli subsidio eorum conatus roboret, ac sociam alacritatem ostendat, apti forte bellatores effecti, in suos convertantur, sibique mutuo inferentes bellum, vel nihil, aut quid modicum nos lædant. Quin et Tribali destinarunt legatos, rogantes ut communi consilio communes hostes ulciscamur, ac nuptiarum societatem ineamus, pollicentesque pecunias, quibus nos excitatum iri sperant : quos firmam belli societatem inituros putandum est, quod et ipsi experti sint Barbarorum injuriam : haud vero dicat aliquis eo fine, ut B nostras injurias ulciscantur, aliaque, quæ nunc quidem grave sit sigillatim dicere, quæque nihilominus omnia motum bellum liquido declarabit. Haud sane æquum, incidentem ejusmodi rei gerendæ occasionem dimittere ; verum quia ne volentes quidem Barbari permittunt quiescere, sed est necesse ut sedentes ac otiosi, servorum fortunam subeamus, utendum occasionibus, ac alacri audendum animo ut vel patriam ac gentiles nostros libertate donemus, vel certe strenuum quid ac præclarum designantes, virtutis monumentum posteris relinquamus. Quod si putatis fore ut tradentes Callipolim tuto patriam habitemus, timeo ne brevi eam ipsam amittentes, ne solum quidem in quo habitemus deinceps inveniamus. Quis enim eos C qui sua ipsi prodiderint, in suam ipse patriam permittat ascendere? Quis tanti sceleris consultores auctoresque honestæ ulli actioni comparatos existimabit? Enimvero quotquot nostrum continget Barbarorum manus effugere, obscuri ignotique in extraneis provinciis sumus vagaturi : sin autem agnoscamur, omnium nos dirræ et vituperia risusque prosequentur. Eosne videri par erat? in conventum admitti? prorsus autem ducere spiritum? qui urbe tanta potientes, tam multis divitiis, tanta potentia; qui maris ac terræ domini, soloque imperio omnia valentes conficere, illam omnem substantiam molli victu, ac dormientes, luxuriantesque consumpserunt; tandemque ipsam patriam prodentes, nunc D ceu commune quoddam piaculum circumeunt? pestes quædam, morbique, contagie alios inficientes? Nos autem, ne quo contradicamus quidem habebimus. Justæ enim vituperationes ac criminationes, libertatem omnem excusandi auferent; ferre autem sic exceptos, qua non calamitate molestius? Quapropter necessum ut urbes fugiamus fugiamusque conventus, atque nos in antris quibusdam abdentes vitam agamus, celantes patriam, ac mortem in votis habentes. Haudquaquam vero si mihi creditis. Enimvero, sin prius hactenusque, modo saltem omni penitus Barbaris negata fide, certoque persuasi, eo sua omnia consilia dirigere, ut nos redigentes in servitutem, ipsi res auferant nostras, mancipiorumque obsequiis ac necessitatibus sub-

Digitized by Google

jiciant corpora, nedum a præsentibus vos consiliis abstinete; quin et urbi malevolos existimantes, eos qui nobis talia audent consulere, mittamus Callipolim præsidiarios, quique necessaria omnia ad urbem tuendam provideant pariter ac agant, quo ejus firma possessio urbi maneat : nosque virili assumpto animo fauste contingat vindicare patriam. Dixi quod conducere arbitror; vos el gite quod re communi futurum sit

Α πολιν φυλάξοντας, καὶ πάνθ' ὅσων δέοι πρὸς τὴν ἀσφάλειαν καὶ προνοησομένους; καὶ πράξοντας, ὅπως ἂν βεβαία παραμένοι τῇ πόλει· αὐτοὺς δὲ ἄνδρας γεγονότας τύχῃ ἀγαθῇ τὴν πατρίδα ἐλευθεροῦν. Εἴρηκα ἃ νομίζω συμφέρειν· ὑμεῖς δὲ ἕλοισθε τὸ μέλλον κοινῇ συνοίσειν.

DEMETRII CYDONII

MONODIA

DE SEDITIONE THESSALONICENSI, ANNO MCCCXLIII.

Exstat inter Scriptores post Theophanem, hujusce Patrologiæ tom. CIX.

DEMETRII CYDONII

TRANSLATIO

LIBRI FRATRIS RICHARDI (1), ORDINIS PRÆDICATORUM, CONTRA MAHOMETI ASSECLAS.

(Basileæ 1543. De hac editione vide supra col. 371, not.)

BARTHOLOMÆUS PICENUS

DE MONTEARDUO,

FERDINANDO REGI ARAGONIÆ ET UTRIUSQUE SICILIÆ S. P. D.

Cum Demetrius Cydonius, vir utriusque linguæ peritissimus, e Latino in Græcum opus Richardi ordinis Prædicatorum transtulisset, non ab re mihi visum est, serenissime atque catholice rex, illud Græco in Latinum convertere : non quod apud Latinos hujusmodi opus extare non existimarem, sed vidissem Demetrium Cydonium opusculum illud e Latino in Græcum elegantiori stylo transtulisse. Idcirco pro viribus conatus sum libellum illum iterum ea dicendi elegantia quoquo modo in nostram linguam transferre, et eum in nitidiorem cultum candidioremque stylum pro viribus redigere, et tibi, serenissime atque catholice rex, illum dedicare debere, qui solus inter Christianorum reges hac nostra tempestate Mahometanam sectam maximis cladibus affecisti. Nam non minimam laudem tibi comparasti, cum Beticam provinciam, quæ per octingentos annos Mahometanam fidem coluerat, in Christianorum potestatem redegisti, et nunc universam Africam capere intendas : quam facile assequi poteris, cum gentes illæ hoc tempore imbelles sint, quoniam cum Christianis diu pugnare non consuevere. Difficilius enim tibi fuit Beticam provinciam expugnare, quam totam Africam in potestatem tuam asserere. Erant enim in Betica milites illi strenuissimi, cum Hispano milite bellari semper assueti; at hi contra homines ignavi, ventri et otio dediti, cum Christiano nomine jam diu prœliari desueti, nec sunt in bello exercitati, quales olim duce Annibale Hispaniam et Italiam occuparunt. Nec eam copiam armorum habent, quam Hispanus miles, in bello strenuissimus et exercitatissimus, habere dicitur. Nec ibi magnæ desunt opes, quibus militum animi spe prædæ maximæ accendantur. Omnia tibi prospere succedent, si reliquias incepti belli prosequaris. Nec est quod vereare, bellum in Hispania tibi ab aliquibus moveri, præsertim hoc tempore, novo tibi ob affinitatem cum Christianissimo Francorum rege fœdere inito. Prosequere igitur inchoatum bellum, et omnes vires tuas in Africam transfer. Quam facile Deo duce subjugabis, et ea quidem subacta, et in Christianorum potestatem redacta, facile deinde Hierosolymam recuperabis, quæ tam ampla, tam fertilis, tam sancta terra sultano Babylonis hoc tempore paret. Qui autem nunc eam patriam tutantur, servi sunt venales, ex

(1) Nicolaus a Cusa *Ricoldum* nominat ; *Richaldum* Joannes Cantacuzenus orat. 1 in Mahometum num. 4. Meminit illius Volaterranus.

Digitized by Google

diversis provinciis empti, et hi quidem ad summam viginti millium non ascendunt. Qui cum coacti essent a Christiana religione discedere, Mahometanam nunc sectam sequuntur. Reliqui vero Saraceni qui eis subjiciuntur, quam molles sint et effeminati, ex hoc conjectare possumus, quod his nunquam licet arma tractare, nec equum ascendere, nec virile quidquam facere, sed vel agriculturam, vel mercaturam, vel alia hujusmodi vilia exercent. Quod cum ita sit, nemini dubium est quin facillime ex ea expeditione victoriam cum maximo triumpho sis reportaturus, et civitatem sanctam Hierosolymam, in qua Salvator noster Dominus Jesus Christus Evangelium prædicavit et Novum Testamentum nobis constituit, ab immanissima Mahometanorum superstitione liberabis. Quæ quam vana sit, quam frivola, quam nullius momenti, in præsentiarum nihil attinet dicere, quoniam eam tunc primum intelliges, cum hanc Richardi fratris confutationem diligenter lecitaveris. Vale.

Ῥικάρδου τοῦ τῷ τάγματι τῶν παρὰ Λατίνοις καλουμένων Ἀδελφῶν Πρεδικατόρων κατειλεγμένου ἀνασκευὴ τῆς παρὰ τοῦ καταράτου Μαχουμέθ τοῖς Σαρρακηνοῖς τεθείσης νομοθεσίας, μετενεχθεῖσα ἐκ τῆς Ἰταλῆς διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλλάδα διά τινος Δημητρίου.

Richardi ex ordine Fratrum, qui apud Latinos Prædicatores appellantur, confutatio legis latæ Saracenis a maledicto Mahometo, translata ex Romana lingua in Græcam, per quemdam Demetrium.

« Πόσαι εἰσὶν αἱ ἡμέραι τοῦ δούλου σου; Πότε ποιήσεις μοι ἐκ τῶν καταδιωκόντων με κρίσιν; Διεγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας· ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ νόμος σου, Κύριε. Πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου ἀλήθεια. Ἀδίκως κατεδίωξάν με. » Οὗτοι οἱ λόγοι τῆς στρατευομένης εἰσὶν Ἐκκλησίας, πενθούσης τε καὶ στενούσης, τῷ διαφόροις βαρυνθῆναι ταλαιπωρίαις, ὧν ῥυσθῆναι τῇ θείᾳ πέποιθε συμμαχίᾳ. Ἀλλ' εἰ καὶ ἀναρίθμητα πέπονθεν ἡ Ἐκκλησία πάθη καὶ λύπας, πάσας μέντοι καθόλου τὰς εἰς τρεῖς ἔστιν ἀναγαγεῖν. Πρῶτον μὲν γὰρ φανερῶς ὑπέστη τὴν λύσσαν τοῦ διωγμοῦ, τὴν ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν τυράννων ἐπενεχθεῖσαν αὐτῇ. Τοῦτο δὲ μάλιστα ταύτῃ συμβέβηκεν, ἀφ' οὗ πέπονθεν ὁ Χριστὸς μέχρι τῶν τοῦ Κωνσταντίνου καιρῶν, ἐν ἔτεσι δηλονότι τριακοσίοις καὶ δέκα, ὅτε οἱ κατέχοντες τὴν τοῦ κόσμου μοναρχίαν Ῥωμαῖοι, καὶ τῶν ἄλλων ἀσεβῶν ὁ κατάλογος πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀναριθμήτους τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ μαρτύρων ἀπέκτειναν. Ὑπὲρ οὗ χρόνου συμπάσχων ὁ Δαβὶδ τῇ Ἐκκλησίᾳ φησί· « Πόσαι εἰσὶν αἱ ἡμέραι τοῦ δούλου σου; Πότε ποιήσεις μοι ἐκ τῶν καταδιωκόντων με κρίσιν; » Ἀλλὰ πρὸς τὸν Θεὸν τοῦ τῶν ἁγίων αἵματος κράζοντος, καὶ τῶν θαυμάτων διαλαμπόντων, ᾄφνω γέγονεν ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου· καὶ οἱ πρὶν τῶν Χριστιανῶν ὄντες διῶκται τὰς ἐκκλησίας ἱδρύοντο, ἡγεμόνες τε τοῦ κατὰ τῶν ἀσεβῶν πολέμου μετὰ θριάμβων γεγόνασιν. Ἀλλ' αὐτίκα ὁ δεύτερος διωγμὸς τῶν αἱρετικῶν ἐπανέστη. Αὐτίκα γὰρ ἀνεφάνη ὁ αἱμοβόρος δράκων, φρυαττόμενος ἐκ τοῦ φωλεοῦ, καὶ συρίττων διαφόρους αἱρέσεις, Ἀρείου δηλονότι, καὶ Σαβελλίου, Μακεδονίου τε καὶ τῶν ἄλλων αἱρετικῶν. Δι' ὃν μάλιστα χρόνον ἔλεγεν ὁ Δαβίδ· « Διεγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ νόμος σου, Κύριε. » Ἀλλ' ἐδόθη καὶ προσετέθη τότε τὸ φῶς τῆς διδασκαλίας τῇ ἐκκλησίᾳ, πολλῶν διδασκάλων ἀναφανέντων, καὶ τὴν θείαν διανοιγόντων Γραφήν. Ἱλάριος οὗτος ἦν, Αὐγουστῖνος, Ἱερώνυμος, καὶ Γρηγόριος· ἀνέστη τε καὶ πλῆθος ἁγίων Πατέρων ἐν ταῖς ἐρήμοις, τελεία;

« Quot sunt dies servi tui? Quando facies mihi de persequentibus me judicium? Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non sic lex tua, Domine. Omnia mandata tua veritas: injuste persecuti sunt me [1]. » Hæc verba militantis sunt Ecclesiæ, flentis et gementis, diversis se gravatam esse miseriis, quibus liberari divino confisa est auxilio. Sed etsi innumerabiles passa est Ecclesia passiones et tristitias, omnes tamen universaliter has in tres referendum est. Primum quidem manifeste sustinuit rabiem persecutionis, illatam ei ab impiis tyrannis. Hoc autem maxime sic accidit, a quo passus est Christus, usque ad tempora Constantini, in annis videlicet trecentis et decem, quando Romani, qui monarchiam tenebant, et aliorum infinitus catalogus, ubique in universo orbe terrarum innumerabiles sanctos Dei martyres interemerunt. Pro quo tempore compatiens David Ecclesiæ, dicit: « Quot sunt dies servi tui? Quando facies mihi de persequentibus me judicium [2]? » Sed ad Deum sanctorum sanguis cum clamaret, et miraculis ipsi splenderent, repente facta est mutatio dexteræ Altissimi: et qui prius Christianorum persecutores erant, ecclesias ædificaverunt, ducesque belli contra impios facti sunt. Sed statim secunda persecutio hæreticorum insurrexit. Repente enim apparuit cruentus draco, fremens ex squama, et sibilans diversas hæreses, Arii videlicet, et Sabellii, Macedoniique et aliorum hæreticorum. Propter quod maxime tempus dixit David: « Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non sic lex tua, Domine. » Sed data est et apposita tunc lux doctrinæ Ecclesiæ, cum multi magistri tunc apparerent, et divinam Scripturam aperirent: Hilarius hic fuit, Augustinus, Hieronymus et Gregorius; insurrexeritque et multitudo sanctorum Patrum, qui in eremis perfectæ et sincerissimæ vitæ erant: adeo ut et per eos draconis os debili et vulgari lino ligatum sit: et sic divinarum Scripturarum ef-

[1] Psal. CXVIII, 84, 85. [2] Psal. LXXVI, 11.

Digitized by Google

ficacia os loquentium iniqua obturatum est. Sed statim post hæc invaluit Ecclesiis tertia corruptio, ex falsis fratribus videlicet periculum. Unde et post Gregorii tempora statim tribulatio per corruptos homines intellectum roboravit, in hypocrisi mendacium loquentium, et tot mendacia et figmenta renata sunt vitæ, doctrinæ et justitiæ, ut multi essent, qui descenderent, et adjuvarent iniquos et tyrannos (in tantam enim hi fatuitatem et pravitatem prolapsi sunt), e converso perfectissimos homines oblatrarent, eisque detraherent. Hæc contra Ecclesiam corruptio usque ad senium et senectutem permanebit, ut nequaquam spes aliqua relicta sit, nisi diviniauxilii, et pro veritate instantiæ. Unde et pro temporibus his dicit David : « Omnia mandata tua veritas ; injuste persecuti sunt me ; adjuva me. » Quasi dicens: Etsi prostrata est ad tempus veritas, oportet tamen hanc velocissime exsurgere, et efficaciter cognosci, maxime divino cooperante auxilio.

καὶ ἁπλουστάτης ὄντων ζωῆς· ἵνα καὶ δι' αὐτῶν τὸ τοῦ δράκοντος στόμα ἀσθενεῖ καὶ ἰδιωτικῷ λίνῳ δεσμοῖτο. Καὶ οὕτω τῶν θείων Γραφῶν δραστηρίῳ τὸ στόμα τῶν τὰ ἄνομα λαλούντων πεφίμωται. Ἀλλ' εὐθὺς μετὰ ταῦτα ἐπεφύη ταῖς ἐκκλησίαις ἡ τρίτη φθορὰ, ὁ ἐκ τῶν ψευδαδέλφων ὑλαῖος κίνδυνος. Ὅθεν καὶ μετὰ τοὺς τοῦ μακαρίου Γρηγορίου χρόνους εὐθὺς ἡ θλῖψις κατίσχυσε δ' ἀνθρώπων κατεφθαρμένων τὸν νοῦν, ἐν ὑποκρίσει λαλούντων ψεῦδος· καὶ τοσαῦτα ψεύδη καὶ πλάσματα ἀνεφύη βίου, διδασκαλίας τε καὶ δικαιοσύνης, ὥστε πολλοὺς εἶναι τοὺς συναγορεύοντας καὶ συναγωνιζομένους τοῖς πονηροῖς καὶ τυράννοις, κἂν εἰς ὅσον οὗτοι σκαιότητος καὶ πονηρίας ἐλάσωσι· καὶ τοὐναντίον, καὶ τῶν τελειοτάτων τοὺς καθυλακτοῦντας καὶ διασύροντας. Αὕτη δὲ ἡ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας φθορὰ ἕως γήρως καὶ πρεσβείου διαμενεῖ, ὥς τε μηδαμόθεν ὑπάρχειν ἐλπίδα, πλὴν θείας βοηθείας, καὶ τῆς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐνστάσεως. Ὅθεν καὶ ὑπὲρ τῶν καιρῶν τούτων φησὶ, « Πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου ἀλήθεια. Ἀδίκως κατεδίωξάν με. Βοήθησόν μοι. » Μονονουχὶ λέγων, Εἰ καὶ πρὸς καιρὸν τεταπείνωται ἡ ἀλήθεια, δεῖ μέντοι ταύτην τάχιστα ἀναστῆναι, καὶ παῤῥησίᾳ γνωσθῆναι, μάλιστα τῆς θείας συνεργούσης ῥοπῆς.

In hoc igitur tertio conditionis statu, post tempora videlicet beati Gregorii, in temporibus Heraclii, insurrexit veritati et Dei Ecclesiæ homo quidam diabolicus, primogenitus Satanæ, in libidinem proclivis, et ex fraude machinamentis deditus, nomine Mahometus. Qui consilio et auxilio illius qui mendax et mendacii pater est, iniquam et mendacii plenam, tanquam ex divino ore prolatam legem composuit : quam quidem legem Alcoranum nominavit, videlicet divinorum mandatorum collectionem. Hic Mahometus supra omnes qui fuerunt, vel futuri sunt, Ecclesiam Dei persecutus est. Non enim uno solum modo Ecclesiam percussit, sed tribus generalissimis : nunc quidem sæva tyrannide, nunc autem per deceptionem in legibus, nunc vero per hypocrisim simpliciores subvertens, ut jam magnam partem orbis terrarum deceptioni suæ subjecerit, ex Dei permissione, qui est terribilis in consiliis supra filios hominum. Ego igitur in ordine Prædicatorum minimus, tantam calamitatem deceptis compatiens, consideravi vias meas, et pedes meos in testimonia Dei converti. Unde cum transivissem multa maria, et loca deserta, et inclytam Saracenorum urbem Babylona deprehendens, ubi maxima et universalia studia apud eos exsistunt : illicque litteras et Arabicam linguam similiter discens, diligentissimeque et continue cum magistris apud eos disputans, magis magisque deprehendi prædictæ legis perversionem. Etiam hanc in Latinam linguam transferre incipiens, tot inveni fabulas, simul et mendacia, et blasphemias, et continuam per omnia fabulationem, ut tristitia plenus essem. Decrevique idcirco scribere quasdam epistolas de tantis blasphemiis, ad triumphantem Ecclesiam ; conquestusque sum tanquam illa in amaritudine animæ. Nunc autem est mihi intentio, summa veritate confidenti, capita et prin-

Ἐν ταύτῃ τοίνυν τῇ τρίτῃ καταστάσει, μετὰ τοὺς χρόνους δηλονότι τοῦ μακαρίου Γρηγορίου, ἐπὶ τῶν καιρῶν Ἡρακλείου, ἐπανέστη τῇ ἀληθείᾳ καὶ τῇ τοῦ θεοῦ Ἐκκλησίᾳ ἄνθρωπός τις διάβολος, πρωτότοκος μὲν τοῦ Σατανᾶ, ἀσελγὴς δὲ, καὶ ταῖς ἐκ τῆς σκηνῆς τέχναις ἐκδεδομένος, ὀνόματι Μαχούμετ· ὃς τῇ βουλῇ καὶ τῇ συμμαχίᾳ ἐκείνου, ὃς ψεύστης τε ἐστὶ, καὶ τοῦ ψεύδους πατὴρ, ἀνόσιον καὶ ψεύδους γέμοντα, ὡς ἂν ἐκ τοῦ θείου στόματος ὑπηγορευμένον συνέθηκε νόμον· ὃν δὴ καὶ νόμον, Ἀλκορὰνον ὠνόμασεν, δηλαδὴ τῶν θείων προσταγμάτων ἀναγωγήν. Οὗτος ὁ Μωάμεθ ὑπὲρ πάντας τοὺς γεγονότας ἢ ἐσομένους τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ἐδίωξεν. Οὐ γὰρ ἑνί γε μόνον τρόπῳ προτέβαλεν, ἀλλὰ τρισὶ τοῖς γενικωτάτοις· νῦν μὲν ἀπηνεῖ τυραννεῖ τυραννίδι, νῦν δὲ διὰ τῆς ἐν τοῖς νόμοις ἀπάτης· νῦν δὲ δι' ὑποκρίσεως, ἀνατρέπων τοὺς ἁπλουστέρους· ὥστ' ἤδη τὸ ἥμισυ τῆς οἰκουμένης ὑποπεσεῖν τῇ ἀπάτῃ συγχωρῆσαι Θεοῦ, ὃς ἐστι φοβερὸς ἐν ταῖς βουλαῖς ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἐγὼ τοίνυν, ὁ ἐν τῇ τάξει τῶν πρεδικατόρων ἐλάχιστος, τῆς τοσαύτης συμφορᾶς συναλγῶν τοῖς ἠπατημένοις, διελογησάμην τὰς ὁδούς μου, καὶ ἐπέστρεψα τοὺς πόδας μου εἰς τὰ μαρτύρια τοῦ Θεοῦ. Ὅθεν πελάγη διαπεράσας πολλὰ, καὶ ἐρήμους, καὶ τὴν περιώνυμον τῶν Σαρρακηνῶν πόλιν τὴν Βαβυλῶνα καταλαβὼν, ἔνθα τὰ μέγιστα καὶ καθολικώτατα τῶν παρὰ τούτοις μουσείων εἰσὶν, αὐτόθι τε τὰ γράμματα καὶ τὴν Ἀῤῥαδικὴν διάλεκτον ὁμοίως μαθὼν, ἀκριβέστατά τε τὸν τούτων νόμον ἀναλεξάμενος, σπουδαιότατά τε καὶ συνεχῶς μετὰ τῶν παρ' αὐτοῖς διδασκάλων διαλεγόμενος, μᾶλλον καὶ μᾶλλον διὰ τῆς πείρας κατείληφα τὸ τοῦ προειρημένου νόμου διάστροφον. Καὶ δὴ τοῦτον εἰς τὴν τῶν Λατίνων διάλεκτον μεταφέρειν ἀρξάμενος, τοσούτους εὗρον μύθους τε ἅμα καὶ ψεύδη καὶ βλασφημίας, καὶ συνεχῆ διὰ πάντων φλυαρίαν τε καὶ παλιλλογίαν, ὥστ' ἀηδίας με πληρωθῆναι, καὶ θεω-

Digitized by Google

μάσαντα γράψαι τινὰς ἐπιστολὰς περὶ τῶν τοσούτων βλασφημιῶν πρὸς τὴν θριαμβεύουσαν Ἐκκλησίαν, ὡς περ ἐκείνη μεμφόμενον ἐν πικρίᾳ ψυχῆς. Νῦν δ' ἔστι μοι σκοπὸς, τῇ ἄκρᾳ ἀληθείᾳ θαῤῥήσαντι, τὰ κεφαλαιωδέστερά τε καὶ ἀρχικώτερα ψεύδη τοῦ παρανόμου νόμου τούτου διελέγξαι, καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ἀδελφῶν παρασχεῖν ἀφορμὴν, δι' ἧς ἂν ῥᾷον ἀναλέσασθαι πρὸς τὸν Θεὸν δυνηθεῖεν τοὺς τῆς ἀσεβείας ταύτης αἱρεσιώτας. Ὡς ἂν δὲ τοῦτο μετὰ τάξεως γένοιτο, εἰς ὡρισμένα κεφάλαια, δεῖν ἔγνων τὴν ὅλην διελεῖν πραγματείαν.

A cipalia mendacia iniquæ legis hujus ostendere, et aliis fratribus causam exhibere, propter quam facilius ad Deum revocare possent hujus impietatis hæreticos. Ut autem hoc cum ordine fiat, in determinata capita oportere cognovi totum tractatum dividere.

Operis digestio in capita XVII.

Τὸ πρῶτον κεφάλαιον περιέχει τὰς ἀρχικωτέρας τοῦ νομοῦ τούτου αἱρέσεις.

Δεύτερον, τίνι τρόπῳ δεῖ τούτοις συγγίνεσθαι.

Τρίτον, ὅτι ὁ νόμος οὗτος οὐκ ἔστι νόμος Θεοῦ· διὸ τὸ μήτε τὴν Παλαιὰν μήτε τὴν Νέαν Διαθήκην τούτῳ συμμαρτυρεῖν, καὶ ὅτι τοῖς Σαῤῥακηνοῖς πᾶσα ἀνάγκη πείθεσθαι τοῖς τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, καὶ τοῖς τοῦ Εὐαγγελίου ῥητοῖς.

Τέταρτον, ὅτι μὴ ἔχει φράσιν καὶ ἦθος τοῖς ἄλλοις συμβαίνοντα.

Πέμπτον, ὅτι μὴ συμφωνεῖ κατὰ διάνοιαν ἑτέρῳ τινί.

Ἕκτον, ὅτι ἐν πολλοῖς ἑαυτῷ ἀντιλέγει.

Ἕβδομον, ὅτι μηδενὶ θαύματι βεβαιοῦται.

Ὄγδοον, ὅτι μὴ ἔστι κατὰ λόγον.

Ἔνατον, ὅτι ὁμολογούμενα περιέχει ψεύδη.

Δέκατον, ὅτι βίαιος καὶ περὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἐρχομένων.

Ἑνδέκατον, ὅτι ἄτακτος.

Δωδέκατον, ὅτι πονηρός.

Τρισκαιδέκατον, περὶ τῆς τοῦ Ἀλκοράνου συγγραφῆς, καὶ τίς ἐστι τοῦ νόμου τούτου δημιουργὸς καὶ εὑρετής.

Τεσσαρεσκαιδέκατον, περὶ τοῦ πεπλάσθαι τὴν ἀδοξοτάτην θεωρίαν.

Πεντεκαιδέκατον, περί τινων ἐκζητημάτων ἐπὶ τῷ Ἀλκοράνῳ κοινῶν, καὶ περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν Μαχούμετ ὑπεροχῆς.

Ἑκκαιδέκατον, περὶ τῆς τοῦ Εὐαγγελίου πρὸς τὸ Ἀλκοράνου ὑπεροχῆς.

Ἑπταικαιδέκατον, περὶ τῆς τῶν Σαῤῥακηνῶν ἀπολογίας πρὸς τὰ προειρημένα.

Primum caput continet principales hujus legis errores.

Secundum, quis modus cum eis servandus est.

Tertium, quod lex hæc non est lex Dei, propterea B quod neque Vetus, neque Novum Testamentum hanc testantur; et quod necesse est Saracenis, parere dictis Veteris Testamenti et Evangelii.

Quartum, quod neque in stylo, neque in modo cum aliis convenit.

Quintum, quod non convenit secundum sententias cum aliquo altero.

Sextum, quod in multis sibi ipsi contradicit.

Septimum, quod nullo miraculo confirmatur.

Octavum, quod non est secundum rationem.

Nonum, quod manifesta continet mendacia.

Decimum, quod violenta. etiam in eos, qui ad C eam veniunt.

Undecimum, quod inordinata.

Duodecimum, quod iniqua.

Tertium decimum, de Alcorani institutione, et quis fuit hujus legis opifex et inventor.

Quartum decimum, de fictione improbatissimæ visionis.

Quintum decimum, de quibusdam sex quæsitis in Alcorano communibus, et de Christi ad Mahometum excellentia.

Sextum decimum, de Evangelii ad Alcoranum excellentia.

Decimum septimum, de Saracenorum responsione ad prædicta.

Α'. Ἀρχικώτεραι τοῦ νόμου τούτου αἱρέσεις. D

I. *De principalibus hujus legis erroribus.*

Πρῶτον τοίνυν προσήκει μαθεῖν τὰς ἀρχοειδεστέρας αἱρέσεις, ἃς ὁ τῶν Σαῤῥακηνῶν τίθησι νόμος, καθὼς μάλιστα τῷ θείῳ νόμῳ ἐναντιοῦται. Ἰστέον τοίνυν, ὅτι πάντα τὸν τῶν ἀρχαίων αἱρετικῶν βόρβορον, ὃν ὁ διάβολος ἐν τοῖς ἄλλοις διῃρημένως κατέσπειρεν, εἰς τὸν Μαχούμετ ἀθρόον κατέμεσεν. Οὗτος γὰρ μετὰ μὲν τοῦ Σαβελλίου ἀρνεῖται παντελῶς τὴν Τριάδα· δυάδα δέ τινα τίθησιν ἐν τοῖς θείοις μηδὲν μὲν σεμνὸν καὶ τοῖς θείοις ἀνάλογον ἐκφαίνειν ἐν ἑαυτῇ δυναμένην, πάσης δὲ ἑτερότητος οὖσαν ἀρχήν. Ὑποτίθησι γὰρ αὐτήν τε τὴν θείαν οὐσίαν, καὶ τὴν ταύτης ψυχήν. Ὅθεν εἰς τὸ Ἀλκοράνου πληθυντικῶς εἰσάγει διαλεγόμενον τὸν Θεὸν, ὡς δοκεῖν αὐτὴν τὴν τοῦ Θεοῦ ψυχὴν,

Primum igitur decet scire principales errores, quos Saracenorum lex ponit, secundum quos maxime divinæ legi adversatur. Notandum igitur, quod omne antiquorum cœnum, quod diabolus in aliis sparsim disseminavit, in Mahometum comprehensim evomuit. Hic enim cum Sabellio negat (1) omnino Trinitatem; dualitatem autem quamdam ponit in divinis, quæ nihil honestum et divinis simile in se ipsa potest demonstrare, cum totius alteritatis principium sit. Supponit enim divinam essentiam, et hujus animam. Unde in Alcorano inducit Deum pluraliter loquentem ut videatur ipsa anima Dei, et ipse Christus alterius pra-

(1) Hac ratione utitur et Cluniacensis abbas Petrus.

Digitized by Google

ter Deum esse essentiæ, et minoris Deo, et ei subditæ : conveniens in his cum Ario et Eunomio, supponit Christum excelsam esse creaturam, omnes tamen alias creaturas excedentem. Hæc autem opinio ex Platonicis mota esse videtur; qui supponunt summum Deum patrem omnium et creatorem, ex quo quamdam mentem dicebant primum defluxisse, in qua quidem sunt omnes rationes entium, et omnibus excelsior est : quem et paternam mentem appellabant. Post hunc esse mundi animam dicebant; deinceps autem reliquæ sunt creaturæ. Quæ igitur de Filio Dei in Scripturis dicuntur, hæc ad illam mentem illi referebant : maxime autem, quod et divina Scriptura Filium Dei sapientiam et Dei [a] Verbum appellat. Cum qua opinione et ea quæ est Avicenæ convenit, qui supra primum cœlum primam intelligentiam supponit, quæ primum cœlum movet, ultra quam in summo Deum firmari dicit. Sic igitur Ariani existimaverunt de Filio Dei, quod esset creatura, quæ omnes alias creaturas excedit, quo mediante omnia Deus creavit. Unde et Mahometus supponit Christum sanctissimum, et hominem virtute præditum supra omnes alios. Palam autem quod in eo dicit esse supra hominem. Appellat enim eum Verbum Dei, et Spiritum Dei, et animam Dei; Deum autem secundum veritatem dici, omnino ridiculum putat. Et ad demonstrationem hujus, duobus maxime utitur : uno quidem, quod nunquam ipse Christus de seipso hoc asseruit, vel dixit; altero autem, quia ipse contrarium dixisse videtur. Unde dicit Mahometus, quod Christiani dicunt Christum esse Deum. Etenim Judæis ipse Christus dixit : « Adorate Deum meum, et Deum vestrum, Dominum meum, et Dominum vestrum. » Hæc autem longius exposui, ut omnes cognoscant, quod illud quod in principio in mundo per Arium seductor diabolus non potuit perficere, hoc post hæc marcescente, quidem in Ecclesia zelo, malitia autem crescente, per Mahometum adimplevit, et tandem per Antichristi nequitiam roborabit. Qui persuadebit mundo, quod neque verus Deus, neque Dei Filius est Christus, et neque homo bonus. Principalis igitur intentio Mahometi est, persuadere, Christum neque Deum, neque Filium esse Dei, sed sanctum quemdam et sapientem hominem, et prophetam maximum, absque patre ex virgine genitum. In quibus cum Carpocrate hæretico convenit. Item affirmat, impossibile esse Deum habere filium, propterea quod uxorem non habet. Cum eodem rursus hæretico etiam in hoc convenit. Additque, quod si Deus haberet filium, in periculo jam omnis res esset, tanquam futurum schisma esset inter eos ex necessitate. In quibus cum Judæis et Cerdonio hæretico convenit. Subjungitque, neque a Judæis Christum fuisse interemptum, neneque crucifixum, sed alium quemdam illi simi-

[a] I Cor. I, 24.

A καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἄλλης παρὰ τὸν Θεὸν ὑπάρχειν οὐσίας, καὶ ἐλάττονος τοῦ Θεοῦ καὶ ὑποτεταγμένης αὐτῷ· συμφερόμενος ἐν τούτοις Ἀρείῳ καὶ Εὐνομίῳ, ὑποτιθεῖσι τὸν Χριστὸν ψιλὸν εἶναι κτίσμα, πάντων μέντοι τῶν ἄλλων ὑπερέχον. Αὕτη δὲ ἡ δόξα ἐκ τῶν Πλατωνικῶν ὡρμῆσθαι δοκεῖ, ὑποτιθεμένων τὸν ἄκρον Θεὸν πατέρα πάντων καὶ δημιουργὸν, ἐξ οὗ τινα νοῦν ἔλεγον πρῶτον ἀπορρυῆναι, ἐν ᾧ πάντας εἶναι τοὺς λόγους τῶν ὄντων, καὶ ὑψηλότερον πάντων, ὃν καὶ πατρικὸν νοῦν προσηγόρευον· καὶ μετὰ τοῦτον εἶναι τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν· ἐφεξῆς δὲ τὰ λοιπὰ κτίσματα. Τὰ τοίνυν ἐν ταῖς Γραφαῖς περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λεγόμενα, ταῦτ' ἐπ' ἐκεῖνον τὸν νοῦν ἀνῆγον ἐκεῖνοι· μάλιστα τῷ καὶ
B τὴν θείαν Γραφὴν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, Θεοῦ σοφίαν, καὶ Θεοῦ Λόγον καλεῖν. Ἡ δόξη καὶ ἡ τοῦ Ἀβικαίνα συνᾴδει, ὃς ὑπὲρ τὴν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ ψυχὴν τὴν πρώτην νόησιν ὑποτίθηται, κινοῦσαν τὸν πρῶτον οὐρανόν, ἧς ἐπέκεινα ἐν τῷ ἄκρῳ τὸν Θεὸν καθιδρύει. Οὕτω τοίνυν οἱ Ἀρειανοὶ ἐνόμισαν περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὡς εἴη κτίσμα ὑπερέχον πάντων τῶν ἄλλων κτισμάτων· οὐ μεσιτεύοντος, πάντα τὸν Θεὸν δεδημιουργηκέναι. Ὅθεν καὶ ὁ Μωάμεθ ὑποτίθησι τὸν Χριστὸν ἁγιώτατον καὶ ἐναρετώτατον ἄνθρωπον ὑπὲρ πάντας τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους. Διαῤῥήδην δέ τι ἐν αὐτῷ φησὶν εἶναι καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον. Ὀνομάζει γὰρ αὐτὸν Λόγον Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ψυχὴν τοῦ Θεοῦ. Τὸ δὲ Θεὸν κατ' ἀλήθειαν λέγεσθαι παντάπασι γελοῖον ἡγεῖται.
C Καὶ πρὸς τὴν ἀπόδειξιν τούτου δυσὶ μάλιστα χρῆται· ἑνὶ μὲν, τῷ μηδ' αὐτὸν τὸν Χριστὸν, μηδεπώποτε περὶ ἑαυτοῦ τοῦτο διισχυρίσασθαι· ἢ εἰπεῖν· ἑτέρῳ δὲ, καὶ τοὐναντίον εἰπεῖν. Ὅθεν φησὶν, ὡς οἱ Χριστιανοὶ φασὶ τὸν Χριστὸν εἶναι Θεὸν, καίτοι τοῖς Ἰουδαίοις εἰπόντος αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, « Προσκυνεῖτε τὸν Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν, τὸν Κύριόν μου καὶ Κύριον ὑμῶν. » Ταῦτα δὲ μακρότερον ἐξεθέμην, ἵνα πάντες γνοῖεν, ὡς οὗτινος τὴν ἀρχὴν ἐν τῷ κόσμῳ διὰ τοῦ Ἀρείου προκαταβαλλόμενος ὁ διάβολος, οὐχ οἷός τε ἐγένετο τελειῶσαι, τοῦτο μετὰ ταῦτα μαρανθέντος μὲν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ ζήλου, τῆς δὲ πονηρίας αὐξανομένης, ἀνεπλήρωσε διὰ τοῦ Μωάμεθ. Ἀλλ' ὅμως διὰ τοῦ Ἀντιχρίστου καὶ εἰς
D τέλος ἐξοίσει τὴν πονηρίαν. Ὃς ἀναπείσει τὸν κόσμον, ὡ, οὔτ' ἀληθὴς Θεὸς, οὔτε Θεοῦ Υἱός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' οὐδ' ἄνθρωπος ἀγαθός. Ὁ προηγούμενος τοίνυν σκοπὸς τοῦ Μωάμεθ ἐστὶ τὸ πείθειν τὸν Χριστὸν μήτε Θεὸν, μήτε Υἱὸν εἶναι Θεοῦ, ἀλλ' ἅγιόν τινα καὶ σοφὸν ἄνθρωπον, καὶ προφήτην μέγιστον, ἄνευ πατρὸς ἐκ παρθένου γεγεννημένον· ἐν οἷς Καρποκράτει τῷ αἱρετικῷ συμφωνεῖ. Ἔτι διισχυρίζεται ἀδύνατον εἶναι τὸν Θεὸν ἔχειν Υἱὸν, διὰ τὸ μηδὲ γυναῖκα ἔχειν. Τῷ αὐτῷ δὲ πάλιν αἱρετικῷ κἀν τούτῳ συνᾴδων. Προστίθησι δὲ ὡς εἴπερ ὁ Θεὸς εἶχεν Υἱὸν, ἐν κινδύνῳ ἂν εἶναι τὸ πᾶν, ὡς ἐσομένου καὶ σχίσματος ἐν αὐτοῖς ἐξ ἀνάγκης· ἐν οἷς Ἰουδαίοις καὶ Κέρδωνι συμφωνεῖ τῷ αἱρετικῷ. Διατεί-

Digitized by Google

νεται δὲ μηδ' ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων Χριστὸν ἀνῃρῆσθαι, μήτε σταυρωθῆναι, ἀλλά τινα ἄλλον ἐκείνῳ ὅμοιον· ἐν οἷς συμφέρεται Μανιχαίοις. Προστίθησί τε καὶ τὸ τὸν Θεὸν εἰς ἑαυτὸν μεταχαλέσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ πάλιν αὐτὸν πρὸς τῷ τέλει τοῦ κόσμου φανήσεσθαι, καὶ θανατώσειν τὸν Ἀντίχριστον· μετὰ δὲ ταῦτα ποιήσειν τὸν Θεὸν ἀποθανεῖν τὸν Χριστόν. Ὁ δὲ τὸ πάθος ἀρνούμενος τοῦ Χριστοῦ ἀρνεῖται πάντα τὰ τῆς Ἐκκλησίας μυστήρια, ἐκ τοῦ θείου πάθους τὸ δραστήριον ἔχοντα. Ἐν οἷς τοῖς αἱρετικοῖς Δονατισταῖς συμφρονεῖ. Φησὶ δὲ καὶ τοὺς δαίμονας δύνασθαι σωθῆναι διὰ τοῦ Ἀλκοράνου· ὥστε καὶ πολλοὺς αὐτῶν τοῦτο ἀκούσαντας, γενέσθαι Σαρρακηνούς, ἑπόμενος ἐν τούτοις ἀμηγέπη τῷ Ὠριγένει, λέγων σωθήσεσθαι τοὺς δαίμονας. Πλάττει δὲ καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἀνελθεῖν, ὅτε ὑπὲρ τούτου τὸν Γαβριὴλ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς, καὶ τὴν χεῖρα τούτῳ τὸν Θεὸν ἐπιθεῖναι, καὶ τοσαύτης ἁψαμένου τοῦ Θεοῦ ψύξεως αἴσθησιν λαβεῖν ἐν τῷ σώματι, ὥστ' αὐτὴν διελθεῖν μέχρι τοῦ τῆς ῥάχεως μυελοῦ. Ἐν οἷς δῆλός ἐστι κοινωνῶν τοῖς Ἀνθρωπομορφίταις, σωματικὸν φάσκουσι τὸν Θεόν. Λέγει δὲ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα κτίσμα, Μακεδονίῳ συνᾴδων. Ἐν οἷς δὲ φάσκει τοὺς ἀγγέλους δαίμονας γεγονέναι, μὴ βουληθέντας, προστάττοντος τοῦ Θεοῦ, τὸν Ἀδὰμ προσκυνῆσαι, οὐδένα μιμούμενος φαίνεται. Ληρεῖ δὲ καὶ τὴν ἐσχάτην τοῦ ἀνθρώπου μακαριότητα, ἐν ἀκολασίᾳ καὶ τρυφῇ λέγων εἶναι, καὶ ἱματίοις πολυτελέσι, καὶ παραδείσοις· ὁμολογῶν ἐν τούτοις Κηρίνθῳ τῷ αἱρετικῷ καί τισιν ἀρχαίοις ἀπίστοις. Καὶ τῆς περιτομῆς δὲ δεῖν ἔχεσθαι λέγει, τὰ τοῦ αἱρετικοῦ Εὐβίωνος ἐπαινῶν. Συγχωρεῖ δὲ καὶ πλῆθος γυναικῶν ἐν τῷ γάμῳ, παλακῶν τε καὶ θεραπαινῶν ὁπόσας ἄν τις ἐν πολέμῳ λαβὼν δύναιτο τρέφειν· καὶ τὰς τῶν ἄλλων δὲ γυναῖκας ἀδιαφόρως λαμβάνειν, τοῖς αἱρετικοῖς Νικολαΐταις ἐν τούτοις ἑπόμενος. Πάντας δὲ δεῖν φησιν ἀναιρεῖσθαι τοὺς μὴ τῷ τούτου πειθομένους νόμῳ, πλὴν εἰ μὴ φόρους τελοῖεν. Δοκεῖ δὲ συγχωρεῖν καὶ τὰ σοδομιτικὰ ἔν τε ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν, ἐν τῷ περὶ τῆς βοὸς κεφαλαίῳ· εἶναι οἱ τοῦτον διαδεξάμενοι ταῦτα σεμνοτέραις τισὶν ἐξηγήσεσι συγκαλύπτουσιν. Ὁ δὲ πᾶς τούτου σκοπός ἐστιν, ἀποκόψαι μὲν πᾶν ὅπερ ἂν μέγα καὶ σεμνὸν ἐν τῇ πίστει, καὶ δυσχέρειαν ἔχον ἐν τῷ κατορθωθῆναι· συγχωρῆσαι δὲ πᾶν, ἐφ' ὅπερ ἂν ἐπιῤῥεπεῖ; ὦσιν οἱ τοῖς παροῦσι προσηλωμένοι, καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων οἱ Ἄραβες, γαστριμαργίαν δηλονότι, ἁρπαγὴν, καὶ ἀκολασίαν. Περὶ δὲ τῶν ἀρετῶν, οἷον ταπεινοφροσύνης, μακροθυμίας, εἰρήνης, ἐγκρατείας, ἢ τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀγάπης, ἢ τοῦ ἐσχάτου τέλους, οὐδὲν (ὡς εἰπεῖν) ἀξιόλογον εἶπεν. Ὡς ἂν δὲ τὸ περὶ τούτων τῶν αὐτοῦ ψεῦδος μὴ ῥᾳδίως ἐλέγχοιτο, διά τε τῆς Παλαιᾶς ἢ Καινῆς Διαθήκης, ἢ καὶ δι' ὧν ἔγραψαν οἱ φιλοσοφήσαντες, ἐν οἷς καὶ αὐτοὶ περί τε ἀρετῆς καὶ κακίας καὶ τοῦ ἐσχάτου τέλους διέλαβον, μηδὲν μηδαμῶς

lem. In quibus cum Manichæis convenit. Addit- A
que, et Deum ad se ipsum accersisse, et rursus eum in fine mundi appariturum, et interempturum Antichristum. Post hæc autem faciet Deus Christum mori. Qui autem passionem Christi negat, negat omnia Ecclesiæ mysteria, quæ a divina passione efficaciam habent. In quibus cum Donatistis hæreticis convenit. Dicit autem et dæmones posse salvari per Alcoranum et quod multi eorum cum hoc audivissent, facti sunt Saraceni, sequens in his aliquo modo Origenem (1), qui dicit salvandos fore dæmones. Dicitque et ad Deum ascendisse, quando pro eo Gabrielem misit Deus, et manum huic Deum imposuisse, et tantum Deo tangente rigiditatis sensum cepisse in corpore, ut et is usque ad medullam spinæ dorsi pertransiret. In quibus manifestum est, quod cum Anthropomorphitis communicat, qui corporalem Deum asseverant. Dicitque et Spiritum sanctum creaturam esse, cum Macedonio conveniens. In quibus autem dicit angelos dæmones factos esse, cum noluissent mandante Deo Adam adorare, neminem in hoc imitari videtur. Nugatur autem, et ultimam hominis beatitudinem, in intemperantia et deliciis dicens esse, et vestibus sumptuosis, et hortis irriguis, conveniens in his cum Cerintho hæretico, et quibusdam antiquis infidelibus. Et circumcisionem oportere tenere dicit, commendans, quæ hæretici Ebionis sunt. Concedit et multitudinem uxorum in nuptiis B
pellicumque et ancillarum, et quotquot quis in bello capiens posset educare, et aliorum uxores indifferenter capere, hæreticos Nicolaitas in his sequens. Omnes autem dicit oportere interimi, qui huic legi non obtemperant, nisi tributa solvant. Videturque concedere Sodomitica in viris et mulieribus, in capitulo de vacca (2), etsi hujus successores hæc honestioribus expositionibus cooperiant. Hujus autem omnis intentio est resecare quidquid erat arduum in credendo, et difficile in operando; concedere autem omne ad quod proclivi erant, quæ præsentibus capiuntur, et maxime aliorum Arabes, gulam videlicet, rapinam, et intemperantiam. De virtutibus autem, sicut humilitate, patientia, pace, continentia, aut in proximum charitate, vel de extremo fine nihil, ut ita C
dicam, pretio dignum dixit. Ut autem aliquod de his mendacium non facile arguerctur per Vetus vel Novum Testamentum, vel et per ea quæ philosophantes scripserunt, in quibus et ipsi de virtute et vitio et extremo fine tractaverunt, nihil quidquam fide dignum esse jussit, quod legi ab eo latæ contrarium esset. Interimque mandavit, qui contrarium aliquod huic dicere auderent, graviori pœna plecti. Ipse autem Psalterium et alios prophetas valde laudavit, et multa de eo dicit Christum vaticinatum esse in Evangelio filiis Israel, cum D

(1) Non Origenem, sed perfidos hæreticos, abutentes nomine sanctissimi viri.

(2) Videntur violentius verba Machumetis exposita, zelo quidem pro fide Christiana, sed non secundum scientiam.

Digitized by Google

dixit : « Nuntio vobis apostolum Dei, qui venturus est post me, et nomen ejus Mahometus. » Affirmatque nomen hoc ab æterno scriptum esse in throno Dei, in superiori parte, ad dexteram. Ad hæc autem credendum nullum miraculum ostendit, sed nudans ensem dixit, non in virtute miraculorum, sed armorum a Deo se missum esse. Hi sunt principales errores quos continet Alcoranum, quod est lex Saracenorum. Quæ autem in illo mendacia continentur, fere infinita sunt, de quibus in nono capitulo tractabimus.

ταῦτα πιστώσασθαι, οὐδὲν παρέδειξε θαῦμα, ἀλλ' θαυμάτων, ἀλλ' ἐν ὅπλων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀπεστάλθαι. περιέχει τὸ Ἀλκοράνον, ὅπερ ἐστὶ νόμος τῶν Σαρρακηνῶν. σχεδὸν ἄπειρα ἂν εἴη περὶ ὧν ἐν τῷ ἐννάτῳ κεφαλαίῳ

A

II. *Quomodo oportet cum his versari.*

Secundo autem oportet scire, quod valde curiosi sunt audire aliquid nostræ fidei, et maxime de divina Trinitate et incarnatione ; non tamen volunt his credere, neque possunt hæc intelligere. Et quia superant rationem, et humanum excedunt intellectum, illa nec credere volunt, nec intelligere possunt. Dicitur enim in Isaia : « Si non credideritis, non intelligetis [a]. » Et quoniam contraria sunt Alcorano, quod ipsi constantissime supponunt esse verbum Dei, et ideo illa non suscipiunt, sed ea deridentes. Dicitur enim in proverbiis : « Vir insipiens non suscipit verba sapientiæ, nisi dicas ei quæ sibi placent. » Unde non oportet his statim a principio divina proponere, neque ante porcos margaritas spargere, sed conandum in primis vanam legem eis ostendere. Non enim oportet virtutes inserere, nisi prius passiones radicitus evellantur. Oportetque et in omnibus brevem viam eligere. Facilius autem est illorum fidem falsam ostendere, quam nostram veram demonstrare. Fides enim cum eorum sit, quæ non aspicimus, donum est Dei. Unde nostra quidem fides valde secundum mandata vera exsistens, non videtur esse corporalibus; illorum autem solum apparens, non a rebus, talis apparet. Sed etsi nobis non insint demonstrationes, ostendentes quæ sunt Trinitatis, et alia quæ ad fidem pertinent (neque enim tunc fides mercede digna esset), habemus tamen evangelicam auctoritatem, quam etiam Alcoranum testatur : item et miracula, cum illi nec auctoritates nec miracula habeant. Etsi enim Alcoranum de Deo dicit : Ne dicatis tres deos; et reddit rationem statim dicens, quod sit unus. Sed nos non hujus contrarium dicimus, sed simul hæc affirmamus, in quibus dicit unum esse Deum, quem dicimus non solum unum esse, sed etiam simplicissimum. Neque ei consortem quemdam damus, et simul participem, sicut ipsi, animam mundi, vel verbum, vel spiritum, vel divinum quemdam intellectum tanquam servum ex dictis nobis superius. Non oportet autem humano intellectui adæquare divinam majesta-

[a] Isa. vi, 9.

πιστὸν εἶναι προσέταξεν, ὅπερ ἂν τῷ παρ' αὐτῷ τεθέντι νόμῳ ἐναντίον ὑπάρχει. Ἀναιρεῖσθαι δὲ καὶ τοὺς ἐναντίον τι τούτῳ λέγειν τολμῶντας. Αὐτὸς δὲ τό τε Ψαλτήριον, καὶ τοὺς ἄλλους προφήτας, λίαν ἐγκωμιάζει, καὶ πολλὰ περὶ αὐτοῦ φησι τὸν Χριστὸν προφητεῦσαι ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ εἰρηκότα, « Εὐαγγελίζομαι ὑμῖν τὸν ἀπόστολον τοῦ Θεοῦ, τὸν ἥξοντα μετ' ἐμέ· καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ Μωάμεθ. » Δεισχυρίζεται δὲ τοὔνομα τοῦτο ἐξ ἀϊδίων γεγράφθαι ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ θρόνῳ, πρὸς τοῖς δεξιοῖς, ἐν τῷ ἀνωτέρῳ μέρει. Πρὸς δὲ τὸ ἀπογυμνώσας τὸ ξίφος, ἔφησεν οὐκ ἐν δυνάμει

B

B'. *Τίνι τρόπῳ δεῖ τούτοις συγγίνεσθαι.*

Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὦ, λίαν εἰσὶ περίεργοι ἀκούειν τι τῶν τῆς ἡμετέρας πίστεως, καὶ μάλιστα περί τε τῆς θείας Τριάδος, καὶ τῆς σαρκώσεως. Οὐ βούλονται μέντοι τούτοις πιστεύειν, οὔτε δύνανται ταῦτα νοεῖν, ὡς ἂν τὸν ἡμέτερον ὑπερβαίνοντα λόγον, καὶ νικῶντα τὸν νοῦν· λέγεται γὰρ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ· « Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐ μὴ συνῆτε · » καὶ διὰ τὸ ἐναντία εἶναι τῷ Ἀλκοράνῳ, ὅπερ ἀναντιῤῥήτως οὕτω θεῖα εἶναι λόγια ὑποτίθενται· διὸ τὰ θεῖα οὐ παραδέχονται, ἀλλὰ καταγελῶσιν αὐτῶν. Λέγεται γὰρ ἐν ταῖς Παροιμίαις, « Ἀνὴρ ἄφρων οὐ παραδέχεται λόγους σοφίας, πλὴν εἰ μὴ λέγεις αὐτοῦ τὰ ἀρεστά. » Ὅθεν οὐ δεῖ τούτοις εὐθὺς ἐξαρχῆς τὰ θεῖα προβάλλειν, μηδὲ ἔμπροσθεν τῶν χοίρων σκορπίζειν τοὺς μαργαρίτας· ἀλλ' ἐπιχειρητέον ἐν πρώτοις τὸν νόμον αὐτοῖς μάταιον ὄντα δεικνύναι. Οὐ γὰρ δεῖ τὰς ἀρετὰς ἐγκεντρίζειν, μὴ πρότερον τῶν παθῶν προῤῥίζων ἀνασπωμένων. Δεῖ δὲ καὶ ἐν πᾶσι τὴν ἐπίτομον ὁδὸν αἱρεῖσθαι. Ῥᾷον δέ ἐστι τὴν ἐκείνων πίστιν φαύλην ἀποδεικνύναι, ἢπερ ἀληθῆ τὴν ἡμετέραν ἀποδεικνύναι. Ἡ γὰρ πίστις τῶν μὴ βλεπομένων οὖσα, δῶρον ἐστὶ Θεοῦ. Ὅθεν ἡ μὲν ἡμετέρα πίστις, σφόδρα κατὰ τὰ πράγματα ἀληθὴς οὖσα, οὐ δοκεῖ τισὶ σωματικωτέροις· ἡ δ' ἐκείνων μόνον δοκοῦσα, οὐκ ἀπὸ τῶν πραγμάτων τοιαύτη δοκεῖ. Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρόσεισιν ἀποδείξεις ἀποδεικνῦσαι τὰ τῆς θείας Τριάδος καὶ τἄλλα ὅσα τῆς πίστεως; (οὕτω γὰρ οὔτε πίστις ἦν, οὔτε μισθοῦ ἀξία), ἔχομεν μέντοι τὴν εὐαγγελικὴν αὐθεντίαν, ἣ καὶ τὸ Ἀλκοράνον συμμαρτυρεῖ· ἔτι τε καὶ τὰ θαύματα ἐκείνων μήτε ταῦτα μήτε γραφικὴν μαρτυρίαν ἐχόντων. Εἰ γὰρ καὶ τὸ Ἀλκοράνον φησὶ περὶ τοῦ Θεοῦ, Μὴ λέγετε τρεῖς θεούς, καὶ ἀποδίδωσι τὸν λόγον αὐτίκα λέγων, ὡς εἴη μόνος εἷς ὁ Θεός· ἀλλ' ἡμεῖς οὐ τούτου τοὐναντίον φαμὲν, ἀλλὰ συγκατατιθέμεθα τούτοις, ἐν οἷς φασιν ἕνα εἶναι Θεὸν, ὃν φαμὲν οὐ μόνον ἕνα εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἁπλούστατον. Οὔτ' αὐτῷ κοινωνόν τινα διδόαμεν καὶ συμμέτοχον, ὥσπερ αὐτοὶ τὴν ψυχὴν, ἢ τὸν λόγον, ἢ τὸ πνεῦμα, ἢ θεῖόν τινα νοῦν, ὡς δοῦλον, ἐκ τῶν ἡμῖν ἀνωτέρω ῥηθέντων. Οὐ δεῖ δὲ τῷ

C

D

Digitized by Google

ἀνθρωπίνῳ νῷ ἐξισοῦν τὴν θείαν μεγαλειότητα, καὶ νομίζειν ἐκείνην μὴ εἶναι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τούτους νοεῖν τὴν τῶν προσώπων διάκρισιν, χωρὶς τοῦ διακρίνειν καὶ τὴν οὐσίαν. Ἀλλ' οὐδ' οὕτως ἰσχυροὺς ἔχουσι λόγους πρὸς τοῦτο, οὓς οὐκ ἂν δυναίμεθα λύειν ῥᾳδίως. Τοῦτο τοίνυν ἀρκεῖ πρὸς ἀπολογίαν τῆς πίστεως. Ἐκεῖνο δὲ δεῖ μᾶλλον αὐτοὺς ἀπαιτεῖν· Τί βούλεται τὸ παρ' αὐτοῖς Ἀλκοράνον, ὅταν τοσαυτάκις εἰσάγῃ πληθυντικῶς περὶ ἑαυτοῦ διαλεγόμενον τὸν Θεὸν, καίτοι γε ἁπλοῦν ὄντα καὶ ἕνα; Τοῦτο δ' ἀπαιτητέον αὐτοὺς, ἵνα ἀναγκασθῶσιν ἀριθμὸν ἐν τοῖς προσώποις ὁμολογεῖν. Περὶ δὲ τοῦ τῆς σαρκώσεως μυστηρίου, ὅπερ αὐτοὶ μὲν ἀρνοῦνται παντάπασιν, ἡμεῖς δὲ πιστεύομεν ταῖς εὐαγγελικαῖς ἑπόμενοι ῥήσεσι, δεῖ ζητεῖν ἐξ αὐτῶν, πόθεν ἴσασιν ὡς ἀδύνατον τὸν Θεὸν σαρκωθῆναι. Ἢ γὰρ ὅτι μὴ δεδύνηται, καὶ τοῦτ' ἐστὶ ψεῦδος· παντοδύναμος γὰρ ὤν, πάντα δύναται, ἐν ὅσοις οὐκ ἔστιν ἀντίφασις· ἢ ὅτι μὴ ἠπίστατο τοῦτο ποιῆσαι, καὶ οὕτως ὅπερ καὶ πρότερον· ἢ ὅτι μὴ βεβούληται· καὶ τίς αὐτοῦ σύμβουλος γέγονεν; ἢ δεδύνηται μὲν, ὥσπερ καὶ ἥλιον ἐλάττονα τοῦ νῦν ὄντος ποιῆσαι, καὶ μείζονα, οὐ πεποίηκε δὲ, καὶ τότ' ἀπαιτητέον αὐτοῖς ἀπόδειξιν τούτου. Τοῦτο δ' αὐτοῖς ἀποδεικνύναι ἀδύνατον, ὅτι μὴ σεσάρκωται δηλονότι. Περὶ δὲ τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ χρῆται μὲν ἀποδείξει ὁ Μωάμεθ, ὅτι μηδὲ ὁ Χριστὸς ἑαυτὸν εἶπεν εἶναι Θεόν· ἀλλ' εἰκαὶ πρὸ τῆς ἀναστάσεως οὐκ ἔφησε τοῦτο περὶ ἑαυτοῦ διαῤῥήδην, ἱκανῶς μέντοι τοῦτο ἠνίξατο, λέγων, « Ἐγὼ ἡ ἀρχὴ, ἥτις καὶ λαλῶ ὑμῖν. » Καὶ τὸν Πέτρον ἀπεδέξατο διαῤῥήδην τοῦτο εἰπόντα, λέγων, « Μακάριος εἶ, Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου, » καὶ τὰ λοιπά. Αὐτὸς δὲ φανερῶς οὐκ ἠθέλησε τοῦτο εἰπεῖν, διὰ τὸ κεκρυμμένως ἐλθεῖν, ἵνα φρονήσει καὶ ταπεινώσει, ἀλλ' οὐκ ἰσχύῃ νικήσῃ τὸν ἄνθρωπον νικήσαντα πανουργίᾳ. Διὰ τοῦτον τοίνυν τὸν λόγον πρὸ τῆς ἀναστάσεως οὐκ εἴρηκεν ὁ Χριστὸς περὶ ἑαυτοῦ διαῤῥήδην, Θεός εἰμι· καθ' ὃν οὐδ' ἂν ἁλιεὺς προείποι τοῖς ἐχθύσιν ἀνακεκαλυμμένως ὑπὸ τὴν τροφὴν εἶναι τὸ δέλεαρ, ὑπὸ δὲ τὸ δέλεαρ εἶναι ἄγκιστρον. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν φανερῶς ἔδειξε τοῦτο, δοὺς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐξουσίαν τὴν τοῦ ἀφιέναι ἁμαρτίας· ὅθεν εἶπε· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας ἀφίενται αὐτοῖς· ἂν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται, » καὶ τὰ λοιπά. Καὶ ὁ Θωμᾶς δὲ διαῤῥήδην ὡμολόγησε τοῦτο, εἰπών, « Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου. » Δεδομένου δὲ μηδαμῶς παρὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦτο εἰρῆσθαι, διὰ τὸ ταπεινοὺς μὲν λόγους προφέρειν, μεγαλοπρεπῆ δὲ τὰ ἔργα δεικνύναι, ἀρκεῖ τὸ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ διαῤῥήδην τοῦτο εἰπεῖν· οἱ τοῦτο λέγοντες τὰ αὐτὰ τῷ Χριστῷ σημεῖα ἐποίησαν. Ἀλλ' ἐπεὶ οἱ Σαῤῥακηνοὶ ἀρνοῦνται τά τε θαύματα καὶ τοὺς λόγους τῶν ἀποστόλων,

tem, et existimare illam non esse, propterea quod hi non possunt intelligere personarum discretionem, absque quo et essentiam discernant. Sed neque sic fortes rationes habent ad hoc, quas non possimus solvere. Hoc igitur sufficit ad defensionem fidei. Illud autem oportet potius ab eis petere : Quid vult Alcoranum apud eos, quando toties inducit Deum de seipso pluraliter loquentem, cum simplex sit et unus? Hoc autem eos petendum, ut cogantur numerum in personis confiteri. De mysterio autem incarnationis, quod ipsi quidem negant omnino, nos autem credimus, sequentes evangelica dicta, oportet quærere ab eis unde sciant quod impossibile est Deum incarnatum fuisse. Vel enim quod non potuit, et hoc est falsum. Omnipotens enim cum sit, omnia potest, in quibus non est contradictio. Vel quod nescivit hoc facere, et sic quod et prius. Vel quod noluit. Et quis ejus consultor fuit? Vel autem potuit quidem, sicut solem minorem quam nunc est facere, et majorem, tamen non fecit. Et tunc petendum eos demonstrationem hujus dare, quod non fecerit. Hoc autem eis demonstrare est impossibile, quod neque incarnatus est videlicet. De divinitate autem Christi utitur quidem demonstratione Mahometus, quod neque Christus seipsum dixit esse Deum. Sed etsi ante resurrectionem non dixit de seipso hoc palam (1), sufficienter tamen hoc aperuit dicens : « Ego principium, qui et loquor vobis [a]. » Et Petrum commendavit, quod palam hoc dixit, dicens : « Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus [b], » et reliqua. Ipse autem manifeste hoc noluit dicere, propterea quod occulte venit, ut et prudentia et humilitate, et non vi vinceret eum, qui hominem vicit astutia. Propter hanc igitur rationem, ante resurrectionem non dixit Christus palam de seipso, Deus sum, secundum quam rationem neque piscator prædicit piscibus revelanter, sub cibo esse escam, sub esca esse hamum. Post resurrectionem autem manifeste hoc ostendit, dicens, dans Spiritum sanctum et potestatem dimittendi peccata : « Accipite Spiritum sanctum, et quorumcunque dimiseritis peccata, dimittuntur eis; quorumcunque retinueritis, retenta sunt [c], » et reliqua. Et Thomas quoque palam confessus est hoc, dicens : « Dominus meus, et Deus meus [d]. » Dato autem, hoc nequaquam a Christo dictum esse, propterea quod humilia quidem verba profert, præclara autem opera ostendit : sufficit discipulos ejus hoc palam dicere, qui hoc dicentes, similia Christo signa fecerunt. Sed quoniam Saraceni negant miracula et verba apostolorum, propterea quod contraria sunt Alcorano, insistendum confutationi tam perfidæ legis, quod non est lex Dei, et quod Saraceni debent suscipere evangelica testimonia,

[a] Joan. VIII, 25. [b] Matth. XVI, 17. [c] Joan. XX, 22, 23. [d] ibid. 28.

(1) Etiam ante Caipham non negavit. Idque fecit ex mandato Patris, Ps. II, *Prædicans præceptum*, etc.

Digitized by Google

similiter et quæ sunt Veteris Testamenti. Hoc autem per ipsum Alcoranum possibile est demonstrari, ut Ogoliath (1) sui ipsius ense interimatur.

διὰ τὸ ἐναντία εἶναι τῷ Ἀλκοράνῳ, πειρατέον, καταισχύνοντας τὸν οὕτω παράνομον νόμον, δεικνύναι ὡς οὐκ ἔστι νόμος Θεοῦ, καὶ ὡς οἱ Σαρρακηνοὶ ὀφείλουσι δέχεσθαι τὰς εὐαγγελικὰς μαρτυρίας, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης. Τοῦτο δὲ δι' αὐτοῦ τοῦ Ἀλκοράνου δεῖκνυσθαι δυνατόν, ἵν' Ὀγολιὰθ ἀναιροῖτο τῷ ξίφει τῷ ἑαυτοῦ.

III. *Quod lex hæc non est lex Dei, propterea quod neque Vetus, neque Novum Testamentum hanc testantur : et quod Saracenis necesse est parere dictis Veteris Testamenti et Evangelii.*

Γ'. *Ὅτι ὁ νόμος οὗτος οὐκ ἔστι νόμος Θεοῦ, διὰ τὸ μήτε τὴν Παλαιὰν μήτε τὴν Νέαν Διαθήκην τούτῳ συμμαρτυρεῖν, καὶ τὸ τοῖς Σαρρακηνοῖς πᾶσα ἀνάγκη πείθεσθαι τοῖς τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης καὶ τοῖς τοῦ Εὐαγγελίου ῥητοῖς.*

Tertio oportet scire, quod Alcoranum non est lex Dei. Neque enim Vetus Testamentum, neque Evangelium hanc testantur : quæ utraque Alcoranum testatur, quod vere sunt leges Dei. Solus autem Mahometus constituit seipsum, et de seipso testimonium perhibet. Lex enim Dei tanquam catena quædam est continua ab eodem artifice fabricata, et quilibet annulorum alteri cohæret, et quilibet prophetarum de alio prophetizat, et meminit hujus, et omnes prophetizaverunt de Christo. Si igitur et Saracenorum lex, lex esset Dei, et in hanc legem vocatio, non perversio, sed conversio esset, ut ipsi dicunt : quomodo sic latuisset alios prophetas, ut nullus aliquid de eo ipso diceret ? Nos enim nihil invenimus Moysen, vel alium quemdam prophetarum, vel ipsum Christum, dicentes aliquid de Mahometo, vel de lege secundum eum, nisi quando dixit, cavere oportere a falsis prophetis. Dixit autem et Christus, usque ad Joannem legem esse et prophetas, ut mundus cognoscat nullum posthac prophetam venturum, qui de aliquo qui venturus sit, sit vaticinaturus, ad quem oportet omnes sperare. Mahometus autem universalem seipsum dixit esse prophetam. Nos autem ignoramus, si et propheta omnino est. Scimus tamen, quod nunquam talis quidam seductor fuit in mundo in sic brevi tempore, qui tot homines et populos sequaces sibi fecerit. Ad hoc autem respondent Saraceni, dicentes Moysen et alios prophetas vaticinatos fuisse de Mahometo ; Christus autem tanto clarius de eo vaticinatus est, ut et nomen ejus diceret. Unde dixit filiis Israel : Nuntio vobis apostolum Dei, qui veniet post me, et nomen ejus Mahometus. Sed Judæi corruperunt Moysi legem et prophetas, Christiani autem Evangelium, ut nihil veritatis in lege et Evangeliis remaneret, nisi quantum est in Alcorano. Ostendam autem hoc esse inconveniens, et primum per Alcoranum. Dicitur enim in capitulo de Jona (2) : Si de quibus vobis revelavimus dubitatis, quærite ab his, qui prius quam vos librum legerunt. Qui autem ante Saracenos librum legerunt, Christiani sunt et Judæi, qui Pentateuchum susceperunt et Evangelium ut ipse Mahometus exponit. Is igitur dicit Saracenis, quærere a Christianis et Judæis de rebus ambiguis. Quomodo autem rursus remisit

Τρίτον δεῖ γινώσκειν, ὅτι τὸ Ἀλκοράνιον οὐκ ἔστι νόμος Θεοῦ. Οὔτε γὰρ ἡ Παλαιὰ Διαθήκη, οὔτε τὸ Εὐαγγέλιον, τούτῳ συμμαρτυρεῖ· οἷς ἀμφοτέροις τὸ Ἀλκοράνιον μαρτυρεῖ, ὅτι ἀληθῶς εἰσι νόμοι Θεοῦ. Μόνος δ' ὁ Μαχούμετ συνίστησιν ἑαυτὸν, καὶ περὶ ἑαυτοῦ μαρτυρεῖ. Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ νόμος, ὥσπερ σειρά τίς ἐστι συνεχὴς, ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ τεχνίτου μεμηχανευμένη τεχνίτου, καὶ ἕκαστος τῶν κρίκων ἔχεται τοῦ ἑτέρου. Ὥστε καὶ ἕκαστος τῶν προφητῶν καὶ προφητεύει περὶ τοῦ ἄλλου, καὶ μέμνηται τούτου, καὶ πάντες προεφήτευσαν περὶ τοῦ Χριστοῦ. Εἰ τοίνυν καὶ ὁ τῶν Σαρρακηνῶν νόμος νόμος ἦν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ εἰς τοῦτον τὸν νόμον κλῆσις οὐ διαστροφὴ ἦν, ἀλλ' ἐπιστροφὴ, ὡς αὐτοί φασι, πῶς οὕτω διέλαθε τοὺς ἄλλους προφήτας, ὥστε μηδένα εἰπεῖν τι περὶ ἑαυτοῦ ; Ἡμεῖς γὰρ οὐδὲν εὑρομεν ἢ τὸν Μωϋσῆν, ἢ ἄλλον τινὰ τῶν προφητῶν, ἢ αὐτὸν τὸν Χριστὸν, εἰπόντας τι περὶ τοῦ Μωάμεθ, ἢ περὶ τοῦ κατ' αὐτὸν νόμου· εἰ μὴ ὅτε εἴρηκε περὶ τοῦ δεῖν φυλάττεσθαι τοὺς ψευδοπροφήτας. Εἴρηκε δὲ καὶ ὁ Χριστὸς μέχρις Ἰωάννην τὸν νόμον εἶναι, καὶ τοὺς προφήτας, ὥστε γνῶναι τὸν κόσμον μηδένα τοῦ λοιποῦ προφήτην ἐλεύσεσθαι, περί τινος ἤξοντος προφητεύοντα, ἐφ' ὃν δεῖ πάντας ἐλπίζειν. Ὁ δὲ Μωάμεθ, καθολικὸν ἑαυτὸν ἔφησεν εἶναι προφήτην. Ἡμεῖς δ' ἀγνοοῦμεν, εἰ καὶ προφήτης ὅλως ἐστὶν, ἴσμεν μέντοι, ὡς οὐδεπώποτε τοιοῦτός τις ἐν τῷ κόσμῳ γέγονεν πλάνος, ἐν οὕτω βραχεῖ χρόνῳ τοσούτους ἀνθρώπους καὶ ὄχλους κτησάμενος ὀπαδούς. Πρὸς τοῦτο δ' ἀποκρίνονται οἱ Σαρρακηνοὶ λέγοντες τὸν Μωϋσῆν καὶ τοὺς ἄλλους προφήτας προφητεῦσαι περὶ τοῦ Μαχούμετ· τὸν δὲ Χριστὸν τοσούτῳ καθαρώτερον περὶ αὐτοῦ προφητεῦσαι, ὥστε καὶ τὸ ὄνομα τούτου εἰπεῖν. Ὅθεν εἰρηκέναι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, Εὐαγγελίζομαι ὑμῖν τὸν ἀπόστολον τοῦ Θεοῦ, ὃς ἥξει μετ' ἐμὲ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ Μαχούμετ. Ἀλλὰ τοὺς Ἰουδαίους διαφθεῖραι τὸν τοῦ Μωσέως νόμον καὶ τοὺς προφήτας, τοὺς δὲ Χριστιανοὺς τὸ Εὐαγγέλιον, ὥστε μηδὲν τῆς ἐν τῷ νόμῳ, καὶ τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἀληθείας ἐναπομεῖναι, ἄνευ τῶν ἐμφερομένων τῷ Ἀλκοράνῳ. Δείξω δὲ τοῦτο ἀσύστατον ὄν, καὶ πρῶτον διὰ τοῦ Ἀλκοράνου. Λέγεται γὰρ ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἰωνᾶ κεφαλαίῳ, Εἰ περὶ ὧν ὑμῖν ἀπεκαλύψαμεν ἀμφιβάλλετε, ζητήσατε παρὰ τῶν πρότερον ὑμῶν

[a] Matth. xi, 13.

(1) Ita vocant Goliath, quem David occidit.

(2) In Latina translatione, cap. 20.

Digitized by Google

A facile ex superioribus dictis possumus cognoscere. Ante enim demonstratum est, non esse Alcoranum legem Dei, propterea quod neque Vetus neque Novum Testamentum hanc testantur, et quod neque in stylo, neque in sententiis cum aliis convenit, et quod contradicit sibi ipsi, et quod nullo miraculo confirmatur, et quod est irrationabile, et quod manifesta continet mendacia, et quod violentum, et quod inordinatum, et quod iniquum, et quod ambiguum. Hæc enim omnia per ipsum Alcoranum breviter sunt ante demonstrata. Veruntamen idipsum Alcoranum legentibus, melius hæc demonstrantur. Quare nos audacter dicere possumus, Si nobis credere non vultis, Alcoranum legite. Horum autem contraria in evangelica doctrina B manifeste apparent. Etenim Mahometus præcipue, quasi supra omnes prophetas qui sunt vel qui futuri sunt, Christum commendavit, et Evangelii doctrinam supra omnes divinas Scripturas magnificavit. Scimus autem, quod nullum sic est tam validum, tamque potens testimonium doctrinæ vel vitæ, quam laus ab his qui conantur reprehensionem inducere. Dicit autem ipse Mahometus in Alcorano, in capitulo Elmeide : Terminavimus viam hominum per Jesum Christum filium Mariæ, veracissimum prophetam, et dedimus ei Evangelium, in quo est deductio et lux et veritas manifesta. Et in multis locis Alcorani præcipue commendat Evangelium. Etenim ipsum Evangelium in omni loco et lingua excellentissime mundo seipsum C manifestat. Quare confidenter dicere possem de eo Saracenis : Si vestro Mahometo vultis, vel non vultis credere de Evangelio, id ipsum Evangelium legite. Et quoniam, sicut dicitur in Alcorano in capitulo Elemphal, volens Deus quod verificetur veritas per verbum suum, et intercidatur gubernatio hæreticorum, et ut veritas verificetur et vanitas evanescat, providit et dispensavit Deus, ne mundus per ignorantiam periret, ut lex illa, quæ generaliter omnibus et solo necessaria erat, lex ea quæ est Evangelii, non in uno loco, sed in diversis provinciis; neque in uno idiomate, sed diversis et in omnibus linguis scriberetur, Hebraice, Græce, et Latine, et post hæc fideliter transferretur. In fine autem Evangelii mandavit discipulis suis Christus, ut in universo mundo efficaciter Evangelium prædicarent. Quod ut perficere possent, dedit eis gratiam linguarum et virtutem miraculorum. Alcoranum autem Arabice solum sibi ipsi dicit a Deo datum esse; et Saraceni firmiter credunt, nullum posse hoc scire qui Arabicam linguam ignoret. Sequitur autem, non omnes scire Arabicam linguam, neque posse hanc discere. Scriptum autem est in Alcorano, sicut et ante demonstratum est, nullum posse salvari, præter eos qui sunt in lege Saracenorum. Quare convenienter quæri posset, si solos velit Saracenos Deus salvos fieri, et eos qui Arabicam linguam sciunt. Christianorum autem lex, quæ scripta est in omnibus lin-

Digitized by Google

guis, dicit, quod Deus vult omnes homines salvos fieri. Saraceni igitur, qui solo nomine salvati dicuntur, sicut ante dictum est, et alii omnes qui secundum veritatem salvos se fieri volunt, discant Christum esse Salvatorem, legantque Evangelium in quacunque lingua volunt, et invenient fere contraria omnia quæ prædicta sunt et demonstrata ab Alcorano. Invenientque, quod Moysi lex et prophetæ ipsum testantur, et nullam esse Evangelii contrarietatem, sed potius complementum et perfectionem omnium aliarum Scripturarum. Invenient quoque in Evangelio stylum non metricum vel rhythmicum, sed simplicem et communem, non quidem propter simplicitatem scribentium, sed propter utilitatem legentium, ut ab omni simplici et idiota convenienter intelligi posset. Modum non habet assentatorium; neque turpia vel desueta nomina, sed communia et honestissima. Fabulam autem omnino nullam continet Evangelium; et si quasdam aliquando parabolas apponit, ex ipsa verbi consequentia manifeste ostenditur, quod parabolice loquitur. Convenit autem in sententiis, non solum cum aliis sacris Scripturis, sicut dictum est, sed etiam cum philosophis, qui de virtutibus et de extremo hominum fine demonstrative, vel rationabiliter tractaverunt. Addit etiam quædam excelsissima, ad quæ naturalis humana ratio non potest pervenire. Et nequaquam aliquid dicit, cui quis demonstrative possit instare, quia cum demonstratio contineat verum, nihil potest esse ei contrarium nisi falsum. Speculantibus autem diligenter, nulla contradictio in Evangeliis continetur. Quare non solum unum Evangelium cum seipso convenit, sed etiam quatuor inter se, in omnibus necessariis circa fidem, simpliciter conveniunt; id est, de incarnatione, doctrina, passione, resurrectione, ascensione Christi, et Spiritus sancti missione, et si quatuor Evangelia in diversis locis et diversis linguis, nec non a diversis auctoribus a principio conscripta sunt, ut ante dictum est. Quidam tamen simpliciores existimaverunt, in Evangelio esse contrarietatem, propterea quod illud quod in alio Evangelio continetur, in alio Evangelio non continetur. Hoc autem non est contradictio, sed potius dispensatio Dei, quasi inspirante Spiritu sancto, ut quod ab uno Evangelista prætermissum est, alter dicat, quod autem ab uno evangelista scriptum est, nullus aliorum trium negavit, vel contrarium aliquid dixit. Sed hi quatuor non omnia opera, vel verba Christi conscripserunt, sed solum quæ ad salutem sunt magis necessaria.

A Σαρρακηνῶν. Ὥστ' εἰκότως ἂν ζητηθείη, εἰ μόνως βούλοιτο σωθῆναι τοὺς Σαρρακηνοὺς ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς γινώσκοντας τὴν τῶν Ἀράβων γλῶσσαν. Ὁ δὲ τῶν Χριστιανῶν νόμος, ὁ ἐν πάσαις γεγραμμένος ταῖς διαλέκτοις, φησὶ τὸν Θεὸν πάντας ἀνθρώπους θέλειν σωθῆναι. Οἱ Σαρρακηνοὶ τοίνυν οἱ μόνῳ τῷ ὀνόματι λεγόμενοι σεσωσμένοι, καθὼς προείρηται, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ κατὰ ἀλήθειαν σωθῆναι βουλόμενοι, μαθέτωσαν τὸν Χριστὸν εἶναι Σωτῆρα, ἀναγινωσκέτωσάν τε τὸ Εὐαγγέλιον ἐν ᾗ ἂν βούλωνται διαλέκτῳ, καὶ εὑρήσουσι σχεδὸν ἐναντία πάντα τοῖς προειρημένοις καὶ δεδειγμένοις ὑπὸ τοῦ Ἀλκοράνου. Εὑρήσουσι συμμαρτυροῦντα αὐτῷ τὸν τοῦ Μωσέως νόμον καὶ τοὺς προφήτας, μηδεμιᾶς οὔσης πρὸς αὐτοὺς τοῦ Εὐαγγελίου ἐναντιότητος, μᾶλλον

B μὲν οὖν συμπληρωτικὸν καὶ τελειότητα πάντων τῶν ἄλλων. Εὑρήσουσί τε ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ φράσιν οὐ μετρικὴν ἢ ῥυθμικὴν, ἀλλ' ἁπλῆν καὶ κοινὴν, οὐ διὰ τὴν ἁπλότητα τῶν γραφόντων, ἀλλὰ διὰ τὴν ὠφέλειαν τῶν ἀναγινωσκόντων, ὥστ' ὑπὸ παντὸς ἁπλοῦ τε καὶ ἰδιώτου οἰκείως ἀναγινώσκεσθαι δύνασθαι. Ἦθος δὲ ἔχει οὐ κολακευτικὸν, ἀλλ' οὐδ' αἰσχρὰ ἢ ἀήθη ὀνόματα, ἀλλὰ κοινὰ καὶ σεμνότατα. Μῦθον δὲ οὐδένα παντελῶς περιέχει τὸ Εὐαγγέλιον, ἀλλὰ καὶ εἴ τινας ἐνίοτε παραβολὰς παρατίθησιν, ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίας δείκνυται φανερῶς, ὅτι παραβολικῶς διαλέγεται. Συνᾴδει δὲ ἐν

C ταῖς ἀποφάσεσιν οὐ μόνον ταῖς ἄλλαις ἱεραῖς Γραφαῖς, καθὼς εἴρηται, ἀλλὰ καὶ τοῖς φιλοσόφοις τοῖς περὶ ἀρετῶν καὶ τοῦ ἐσχάτου τῶν ἀνθρώπων τέλους ἀποδεικτικῶς ἢ λογικῶς πραγματευσαμένοις. Προστίθησι μέντοι καί τινα ὑψηλότατα, ἐφ' ἃ ὁ φυσικὸς καὶ ἀνθρώπινος λόγος οὐ δύναται ἐφικέσθαι. Καὶ οὐδὲν οὐδαμῶς φησιν, ᾧ ἄν τις ἀποδεικτικῶς ἐνσταίη. Τῆς γὰρ ἀποδείξεως ἀληθὲς περιεχούσης, μόνον τὸ ψεῦδος ταύτῃ δυνατὸν ἐναντιωθῆναι. Ἀκριβῶς τε σκοπουμένοις, οὐδὲ μία ἐναντιολογία ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις εὑρίσκεται. Ὥστε μὴ μόνον ἓν Εὐαγγέλιον ἑαυτῷ συμφωνεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰ τέσσαρα ἀλλήλοις ἐν πᾶσι τοῖς περὶ τὴν πίστιν ἀναγκαίοις, τουτέστι περὶ τῆς σαρκώσεως, τῆς διδασκαλίας, τοῦ πάθους, τῆς ἀναστάσεως, τῆς ἀναλήψεως τοῦ Χριστοῦ, καίτοι γε τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων ἐν διαφόροις τόποις καὶ διαφόροις διαλέκτοις, ἔτι τε ὑπὸ

D διαφόρων συγγραφέων ἐξ ἀρχῆς συγγεγραμμένων, ὡς προείρηται. Τινὲς μέντοι τῶν ἁπλουστέρων ὑπέλαβον ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἶναι ἐναντιότητα, διὰ τὸ ὅπερ ἐν ἑνὶ Εὐαγγελίῳ γέγραπται, ἐν ἄλλῳ μὴ περιέχεσθαι. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἐναντιολογία, ἀλλὰ μᾶλλον οἰκονομία Θεοῦ. Τοῦ γὰρ ἁγίου Πνεύματος παροτρύνοντος τὸ παρ' ἑνὸς εὐαγγελιστοῦ σεσημένον ἕτερος εἶπε. Τὸ δὲ ὑφ' ἑνὸς εὐαγγελιστοῦ γραφὲν οὐδεὶς ἠρνήσατο τῶν ἄλλων τριῶν, ἢ ἐναντίον τι εἶπεν. Ἀλλὰ καὶ οὗτοι οἱ τέσσαρες, οὐ πάντα τὰ ἔργα ἢ τοὺς λόγους τοῦ Χριστοῦ συνεγράψαντο, ἀλλὰ μόνον τὰ πρὸς σωτηρίαν ἀναγκαιότερα.

Quomodo autem doctrina Christiana perfecte miraculis sit confirmata, in septimo capitulo manifeste ante demonstratum est, quare non oportet amplius in eisdem versari. Nulla autem est in mundo doctrina, vel lex, quæ sic rationabilis exsi-

Πῶς δὲ ἡ Χριστιανικὴ διδασκαλία τελείως θαύμασι βεβαιοῦται, φανερῶς ἐν τῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ προαποδέδεικται· καὶ οὐ δεῖ ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς αὐτοῖς διατρίβειν. Οὐδεμία δέ ἐστιν ἐν τῷ κόσμῳ διδασκαλία ἢ νόμος οὕτως εὔλογος ὢν καὶ τέλειος, ὅσπερ

Digitized by Google

ὁ εὐαγγελικὸς, ὃς πάντα τὰ πάθη ἐκ τῆς ῥίζης ἀνέσπασεν· οὐ μόνον τὴν ἄτακτον ἐνέργειαν, ἢ τὸ ἔξωθεν ῥῆμα κωλύων, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄτακτον τοῦ λογισμοῦ κίνησιν, ἢ τὴν ἔνδον διάθεσιν, οἷον ἐπιθυμίαν, ὀργὴν ἄτακτον, καὶ τὰ τοιαῦτα, οἷς πάντα τὰ ἔξω κακὰ ἔπονται. Ἐφύτευσε δὲ καὶ ἀπήρτησε πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐν τῇ ἐντολῇ τῆς τελειοτάτης ἀγάπης, τοῦ Θεοῦ δηλονότι καὶ τοῦ πλησίον· ἥτις ἐστὶ πλήρωμα νόμου. Φυτευθείσης γὰρ φιλίας καὶ ἀγάπης τελείας, ἢ τῶν ἰδίων ἀγαθῶν τοῖς ἄλλοις κοινωνεῖν ἀναγκάζει, οὐκ ἔτι ἐστὶν ἀναγκαῖον δικαιοσύνην ζητεῖν, ἐνάγουσαν πρὸς τὸ τὰ ἀλλότρια ἀποδιδόναι. Ἔτι περιέχει τὸ Εὐαγγέλιον τὸ οἰκειότατον καὶ φυσικὸν πρόσταγμα· « Ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε ὁμοίως αὐτοῖς. » Ὁ μόνον τοῖς κτησαμένοις οὐδὲ ἓν ἄλλο ἐστὶν ἀναγκαῖον πρόσταγμα, ὅσον πρὸς τοὺς πλησίον. Οὐ μόνον δὲ ἀλήθειαν περιέχει τὸ Εὐαγγέλιον, ἀλλ' ὥσπερ πιστεύουσιν οἱ διδάσκαλοι τῶν Χριστιανῶν, εἰ ἓν μόνον ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εὑρεθείη ψεῦδος, ὅλον εἰκότως ἂν ὑπωπτεύθη, ὥσπερ καὶ ἀνωτέρω διώρισται ἐν τῷ ἐννάτῳ κεφαλαίῳ. Βίαν δὲ οὐδὲ μίαν συγχωρεῖ τὸ Εὐαγγέλιον· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ αὐτὴν τὴν βίαν καὶ τὴν ἀδικίαν μακροθύμως δεῖν φέρειν φησὶν, λέγων, « Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην· καὶ εἴ τις ἀπὸ σοῦ λάβοι τὸν χιτῶνα, μὴ κωλύσῃς αὐτὸν, ἀλλὰ δὸς καὶ τὸ ἱμάτιον. » Διδάσκει δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς ἐπενεχθείσης ἀδικίας καὶ μίσους εὐποιΐαν καὶ ἀγάπην ἀποδιδόναι, λέγων, « Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων καὶ διωκόντων ὑμᾶς. » Οὐ μὴν τοῦτο ἐναντιοῦται, εἴ τινες τῶν Χριστιανῶν πονηροὶ οὐ φυλάσσουσι ταῦτα πάντα. Οὐ γὰρ ἡ τῶν πονηρῶν διαστροφὴ κωλύει τὴν τοῦ ἁγιωτάτου νόμου τελειότητα καὶ ἀλήθειαν.

Εὐτακτοτάτη δέ ἐστιν ἡ τοῦ Εὐαγγελίου διδασκαλία, καθὼς προαποδέδεικται ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ κεφαλαίῳ, καὶ τοῦ χρόνου τάξει, καὶ τόπου, καὶ διδασκαλίας, καὶ ὕλης. Ἄρχεται μὲν γὰρ ἐκ τῆς σαρκώσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ διορίζεται τὰ πρὸς τὴν γέννησιν τούτου ἀνήκοντα. Καὶ μετὰ τὴν γέννησιν, τῷ προσήκοντι καιρῷ δείκνυσι τὴν διδασκαλίαν καὶ τὴν σοφίαν αὐτοῦ, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν δύναμιν καὶ τὰ θαύματα· καὶ ἐφεξῆς τὸ πάθος καὶ τὸν θάνατον, ἔσχατον δὲ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν. Ἀληθῶς μὲν οὐδὲν πονηρὸν δυνατὸν εὑρεθῆναι ἐν διδασκαλίᾳ τοσαύτης τελειότητος· εἰ καὶ οἱ ἄστατοι καὶ ἀπαίδευτοι λέγουσι βλασφημίας τινὰς περιέχεσθαι ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὥσπερ περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ πάθους, ἔτι τε περὶ τοῦ τῆς Τριάδος μυστηρίου, περὶ ὧν (ὡς προείρηται) γέγραπται ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ, ἀποδοκιμαζόντων ὃ μὴ νοοῦσι. Βεβαιοτάτη δέ ἐστιν, ὡς βεβαιότατα γινωσκομένη, τίνι χρόνῳ, τίνι τόπῳ, καὶ παρὰ τίνων ἀνθρώπων ἡ εὐαγγελικὴ συνεγράφη διδασκαλία. Ἔτι τε βεβαιοτάτη ἐστὶν,

stat et perfecta sicut evangelica, quæ omnes passiones radicitus avellit. Non solum inordinatam actionem et exterius verbum prohibet, sed et inordinatum animi motum, vel intrinsecum affectum, sicut concupiscentiam, iram inordinatam, et similia, ex quibus omnia mala exteriora sequuntur. Plantavitque et conservavit omnia bona in mandato perfectissimæ dilectionis, Dei videlicet et proximi. Habita enim amicitia et charitate perfecta, quæ propria bona cum aliis communicare cogit, non est necessarium justitiam quærere, quæ nos inducit ad restituendum aliena. Item continet Evangelium naturalissimum et propriissimum mandatum : « Quæcunque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite similiter eis [36]. » Quo solo habito, non est necessarium aliud præceptum respectu proximi. Non solum etiam veritatem continet Evangelium, sed, sicut credunt Christiani doctores, si unum solum mendacium in Evangelio inveniretur, totum Evangelium merito suspectum haberetur, sicut superius determinatum est in nono capitulo. Violentiam autem nullam permittit Evangelium, quin imo et ipsam violentiam et injuriam patienter oportere ferre ait, dicens : « Si quis te alapis percusserit ad dexteram genam, verte et alteram, et si quis a te capiat pallium, ne prohibeas eum, sed da etiam tunicam [37]. » Docet etiam pro illata injuria et odio, beneficium et dilectionem reddere, dicens : « Diligite inimicos vestros, benefacite odio habentibus vos, et orate pro malignantibus, et his qui vos persequuntur [38]. » Non tamen hoc adversatur, si quidam Christianorum iniqui non servant hæc omnia. Non enim iniquorum perversio prohibet sanctissimæ legis perfectionem et veritatem.

Bene ordinatissima autem est Evangelii doctrina, sicut ante demonstratum est decimo in capitulo, et temporis ordine, et loci, et doctrinæ, et materiæ. Incipit enim ab incarnatione Christi, determinans quæ ad nativitatem hujus sunt convenientia. Et post nativitatem convenienti tempore ostendit doctrinam et sapientiam ejus. Et post hæc, et potentiam et miracula, et deinceps passionem et mortem, ultimo autem resurrectionem, et in cœlos ascensionem. Sane nullum malum potest inveniri in doctrina tantæ perfectionis : etsi instabiles et indocti dicant, blasphemias quasdam in Evangelio contineri, sicut de incarnatione Christi et passione, item de Trinitatis mysterio : de quibus, ut ante dictum est, scriptum est in Alcorano, quod ipsi reprobant quæ non intelligunt. Certissima vero est lex evangelica, quia certissime scitur quo tempore, quo loco, a quibus hominibus conscripta est evangelica doctrina. Certissimum etiam est, quod convenientissime et facillime intelligibilis est, quia credenda proponuntur per revelationem Dei, et

[36] Matth. vii, 12. [37] Matth. v, 39. [38] ibid. 44.

Digitized by Google

non investignada per rationem, ut simpliciores ad eam facile accedere possint. Item oportet scire, quod nihil est in Evangelio, quod non possibile sit a nobis intelligi, qui fidei lumine sumus adjuti. Et licet in se certissima, tamen non ab omnibus intelligitur, sed ab humilibus solum, et humilibus corde. Superbi autem et carnales non possunt hanc intelligere; quorum intellectus sic se habet ad eam, sicut vespertilionis oculus ad solem. Sacri autem Christianæ fidei doctores non tanquam vespertiliones in nocte volant, sed attentis oculis, tanquam aquilæ, veritatis radios in seipsis contemplantur; aliis autem ignorantibus, et rationem quærentibus, propriæ interpretantur fidei et veritatis mysteria. Et non dicunt eis, sicut in Alcorano in capitulo Jonæ, et in capitulo Elcapherim, quod conveniens est Saracenos dicere aliis nationibus quæ non credunt, et contradicunt Alcorano: Mihi mea fides, et vobis vestra. Sed sunt parati ad responsionem cuicunque poscenti rationem de fide et spe quæ in eis est. Hoc autem est proprium sapientis, rationem et causam sui operis reddere. Aliter enim quilibet futurus posset legem condere, et concludere quidquid vellet, et dicere, Nihil oportet contrarium credere his quæ ab eo posita sunt.

ὡς τελείως νοουμένη, καὶ κατὰ τὸν προσήκοντα τρόπον· προτίθεται γὰρ, ὡς δέον ταύτῃ πιστεύειν θεία ἀποκαλύψει, ἀλλ' οὐ ζητήσει ἢ καταλήψει λογισμῶν ἀνθρωπίνων, ὥστε καὶ τοὺς ἁπλουστέρους ἐπ' αὐτὴν ῥᾳδίως ἀναβαίνειν δύνασθαι. Ἔτι δὲ δεῖ γινώσκειν, ὅτι μηδέν ἐστιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὃ μὴ δυνατὸν ὑφ' ἡμῶν νοεῖσθαι, τῷ τῆς πίστεως βοηθουμένων φωτί. Εἰ δὲ καὶ ἀσφαλεστάτη ἐστὶν, ἀλλ' ὅμως οὐχ ὑπὸ πάντων νοεῖται, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ταπεινῶν μόνον, καὶ ταπεινῶν τῇ καρδίᾳ. Οἱ δὲ ὑπερήφανοι καὶ σαρκικοὶ οὐ δύνανται ταύτην νοεῖν, ὧν ὁ νοῦς οὕτως ἔχει πρὸς αὐτὴν, ὥσπερ ὁ τῆς νυκτερίδος ὀφθαλμὸς πρὸς τὸν ἥλιον. Οἱ δὲ ἱεροὶ τῆς Χριστιανικῆς πίστεως διδάσκαλοι, οὐχ ὡς νυκτερίδες ἐν νυκτὶ πέτονται, ἀλλ' ἀτενέσιν ὀφθαλμοῖς, ὥσπερ ἀετοὶ, τὰς τῆς ἀληθείας ἀκτῖνας ἐν ἑαυτοῖς θεωροῦσι. Τοῖς δὲ ἄλλοις τοῖς ἀγνοοῦσι, καὶ λόγον ζητοῦσιν, οἰκείως ἑρμηνεύουσι τὰ τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀληθείας μυστήρια. Ἀλλ' οὐ λέγουσιν αὐτοῖς, ὥσπερ ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ, ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ Ἐλκαφερεὶμ, ὅτι δέον τοὺς Σαρρακηνοὺς λέγειν τοῖς ἄλλοις γένεσι τοῖς μὴ πιστεύουσι καὶ λέγουσι τῷ Ἀλκοράνῳ, Ἐμοὶ ἡ πίστις ἡ ἐμὴ, καὶ ὑμῖν ἡ ὑμετέρα· ἀλλ' εἰσὶν ἕτοιμοι πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι λόγον περὶ τῆς ἐν αὐτοῖς πίστεως καὶ ἐλπίδος. Τοῦτο δέ ἐστιν ἴδιον τοῦ σοφοῦ, λόγον τοῦ ἰδίου ἔργου ἀποδιδόναι. Ἄλλως γὰρ ἂν πᾶς ἀνὴρ ἠδύνατο νόμον συντιθέναι, καὶ συμπεραίνειν ὅπερ ἂν βούλοιτο, καὶ λέγειν μηδὲν δεῖν ἐναντίον πιστεύεσθαι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ τεθειμένοις.

XVII. *De Saracenorum responsione ad vrædicta.*

Ad hæc autem conantur respondere quidam superstitiosi et contentiosi Saraceni, dicentes: Non dicimus quod Evangelium non sit a Deo, cum Alcoranum hoc manifeste testetur, neque dicimus imperfectum esse, cum a Deo sit, sed tam ardua et perfecta continet Evangelium, ut non sufficiat mundus ea perficere. Quis enim Deum ex toto corde, et proximum sicut seipsum potest diligere? Quis potest pro persequentibus et calumniantibus orare? Quis ex toto corde benefacere malefacientibus? Et alia quædam perfectissima mandat Evangelium. Quoniam igitur non erat lex quæ potuisset servari, providit mundo Deus per legem salutis, et levia fecit mandata, et dedit mundo Alcoranum, quod minime continet difficilia hæc, sed facile est ad salvandum homines per ipsum. Unde dicunt, Alcoranum magis esse commune, et valde sufficere ad salutem mundo. Et propter hoc vocant Alcoranum autonomatice legem salutis. Dicunt igitur, quod Alcoranum successit quasi loco Evangelii, et quidquid boni erat in Evangelio, totum est in Alcorano, et quod jam non est opus Evangelio. Sed hoc manifestum continet mendacium. Non enim possibile est dicere, ad tempus datum esse Evangelium, ut puta usque ad Alcoranum, et post hæc Alcoranum ei successisse ad salutem hominum, cum Alcoranum manifeste testetur, quod in Evangelio est deductio et salus. Præterea non po-

ΙΖ'. *Περὶ τῆς τῶν Σαρρακηνῶν ἀπολογίας πρὸς τὰ προειρημένα.*

Πρὸς ταῦτα δὲ ἐπιχειροῦσιν ἀπολογεῖσθαί τινες δεισιδαίμονες Σαρρακηνοὶ, καὶ δυσέριδες, λέγοντες· Οὐ φαμὲν τὸ Εὐαγγέλιον οὐκ εἶναι παρὰ Θεοῦ, τὸ γὰρ Ἀλκοράνον τοῦτό φησιν· οὔτε φαμὲν ἀτελὲς εἶναι, παρὰ Θεοῦ ὄν· ἀλλ' οὕτω μεγάλα καὶ τέλεια περιέχει τὸ Εὐαγγέλιον, ὥστε μὴ ἀρκεῖν τὸν κόσμον ταῦτα τελέσαι. Τίς γὰρ τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν δύναται ἀγαπᾷν; Τίς δύναται ὑπὲρ τῶν διωκόντων εὔχεσθαι, καὶ συκοφαντούντων; Τίς ἐξ ὅλης τῆς καρδίας εὐεργετεῖν τοὺς κακοποιοῦντας; Καὶ ἄλλα δέ τινα τελειότατα προστάττει τὸ Εὐαγγέλιον. Ὅτι τοίνυν οὐκ ἦν νόμος τηρεῖσθαι δυνάμενος, προενοήσατο τοῦ κόσμου ὁ Θεὸς διὰ τοῦ νόμου τῆς σωτηρίας, καὶ ἐκένωσε τὰς ἐντολὰς, δοὺς τῷ κόσμῳ τὸ Ἀλκοράνον, μὴ περιέχον τὰ δυσχερῆ ταῦτα, ἀλλὰ ῥᾴδιον ὂν πρὸς τὸ σώζεσθαι δι' αὐτοῦ τοὺς ἀνθρώπους. Ὅθεν φασὶ τὸ Ἀλκοράνον μᾶλλον εἶναι κοινὸν, καὶ λίαν ἀρκεῖν πρὸς σωτηρίαν τῷ κόσμῳ. Καὶ διὰ τοῦτο καλοῦσι τὸ Ἀλκοράνον παρωνύμως νόμον σωτηρίας. Φασὶ τοίνυν, ὅτι τὸ Ἀλκοράνον διεδέξατο τὸ Εὐαγγέλιον· καὶ πᾶν ὅπερ ἦν ἀγαθὸν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, οὕτως ὅλον ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ ἐστίν. Ὥστ' ἤδη μὴ εἶναι χρείαν τοῦ Εὐαγγελίου. Ἀλλὰ ταῦτα φανερὸν περιέχουσι ψεῦδος. Οὐ γὰρ δυνατὸν λέγειν πρὸς καιρὸν δεδόσθαι τὸ Εὐαγγέλιον, οἷον μέχρι τοῦ Ἀλκοράνου· καὶ μετὰ ταῦτα τὸ Ἀλκοράνον αὐτὸ διαδέξασθαι πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Αὐτὸ

Digitized by Google

γὰρ τὸ Ἀλκοράνον φανερῶς μαρτυρεῖ, ὅτι ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἐστὶν ὁδηγία καὶ σωτηρία. Ἔτι οὐ δυνατὸν λέγειν, ὅτι μετὰ τὸ δοῦναι τὸ Εὐαγγέλιον, ὁ Θεὸς συνεῖδεν, ὡς οὐ δυνήσεται ὁ κόσμος τηρῆσαι αὐτὸ, καὶ διὰ τοῦτο διωρθώσατο μὲν τὴν ἑρμηνείαν, τὴν δὲ ἐντολὴν κουφοτέραν ἐποίησεν, ὡς ἂν ἀπὸ τῶν ἀποβαινόντων τὰ δέοντα γινώσκεσθαι συνιείς. Ἴδει γὰρ ὁ Θεὸς ἐξ ἀρχῆς, τί μὲν τὸ Εὐαγγέλιον περιέξει, τί δὲ οἱ ἄνθρωποι συνήδονται. Καὶ ἄνευ δὲ τούτων καὶ αὐτὸ τὸ Ἀλκοράνον φησὶν, ὡς οὐδέν εἰσιν οἱ Σαρρακηνοὶ, εἰ μὴ πληρώσαιεν τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ τὸν νόμον Μωϋσέως, καὶ τὸ Ἀλκοράνον, ὡς εἴρηται ἀνωτέρω. Οἱ δὲ Χριστιανοὶ μόνον τὸ Εὐαγγέλιον πληρῶσαι ὀφείλουσιν. Ἔτι πῶς ἂν ἠδύνατο τὸ Εὐαγγέλιον τέλειον λέγεσθαι, μὴ ἀνάλογον ὂν τῇ τῶν ἀνθρώπων δυνάμει, μηδὲ κοινῶς τηρεῖσθαι δυνάμενον; Ἔτι εἰ τέλειόν ἐστι τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ περιέχει τὰ πρὸς τὴν σωτηρίαν ἀναγκαῖα, τί δὲ θαυμαστὸν εἴ τινας καὶ ἄλλας συμβουλὰς ὑψηλὰς περιέχει, μεγάλης οὖσας τελειότητος, ταύτας μέντοι μὴ λέγειν ἀναγκαίας εἶναι πρὸς σωτηρίαν; Ἔτι ὅσον τις νόμος μᾶλλόν ἐστιν ἄνετος, τοσοῦτόν ἐστι καθ' ἑαυτὸν ἧττον ἔμμισθος. Εἰ τοίνυν τὸ Ἀλκοράνον κουφότερόν ἐστι τοῦ Εὐαγγελίου, οὐχ ὁμοίως ἄρα ἐστὶ πρὸς σωτηρίαν δραστήριον. Οὐ γὰρ ἂν ἔδωκεν ὁ Θεὸς νόμον ἀδρανέστερον μὲν πρὸς σωτηρίαν, ἐπιπονώτερον δέ. Λέγεται δὲ ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ, ὅτι δι' αὐτοῦ καὶ οἱ δαίμονες σωθῆναι δύνανται, ὡς ἀνωτέρω γέγονε δῆλον ἐν τῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ, οἵτινες οὐ δύνανται διὰ τοῦ Εὐαγγελίου σωθῆναι. Ἔστιν ἄρα τὸ Ἀλκοράνον σωτηριῶδες μᾶλλον ἢ τὸ Εὐαγγέλιον· ὥστε ἐπιπονώτερον καὶ δυσχερέστερον. Ἔτι εἰ τὸ Ἀλκοράνον ῥᾴων νόμος ἐστὶν, ἐπικινδυνώτερον καὶ μείζονος ἄξιον μέμψεως ἔσται τὸ μὴ φυλάττειν αὐτόν. Ἀλλ' οἱ Σαρρακηνοὶ τοῦτον οὐ τηροῦσιν· ἐπικινδυνώτερον ἄρα ἁμαρτάνουσιν. Ὅτι δὲ τοῦτο παραβαίνουσι, δῆλον. Πίνουσι γὰρ οἶνον, καὶ βρῶσεις μεθύσκονται, ἐσθίουσί τέ τινα ἀκάθαρτα παρ' αὐτοῖς, οὐ τηροῦσί τε τὴν νηστείαν, οὔτε τὴν προσευχὴν, οὔτ' ἀναλίσκουσι κατὰ τὴν αὐτῶν εὐπορίαν· καὶ ἄλλα πολλὰ, ἃ βέλτιον οἶδεν ὁ ἐν τῇ πρὸς αὐτοὺς ἀναστροφῇ πεῖραν τούτων λαβών. Εἶτ' ἄρα ῥᾴδιον τοῦτο φαῖεν, εἴτε δυσχερὲς, τὸν κίνδυνον οὐκ ἐκφεύγουσιν. Ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας ὁ Μαχούμετ ἐπεχείρησε μὲν ῥᾴδιον δοῦναι νόμον, οὐ συγκεχώρηται μέντοι παρὰ Θεοῦ οὕτω διαθεῖναι τὸν κάλαμον, ὥστε μὴ πολλὰ δυσχερῆ παραμίξαι. Περιέχει μὲν γὰρ ὁ νόμος ἐκεῖνος δυσχέρειαν πολλὴν ἐν τῷ νοεῖσθαι. Λέγεται γὰρ ἐν αὐτῷ, ὡς ὑπὸ μόνου νοεῖται τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο δὲ ὅπως ἐστὶν ἄλογον, δῆλον γέγονεν ἀνωτέρω ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ. Ἔτι τε δυσχερής ἐστι περὶ τὸ πιστεύεσθαι. Φησὶ γὰρ τὴν Παρθένον Μαρίαν παρθένον γεννῆσαι τὸν Ἰησοῦν, καὶ τὸν Θεὸν ἔχειν Λόγον καὶ Πνεῦμα ἅγιον· ἅτινα ἀναγκαῖά εἰσιν πρὸς τὴν ἡμετέραν πίστιν, πλὴν θαύμασι βεβαιωθέντα. Ἔτι τε δυσχερής ἐστιν ἀποπληρωθῆναι δι' ἔργων· οἷόν ἐστι τὸ περιτέμνεσθαι, καὶ τὸ μὴ πίνειν οἶνον, καὶ περὶ τοῦ φυλάττεσθαι διὰ τοῦ

A test dici, quod postquam dedit Evangelium, advertit quod mundus non poterit ipsum servare, et correxit stylum, et temperavit præceptum, ut Deus facta nostra putet ab eventu. Sciebat enim Deus a principio, et quid Evangelium continet, et quid homines ferre possunt. Præterea et ipsum Alcoranum dicit, quod nihil sunt Saraceni, nisi adimpleant Evangelium, et legem Moysi, ut superius dictum est. Christiani autem solum Evangelium adimplere debent. Item quomodo posset Evangelium perfectum dici, si non posset secundum vires ab hominibus servari? Item, si perfectum est Evangelium, et ad salutem necessaria continet: quid obstat, si quædam alta consilia continet, quæ magnæ perfectionis exsistant? Hæc tamen non dicit necessaria esse ad salutem. Item, quantum quæque lex magis remissibilis est, tantum est per se minus mercede digna. Si igitur Alcoranum est remissibilius quam Evangelium, non ergo similiter est ad salutem efficax. Non enim dedit Deus legem minoris efficaciæ, et ad salutem laboriosiorem. Et constat in Alcorano, quod et per ipsum Alcoranum dæmones salvari possunt, ut superius manifestum fuit in septimo capitulo, qui non possunt salvari per Evangelium. Est igitur Alcoranum magis salutare quam Evangelium, ergo et laboriosius et difficilius. Item, si Alcoranum facilior lex est, periculosius et majore reprehensione dignum erit eam non observari. Sed Saraceni eam non servant; periculosius igitur peccant. Quod autem eam non servant, nec complent, manifestum est. Bibunt enim vinum, et inebriantur, comeduntque illicita apud eos; non servant jejunium, neque orationem, neque expendunt juxta eorum facultatem; et alia multa, quæ melius scit qui in conversatione inter eos experientiam horum capit. Sive facilem hanc dicunt, sive difficilem, periculum non evadunt. Sed in veritate, Mahometus conatus est quidem facilem legem dare, non tamen permissum est sic calamum temperare quin difficilia multa interserverit. Continet enim lex illa difficultatem multam ad eam intelligendam. Dicitur enim in Alcorano, quod a solo Deo intelligitur. Hoc autem quomodo sit irrationabile, manifestum fuit in octavo capitulo. Item continet etiam difficultatem ad credendum. Dicit enim, virginem Mariam peperisse Jesum, et Deum habere Verbum et Spiritum sanctum, quæ necessaria sunt ad nostram fidem, et tamen miraculis confirmata. Item difficilis est propter opera adimpleri, sicut circumcidi, et non bibere vinum, et cavere ebrietatem per ciceram, et alia quæ sunt de jejunio et oratione, et de collatione cuilibet secundum facultatem sibi datam a Deo, et multa alia, quæ pauci Saracenorum servant. Sicut igitur fuit mundo necessarium, quod alleviarentur præcepta Evangelii, et daretur Alcoranum levius: ita posset dici ab aliquo, quod esset necessarium ut daretur alia lex levior, quæ posset ab hominibus observari, et tam Evangelium

Digitized by Google

quam Alcoranum delerentur. Vel si pauci salvarentur, esset culpa Dei qui talem legem dedit quam homines servare non possent. Quod si hoc est inconveniens, standum est in primo, scilicet quod Evangelium sit lex a Deo, sanctissima pariter et observabilis mundo, et quæ vires hominum non excedit.

σίκερα καὶ δι' ὀλίγων τὴν μέθην, καὶ περὶ νηστείας καὶ προσευχῆς, καὶ περὶ μεταδόσεως κατὰ τὴν παρὰ Θεοῦ δεδομένην εὐπορίαν ἑκάστῳ· καὶ πολλὰ ἄλλα, ἅπερ ὀλίγοι φυλάττουσι τῶν Σαρρακηνῶν. Ὥσπερ τοίνυν γέγονε τῷ κόσμῳ ἀναγκαῖον κουφοτέρας γενέσθαι τὰς τοῦ Εὐαγγελίου ἐντολάς, καὶ ὡς κουφότερον τὸ Ἀλκοράνιον δοθῆναι, οὕτω καὶ περαιτέρω πάντως ἦν ἀναγκαῖον ἄλλον ἐλαφρότερον νόμον δοθῆναι ῥᾷον δυνάμενον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων τηρεῖσθαι. Ἡ ὀλίγων ὄντων τῶν σωζομένων, μέμψις ἂν ἠκολούθει τῷ Θεῷ, τοιοῦτον δεδωκότι νόμον, ὃν οὐκ ἂν ἠδύναντο φυλάττειν οἱ ἄνθρωποι. Εἰ δὲ τοῦτό ἐστιν ἄτοπον, δεῖ ἄρα ἐπὶ τοῦ πρώτου ἱστασθαι· ὥστε δηλονότι τὸ Εὐαγγέλιον εἶναι νόμον παρὰ Θεοῦ ἁγιώτατόν τε ὁμοῦ, καὶ τὴν δύναμιν τῶν ἀνθρώπων οὐχ ὑπεραίροντα.

CHRISTIANÆ FIDEI
CONFESSIO, FACTA SARACENIS,
INCERTO AUCTORE.

Sive Richardus Florentinus, quod stylus et aliæ quædam circumstantiæ subindicant, sive alius hanc fidei Christianæ exomologesin fecit : pia certe est, et spiritum apostolicum redolet. Exhibet autem formam profitendi catholicam et orthodoxam Christi religionem citra petulantiam et maledicta, rursumque sine omni fuco figuratæ potius abnegationis, quam confessionis. Quod si ardentibus votis a patre messis impetraremus aliquot ejusmodi operarios, qui peritia divinarum Scripturarum instructi, et amore divino inflammati adirent nationes alienas a Christo, ut ille vir eximius Ægyptum adiit, didicitque linguam Arabicam, et doctrinam istius sectæ propius inspexit, mox inde Christianam fidem exposuit, et eorum dogmata refellit, servata Christiana moderatione, videremus brevi fructus copiosos in horrea Domini Dei nostri colligi.

Nos tales, etc., Christianæ fidei professores, a longinquis partibus venientes, exsistentesque gratia Dei sanæ mentis, hodie in nomine sanctissimæ Trinitatis, Patris et Filii, et Spiritus sancti, unius summi et omnipotentis Dei, creatoris et gubernatoris universorum, pura et sincera intentione, et nulla humana passione moti, coram tua et tuorum terrena et transitoria potestate nos humiliter præsentamus, ad duo firmiter et constanter faciendum. Primo quidem ad profitendum nomen Domini nostri Jesu Christi, ejusque sinceræ et immaculatæ fidei, atque sancti Evangelii veritatem : secundo ad annuntiandum vobis viam, extra quam salvi esse non potestis. Ad primum cogit nos divinus honor atque amor. Etenim in lege divina scriptum est : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua [39]. » Quæ quidem dilectio ad divinum pertinet honorem et amorem, qui quidem honor et amor in libera tandem, spontanea et voluntaria coram hominibus confessione ostenditur et declaratur. Unde et Dominus Jesus in Evangelio suo ait : « Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui est in cœlis, et qui erubuerit me, et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet in majestate sua et Patris, et

Ἡμεῖς οἱ δεῖνες, καὶ τὰ λοιπὰ, τῆς Χριστιανικῆς πίστεως ὁμολογηταὶ, ἀπὸ μακρῶν τόπων ἐρχόμενοι, καὶ ὑπάρχοντες τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ὑγιοῦς διανοίας, σήμερον ἐν τῷ ὀνόματι τῆς ἁγιωτάτης Τριάδος, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ ἑνὸς ἄκρου καὶ παντοκράτορος Θεοῦ, τοῦ δημιουργοῦ καὶ κυβερνήτου τῶν ὅλων, καθαρῷ καὶ εἰλικρινεῖ σκοπῷ καὶ μηδενὶ ἀνθρωπίνῳ πάθει κινούμενοι, ἔμπροσθεν τῆς σῆς καὶ τῶν σῶν γηΐνου καὶ παρερχομένης ἐξουσίας, ταπεινῶς παριστάμεθα, ὥστε δύο τινὰ ποιῆσαι βεβαίως καὶ εὐσταθῶς· πρῶτον μὲν, ὥστε ὁμολογῆσαι τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς καθαρᾶς καὶ ἀμωμήτου πίστεως αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου τὴν ἀλήθειαν· δεύτερον, ὥστε ἀναγγεῖλαι ὑμῖν τὴν ὁδὸν, ἧς ἔξω σωθῆναι οὐ δύνασθε. Πρὸς τὸ πρῶτον ἀναγκάζει ἡμᾶς ἡ τοῦ Θεοῦ τιμὴ καὶ ἀγάπη. Καὶ γὰρ ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ γέγραπται, « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου, » ἥτις δὴ ἀγάπη ἀνάγεται πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ τιμὴν καὶ τὸν πόθον. Αὕτη δὲ ἡ τιμὴ καὶ ὁ πόθος δείκνυται καὶ φανεροῦται ἐν τῇ ἐλευθέρᾳ καὶ ἑκουσίῳ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ὁμολογίᾳ. Ὅθεν καὶ ὁ Δεσπότης Ἰησοῦς ἐν τῷ ἰδίῳ Εὐαγγελίῳ λέγει, « Πᾶς ὅστις με ὁμο-

[39] Deut. VI, 5; Matth. XXII, 37.

Digitized by Google

λογήσει ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω καὶ ἐγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς· καὶ ὃς ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, τοῦτον καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων. » Πρὸς τὸ δεύτερον διεγείρει ἡμᾶς ὁ ζῆλος καὶ ἡ ἀγάπη ἡ ἀδελφική. Ὅθεν καὶ τῇ ἀνωτέρω εἰρημένῃ ἐντολῇ περὶ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ ἀμέσως συνάπτεται ἡ ἐντολὴ περὶ τῆς ἀγάπης τοῦ πλησίον. Ὅταν γὰρ λέγεται, « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, » καὶ τὰ λοιπά, εὐθὺς ἐπάγεται, « καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· » τουτέστι πρὸς τὸ αὐτὸ τέλος, πρὸς τὴν αὐτὴν σωτηρίαν καὶ εὐδαιμονίαν, πρὸς ἣν σεαυτὸν ἀγαπᾷς καὶ ἀπευθύνεις, ἀγαπήσεις καὶ τὸν πλησίον σου, καὶ τὴν αὐτὴν αὐτῷ φροντιεῖς σωτηρίαν.

A sanctorum angelorum [49]. » Ad secundum incitat nos zelus et amor fraternus. Unde et superiori mandato de dilectione Dei immediate adjungitur præceptum de dilectione proximi. Cum enim dicitur : « Diliges Dominum Deum tuum, » etc., subjungitur et statim : « et proximum tuum sicut te ipsum, » id est, ad eumdem finem, ad eamdem salutem et felicitatem, ad quam teipsum diligis et dirigis, diligas et proximum tuum, et eamdem ei procures salutem.

Γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν, ποθεινότατοι, ἡμᾶς εἶναι αὐτοὺς, ἀπὸ πολλῶν ἤδη ἐνιαυτῶν τῇ θεραπείᾳ τοῦ Θεοῦ ἀφιερωμένους, εἰ καὶ ἀναξίους καὶ ἁμαρτωλοὺς, καὶ πεφυτευμένους ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, πρὸς τὸ μελετᾷν ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ ἐν τῇ ἀκριβεῖ μελέτῃ αὐτοῦ καὶ ἐξετάσει ἀληθέστατα ἐδιδάχθημεν, ὅτι ἡ πίστις τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν, ἥτινος ἡμεῖς ἐσμεν ὁμολογηταὶ, ἔστιν ἀληθεστάτη, οὐδεμίαν ἐν ἑαυτῇ περιέχουσα ἀπάτην ἢ ψεῦδος. Καὶ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ ἐστι νόμος Θεοῦ ἄμωμος, ἐπιστρέφων τὰς ψυχάς· μαρτυρία τοῦ Κυρίου πιστὴ, σοφίαν παρέχων νηπίοις. Δικαιοσύναι Κυρίου εὐθεῖαι, εὐφραίνουσαι καρδίας· ἐντολὴ Κυρίου τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμοὺς, ὡς ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς διὰ τοῦ Λόγου αὐτοῦ, διὰ τῆς σοφίας αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ αὐτοῦ, δι' οὗ πᾶσαν ἐκ τοῦ μηδενὸς παρήγαγε κτίσιν, νομοθετηθεὶς ὑπὸ τῶν πατριαρχῶν, πολυτύπως προορισθεὶς, ὑπὸ τῶν προφητῶν προρρηθεὶς, καὶ διαφόροις αἰνίγμασι καὶ τύποις προτυπωθεὶς πρὸ πολλῶν χρόνων, ἐν ἑκατέρῳ τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, τῷ τε καλουμένῳ τῶν Ἰουδαίων καὶ τῷ τῶν ἐθνῶν· καὶ ὕστερον δι' αὐτῆς τῆς θείας σοφίας ἐνανθρωπισάσης τῷ κόσμῳ παραδοθείς τε καὶ φανερωθεὶς, θαυμασίοις σημείοις καὶ δυνάμεσι βεβαιωθεὶς, ὑπὸ τῶν ἀποστόλων κηρυχθεὶς, καὶ τῷ αἵματι καθαγιασθεὶς αὐτοῦ τε τοῦ νομοδότου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτῶν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἀναριθμήτων ἐφεξῆς μαρτύρων, τῶν τε ἁγίων τοῦ Χριστοῦ ὁμολογητῶν καὶ διδασκάλων ῥήμασι καὶ παραδείγμασι πολλαχῶς καὶ θαυμασίως φανερωθεὶς, καὶ τῶν ἁγίων χηρῶν καὶ παρθένων θείᾳ μᾶλλον ἢ ἀνθρωπίνῃ ἐγκρατείᾳ καὶ καθαρότητι παρθενικῇ στεφανωθεὶς, καὶ τῇ τῶν μετανοούντων αὐτῶν θαυμασίᾳ καθάρσει ὑπὲρ χιόνα λευκανθείς. Ἐν ὁποίῳ νόμῳ πάντα τὰ τὸν ἀνθρώπινον ὑπερβαίνοντα νοῦν κηρύττονται, αἱ τῆς σαρκὸς ἡδοναὶ κωλύονται, τὰ ἐν τῷ κόσμῳ πάντα διδάσκονται καταφρονεῖσθαι, τὰ δὲ ἀόρατα καὶ ἄϋλα, καὶ πνευματικὰ καὶ αἰώνια, οὐχ ὁποῖα ἡ σὰρξ καὶ τὸ αἷμα συμβουλεύουσιν, ἐπαγγέλλονται· καὶ ἵνα μετὰ τοῦ Ἀλκοράνου συμπεράνωμεν, ἐν ᾧ ἐστιν ἡ διόρθωσις, καὶ τὸ φῶς, καὶ ἡ φανερωθεῖσα ἀλήθεια.

B Notum itaque sit vobis, dilectissimi, nos esse homines jam a pluribus annis divino cultui dedicatos, licet indignos et peccatores, plantatosque in domo Domini ad meditandum in lege ipsius die ac nocte. In cujus diligenti meditatione et perscrutatione verissime didicimus, quod fides Ecclesiæ catholicæ Christianorum, cujus nos sumus professores, est verissima, nullam in se continens falsitatem aut mendacium. Et Evangelium Christi est lex Domini immaculata, convertens animas; testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis. Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda : præceptum Domini lucidum, illuminans oculos, utpote ab ipso Deo Patre per Verbum suum, per sapientiam suam, per ipsum unigenitum suum Filium, C per quem universam ex nihilo produxit creaturam, dictata a patriarchis multis præsignata, a prophetis prædicta varlis ænigmatibus et figuris, multis antea sæculis apud utrumque populum Dei, scilicet qui Judæorum dicebatur, et gentilem, præfigurata. Et tandem per ipsam divinam sapientiam humana tam mundo tradita, et manifestata, mirabilibus signis et portentis confirmata, ab apostolis prædicata : ipsius legislatoris Jesu Christi, ipsorumque suorum apostolorum, et innumerabilium subsequentium martyrum sanguine consecrata : sanctorum Christi confessorum et doctorum verbis et exemplis multipliciter et mirabiliter declarata : sanctarum viduarum et virginum divina potius D quam humana continentia et puritate virginali decorata : ipsorum pœnitentia mirabibili purgatione super nivem dealbata. In qua omnem humanum intellectum excedentia prædicantur, voluptates carnis cohibentur, omnia quæ in mundo sunt, contemni docentur, et invisibilia, immaterialia, spiritualia, et æterna, non qualia caro et sanguis persuadent, promittuntur, et ut cum Alcorano concludamus, in qua est directio, et lux et veritas manifesta.

Ὅσον οὖν πρὸς τὸ πρῶτον ὅλῃ τῆς διανοίας ἡμῶν τῇ σχέσει, ὅλῃ τῆς καρδίας τῆς ἡμετέρας

Quantum igitur ad primum, tota mentis nostræ devotione, toto cordis nostri desiderio et fervore

[49] Matth. x, 32.

Digitized by Google

prædicamus et confitemur nomen Domini nostri Jesu Christi, quod est super omne nomen; ita ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus in gloria Dei Patris. Ipsam etiam quæ de ipso est fidem unusquisque nostrum sic cum Ecclesia catholica summa cum devotione profitetur: « Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli et terræ; et in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum; qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine; passus sub Pontio Pilato; crucifixus, mortuus, et sepultus. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis; inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem ad vitam æternam, amen. » Credimus etiam, quidquid cum his credit sancta mater Ecclesia: sive ad ministerium fidei, sive ad divina præcepta, sive ad sacramenta quibus regeneramur ad vitam, sive ad evangelicam quocunque modo pertineat legem.

Quantum ad secundum annuntiamus, prædicamus, et firmiter profitemur, quod Dominus noster Jesus Christus vere Filius Dei, verus Deus et verus homo est via per quam itur ad salutem veram, et in cœlum ascenditur, ipso in Evangelio dicente: « Ego sum via, veritas, et vita [41]. » Via videlicet, qua dirigimur ne erremus; veritas, qua illuminamur, ne decipiamur; vita qua vivificamur, ne deficiamus a termino. Unde quicunque non est in hac via, errat; quicunque hanc non aspicit veritatem, in tenebris est; qui hac non vivificatur vita, mortuus est. Unde et magnus quidam evangelicæ legis eximius prædicator clamat, loquens de nomine Jesu: « Non est aliud nomen datum sub cœlo, in quo oportet nos salvos fieri [42]. » Hæc est igitur via, a qua si quis declinat ad dexteram vel ad sinistram, errat, nec pertinget ad terminum salutis et felicitatis æternæ. Hæc est via, quam lex nostra evangelica ostendit et demonstrat. Et ut aliquid summarie et salubriter proferamus: Hæc lex nostra evangelica ostendit prædictam viam in tribus. Primo, qualiter hanc viam videamus et cognoscamus, et hoc per fidem. Secundo, qualiter in illa via ponamur et statuamur, et hoc per sacramenta. Tertio, qualiter jam in ipsa positi dirigamur, ne ipsam deseramus, et terminum salutis et felicitatis attingamus, et hoc per præcepta et virtutes. Quicunque igitur vult salvus esse, ante omnia opus est ei ut teneat catholicam fidem, scilicet Ecclesiæ catholicæ Christianorum, prout ipsi Ecclesiæ per Evangelium traditur ad hoc ut illuminetur, et videat, atque

[41] Joan. XIV, 6. [42] Act. IV, 12.

τῇ ἐπιθυμίᾳ καὶ τῇ ζέσει κηρύσσομεν καὶ ὁμολογοῦμεν τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, οὕτως ὥστε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κλίνεσθαι ἐπουρανίων, ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσαν γλῶσσαν ἐξομολογεῖσθαι, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς ἐστιν εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Καὶ αὐτὴν τὴν περὶ αὐτοῦ πίστιν ἕκαστος ἡμῶν οὕτω μετὰ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας σὺν ἀκρᾳ εὐλαβείᾳ ὁμολογεῖ· « Πιστεύω εἰς Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς· καὶ εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, τὸν μονογενῆ, τὸν Κύριον ἡμῶν, συλληφθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου, παθόντα ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου, σταυρωθέντα, ἀποθανόντα, ταφέντα, κατελθόντα εἰς τὸν ᾅδην, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ τῶν νεκρῶν, ἀνελθόντα εἰς οὐρανούς, καθήμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, μετὰ ταῦτα ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Πιστεύω εἰς Πνεῦμα ἅγιον, ἁγίαν Ἐκκλησίαν καθολικὴν, ἁγίων κοινωνίαν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν σαρκὸς ἀνάστασιν, ζωὴν αἰωνίαν. Ἀμήν. Ἔτι πιστεύομεν, εἴ τι σὺν τούτοις πιστεύει ἡ αὐτὴ ἁγία μήτηρ Ἐκκλησία, εἴτε εἰς μυστήριον τοῦ Θεοῦ, εἴτε εἰς θείας ἐντολὰς, εἴτε πρὸς τὰ μυστήρια δι' ὧν ἀναγεννώμεθα πρὸς τὴν ζωὴν, εἴτε πρὸς τὸν εὐαγγελικὸν νόμον τρόπῳ τινὶ ἀναφέρεται.

Ὅσον πρὸς δεύτερον, ἀναγγέλλομεν, κηρύττομεν, καὶ βεβαίως ὁμολογοῦμεν, ὅτι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἀληθῶς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἀληθὴς Θεὸς καὶ ἀληθὴς ἄνθρωπος, ἐστὶν ὁδὸς, δι' ἧς ἐρχόμεθα πρὸς τὴν ἀληθινὴν σωτηρίαν, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀναβαίνομεν, αὐτοῦ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγοντος, « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. » Ὁδὸς δηλονότι, δι' ἧς ἀπευθυνόμεθα, μὴ πλανηθῶμεν· ἀλήθεια, δι' ἧς φωτιζόμεθα, μὴ ἀπατηθῶμεν· ζωὴ, δι' ἧς ζωοποιούμεθα, μὴ ἐκλίπωμεν ἀπὸ τοῦ ὅρου. Ὅθεν ὅστις ἂν μὴ ὑπάρχῃ ἐν τῇ ὁδῷ ταύτῃ, πλανᾶται· ὅστις ταύτην μὴ ἀτενίζει τὴν ἀλήθειαν, ἐν τῷ σκότει ἐστίν· ὅστις μὴ ζωοποιεῖται ταύτῃ τῇ ζωῇ, νεκρός ἐστιν. Ὅθεν καὶ μέγας τις τοῦ εὐαγγελικοῦ νόμου διάπυρος κῆρυξ βοᾷ διαλεγόμενος περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, « Οὐκ ἔστιν ἄλλο ὄνομα δοθὲν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, ἐν ᾧ δεῖ ἡμᾶς σώζεσθαι. » Αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἀφ' ἧς ἐάν τις ἐκκλίνῃ πρὸς δεξιὰ ἢ ἀριστερὰ, πλανᾶται, οὐδὲ φθάνει εἰς τὸν ὅρον τῆς σωτηρίας καὶ τῆς αἰωνίου εὐδαιμονίας. Αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἣν ὁ ἡμέτερος νόμος ὁ εὐαγγελικὸς δείκνυσι καὶ ὑφηγεῖται. Καὶ ἵνα εἴπω μέν τι συλληπτικῶς καὶ σωτηρίως, οὕτως ὁ νόμος ἡμῶν ὁ εὐαγγελικὸς δείκνυσι τὴν προειρημένην ὁδὸν ἐν τρισί· πρῶτον, πῶς ἂν ταύτην τὴν ὁδὸν βλέπωμεν καὶ γινώσκωμεν, καὶ τοῦτο διὰ τῆς πίστεως· δεύτερον, πῶς ἂν ἐν αὐτῇ τῇ ὁδῷ εἰσερχώμεθα καὶ ἱστώμεθα, καὶ τοῦτο διὰ τῶν μυστηρίων· τρίτον, πῶς μετὰ τὸ τεθῆναι ἐν αὐτῇ, κατευθυνθησόμεθα, ἵνα μὴ αὐτὴν καταλίπωμεν, καὶ φθάσωμεν τὸν ὅρον τῆς σωτηρίας καὶ τῆς εὐ-

Digitized by Google

δαιμονίας· καὶ τοῦτο διὰ τῶν ἐντολῶν καὶ τῶν ἀρετῶν. Ὅστις οὖν θέλει σωθῆναι, πρὸ πάντων χρεία ἐστὶν αὐτῷ κρατεῖν τὴν καθολικὴν πίστιν, δηλονότι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν, ὡς αὐτῇ τῇ Ἐκκλησίᾳ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου παραδίδωσιν, ἵνα φωτίζηται, καὶ βλέπῃ, καὶ γικώσκῃ ταύτην τὴν ὁδὸν, ἧς ἔξω οὐ δύναται σώζεσθαι. Μετὰ ταῦτα, ἵνα τὰ μυστήρια τῆς Ἐκκλησίας εὐλαβῶς ἀναδέξηται, ὡς ἂν τεθῇ ἐν τῇ ὁδῷ, δι' ἧς ἀνάγκη ἐστὶν ὁδεύειν πρὸς τὴν σωτηρίαν. Ὕστερον, ὡς ἂν δυνηθῇ πρὸς τὸν ὅρον τῆς σωτηρίας καὶ τῆς εὐδαιμονίας ἀσφαλῶς φθάσαι, χρεία ἐστὶν ἵνα φυλάττῃ τὰς εὐαγγελικὰς ἐντολὰς καὶ θείας, καὶ κατὰ τὰς ἀρετὰς τὰς θεολογικὰς ὁμοῦ καὶ τὰς ἠθικὰς τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν τάττῃ καὶ ἐνεργῇ.

A cognoscat hanc viam extra quam non est salus. Deinde ut sacramenta Ecclesiæ reverenter suscipiat, ut ponatur in via per quam necesse est ad salutem ambulare. Tandem ut possit terminum salutis et felicitatis secure attingere, opus est ut observet evangelica præcepta et divina, et secundum virtutes theologicas pariter et morales suam vitam ordinet, et operetur.

Χρὴ τοίνυν, ὦ ποθεινότατοι, διὰ τὴν σωτηρίαν ὑμῶν, καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ περὶ τῆς προειρημένης ὁδοῦ, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἄλλως καὶ πλέον φρονεῖν καὶ νοεῖν παρὸ ἐν τῷ Ἀλκορᾴνῳ ὑμῶν ἔχετε· ἐν ᾧτινι, εἰ καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πολλὰ ἀληθῆ καὶ φανερὰ, ἃ καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν, ἔχετε, ὅμως διότι οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὡς αὐτὴ ἡ ἀλήθεια ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἐφανέρωσεν, οὐδὲ ἱκανῶς· διὰ τοῦτο αὐτὸς ὁ νόμος τοῦ Ἀλκοράνου οὐκ ἀρκεῖ πρὸς σωτηρίαν. Παραδίδωσι γὰρ αὐτὸ τὸ Ἀλκοράνον περὶ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐστὶν εἷς, ἀσώματος, ἄϋλος, ἀόρατος, ἀκατάληπτος, οὔτινος οὔτε μέτοχος, οὔτε κοινωνός ἐστιν· ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ζωὴ καὶ θάνατος· αὐτὸς ὑπὲρ πάντα δυνατὸς, ὑπὲρ πάντα εὐλογημένος· αὐτὸς δημιουργὸς, κυβερνήτης καὶ δικαιωτὴς τῶν ψυχῶν, καὶ πολλὰ ἄλλα, ἅτινα καὶ ἡμεῖς ἀληθῶς πιστεύομεν καὶ κηρύττομεν. Ἀλλ' ἐν τούτῳ, ὅτι ἀρνεῖται τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, οὐ σαρκικῶς ἐκ γυναικὸς, ἐπεὶ πνεῦμά ἐστιν, ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ νοερῶς ἐξ ἀϊδίου συναΐδιον ἑαυτῷ γεννῆσαι Υἱὸν, καὶ προαγαγεῖν Πνεῦμα ἅγιον, ἐλεεινῶς πεπλάνηται, ἐκλείπει τε ἀπὸ τῆς ἀληθείας τοῦ Εὐαγγελίου· ὅπερ βεβαίως διδάσκει ἕνα εἶναι τὸν Θεὸν ἐν τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ φύσει, καὶ Τριάδα ἐν τοῖς προσώποις, ἤγουν Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον· οὐδὲ εἶναι αὐτὸν Υἱὸν ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μέτοχον ἢ κοινωνὸν τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὴ ἑκάτερος αὐτῶν οὐ μετοχῇ τινι ἢ κοινωνίᾳ, ἀλλὰ οὐσιωδῶς καὶ φυσικῶς ἐστι Θεὸς, τὴν αὐτὴν μετὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀδιαίρετον καὶ ἀμέριστον ἔχοντες τῆς θεότητος φύσιν. Ὅπερ ἀκατάληπτον τῆς θεότητος ὕψος οὐδεὶς γνώσεται, ἐὰν μὴ πρῶτον διὰταπεινώσεως τῷ Εὐαγγελίῳ πιστεύσῃ. Ὅθεν καί τις τῶν ἀρχαίων προφητῶν λέγει, « Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐ μὴ συνῆτε. » Καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν αὐτὸς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διαλεγόμενος πρὸς τὸν Πατέρα φησὶν, « Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. » Καὶ πολλὰ ἄλλα ἀληθῆ λαμπρὰ καὶ μεγαλοπρεπῆ παραδίδωσι περὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ Ἀλκορᾴνον· οἷον, ὅτι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός ἐστιν Υἱὸς τῆς Μαρίας τῆς Παρθένου, τῆς ἀρίστης πασῶν τῶν γυναικῶν· ὅτι ἐστὶν ἄγγελος Θεοῦ, καὶ πνεῦμα αὐτοῦ, ῥῆμα οὐ-

B Oportet ergo, dilectissimi, pro vestra salute tam de Deo quam de supradicta via, quæ Christus est, et plus sentire, quam in vestro Alcorano habeatis, in quo licet tam de Deo quam de ipso Domino nostro Jesu Christo multa vera et præclara, quæ et nos confitemur, habeatis; tamen quia non eadem, ut ipsa veritas in Evangelio manifestavit, nec sufficienter, ideo ipsa lex Alcorani non sufficit ad salutem. Tradit enim ipse Alcoranus de Deo, quod unus sit, et incorporeus, immaterialis, invisibilis, incomprehensibilis: cui nec particeps nec socius est, in ejus manu vita et mors: ipse super omnia potens, super omnia benedictus: ipse creator, gubernator, et justificator animarum, et multa alia quæ certe et nos credimus, et prædicamus. Sed in hoc, quod negat Deum Patrem, C non carnaliter ex femina, cum spiritus sit, sed ex substantia sua intellectualiter ab æterno coæternum sibi genuisse Filium, et produxisse Spiritum sanctum, miserabiliter errat, et deficit a veritate Evangelii: quod firmiter docet, unum esse Deum in substantia et natura, et trinum in personis, scilicet Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Nec Filium aut Spiritum sanctum esse participem aut socium Deo, cum utrumque non participatione aut societate, sed substantialiter et naturaliter sit Deus, eamdem cum Deo Patre indivisam et impartitam habentes deitatis naturam. Quam incomprehensibilem deitatis altitudinem nemo cognoscet, nisi primo per humilitatem Evangelio crediderit. D Unde et quidam antiquorum prophetarum ait: « Nisi credideritis, non intelligitis. » Et Dominus noster ipse in Evangelio loquens ad Patrem ait: « Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ, qui abscondisti hæc sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvulis[43]. » Multa insuper vera, præclara et magnifica tradit de ipso Domino nostro Jesu Christo Alcoranus; utpote, quod Dominus noster Jesus Christus est filius Mariæ Virginis, omnium mulierum optimæ: quod sit Dei nuntius, suusque spiritus, Verbum cœlitus missum Mariæ: vir optimus, sapiens, propheta, qui cæcum natum atque leprosum curavit, mortuos suscitavit, quod cum virtute divina venerit, quod librum legiferum attulerit, omnisque magisterii peritiam, quod te-

[43] Matth. xi, 25.

Digitized by Google

stamentum ac Evangelium mandatumque filiis Israel edocuerit, Vetus Testamentum confirmaverit, et quædam prius prohibita licitis adnumeraverit. Hæc utique et plura alia præclare dicta in Alcorano de Domino nostro Jesu Christo et nos credimus, et cum omni veneratione suscipimus. Sed quia non eadem intentione qua in Evangelio dicuntur, et plurima, et majora prædictis omittuntur, et negantur de ipso, ideo liber Alcorani non solum non sufficit ad salutem, sed omnino est contra salutem. Prædicta igitur de Christo in Alcorano posita, necesse est et aliter intelligere, et ultra ea alia majora et altiora de Christo credere. Oportet enim credere, quod Christus non solum est Mariæ Virginis, sed etiam Dei unigenitus Filius, consubstantialis et coæqualis per omnia Deo Patri ab æterno, et sine tempore ac initio, ut Dei Verbum, ut sapientia, ut virtus, genitus, per quem omnia facta. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis, et incarnatus de Spiritu sancto, ex Maria Virgine, et homo factus sit. Quod etiam crucifixus, mortuus, et sepultus vere et in propria persona fuerit. Quod a mortuis tertia die resurrexerit, ascenderitque in cœlum propria virtute, ut Deus, unde venerat: non ut creatura tractus, ut Alcoranus vester fingit, sedeatque nunc ad dexteram Patris. Quod tandem in fine sæculi venturus sit cum gloria, judicare vivos et mortuos: cujus regni non erit finis. Oportet igitur credere quod Christus sit verus Deus et verus homo, Salvator et Redemptor mundi, sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, agnusque immaculatus, qui tollit peccata mundi: habens claves regni cœlorum, et omnem in cœlo et in terra potestatem. Cujus potestas æterna est, et regnum ejus incorruptibile. Quod regnet in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Quod Christus sit ille, in quo benedicendæ erunt omnes gentes, de quo promissio facta est Abrahæ in Isaac filio liberæ, et non in Ismaele filio ancillæ, teste Scriptura: « Ejice ancillam et filium ejus, quia in Isaac erit tibi semen. » Quod ipse sit ille Messias, et propheta magnus, de quo Moyses et prophetæ scripserunt in lege. Quem Abraam summo desiderio exspectavit, ut videret, et tandem vidit, et gravisus est. Qui a prophetis nominatur Angelus testamenti, Emmanuel, Salutare, Consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Hæc et multa alia tradit Evangelium de via salutis, quæ Christus est, ut eam videamus, et cognoscamus per fidem.

Verum quia modicum proficit cognoscere et videre viam salutis, nisi in ea homo sit, et ponatur

A ρανόθεν πεμφθὲν τῇ Μαρίᾳ· ἀνὴρ ὅριστος, σοφὸς, προφήτης· ὅστις τυφλὸν ἐκ γενετῆς καὶ λεπρὸν ἐθεράπευσεν, νεκροὺς ἀνήγειρεν· ὅτι μετὰ δυνάμεως θείας ἦλθεν, ὅτι τὸ βιβλίον τὸ νομοφόρον προσήνεγκεν, καὶ πάσης διδασκαλίας ἐπιστήμην· ὅτι Διαθήκην καὶ Εὐαγγέλιον καὶ ἐντολὴν τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἐδίδαξε, τὴν Παλαιὰν Διαθήκην ἐβεβαίωσεν, καί τινα τὸ πρότερον κεκωλυμένα τοῖς ἐνδεδυμένοις συνηρίθμησεν. Ταῦτα δὴ καὶ πλείονα ἄλλα λαμπρῶς εἰρημένα ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, καὶ μετὰ πάσης αἰδοῦς ὑπαδεχόμεθα. Ἀλλὰ διότι οὐ τῷ αὐτῷ σκοπῷ, ᾧ καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγονται, καὶ τὰ πλείω καὶ μείζω τῶν προειρημένων ἀφίενται, καὶ ἀπαρνοῦνται περὶ αὐτοῦ, διὰ τοῦτο τὸ βιβλίον τοῦ

B Ἀλκοράνου οὐ μόνον οὐκ ἀρκεῖ πρὸς τὴν σωτηρίαν, ἀλλὰ καὶ παντάπασίν ἐστι κατὰ τῆς σωτηρίας. Τὰ προειρημένα τοίνυν περὶ τοῦ Χριστοῦ, ἐν τῷ Ἀλκοράνῳ κείμενα, ἀνάγκη ἐστὶ καὶ ἄλλως νοεῖν, καὶ ἐπέκεινα τούτων ἄλλα μείζονα καὶ ὑψηλότερα περὶ Χριστοῦ πιστεύειν. Δεῖ γὰρ πιστεύειν, ὅτι ὁ Χριστὸς οὐ μόνον ἐστὶ τῆς Παρθένου Μαρίας, ἀλλ' ἔτι καὶ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς, ὁμοούσιος καὶ ὁμότιμος καὶ ἴσος κατὰ πάντα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἐξ ἀϊδίου, καὶ ἄνευ χρόνου καὶ ἀρχῆς, ὡς Θεοῦ Λόγος, ὡς σοφία, ὡς δύναμις, γεννηθείς· δι' οὗ πάντα ἐγένετο· ὅστις ὕστερον δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, κατέβη ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ

C ἐσαρκώθη ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου, καὶ ἄνθρωπος γέγονεν· καὶ ὅτι ἐσταυρώθη, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη ἀληθῶς· καὶ ταῦτα ἐν τῷ ἰδίῳ προσώπῳ ἦν· ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν τῇ ἰδίᾳ δυνάμει ὡς Θεὸς, ὅθεν κατῆλθεν· οὐχ ὡς κτίσμα ἑλκυσθείς, ὡς καταπλάττει τὸ Ἀλκοράνον ὑμῶν· καὶ κάθηται νῦν ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ Πατρός· καὶ ὅτι ὕστερον ἐν τῷ τέλει τῶν αἰώνων ἐλεύσεται μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Δεῖ τοίνυν πιστεύειν, ὅτι ὁ Χριστός ἐστιν ἀληθὴς

D Θεὸς, καὶ ἀληθὴς ἄνθρωπος, Σωτὴρ καὶ Λυτρωτὴς τοῦ κόσμου, ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· καὶ ἀμνὸς ἄμωμος, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν του κόσμου, ἔχων τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ πᾶσαν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν γῇ ἐξουσίαν· οὗτινος ἡ ἐξουσία ἀΐδιός ἐστιν, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἄφθαρτος· ὅτι βασιλεύσει ἐν τῷ οἴκῳ Ἰακὼβ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος· ὅτι ὁ Χριστός ἐστιν ἐκεῖνος, ἐν ᾧ εὐλογηθήσονται πᾶσαι αἱ γενεαὶ, καὶ περὶ οὗ ἡ ἐπαγγελία γέγονε τῷ Ἀβραὰμ ἐν τῷ Ἰσαὰκ τῷ υἱῷ τῆς ἐλευθέρας, καὶ οὐκ ἐν τῷ Ἰσμαὴλ τῷ υἱῷ τῆς παιδίσκης, μαρτυρούσης τῆς Γραφῆς ..... τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς. Διότι ἐν τῷ Ἰσαὰκ ἔσται σοι σπέρμα· » ὅτι αὐτός ἐστιν ἐκεῖνος ὁ Μεσίας, καὶ ὁ μέγας προφήτης, περὶ οὗ ὁ Μωϋσῆς καὶ οἱ προφῆται ἔγραψαν ἐν τῷ νόμῳ, ὃν ὁ Ἀβραὰμ ἄκρᾳ ἐπιθυμίᾳ προσεδόκησεν ἰδεῖν, καὶ ὕστερον εἶδε, καὶ ἐχάρη· ὅστις ὑπὸ τῶν προφητῶν ὀνομάζεται ἄγγελος διαθήκης, Ἐμμανουὴλ, σωτὴρ, σύμβουλος, Θεὸς, ἰσχυρὸς, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἄρχων εἰρήνης. Ταῦτα καὶ πολλὰ ἄλλα παραδίδωσι τὸ Εὐαγγέλιον περὶ τῆς ὁδοῦ τῆς σωτηρίας, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἵνα αὐτὴν ὁρῶμεν καὶ γινώσκωμεν διὰ πίστεως.

Πλὴν, διότι ὀλίγον ὠφελεῖ γινώσκειν τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας, καὶ βλέπειν, ἂν μὴ ὁ ἄνθρωπος ᾖ καὶ

Digitized by Google

τεθῇ ἐν αὐτῇ, διὰ τοῦτο ἐπέκεινα τῆς πίστεως ἀναγκαῖά εἰσι τὰ εὐαγγελικὰ μυστήρια. Ἐν οἷς πρῶτον καὶ θύρα τῶν ἄλλων ἐστὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα· περὶ οὗ φησιν ὁ Κύριος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Ἰωάννου πρὸς Νικόδημον· « Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἂν μή τις ἀναγεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος ἁγίου, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. » Καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ ἀνιὼν εἰς τὸν οὐρανόν, παραδιδοὺς τούτου τοῦ μυστηρίου τὸν τύπον, εἶπε τοῖς μαθηταῖς, « Πορευθέντες οὖν διδάσκετε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. » Καὶ πάλιν, « Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον πάντα, κηρύξατε τὸ Εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει· ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθείς, σωθήσεται. » Ἔστι τοίνυν τοῦτο τὸ μυστήριον, ᾧ ἀναγεννώμεθα πρὸς τὴν ζωήν, ἀναγκαῖον πρὸς σωτηρίαν·, διότι ἐὰν μή τις ἀναγεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος ἁγίου, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ Ἀλκοράνον κωλύει παντελῶς ταύτην τοῦ βαπτίσματος τὴν ἀναγέννησιν, οὐκ ἀνοίγει, ἀλλὰ μᾶλλον κλείει τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ τοῖς ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ. Ἀνάγκη τοίνυν ἐστὶν τὸν θέλοντα σωθῆναι καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἐπέκεινα τῆς ὀρθῆς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως ἐν τῷ ὀνόματι τῆς παναγίας Τριάδος, δηλονότι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, βαπτισθῆναι, ἐφεξῆς τραφῆναι τῇ οὐρανίῳ τροφῇ, δηλονότι τῷ σώματι καὶ τῷ αἵματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, αὐτοῦ λέγοντος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, « Ὁ μὴ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ μὴ πίνων μου τὸ αἷμα, οὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον· » καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως κατ' ἀκολουθίαν ἀπολαῦσαι τῆς Ἐκκλησίας μυστηρίων.

A in ea, ideo ultra fidem, necessaria sunt evangelica sacramenta. Inter quæ primum, et janua aliorum est sanctum baptisma; de quo ait Dominus in Evangelio Joannis ad Nicodemum : « Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei [46]. » Et post resurrectionem suam ascendens in cœlum, tradens hujus sacramenti formam, inquit discipulis : « Euntes igitur, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis [47]. » Et iterum : « Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit [48]. » Est igitur hoc sacramentum, quo regeneramur ad vitam, necessarium ad salutem; quia nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Cum igitur Alcoranus prohibeat omnino hanc baptizati regenerationem, non aperit, sed potius claudit regnum Dei his qui eum sequuntur. Necesse est ergo, ut qui vult salvus esse, et introire in regnum Dei, ultra fidem rectam et orthodoxam, in nomine sanctissimæ Trinitatis, scilicet Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizetur; deinde cibetur cibo cœlesti, scilicet corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi, ipso dicente in Evangelio : « Qui non manducat meam carnem, et non bibit meum sanguinem, non habet vitam æternam [49]; » aliisque juxta exigentiam imbuatur ecclesiasticis sacramentis.

Ἐπιπλέον δὲ, ἐπειδὴ μάτην ἐστὶν ὅσον πρὸς τὸ σωθῆναι τὸ εἶναι καὶ γενέσθαι Χριστιανὸν ὀνόματι, καὶ μὴ ἔργοις ἵστασθαί τε ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ μὴ κατευθύνειν τὰ ἴδια διαβήματα εἰς τὸ πέρας, διὰ τοῦτο ὡς τελειότατος νόμος τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον οὐ μόνον δείκνυσιν ἡμῖν τὴν ὁδὸν διὰ τῆς πίστεως, καὶ τίθησιν ἡμᾶς ἐν αὐτῇ διὰ τῶν μυστηρίων, ἀλλ' ἔτι καὶ ὀρθῶς καὶ ῥᾳδίως ἀπευθύνει ἡμᾶς εἰς τὸ πέρας· ὀρθῶς μὲν διὰ τῶν ἐντολῶν καὶ τῶν ἀρετῶν, ῥᾳδίως δὲ διὰ τῶν συμβουλῶν· οὐδεὶς γὰρ νόμος ἐστὶν ἢ γέγονέ ποτε, ὅστις οὕτω προβρίζους ἐκριζοῖ τὰς κακίας, οὕτω βαθέως ἐγκεντρίζει τὰς ἀρετὰς, οὕτω γενναίως τὰς θείας ἐπεξεργάζεται ἐντολὰς, οὕτως ἡδέως πρὸς τὴν ἐκπλήρωσιν τῆς τελειότητος εἰσφέρει τὰς συμβουλὰς, ὥσπερ αὐτὸς ὁ εὐαγγελικὸς νόμος, ὁ πᾶσαν τελειότητος ὁδὸν περιέχων καὶ ὑποδεικνύς. Τίς γὰρ ποτε νόμος γέγονεν, ὅστις οὕτως εὐσεβῶς, οὕτως εὐλαβῶς, οὕτω μεγαλοπρεπῶς καὶ εἰλικρινῶς τὸν Θεὸν θεραπεύειν ἐδίδαξεν, τὸ ὄνομα αὐτοῦ τιμᾷν, τὰ Σάββατα καὶ τὰς ἑορτὰς ἁγιάζειν, τοὺς γονέας ἀγαπᾷν, τοὺς πλησίον φιλεῖν, τοὺς κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενομένους ἀνθρώπους μὴ κτείνειν, αἰδῶ φυλάττειν ἐν ἅπασι· μὴ μόνον μὴ μοιχεύειν, ἀλλὰ μηδὲ πορνεύειν, ἢ μολύνεσθαι ὅπως δήποτε·

Ulterius, quia frustra est, quoad salutem, fieri et esse Christianum nomine, et operibus stare in via, et non dirigere suos gressus in terminum; ideo, ut perfectissima lex, sanctum Evangelium, non solum ostendit nobis viam per fidem, ponitque nos in eadem per sacramenta, sed etiam recte et faciliter dirigit nos in terminum : recte quidem, per præcepta et virtutes; faciliter autem, per consilia. Nulla etenim est, aut unquam fuit lex, quæ tam radicitus exstirparet vitia, tam profunde insereret virtutes, tam ardue divina exsequeretur mandata, tam suaviter ad implendum perfectionis consilia demulceret, sicut est evangelica lex, quæ omnem perfectionis viam continet, et ostendit. Quæ enim lex unquam fuit, quæ tam pie, tam devote, tam magnifice, et pure Deum colere docuerit : nomen ipsius honorare, sabbata et festivitates sanctificare, parentes amare, proximos diligere, ad imaginem Dei homines factos non occidere; pudicitia servata in omnibus, non solummodo non mœchari, sed nec fornicari, aut pollui quoquo modo : non furtum facere, non latrocinari, non alias opprimere proximum, non contra ipsum falsum testimonium dicere : et quod amplius est, non scandalizare ipsum, nec

[46] Joan. III, 3. [47] Matth. XXVIII, 19. [48] Marc, XVI, 15. [49] Joan. VI, 54.

Digitized by Google

ei irasci ; non concupiscere uxorem ipsius, non ancillam, non rem aliam quamcunque in hoc sæculo. Et non solum hæc, sed etiam quod carnalibus hominibus videtur impossibile, diligere inimicos benefacere odientibus, orare pro persequentibus, et calumniantibus nos. Et ut ad virtutes veniamus, ipsa humilitate et mansuetudine superbiam dejicit, benignitate invidiam vincit, magnificentia et largitate avaritiam superat, temperantia et sobrietate gulam mitigat, patientia iram exstinguit, sollicitudine et diligentia acediam enervat, castimonia vero et pudicitia non solum luxuriam et omnem impetum libidinis refrenat, verum multos et plurimos veluti ipsos cœlestes et incorporeos spiritus reddit impassibiles omnino. Quid plura ? Ipsa avertit visum, ne videat vanitatem, claudit auditum ne inutilia et scurrilia audiat ; prohibet gustum, ne illicita concupiscat ; temperat odoratum, ne ad inanes et mortiferas dilabatur suavitates ; refrenat et retrahit tactum, ne prohibita quoquo modo tangat, aut amplectatur. Ipsa cogitationes immundas purgat, delectationes noxias fugat, consensum ad illicita omnino prohibet, linguam cohibet, sermones ordinat, mores, componit, opera dirigit, omissa quæ agenda sunt restaurat, et ut uno sermone omnia complectamur, ipsa docet Deum timere, et ipsum toto corde diligere, ipsi adhærere, et ab ipso nunquam in æternum separari : quod est summa felicitas, et immensa jucunditas, hic inchoata, utcunque possibile per speciem, quæ tandem in alia vita per rei evidentiam complebitur et perficietur ex integro. Quæ felicitas et jucunditas est finis et terminus viæ, per quam lex evangelica suos sectatores ducit, et dirigit, modo ut dictum est. Qui quidem finis et terminus, quod salutem et felicitatem dicimus, licet sicut incomprehensibilis, ita et inexplicabilis sit, dicente Isaia propheta : « Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, » bonum scilicet quod Deus præparavit diligentibus se [68] ; nihilominus ut nos mortales possumus, aliquid et breviter dicemus de ipso, ut ex ipsa aviditate præmii, animi nostri non abhorreant arduitatem itineris. Etenim felicitas quam lex evangelica promittit Christianis, non consistit in possessione bonorum terrenorum, non in esu omnigenarum carnium et fructuum, non in potu vini, mellis et lactis, non in suavitate sonitus aquarum currentium, rivulorum scilicet et fontium, non in amplexu et luxu carnali pulcherrimarum mulierum et virginum, non in cæteris, ad quæ carnalis concupiscentia et mortalis lex instigat, cujusmodi paradisum vobis vester promittit Alcoranus. Sed felicitas nostra Christianorum, quam vitam æternam dicimus, consistit substantialiter quidem et essentialiter per se, et absque quocunque creato medio in visione ipsius divinæ essentiæ et naturæ. Unde Dominus noster in Evangelio ait : « Hæc est vita æterna, ut cognoscant te

μὴ κλέπτειν, μὴ λῃστεύειν, μηδὲ ἄλλως θλίβειν καὶ στενοχωρεῖν τὸν πλησίον· μὴ ψευδομαρτυρεῖν κατ' αὐτοῦ, καὶ τὸ πλέον, μὴ σκανδαλίζειν αὐτόν, μηδὲ ὀργίζεσθαι αὐτῷ· μὴ ἐπιθυμεῖν τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, μὴ τῆς παιδίσκης, μὴ ἄλλου πράγματος ὁποίου δήποτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι. Καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅπερ τοῖς σαρκικοῖς ἀνθρώποις ἀδύνατον δοκεῖ, ἀγαπᾷν τοὺς ἐχθροὺς, εὐεργετεῖν τοὺς μισοῦντας, εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν διωκόντων καὶ συκοφαντούντων ἡμᾶς. Καὶ ἵνα πρὸς τὰς ἀρετὰς ἔλθωμεν, διὰ μὲν τῆς ταπεινώσεως καὶ πραότητος τὴν ὑπερηφανίαν ἀποῤῥίπτει, διὰ τῆς εὐγνωμοσύνης τὸν φθόνον νικᾷ· διὰ τῆς μεγαλοπρεπείας καὶ ἐλευθεριότητος τὴν φιλαργυρίαν ὑπερβαίνει· διὰ τῆς σωφροσύνης καὶ ἐγκρατείας τὴν γαστριμαργίαν πραΰνει, διὰ τῆς μακροθυμίας τὴν ὀργὴν σβεννύει, διὰ τῆς σπουδῆς καὶ ἐπιμελείας τὴν ἀκηδίαν ἐκνευρίζει, διὰ δὲ τῆς ἁγνείας καὶ σωφροσύνης οὐ μόνον τὴν ἀκολασίαν καὶ πᾶσαν ὁρμὴν ἀσελγείας χαλινοῖ, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς καὶ πλείστους ὥσπερ αὐτὰ τὰ οὐράνια καὶ ἀσώματα πνεύματα, ἀποκαθίστησιν ἀπαθεῖς παντελῶς. Τί πλέον; Αὐτὸς ἀποστρέφει τὴν ὄψιν, ἵνα μὴ βλέπῃ ματαιότητας· κλείει τὴν ἀκοὴν, ἵνα μήτε ἀνωφελῆ καὶ ἀκαιρῆ ἀκούῃ· κωλύει τὴν γεῦσιν, ἵνα μὴ τῶν ἀθεμίτων ἐπιθυμῇ· κιρνᾷ τὴν ὄσφρησιν, ἵνα μὴ εἰς ματαίας καὶ θανατηφόρου; ὀλισθαίνῃ ἡδύτητας· χαλινοῖ καὶ ἀνθέλκει τὴν ἁφὴν, ἵνα μὴ τῶν κεκωλυμένων ὅπως δήποτε ἅπτηται, ἢ αὐτὰ περιπλέκηται. Οὗτος τὰς ἀκαθάρτους ἐνθυμήσεις καθαίρει, τὰς βλαβερὰς ἡδονὰς διώκει, τὴν πρὸς τὰ ἀθέμιτα συγκατάθεσιν κωλύει παντάπασι, τὴν γλῶτταν ἐπέχει, τοὺς λόγους τάττει, τὰ ἤθη συντίθησι, τὰ ἔργα κατευθύνει, τὰ πρακτέα καταλειπόμενα ἀνακτᾶται. Καὶ ἵνα ἐνὶ λόγῳ πάντα περιλάβωμεν, οὗτος διδάσκει τὸν Θεὸν φοβεῖσθαι, καὶ αὐτὸν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ἀγαπᾷν, αὐτῷ προσκολλᾶσθαι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ μηδέποτε εἰς τὸν αἰῶνα χωρίζεσθαι· ὅτι ἐστὶν ἄκρα εὐδαιμονία, καὶ ἄμετρος ἡδονὴ, ἐνταῦθα ἀρχομένη διὰ ἐλπίδος, ὡς δυνατόν ἐστιν, καὶ ὕστερον ἐν τῷ ἄλλῳ βίῳ τῇ φανερώσει τοῦ πράγματος τελειωθησομένη καὶ συμπληρωθησομένη ἐξ ἀκεραίου. Ἥτις δὴ εὐδαιμονία καὶ ἡδονὴ ἐστι τέλος καὶ ὅρος τῆς ὁδοῦ, δι' ἧς ὁ εὐαγγελικὸς νόμος τοὺς ἀκολούθους αὐτοῦ ἄγει καὶ κατευθύνει, καθ' οὓς εἴρηται τρόπου. Ὃ δὴ τέλος καὶ πέρας, ὃ σωτηρίαν καὶ εὐδαιμονίαν λέγομεν, εἰ καὶ ὥσπερ ἀκατάληπτον, οὕτω καὶ ἀπροσπέλαστόν ἐστι, λέγοντος τοῦ προφήτου Ἡσαΐου, « Ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, οὐδὲ οὖς ἤκουσεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, » τὰ ἀγαθὸν δηλονότι ὃ ὁ Θεὸς ἡτοίμασε τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ὅμως καὶὸ θνητοὶ ἡμεῖς, κατὰ δύναμιν ἐροῦμέν τι περὶ αὐτοῦ, καὶ βραχέως, ἵνα ἐκ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ ἄθλου, μὴ ἀποστρέφωνται αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τὸ μέγεθος τῆς ὁδοῦ. Καὶ γὰρ ἡ εὐδαιμονία, ἣν ὁ εὐαγγελικὸς νόμος ὑπισχνεῖται τοῖς Χριστιανοῖς, οὐ συνίσταται ἐν κτήσει γηΐνων ἀγαθῶν, οὐκ ἐν τροφῇ παντοδαπῶν σαρκῶν, ἤγουν κρεῶν καὶ

[68] Isa. LXIV, 4 ; I Cor. II, 9.

Digitized by Google

κορπῶν, οὐκ ἐν πόσει οἴνου, μέλιτος καὶ γάλακτος. A
οὐκ ἐν ἡδύτητι ἥχου ὑδάτων τρεχόντων, ὀχετῶν δηλονότι καὶ πηγῶν, οὐκ ἐν περιπλοκῇ καὶ ἀκολασίᾳ σαρκικῇ ὡραιοτάτων γυναικῶν καὶ παρθένων, οὐκ ἐν ἄλλοις, πρὸς ἅτινα ἡ σαρκικὴ ἐπιθυμία καὶ ἡ θνητὴ ὕλη διεγείρει· ὁποῖον παράδεισον ὑμῖν τὸ Ἀλκοράνον ὑμῶν ὑπισχνεῖται. Ἀλλ' ἡ εὐδαιμονία ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν, ἣν ζωὴν αἰωνίαν λέγομεν, συνίσταται οὐσίως μὲν καὶ ὑπαρκτικῶς, καθ' ἑαυτήν, καὶ χωρίς τινος κτιστοῦ μέσου, ἐν τῇ θεωρίᾳ αὐτῆς τῆς θείας οὐσίας καὶ φύσεως. Ὅθεν ὁ Κύριος ἡμῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ φησίν, « Αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσι σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. » Καὶ διότι τὸ τοιοῦτον ὁρώμενον ἔσται ἐν τῷ ὁρῶντι δι' B
ἀγάπης, ἥτις μεταβάλλει τὸν ἐρῶντα εἰς τὸ ἐρώμενον, αὐτῇ τῇ θεωρίᾳ ἀκολουθήσει μεταμόρφωσίς τις καὶ ἔκτασις, ἥτινι ὁ ἀγαπῶν θεοειδὴς ἀποτελεσθήσεται, καὶ κρατήσει τὸ ἀγαπώμενον. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἓν ἔσται ἐν τῷ λοιπῷ, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου λέγοντος, « Ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, καὶ ἐγὼ ἐν αὐτῷ· » διότι ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐν τῷ Θεῷ μένει, καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ καὶ διότι πρὸς τὴν ἕνωσιν τοῦ ἄκρως συνερχομένου ἕπεται ἡδονὴ ἄκρα, αὐτῇ τῇ θείᾳ καὶ ἀϊδίῳ θεωρίᾳ ἀκολουθήσει ἀνεκδιήγητος γλυκύτης καὶ ἡδονὴ, ἣν ἰδίῳ ὀνόματι ἀπόλαυσιν λέγομεν, καὶ τοιαύτη, ὁποίαν οὔτε νοῦς νοῆσαι, οὔτε γλῶττα δηλῶσαι θνητῶν δυνήσεται. Ἣν θαυμάζων Δαβὶδ ὁ προφήτης ἐν Πνεύματι ἐβόα λέγων, « Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου, Κύριε, ἣν ἔκρυψας C
τοῖς φοβουμένοις σε. » Παρὰ δὲ τὴν προειρημένην τῆς θείας θεωρίας μακαριότητα, ἥτινι ἡ ἡμετέρα ψυχὴ ἐξ ἀκεραίου μακαρισθήσεται, ἔξομεν καὶ ἐν τῷ σώματι τὴν εὐδαιμονίαν, κατὰ τὸν αὐτοῦ τρόπον. Καὶ γὰρ τὰ σώματα τῶν μακαρίων ἔσονται ἀθάνατα, ἄφθαρτα, καὶ παντελῶς ἀπαθῆ, λεπτὰ πρὸς τούτοις, καὶ κοῦφα, καὶ πλέον παρὸ ἥλιος νῦν ἐστι, καὶ λαμπρὰ καὶ ἀστράπτοντα. Οὐ φάγονται ἐκεῖ, οὐδὲ πίονται σωματικῶς, τῷ ἀῤῥήτῳ κορακινῷ τῆς θείας θεωρίας πεπληρωμένοι. Οὔτε γαμοῦσιν ὁμοίως ἐκεῖ, οὔτε ἐκγαμίζονται, ἀλλ' ἔσονται ὡς ἄγγελοι Θεοῦ, λέγοντος τοῦ Εὐαγγελίου, « Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται· οὐδὲ γὰρ ἔτι ἀποθνήσκειν δυνήσονται, D
ἀλλ' εἰσὶν ὡς οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ υἱοί εἰσι τοῦ Θεοῦ. » Καὶ πάλιν, « Τότε λάμψουσιν οἱ δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς αὐτῶν. » Καὶ ὥσπερ περὶ τῆς κοινωνίας, οὕτω καὶ περὶ τῆς καταστάσεως αὐτῶν, ὅσον πρὸς τὰς τοιαύτας ἐνεργείας τοῦ σώματος χαιρήσουσιν. Διότι οὐκ ἔσται ἐκεῖ βρώματος ἐπιθυμία, οὐδεμία ἐκεῖ ἐκκαυθήσεται ἀκολασία, οὐδὲ τὰ λοιπὰ πάθη, ὁποῖα νῦν πάσχομεν τοῦ σώματος· οὐ δάκρυα, οὐ θρῆνος, οὐ κοπετὸς, οὐ πόνος οὐδεὶς, οὐ χαυνότης ἀσθενείας, οὐ φόβος πτωχείας. Οὐδεὶς ἐκεῖ βλάπτεται, οὐδεὶς ὀργίζεται, οὐδεὶς φθονεῖ τῷ πλησίον. Οὐδεμία νύσσει τιμὴ, ἢ δυνάμεως φιλοτιμία, οὐδεμία

solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum [49]. » Et quia tale visum erit in vidente per amorem, qui transformat amantem in amatum, ad ipsam visionem sequetur transformatio quædam et tensio, qua amans deiformis efficietur, et tenebit amatum; imo et unum erit in reliquo, dicente Domino: « Qui manet in me, et ego in eo [50], » quia Deus charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo; et quia ad unionem summe convenientis, sequitur dilectio summa, ad illam divinam et æternam visionem sequetur inenarrabilis dulcedo et suavitas, quam proprio nomine fruitionem dicimus; et talis, qualem nec mens cogitare, nec lingua valet exprimere mortalium. Quam admirans David propheta in Spiritu clamabat, dicens, « O quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te [51]! » Præter prædictam divinæ visionis beatitudinem, qua anima nostra ex integro felicitabitur, habebimus et in corpore felicitatem suo modo. Etenim corpora beatorum erunt immortalia, incorruptibilia, ut omnino impassibilla, subtilia denique et agibilia, et plus quam sol modo sit, splendida, et refulgentia. Non comedent, neque bibent ibi corporaliter, divinæ visionis ineffabili satietate repleti. Similiter neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei, dicente Domino nostro Jesu Christo in Evangelio « : In resurrectione enim neque nubent, neque enim ultra mori poterunt, sed sunt sicut angeli Dei in cœlo, et filii sunt Dei [52]. » Et iterum: « Tunc fulgebunt justi, sicut sol in regno Patris eorum [53]. » Et sicut de societate, ita et de conditione ipsorum, quo ad hujusmodi actus corporeos gaudebunt; quia nullum erit ibi cibi desiderium, nulla ibi exardescet libido, nullæ reliquæ passiones, quales modo patimur corporis. Non lacrymæ, non luctus, non clamor, non denique ullus dolor, non ægritudines, non imbecillitates, non paupertatis metus. Nemo ibi lædetur, nemo irascetur, nemo invidebit proximo. Nulla pulsabit honoris, aut potestatis ambitio. Nulla erit tunc discordia, sed cuncta consona. Nullus erit ibi diaboli metus; insidiæ dæmonum nullæ: timor gehennæ procul: tranquilla erunt omnia, et cum æterna securitate jugis splendor. Vere degenerat, qui hujus vitæ amore non capitur, in qua divitiæ et deliciæ et gaudia sic inchoantur, ut finiri non possint. Cujus qui amator esse noluerit, et præsentem perdet vitam temporalem, et hanc æternam de qua loquimur non inveniet, atque a morte æterna capietur. Hujus æternæ vitæ, et æternæ felicitatis, olim magnus Paulus noster Jesu Christi desiderio tractus, de exsilio vitæ præsentis conquerens, sic clamabat: « O infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus [54]? — Vivo ego, jam non ego, vivit autem in me Christus [55]. — Cupio dissolvi, et esse cum Christo [56]. » Abscondita enim

[49] Joan. xvii, 3. [50] Joan. vi, 57. [51] Psal. xxx, 20. [52] Matth. xxii, 30. [53] Matth. xiii, 43. [54] Rom. vii, 24. [55] Galat. ii, 20. [56] Philipp. i, 23.

Digitized by Google

est mortalibus illa vita ; quia quandiu sumus in mundo, peregrinamur a Domino [87]. Sed tunc revelabitur, et manifestabitur, cum Dominus Jesus cœperit pro terrenis cœlestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna præstare, et adducere secum sanctos in visione paternæ gloriæ, et facere secum in cœlestibus considere, suique immortalitatem largiri, ad quam sui sanguinis vivificatione eos reparavit. « O quam gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei [88] ! —O quam dilecta tabernacula, Domine virtutum ! concupiscit et deficit anima mea in atria Domini [89], » dicebat propheta ; « cor meum et caro mea exsultaverunt in Deum vivum [90]. »

A ἔσται τότε διχόνοια, ἀλλὰ σύμφωνα πάντα. Οὐδὲν ἔσται ἐκεῖ τοῦ διαβόλου δέος, ἐνέδρα δαιμόνων οὐδεμία, φόβος τῆς γεέννης μακράν. Γαληνὰ ἔσονται πάντα, καὶ σὺν αἰωνίῳ ἀσφαλείᾳ. Τῇ ἀληθείᾳ ἀγενής ἐστιν, ὅστις οὐχ ἁλίσκεται τῷ πόθῳ τῆς ζωῆς ταύτης, ἐν ᾗ πλοῦτος καὶ τρυφαὶ καὶ εὐφροσύναι οὕτως ἄρχονται, ὡς μὴ δύνασθαι τελειωθῆναι· ἥστινος ὁ μὴ θέλων γενέσθαι ἐραστὴς καὶ τὴν παροῦσαν καὶ πρόσκαιρον ἀπολεῖ ζωὴν, καὶ ταύτην τὴν ἀΐδιον περὶ ἧς διαλεγόμεθα οὐχ εὑρήσει, καὶ τῷ αἰωνίῳ θανάτῳ κρατηθήσεται. Ταύτης τῆς αἰωνίου ζωῆς καὶ ἀϊδίου εὐδαιμονίας πάλαι ὁ μέγας Παῦλος ἡμῶν, ὁ ἀπόστολος τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῇ ἐπιθυμίᾳ ἑλκυσθεὶς, περὶ τῆς ἐξορίας τῆς παρούσης ζωῆς λυπούμενος, οὕτως ἐβόα· « Ὦ δυστυχὴς ἄνθρωπε, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θνητοῦ τούτου; Ζῶ ἐγὼ ἤδη, οὐκ ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. — Ἐπιθυμῶ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. » Ἀπεκρύφη γὰρ τοῖς θνητοῖς ἐκείνη ἡ ζωή. Διότι ἐφ' ὅσον ἐσμὲν ἐν τῷ κόσμῳ, ἀποδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ Κυρίου. Ἀλλὰ τότε ἀποκαλυφθήσεται καὶ φανερωθήσεται, ὁπόταν ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἄρξηται ἀντὶ τῶν γηΐνων τὰ οὐράνια, ἀντὶ τῶν προσκαίρων τὰ ἀΐδια, ἀντὶ τῶν μικρῶν τὰ μεγάλα διδόναι, καὶ προσάγεσθαι σὺν αὐτῷ τοὺς ἁγίους ἐν τῇ θεωρίᾳ τῆς πατρικῆς δόξης· καὶ ποιεῖν μετ' αὐτοῦ ἐν τοῖς οὐρανίοις συγκαθῆσθαι, καὶ τὴν ἀθανασίαν τὴν ἰδίαν δωρεῖσθαι, πρὸς ἣν τῇ ζωοποιήσει τοῦ ἰδίου αἵματος αὐτοὺς παρεσκεύασεν. « Ὡς δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ ! Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων ! Ἐπιθυμεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου, » ἔλεγεν ὁ προφήτης, « ἡ καρδία μου καὶ ἡ σάρξ μου ἠγαλλιάσατο ἐπὶ Θεῷ ζῶντι. »

Talis profecto est felicitas Christianorum ; talis spes nostra ; talis sancti Evangelii finis et terminus. Non qualem caro et sanguis promittit nobis, sed qualem habent cœlestes et angelici spiritus. Pro quo obtinendo, non mirum si priores nostri Patres igne charitatis accensi, varia et innumera pertulere alacriter et gaudenter tormenta ; si parentibus, si uxoribus, si liberis, si denique divitiis, delectationibus carnis, cæterisque hujus sæculi bonis sponte renuntiabant, ut ad hanc et velocius et securius atque liberius pertingerent. Et quia charitas Christi (quæ quantum in ea est, vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis pervenire [91]) coegit nos, ut dimissis omnibus vitæ præsentis commodis, a longinquis partibus, et cum magnis laboribus usque ad vos veniremus, profiteremurque, et annuntiaremus quæ professi sumus, et annuntiavimus, ideo rogamus vos, et obsecramus in eo, qui nos omnes ad sui imaginem, rationales et intellectuales creavit, ut patienter his in scriptis suscipiatis, quæ annuntiavimus : et ut rationales, ad imaginem et similitudinem Dei creati, scripta nostra cum ratione discutiatis. Et si quid rationi consonum reperietis, illud ut rationales suscipite. Si quid vero aliter vobis videatur esse nuntiatum, ecce paratos nos offerimus, etiam quousque reddamus spiritum ad Deum, qui fecit illum, in illius auxilio et virtute, qui dixit : Dum steteritis ante reges et præsides, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini ; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini [92]. » Ad ostendendum, quod omnia quæ scripsimus, sancto Evangelio et

B Τοιαύτη τῷ ὄντι ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία τῶν Χριστιανῶν· τοιαύτη ἡ ἐλπὶς ἡ ἡμετέρα· τοιοῦτον τῷ ἁγίου Εὐαγγελίου τὸ τέλος καὶ τὸ πέρας. Οὐχ ὁποῖον σὰρξ καὶ αἷμα ὑπισχνεῖται ὑμῖν, ἀλλ' ὁποῖον ἔχουσι τὰ οὐράνια καὶ ἀγγελικὰ πνεύματα. Ὅπερ ὥστε κατασχεῖν καὶ φυλάξαι, οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ οἱ πρὸ ἡμῶν Πατέρες, τῷ πυρὶ τῆς ἀγάπης ἐξαφθέντες, ποικίλα καὶ ἀναρίθμητα ὑπήνεγκαν ἡδέως καὶ χαρμονικῶς κολαστήρια, εἰ γονεῖς, εἰ γυναῖκας, εἰ παῖδας, εἰ πλοῦτον, σαρκὸς ἡδονὰς, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τοῦ αἰῶνος ἀγαθὰ ἑκουσίως ἠρνήσαντο, ἵνα πρὸς ταύτην καὶ συντομώτερον καὶ ἀσφαλέστερον καὶ ἐλευθερώτερον φθάσωσιν. Καὶ διότι ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ (ἥτις τὸ κατ' αὐτὴν θέλει πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας C ἐλθεῖν) ἠνάγκασεν ἡμᾶς, ἵνα ἀφέντες πάντα τῆς παρούσης ζωῆς τὰ ἡδέα καὶ συμφέροντα, ἀπὸ μακροτέρων μερῶν καὶ μετὰ μεγάλων κόπων ἕως ὑμῶν ἔλθωμεν, καὶ ὁμολογήσωμεν καὶ ἀναγγείλωμεν, ἅτινα ὡμολογήσαμεν καὶ ἀνηγγείλαμεν. Διὰ τοῦτο παρακαλοῦμεν ὑμᾶς, καὶ ἱκετεύομεν ἐν τῷ πάντας ἡμᾶς, κατ' εἰκόνα αὐτοῦ λογικοὺς καὶ νοεροὺς δημιουργήσαντι, ἵνα μακροθύμως δέξησθε ἐν τούτοις τοῖς γεγραμμένοις ἅπερ ἀνηγγείλαμεν· καὶ ὡς λογικοὶ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ δημιουργηθέντες, τὰ γράμματα ἡμῶν μετὰ λόγου ἐρευνήσητε. Καὶ ἄν τι τῷ λόγῳ σύμφωνον εὕρητε, ἐκεῖνο ὡς λογικοὶ δέξασθε. Ἂν δέ τι ἄλλως ὑμῖν δόξῃ ἀναγγελθῆναι, ἰδοὺ ἑτοίμους ἡμᾶς προσφέρομεν, ἕως οὗ D ἀποδώσωμεν τὸ πνεῦμα τῷ Θεῷ τῷ ποιήσαντι αὐτὸ ἐν τῇ βοηθείᾳ καὶ τῇ δυνάμει τοῦ εἰπόντος, « Ὅταν σταθῆτε ἐνώπιον βασιλέων καὶ ἀρχόντων, μὴ

[87] II Cor. v, 6. [88] Psal. LXXXVI, 3. [89] Psal. LXXXIII, 3. [90] Ibid. [91] I Tim. II, 4. [92] Matth. X, 19.

Digitized by Google

λογίζεσθε, πῶς ἢ τί λαλήσετε· δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τί λαλήσετε· » πρὸς τὸ δεῖξαι, ὅτι πάντα ὅσα ἐγράψαμεν, τῷ ἁγίῳ Εὐαγγελίῳ καὶ τῷ λόγῳ εἰσὶ σύμφωνα. Εἰ δὲ μήτε τὰ προειρημένα σὺν λόγῳ ἐρευνῆσαι, οὔτε ἡμῶν πλέον ἀκοῦσαι, τῆς τάξεως καὶ τῶν περιστάσεων φυλαττομένων τῶν ὀφειλομένων, θελήσετε· ἐξαιτιώμεθα ἡμᾶς αὐτοὺς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ πάντων τῶν ἀγγέλων, καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, καὶ ἐπικαλούμεθα μάρτυρας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν, ὅτι κατὰ δύναμιν περὶ τὴν σωτηρίαν τὴν ὑμετέραν ἐποιήσαμεν, ὅπερ ποιεῖσθαι ἡδυνήθημεν, τιθέντες τὰς ψυχὰς ἡμῶν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ὑμῶν καὶ τῆς ἀγάπης, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον· ὃ φησιν, ὅτι « Μείζονα ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἢ ἵνα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ τις ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ· » καὶ ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς ἐστι Θεὸς εὐλογημένος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A rationi sunt consona. Si autem nec prædicta cum ratione discutere, nec nos ulterius audire, ordine et circumstantiis servatis debitis, voluerit is; excusamus nos coram Deo et omnibus angelis et sanctis suis, et invocamus in testes cœlum et terram, et omnem creaturam, quod juxta posse circa salutem vestram fecimus, quod facere potuimus; ponentes animas nostras pro vestra salute, et charitate, juxta Evangelium, quod dicit: « Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis [68], » et pro laude Domini nostri Jesu Christi, qui est Deus benedictus in sæcula. Amen.

[68] Joan. xv, 13.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΔΩΝΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑΦΡΟΝΕΙΝ ΤΟΝ ΘΑΝΑΤΟΝ

ΛΟΓΟΣ *.

DEMETRII CYDONII

DE CONTEMNENDA MORTE ORATIO.

ARGUMENTUM.

Demetrius, ut doceat, mortem non metuendam, sed contemnendam negligendamque esse, tria hominum mortem timentium profert genera: primo eos qui mortem propter voluptatum jacturam abominentur** (c. 2 — 6); **deinde eos qui morte deleri omnia putent** (c. — 20); **denique eos qui propter pœnas æternas mortem omnium malorum maximum gravissimumque esse arbitrentur** (c. 7 — 20-25): **ita ut patefaciat et demonstret vanitatem timoris singulorum ejusque causas.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Τὸν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμὸν, ὃν δὴ θάνατον εἰώθαμεν ὀνομάζειν, πάντες μὲν φρίττουσι, πάντες δὲ μισοῦσι, πάντες δὲ πάντων κακῶν χείριστον οἴονται. Ἂν δέ τις αὐτοὺς ἔρηται, τί τὸ πεῖθον οὕτως αὐτὸν δυσχεραίνειν· δοκοῦσι μέν τι λέγειν, καὶ πείθουσί γε ῥᾳδίως τοὺς αὐτοῖς ὁμοίως διακειμένους, ὥσπερ κακοὶ δειλοὺς πολέμων ἀπέχεσθαι παραινοῦντες· ῥᾷστα γὰρ ἂν οὕτω πείσαιεν, τῆς τοῦ πάθους ὁμοιότητος πιθανοὺς αὐτοὺς τοῖς ἀκούουσι ποιούσης συμβούλους· ἂν δὲ πρὸς ἄνδρας ἐπιχειρῶσι κατηγορεῖν, οὐδὲν εὔλογον ὑπὲρ τῆς αὐτῶν δόξης ἔχουσι λέγειν, ψυχῆς δὲ μόνον ἄγνοιαν καὶ μαλα-

CAPUT I.

Animi a corpore discessum, quem mortem nominare solemus, omnes perhorrescunt, omnes oderunt, omnes omnium malorum perniciosissimum ducunt. E quibus si quæras, qua ratione adducti, eam tantopere aversentur, causam habere sibi videntur, et iis, qui eodem modo sunt affecti, citra negotium persuadent, quemadmodum ignavi, cum timidos a bellis deterrent. Nam cum affectionis similitudo fidem iis conciliet, facillime auditores in suam sententiam adducunt. Sed si apud viros eamdem criminationem instituant, nullam opinionis suæ rationem probabilem reddere possunt:

* Ex recensione Christ. Theophili Kuinoel. Lipsiæ 1786. Cum interpretatione Raphaelis Seileri, Augustani.

Digitized by Google

morbum duntaxat animi sui, inscitia et mollitie laborantis, indicantes : quibus adducuntur, ut ea quæ timenda non sunt, timeant, et iis quæ nihil nocent, percellantur. Age vero videamus, quibus de causis mortem omnia mala superare putent. Ut autem proverbio dicitur, Trifariam omnia esse divisa ; ita fit, ut eorum etiam, qui mortem vituperant, tria sint genera. Nam promptissimi quique, ac potius veracissimi, qui sua probra velare nesciunt, omnis generis voluptatum privationem lamentantur : et id quod eas delet, omnium merito et molestissimum, et maxime formidabile existimant. Urbaniores autem, et quos pudet sine causa aut agere, aut admittere quidquam, id a natura cunctis insitum aiunt, ut se et esse et vivere cupiant. Jam vero quod id aufert, quod ab omnibus appetitur, atque efficit, ut ea quæ sunt, non sint, iisque perniciem affert, et rebus tanta pulchritudine a natura factis caliginem ex interitu offundit, quis non horreat? quis non oderit? quis, si vel nomines, tanquam naturæ inimicum non aversetur? Neque vero naturæ solum, verum, ac multo magis, etiam Deo : non eo, tantum, quod solus absolutissimam immortalitatem sortitus est : sed quod ejus instituto omnium maxime adversatur : siquidem quæ ipse procreare et conservare studet, ea mors exstinguit et dissipat. Hæc modestiores, quique naturam sequuntur, ad justi odii comprobationem. Reliqui autem et tertii, cum graviores sint et verecundiores, et aliis aliquid prudentius afferre velint : non ob ea quæ commemoravimus, mortem in crimen vocandam censent : sed quod post eam, confestim vitæ actæ rationem reddere, et acerbissimas ac tristissimas pœnas in perpetuum dare cogamur : quarum expertes futuri essemus, nisi mors animos a corporibus avelleret, et ad illius loci leges ac quæstiones mitteret. His igitur verbis quidam et sibi et auditoribus timore injecto, tum ipsi mortis nomine percelluntur, tum aliis, ut sint metus socii, persuadent.

CAPUT II.

Videamus ergo, utrum aliquid dicant, et honestum sit, qui virum se dicat esse, eum hujusmodi sermonibus se dedere. Primos itaque ut nimium voluptarios et molles, ideoque virilium bellorum imperitos, parvæ operæ est ad deditionem compellere : quamvis et multos socios habeant, et cum multis nos invadant. Omnes enim qui Epicuro nomina dederunt, suavem vitam et doloris expertem humanæ felicitatis finem existimant ; et difficilem inter homines ullum inventum esse aiunt, qui prorsus absque voluptate vivere velit, nisi quis ob stuporem a communissimo bono abhorreat. Tamen recte iis dicere possimus : O viri, si modo hoc nomine appellandi estis, qui adeo dissoluti et enervati, stolidique omnino sitis, ut nimium puerititer in eo facitis, cum voluptatibus tantum, boni judicium permittitis ; si quid autem cum molestia

A κίαν νοσοῦντες ἐλέγχονται, ὑφ' ὧν τὰ ἀδεᾶ δεδιέναι, καὶ κατεπτηχέναι τὰ μὴ βλάπτοντα, πείθοντες. Φέρε γὰρ ἴδωμεν, ἐκ ποίων λογισμῶν κακοῦ παντὸς ἐπέκεινα τὸν θάνατον εἶναι οἴονται. Οὐκοῦν, τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, τριχθὰ πάντα δέδασται, τριχῇ συμβαίνει καὶ τοὺς τὸν θάνατον κακίζοντας διαιρεῖσθαι. Οἱ μὲν γὰρ προχειρότεροι, μᾶλλον δὲ ἀληθέστεροι, καὶ τὰ ἑαυτῶν οὐκ ἐπιστάμενοι συγκαλύπτειν ὀνείδη, τὴν τῶν παντοδαπῶν ἡδονῶν ὀδύρονται στέρησιν, καὶ τὸ ταύτας ἀφανίζον πάντων εἰκότως ἀηδέστερόν τε καὶ φοβερώτατον ἡγηνται· οἱ δὲ κομψότεροι, καὶ ὅσοις ἀλόγως τι ποιεῖν, ἢ πάσχειν, αἰσχύνη, πᾶσί φασι τοῦ εἶναι, καὶ τῆς οὐσίας ἔφεσιν κατὰ φύσιν ἐγκεῖσθαι. Τὸ τοίνυν τὸ πᾶσιν ὀρεκτὸν ἀναιροῦν, καὶ τὸ μὲν εἶναι τῶν ὄντων ἐλαῦνον, ἀπώλειαν δὲ B ἐπάγον, καὶ τὴν ἐκ τῆς φθορᾶς ἀμορφίαν καταχέον τῶν οὕτω κάλλιστα παρὰ τῆς φύσεως εἰργασμένων, τίς οὐκ ἂν φρίξειε ; τίς δὲ οὐκ ἂν μισήσειε ; τίς δὲ οὐκ ἂν καὶ μόνον λεγόμενον, ὡς τῇ φύσει πολέμιον ἀποπέμψαιτο ; οὐ τῇ φύσει δὲ μόνον, ἀλλὰ πολλῷ πρότερον καὶ Θεῷ· οὐ μόνον ὡς μόνῳ τὴν τελεωτάτην ἀθανασίαν κεκληρωμένῳ, ἀλλ' ὅτι καὶ τῇ τούτου προαιρέσει πάντων ἐναντιώτατον; εἴπερ ἃ παράγειν ἐκεῖνος καὶ συντηρεῖν προθυμεῖται, ταῦτ' ἐκεῖνος φθείρει καὶ διαλύει. Ταῦτά γε οἱ σωφρονέστεροι, καὶ τῇ φύσει κεχρημένοι, πρὸς τὴν τοῦ δικαίου μίσους ἀπόδειξιν. Οἱ δὲ λοιποὶ καὶ τρίτοι, σεμνότεροί τινες ὄντες, καὶ εὐλαβέστεροι, καί τι τῶν ἄλλων σοφώτερον ἀξιοῦντες διανοεῖσθαι, οὐχ ὧν C ἔφημεν εἵνεκα τὸν θάνατον ἀξιοῦσι κακίζειν, ἀλλ' ὅτι μετ' ἐκεῖνον εὐθὺς ἀναγκαζόμεθα λόγον τῶν βεβιωμένων ὑπέχειν, καὶ τὰς ὀδυνηροτάτας καὶ ἀγχεινοτάτας δι' αἰῶνος δίκας διδόναι, ὧν οὐκ ἂν ἐλαμβάνομεν πεῖραν, μὴ τοῦ θανάτου τῶν σωμάτων τὰς ψυχὰς διαιροῦντος, καὶ πρὸς τοὺς ἐκεῖ νόμους καὶ ἐξετασμοὺς παραπέμποντος. Τούτοις μὲν οὖν τοῖς λόγοις τινὲς καὶ ἑαυτοὺς, καὶ τοὺς ἀκούοντας, δεδιττόμενοι, αὐτοί τε καὶ πρὸς τοὔνομα τοῦ θανάτου ταράττονται, καὶ τοὺς ἄλλους πείθουσι τοῦ δέους αὐτοῖς κοινωνεῖν.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Σκεπτέον τοιγαροῦν, εἴ τι μετ' ἀληθείας λέγεται παρ' αὐτῶν, καὶ εἰ καλὸν, ἄνδρα φάσκοντα εἶναι D τοιούτοις ἑαυτὸν λόγοις παραδιδόναι. Τοὺς μὲν οὖν πρώτους ὡς λίαν ὄντας φιληδόνους καὶ μαλακοὺς, καὶ διὰ τοῦτο ἀνδρικῶν πολέμων ἀπείρους, οὐ χαλεπὸν παραστήσασθαι, καίτοι καὶ πολλοὺς ἔχοντας συμμάχους, καὶ μετὰ πολλῶν ἡμῖν ἐπιόντας. Πάντες γὰρ οἱ μετ' Ἐπικούρου στρατευόμενοι τὸν ἡδὺν καὶ ἀνάλγητον βίον ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας οἴονται πέρας, καὶ χαλεπὸν φασιν ἐν ἀνθρώποις εὑρεῖν τὸν ἄνευ ἡδονῆς αἱρούμενον ζῆν ἀτεχνῶς, εἰ μή τις δι' ἀναισθησίαν ἀηδῶς ἔχει πρὸς τὸ κοινότατον ἀγαθόν. Ὅμως εἰκότως ἂν αὐτοῖς λέγοιμεν· Ὦ ἄνδρες, εἴγε τοῦτο χρὴ καλεῖν ὑμᾶς οὕτως ἐκλελυμένους, καὶ ἐκνενευρισμένους, καὶ βλακεύοντας ἀτεχνῶς, ὡς λίαν ὑμῶν παιδικὸν τὸ ταῖς ἡδοναῖς μόνον τὴν κρίσιν ἐπιτρέπειν τοῦ ἀγαθοῦ· εἰ δέ τι καὶ μετὰ ἀηδίας

Digitized by Google

ὠφελεῖν δύναιτο, τοῦτο κακίζειν, καὶ πάντα τρόπον φεύγειν πειρᾶσθαι· ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐγκαλεῖν ἔχοντας, ὅτι δὲ μόνον οὐ σαίνει τὴν αἴσθησιν. Τί γὰρ κωλύει, καὶ τοὺς ἰατροὺς τοῖς λόγοις τούτοις κακίζειν, οἳ τοῖς σώμασιν οὐκ ἄλλως ἐπικουροῦσιν, ἢ τῶν ἀηδῶν, καὶ ἐσθίειν, καὶ πίνειν, καὶ ἅπτεσθαι, καὶ πάντα τρόπον χρῆσθαι τοὺς κάμνοντας ἀναγκάζοντες, οἷς τοῦ τοῦτον τὸν τρόπον ἡμᾶς λυπεῖν καὶ μισθοὺς μεγάλους τελοῦμεν, καὶ εὐεργεσίας αὐτοί τε, καὶ οἷς τῶν ἡμετέρων μέλει, ὁμολογοῦμεν; Ὧν εἰ πρὸς μόνην τὴν ἡδονὴν ἔδει πάντα ἀνάγειν, τίνας ἂν ἐχθίους ὑπῆρξε καλεῖν; Ἀλλ' οἶμαι τἀγαθὸν καὶ κακὸν οὐ λύπῃ καὶ ἡδονῇ, τῷ δὲ ὠφελίμῳ καὶ βλαβερῷ κρίνεσθαι δοκεῖ. Εἰ δὲ πρὸς τὴν ἡδονὴν πάντα ἀνοίσομεν, κακὸν, ὥσπερ ἔφην, ἐν σώματι μὲν ἰατρὸς, χείριστον δὲ ἐν ψυχῇ νόμοι, καὶ παιδευταὶ, καὶ γονεῖς, καὶ ὅλως τὰ τιμιώτατα καὶ ὠφελιμώτατα. Οὗτοι γὰρ πάντες ἂν μὴ πείθωσι, τὰ προσήκοντα παραινοῦντες, ἀηδέστατον γίνονται μὴ πειθομένοις, ἀτιμοῦντες, καὶ εἴργοντες, καὶ μακρᾷ κολάσει παραδιδόντες, ὧν οὐδὲν ἂν ἡμῖν ὄφελος ἐκ παντὸς τρόπου τὴν ἄνεσιν προτιμῶσι (1). Πόρνους δὲ, καὶ προαγωγέας, καὶ κόλακας, καὶ ὅσοι τὰ αἴσχιστα, αὐτοί τε ἐπιτηδεύουσι, καὶ τοῖς ἄλλοις τὰς ἀπὸ τούτων ἡδονὰς προξενοῦσιν, ἐπιτηδείους ἡμῖν αὐτοῖς, ὡς ἔοικε, νομιοῦμεν, ἂν τὰ τῶν ἡδονῶν κρατῇ πανταχοῦ.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο καὶ κουφότητος νομιστέον κλάειν τῶν ἡδονῶν στερουμένους, ὥσπερ τὰ παιδία, ὅταν αὐτῶν οἱ παιδαγωγοὶ τοὺς ἀστραγάλους, ἢ τι τῶν τῆς παιδιᾶς, ἀφαιρῶνται. Ἔπειτ' ἐξεταστέον, καὶ τίνας τῶν ἡδονῶν ὁ θάνατος ἀφανίζων, οὕτως ἐστὶ λυπηρός. Οὐκοῦν καὶ τούτων εἰς τρεῖς μοίρας διαιρουμένων, τὴν μὲν μίαν καὶ πρώτην, καὶ θειοτάτην, καὶ ἡ μόνη καθαρῶς ἐστιν ἀνθρώπου, καὶ καθ' ἑαυτὴν αἱρετή· λέγω δὴ τὴν περὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸν νοῦν, καὶ ὅση τούτου γένους· τοσοῦτον ἀπέχει φθείρειν ὁ θάνατος, ἤγουν τὸ τυχὸν ἐλαττοῦν, ὥστε καὶ τῶν παντελῶς ἀδυνάτων, εἰ μὴ μετὰ θάνατον, καθαρῶς τε καὶ ἀσφαλῶς ἐκείνας ἡσθῆναι τὰς ἡδονάς. Καὶ τοῦτ' ἄπιστον μὲν ἴσως δόξει τοῖς ὡς ἔτυχε ζῶσι· παντὸς δὲ μᾶλλόν ἐστιν ἀληθὲς τοῖς οὐκ ἀβασανίστως περὶ τῶν πραγμάτων ψηφιζομένοις. Καὶ παρ' ἡμῶν δέ τι; οὐδὲν ἧττον ἔσται τῇ δόξῃ ταύτῃ συνηγορία, ὅταν αὐτὴν ἐξετάζωμεν. Λείπεται δὲ τὴν ζημίαν εἶναι τοῖς ἀποθνήσκουσιν εἰς τὰς τοῦ σώματος ἡδονάς. Ἀλλὰ καὶ ταύταις πολὺ τόδε διάφορον. Αἱ μὲν γὰρ φύσεώς τέ εἰσιν ἔργον, καὶ παρὰ Θεοῦ συγκεχώρηνται, ἢ τὰ κατὰ μέρος δι' αὐτῶν συντηροῦντος, ἢ τοῖς κοινοῖς εἴδεσιν μηχανωμένου τὸ διαρκές τε καὶ μόνιμον, καὶ τῇ διαδοχῇ τοῖς ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ ἐπισκευαστὴν ἀθανασίαν ἐπινοήσαντος, ὡς μέχρι τοῦ πολλοῦ τοῦ συνθέτου μένειν οὐ δυναμένου. Αὗται δέ εἰσιν, ὅσαι τῇ γενέσει λυσιτελοῦσιν, ἐπὶ διαδοχὴν τὰ ζῶα ταῖς ἡδοναῖς προκαλούμεναι, καὶ ὅσαι τὴν ὄρεξιν θήγουσι

A prodesse queat, id vituperatis, et quovis modo effugere studetis, tametsi nihil aliud habeatis reprehendendum, nisi illud solum, quod sensum non demulceat. Quid enim vetat, medicos quoque iisdem rationibus criminari, qui corporibus non aliter succurrunt quam cogendis ægrotis, ut res insuaves et comedant et bibant, et tangant, et modis omnibus tractent? Quibus eo quod hoc modo molesti nobis sint, et magnas mercedes pendimus, et debere illis, tum nos ipsi, tum ii quibus curæ sumus, prædicamus. Quibus, si ad solam voluptatem omnia referri oporteret, quinam inimiciores appellari deberent? Verum mea quidem sententia res bonæ et malæ non dolore et voluptate, sed utilitate et noxa judicandæ sunt. Si vero ad voluptatem cuncta referemus, incommodabit (id quod dixi) B corpori medicus, et maxime nocebunt animo leges, et institutores, et parentes, denique pretiosissima et utilissima quæque. Ii enim omnes, cum frustra officii commonent, contumacibus molestissimi fiunt, ignominia mulctando, et in carcerem conji ciendo, et diuturnis suppliciis afficiendo: quorum nullum nobis esset commodum, si quovis modo otium illud amplecteremur. Sed cinædos, lenones, adulatores, quique flagitia tum ipsi exercent, tum aliis inde voluptates conciliant, opportunos scilicet nobis ipsis judicabimus, si ubique voluptates dominentur.

CAPUT III.

Primum igitur illud levitatis putandum est, deplorare voluptatum privationem: instar pueC rorum, quibus magistri talos, aut aliud quippiam ludicrum, eripiunt. Deinde quærendum, quibus adimendis voluptatibus, mors tam gravis sit? Cum autem hæ quoque in tres partes dividantur, unam quidem et maxime divinam, et quæ sola hominis est, et propter semetipsam expetenda [eam autem dico, quæ in veritate indaganda versatur, et in mente posita est, et quæ sunt ejusdem generis] tantum abest ut mors perdat, vel minima ex parte diminuat, ut nullo modo fieri possit ut illis voluptatibus pure et secure perfruamur, nisi post mortem. At hoc incredibile fortassis videbitur hominibus temere viventibus, cum omnium verissimum sit' iis qui non nisi adhibita exploratione de rebus D decernunt. Et a nobis etiam ipsis patrocinium nihilominus adhibebitur, cum in eam inquiremus. Reliquum ergo est, morientes corporearum voluptatum jacturam facere. Sed harum etiam magnum est discrimen. Nam aliæ et naturæ opus sunt, et a Deo concessæ, vel singulas res per eas conservante, vel id communibus formis machinante, ut durent et maneant, atque id propositum habente, ut per successionem iis quæ oriuntur et intereunt, immortalitatem instauratione conciliet: quippe cum ea quæ composita sunt, longo tempore durare nequeant. Hæ autem sunt, quæ ad generationem prosunt, et ad sobolis propagationem ani-

(1) Cod. Reg. 1213, προτιμώντων, quod exquisitius videtur, genitivo absolute posito, et post ὄφελος facta distinctione. Edit.

Digitized by Google

ΚΕΦΑ.

Digitized by Google

γὰρ τοῖς χοίροις δικαιότερον παρεικάζειν, οὓς τῇ A
τῆς τροφῆς ἀφθονίᾳ παιίνοντες θύομεν· μᾶλλον δὲ
καὶ τῶν χοίρων ἀχρηστοτέρους τούτους ὑπολητέον.
Τῶν μὲν γὰρ ἔστι πολλάκις τῆς πολυσαρκίας ἀπό-
νασθαι, ἀνδρὸς δὲ ἑαυτὸν κατασαρκοῦντος οὐδὲν
ὄφελος· πλὴν εἴ τις τοὺς ἄλλους σωφρονίζεσθαι
βουλόμενος, λέγοι, ἐν αὐτῷ τὴν τῆς τρυφῆς αἰσχύ-
νην διδασκομένους· ὥσπερ φασὶ καὶ Λακεδαιμονίους
τῇ τῶν Εἱλώτων μέθῃ τοῖς παισὶν ὑποδεικνύναι τὸ
τῆς νήψεως ἀγαθόν. Τί δ' ἂν εἴποι τις τὸ τῆς μα-
ταιοπονίας ταύτης ἀπέραντον, καὶ τὸ καθημέραν
εἰς τὸν τετρημένον ἀναγκάζεσθαι πίθον ἀντλεῖν, ὅ
τι τινὰς φησὶν ὁ μῦθος κατακριθῆναι, οὐκ οἶδ' ὅ τι
περὶ τοὺς ἑαυτῶν θεοὺς ἁμαρτόντας; Ἔτι τοίνυν
τῷ θανάτῳ μεμπτέον φάγον ἄνθρωπον ἀναιροῦντι,
καὶ τοιαύτης ἀχρηστίας τὸν βίον ἐλευθεροῦντι, ὃν γε B
καὶ δοκοῦντα ζῆν, εὐλογώτερον ἄν τις εἴποι πάλαι
τεθνάναι, οὕτω πρὸς τὸν λογικὸν βίον ἀκίνητον ὄντα,
καὶ τῇ συνεχεῖ μέθῃ πρὸς πάντα ἀναισθητοῦντα;
Ἀλλ' εἰ μηδενὸς ἄλλου, τούτου γε ἕνεκα τὸν θάνατον
ἐχρῆν εὐεργέτην καλεῖν, ἐκποδὼν ποιούμενον, οὓς
τὴν ἀρχὴν ἔδει μηδὲ γενέσθαι. Οἶμαι δὲ, μηδ' ἂν
αὐτοὺς ἐκείνους, εἴ γε ἐκνήψαιεν, ὑπὲρ ἑαυτῶν κα-
κίσαι τὸν θάνατον, μηδὲ, ὡς ἀδικοῦνται, φάναι,
μὴ συγχωρούμενοι τοιαύτην ἀκαθαρσίαν ἀσκεῖν.

speciem. Nam qua ratione, jure, homo dicetur, cui solum quid edere, quid bibere velit, curæ est : de ratiocinando autem, et sciendo plane sit securus? Nam is porcis rectius comparabitur, quos pabulo affatim præbendo saginantes, mactamus. Imo porcis inutiliores etiam existimandi sunt. Sæpe enim porcorum sagina frui licet. Viri autem sese carne onerantis nullus usus est : nisi alios quispiam castigare volens, de eo verba faciat, atque in eo luxuriæ dedecus ostendat. Quemadmodum Lacedæmonii feruntur, per Helotum [sic enim illi sua mancipia vocabant] ebrietatem, liberis, sobrietatis præstantiam demonstrasse. Quid vero de inanis laboris istius infinitate dicemus, et de necessitate quotidie implendi perforati dolii? qua pœna multatas esse quasdam, nescio ob quod scelus in maritos suos commissum, fabulæ perhibent. Numquid mors accusanda est, cum voracem aliquem hominem tollit, et vitam tam inutili pondere liberat : quem etiam dum vivere videretur, rectius jam olim mortuum dixisses? ut qui ad vitam, quæ rationis particeps est, nulla ratione perduci potuerit, et omni rerum sensu, ob perpetuam ebrietatem caruerit, ac non potius, si non ob aliud, hac saltem gratia morti agendæ gratiæ essent, quæ hos e medio tollat, quos prorsus ne nasci quidem oportebat? At ne illos ipsos quidem, si quando crapulam edormivissent, de morte conquesturos esse puto, nec injuria se affici dicturos, cum iis non concedatur, in hoc libidinum cœno volutari.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Τί δ' ἂν εἴποις τὰς ἄλλας, τὰς ὥσπερ ἀπὸ μητρός
τινος τῆς τρυφῆς τικτομένας κακίας· πᾶσι γὰρ C
σχεδὸν τοῖς αἰσχροῖς παρὰ ταύτης αἱ ἀφορμαί· καὶ
τῷ τοὺς παγέντας ἡμῖν ὑπὸ τῆς φύσεως ὅρους, ὑπερ-
βαίνοντας τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸν τῶν ἀκαθάρτων
ἡδονῶν ἐμπίπτειν κρημνόν, ὧν τοῖς κατηγοροῦσιν
οἶμαι καὶ μόνην τὴν μνήμην αἰσχύνην ἂν ἐνεγκεῖν;
Δυσχεραινοῦμεν οὖν, εἰ μὴ καὶ ἀθάνατος ὁ μοιχὸς,
καὶ τῷ παιδεραστῇ συνευξόμεθα τὴν νόσον εἰς ἀπέ-
ραντον παρατείνεσθαι· ἢ καὶ τὰς ὑπὲρ τῶν χρημά-
των ἐπιβουλὰς, καὶ φιλονεικίας, καὶ φθόνους, καὶ
τοὺς ὑπὲρ τῆς παντοδαπῆς πλεονεξίας πολέμους; οὓς
φανερὸν τῶν ἡδονῶν εἵνεκα τοὺς ἀνθρώπους αἱρεῖ-
σθαι, ἀϊδίους εἶναι θελήσομεν; ὥσπερ τοῦ βίου
μηδὲν ὄφελος ὄν, ἂν μὴ συνεχῶς μεγάλα κακὰ τὰ
μὲν ποιῶμεν, τὰ δὲ πάσχωμεν, καὶ τῇ πολυμόρφῳ D
κακίᾳ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἐπιτρέψωμεν. Ἀλλὰ τοῦτο
τί ποτ' ἐστὶν ἕτερον, ἢ τὸ μὲν κακὸν συμβουλεύειν,
τὸ δὲ ἀγαθὸν φυγῆς καὶ ἀτιμίας τιμήσασθαι; Ἢ
τοίνυν ἀναίδην οὕτως τὴν ἡδονὴν εἶναι φατέον τἀν-
θρώπινον ἀγαθὸν, ἀρετὴν δὲ, καὶ σοφίαν, καὶ ἐπι-
στήμην, λόγου χάριν καὶ εὐπρεπείας μόνον εἰρῆσθαι,
καὶ τότε καὶ τῷ θανάτῳ μεμπτέον τὰ κάλλιστα καὶ
τιμιώτατα ἡμῶν ἀφαιροῦντι; ἢ νομίζοντας τῶν
ἡδονῶν τὰς μὲν τῇ ψυχῇ λώβην ἀντικρυς εἶναι,
καὶ τῇ κοινῇ τῶν ἀνθρώπων πολιτείᾳ παντελῶς
ἐναντιωτάτας, τὰς δὲ καὶ αὐτὰς οὐδὲν ἧττον βλά-
πτειν δυναμένας, ἂν τὸ παρὰ τοῦ λόγου μέτρον μὴ
καταδέχωνται, οὐδὲ τὸν θάνατον παντελῶς ἀτιμα-
στέον, οὐδ' ὡς τι τῶν βλαβερῶν φευκτέον· ἀλλ'

CAPUT V.

Quid vero de reliquis vitiis dicas, quæ a deliciis, veluti matre oriuntur, omnibus enim fere flagitiis ansam hæc præbent, aut de eo quod homines nobis a natura præfixos limites transilientes, in impurarum voluptatum præcipitium incidunt? quas, ut arbitror, qui reprehendunt, vel sola illarum commemoratione erubescunt. Ergo moleste feremus, si adulter non sit immortalis? et una cum puerorum amatore vota faciemus, ut morbus ejus in infinitum producatur? aut etiam insidias, quæ pecuniæ tenduntur, et contentiones, et invidias, et bella, ob varia iniqua lucra suscipi solita (lucra vero propter voluptates ab hominibus appeti constat) æterna esse velimus? quasi vero vitæ nulla sit utilitas, nisi continenter magna mala alias demus, alias feramus, et res nostras in multiplicis vitiositatis potestatem permittamus. Verum hoc quid tandem est aliud, quam malo senatoriam auctoritatem tribuere, bonum autem exsilio et ignominia multare? Aut igitur aperte adeo pronuntiandum est, voluptatem hominis esse bonum : virtutem autem et sapientiam, et scientiam, verbi tantum gratia, et propter speciem nominari, et tunc morti exprobandum est, quæ ea, quæ et pulcherrima et pretiosissima habeamus, adimat. Aut, si quasdam voluptates evidentem animorum esse perniciem, existimemus, et communi hominum vitæ ab omni parte adversissimas : alias et ipsas nihilominus obesse posse, nisi rectæ rationis regula adhibeatur : neque mors penitus infamia no-

Digitized by Google

tanda est, neque ut res perniciosa fugienda. Sed homines et ex hac aliquam utilitatem capere putandum : cum quidem optima sit, si quis vitam delictorum expertem et cum virtute exegerit : ac ne illud quidem omni prorsus utilitate careat, meritis eum affici suppliciis, qui sanari non potest. Quam ad rem universitatis principi et opifici, mors plurimum confert, pro sua justitia hominum nequitiam punienti : nec sinenti, ut mundus a se fabrefactus, temere et perturbate feratur, sed immensa bonitate, nostram quoque improbitatem in ordinem per pœnam redigenti : instar medici, qui sectionibus et ustionibus per totum corpus malum fluxum fundi prohibet. Ejusdem igitur est, jus æquitatemque vituperare, et mortem, quæ malum grassari non patitur, accusare. Quod si qui voluptatibus serviunt, neque sine hac servitute vitam expetendam ducunt, rationes has non approbarint : sed quidquid has illis non comparat, malum existimarint : nec horum judicium veritati detrimentum afferet (neque enim eorum sententiam confirmare nunc nobis propositum est, sed veritatem, ut per se est), neque est quisquam, qui aut pro eorum sententia suffragium ferre, aut pro justitia contra eos, quod supplicium eis sit luendum, considerare velit : sed satis fuerit, judicium esse legitimum. Ne igitur nos, velut in judiciis, voluptariorum lamentationibus moveamur ; qui suis appetitionibus, ceu uxoribus et liberis productis, ea ratione jus perverti, veniamque sibi dari postulant. Sed quousque aut antedictas voluptates, bonum, aut id quod mala prohibet, malum esse demonstrare non poterunt : nihilo secius prioribus suffragiis insistendum erit :, quæ id vitæ institutum amplexis mortem expedire demonstrarunt.

CAPUT VI.

Ob procreationis autem voluptates, quæ turpes non sunt, si morti quis maledicat, ut quæ et eas funditus tollat : ei et ipse assentior, illas accusandas non esse. Nam et natura nobis ab opifice Deo sunt ingenerata, et in causa sunt cur hominum genus immortale sit. Itaque qui temperanter et modeste illis utuntur, eos nemo unquam reprehensionem mereri judicavit, nec morti tanquam carnifici ob illarum petulantiam tradendos esse pronuntiavit. Verum quemadmodum non dixerim, mortem illis bonam esse, cum nihil sit in quo delinquant, et ob quod recte ab ea punirentur, quo fierent meliores : sic affirmo hanc ne damnum quidem eis dare, tollendis per obitum concessis voluptatibus. Nam hæ non tanquam peculiare bonum hominibus a natura insitæ sunt, neque propter ipsos, ut iis tanquam fine intra semetipsos fruerentur : sed eorum qui nascerentur ratione habita, eas in parentibus excogitavit, ut liberorum successio facilius ab hominibus perficeretur : cum voluptas oblivionem molestiarum, quæ generationem consequuntur, inducat. Quemadmodum a medicis etiam ægris fucum fieri videmus, et dulcia

ἡγητέον, εἶναί τινα καὶ τούτου τοῖς ἀνθρώποις ὠφέλειαν, τοῦ μὲν ἀρίστου ὄντος, εἴ τις τὸν βίον ἀναμάρτητον καὶ μετ' ἀρετῆς διεξίοι, οὐ μὴν οὐδὲ τὸν ἀνίατα νοσοῦντα ταῖς προσηκούσαις ὑπάγεσθαι δίκαις, ἀχρήστου παντάπασι γινομένου, πρὸς ὃν ὁ θάνατος τῷ τοῦ παντὸς ἡγεμόνι καὶ δημιουργῷ πλεῖστον συμβάλλεται, τῇ ἑαυτοῦ δικαιοσύνῃ τὴν τῶν ἀνθρώπων κακίαν κολάζοντι, καὶ οὐκ ἐῶντι πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως φέρεσθαι τὸν ὑπ' αὐτῷ γενόμενον κόσμον, ἀλλὰ τῇ περιουσίᾳ τῆς ἀγαθότητος, καὶ τὴν ἡμετέραν κακίαν εἰς τάξιν καθιστῶντι τῇ τιμωρίᾳ· ὥσπερ ἰατρὸς τομαῖς καὶ καυτῆρσιν οὐκ ἐῶν ἐπὶ πᾶν τὸ σῶμα τὸ πονηρὸν ῥεῦμα χωρῆναι. Τοῦ αὐτοῦ τοίνυν ἀνδρὸς τότε δίκαιον καὶ τὴν δίκην κακίζειν, καὶ τοῦ θανάτου κατηγορεῖν, τὸ ὁρίζοντος τὸ κακόν. Εἰ δὲ οἱ ταῖς ἡδοναῖς δουλεύοντες, καὶ ταύτης οὐκ ἄνευ τῆς δουλείας ἑλόμενοι ζῆν, τοὺς λόγους μὴ ἀποδέχοιντο, ἀλλὰ φαῦλον ἡγοῖντο πᾶν, ὃ μὴ ταύτας αὐτοῖς προξενεῖ· οὐδὲν ἡ τούτων κρίσις τό γε ἀληθὲς παραβλάψει· οὐ γὰρ τὴν ἐκείνων γνώμην κυροῦν νῦν ἡμῖν πρόκειται, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν, ὅπως ἐφ' ἑαυτῆς ἔχει· τίς γὰρ τῶν κρινομένων γνώμης τὴν ψῆφον ἕλοιτ' ἂν ἐνεγκεῖν, οὐκ κατ' αὐτῶν ὑπὲρ τῆς δίκης, ἤντινα δεῖ τούτους δοῦναι σκοπεῖν; ἀλλ' ἀρκεῖτω τὸ τὴν ἀπόφασιν νόμιμον εἶναι. Μὴ τοίνυν, μηδ' ἡμεῖς, ὥσπερ ἐν ταῖς δίκαις τοῖς τῶν φιληδόνων προσέχωμεν ὀδυρμοῖς, ὥσπερ γυναῖκας, ἢ παιδία, τὰς ἑαυτῶν ὀρέξεις ἀναδιδάσκοντας, καὶ ταύτῃ διάστροφον τὴν δίκην ἐξαιτουμένων περὶ αὐτῶν ἐνεχθῆναι, ἀλλ' ἕως ἂν ἡ τὰς εἰρημένας ἡδονὰς ἀγαθὸν, ἢ τὸ τὰ φαῦλα κωλύον κακὸν εἶναι, δεῖξαι μὴ δύνωνται, οὐδὲν ἧττον ἡμῖν τοῖς προτέραις ψήφοις ἐμμενετέον, αἳ τοῖς οὕτω ζῆν ἠρημένοις ἀγαθὸν τὸν θάνατον ἀπεδείκνυσαν.

ΚΕΦΑΛ. ϛ'.

Quapropter non cordatorum hominum est, quorumdam de animo angor, ne forte cum corpore exstinguatur, et usquam esse desinat. Non enim incolumis tantum, illo pereunte, manet, sed suo munere recte fungi non potest, nisi corporeis impedimentis liberetur. Nam sapere, et intelligere, et cum divinis incorporeisque conjungi (id quod cum cujusvis animi natura convenit, et quo cuncta quæ dicimus, et cogitamus, tendunt, ut quod eorum, quæ in nobis sunt, optimum sit ac divinissimum), id omnino corporis societatem respuit, et solius animi, se plane a corpore, ad sese, et res quæ intelligentia comprehenduntur colligentis, munus est. Etsi enim aliquando etiam sensibus utitur, atque inde occasiones quasdam intelligendi sumit : tamen id in rei auspicio duntaxat facit, et dum velut indoctus est, et in dubio, ac paulo momento huc illuc impellitur, hac utitur discendi ratione : quemadmodum ii qui palpando res asse qui student, visu destituti. Sic animus quoque, vitam modo per nativitatem ingressus, oculumque suum magna corporis caligine tectum habens, ac profundo sopore oppressum, sensibus indiget, qui eum tanquam e somno excitent. A quibus principio commotus et expergefactus, sensibus in veritatis indagatione uti desinit. Quin potius eos ob inscitiam aliquando increpat, cum cogunt, ut in id consentiat, quod ipsi volunt : quemadmodum iis, qui discere incipiunt, certa quadam linearum conformatione opus est : post partam autem scientiam ad eas reverti recusant. Sic animum etiam, dum adhuc in corpore est, nihil absurdi est sensus de scientiis percontari. Cum autem is a corpore solutus fuerit, tum res quæ sub intelligentiam cadunt, cum per sese adsint, usum sensuum non desiderant, quippe quæ sua natura dilucidissimæ sunt, et animi oculum per sese illustrant, quarum præsentia et alitur et delectatur, cibo suavitateque sibi conveniente : cui si quis corporeas voluptates comparare velit, simulacra potius voluptatum

Digitized by Google

quam quod nominantur, eas vere appellabit. Nam illarum nulla est essentia, ut quæ omnino in motu versentur. Et quod eas recipit, est perforatum corporis dolium, undique perfluens, quod nihil continere potest.

CAPUT XVII.

Cur ergo nihilum nihilo imponas? aut quid tandem eorum quæ non manent, in fugitivo manere queat? In animo autem voluptatis ea efficientia sunt, quæ vere sunt : neque quidquam aliud nisi essentia, et quod eas recipit, sanum quiddam est, et solidum, et iis ipsis simile et immortale. Itaque probabile est, inter eos qui delectantur, hos qui corporis voluptates appetunt, deludi potius ab iis et semper vacuos illis reperiri, cum id nunquam continere possint, quod sequuntur : non aliter quam si umbras persequantur, cum et corpus, cui illa parant, suapte natura non satis fidum sit, nec ea quæ data sint, contineat. Qui autem animi voluptates præferunt, eos revera subinde satiari, et eorum aliquo expleri, quod eodem modo perpetuo se habet, et quam suavissime vivere. Sic ea quæ post corpus eveniunt, animo et utiliora et jucundiora, et (ut universe dicam) divina, et melioris partis sunt. Itaque primorum etiam sententia, qui voluptatum desiderio mortem ægre ferunt, et secundorum, quibus nihil esse reliquum post mortem videtur : non modo mors natura adventans, horrenda non est, sed ejus etiam cunctatio ægre ferenda : et cum abest, vocanda esset, quippe cum aliter fieri nequeat, ut aut veris voluptatibus perfruantur, aut sint et vivant securius, et mortali ac bruta parte, quæque perpetuo nihil est liberentur. Desinant igitur et qui corporeas voluptates deplorant, et qui se nusquam post corpus fore arbitrantur. Optimum enim iis manet, ac potius totum, et quo solo, si sapiant, sunt, in quo divinæ imaginis pulchritudo interitus expers reposita est, nulli calamitati obnoxia, quæ virtutis et prudentiæ particeps esse potest : cui id unum damni est, si carni serviat, et eam amplectetur; ab ea vero liberari, reditus est ad vitam, et ad id quod vere est, et sacræ veritatis fructus. Quocirca qui fieri potest, ut non melius nobiscum agatur, corpore recedente, quod animum degravat atque attrahit, neque sinit ultra cœlos attolli?

CAPUT XVIII.

Nam auro etiam, cum quavis alia materia confuso, quidnam esset melius, aut suavius (si modo quid prudentiæ haberet) quam ab iis separari, quæ se inferiora sunt, suaque admistione apparere non sinunt, quantum ipsi venustatis insit? Itaque stultitiæ esset, purgatione illa dolere, qua omnino perficitur, et ad suam naturam redit. Sic nobis propterea indignandum non est, quod mors nostrum aliquid, et quod nunc habemus, abripit : neque statim putandum, id detrimentum nobis afferre, si ablationem istam nobis non esse noxiam, ostenderimus. Quando enim deteriore, et eo quod prohibere nos a vitæ puritate potest, liberamur,

ἡδονῶν, ἢ τοῦθ', ὃ καλοῦνται, μετ' ἀληθείας ἐρεῖ. Αἱ μὲν γὰρ οὐσίαι μέν οὐδαμῇ, γένεσις δὲ μόνον τὸ ὅλον εἰσίν· τό τε δεχόμενον αὐτὰς ὁ τετρημένος ἐκεῖνος τοῦ σώματος πίθος, πάντοθεν ἐκρέων, καὶ μηδὲν δυνάμενος στέγειν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Τί τοίνυν τῷ μὴ ὄντι τὸ μὴ ὂν ἂν ἐνθείη; ἢ τί ποτε ἂν τῶν μὴ μενόντων ἐν τῷ φεύγοντι μείναι; Ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς καὶ τὰ τῆς ἡδονῆς αἴτια, καθαρῶς ὄντα, καὶ τὸ ὅλον οὐσία, καὶ τὸ δεχόμενον ὑγιές, καὶ στεγανόν, κἀκείνοις ἐοικὸς καὶ ἀθάνατον. Ὥστ' εἰκὸς καὶ τῶν ἡδομένων τοὺς μὲν τὰς σωματικὰς διώκοντας ἡδονὰς παίζεσθαι μᾶλλον ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀεὶ κενοὺς ἐκείνων εὑρίσκεσθαι, μηδέποτε δυναμένους κατασχεῖν, ὅπερ διώκουσιν, ὡς ἂν αὐτούς τε κατόπτην σκιῶν ἐπειγομένους, καὶ τοῦ σώματος, ᾧ ταῦτα πορίζουσιν, ἀπίστου τὴν φύσιν ὄντος, καὶ τὰ δοθὲν οὐ κατέχοντος· τοὺς δὲ τὰς τῆς ψυχῆς ἡδονὰς προτιμῶντας, ἀεί τινος ὄντος ἐν αὐτῷ τῷ ὄντι κορεννυμένους ἀεί, καὶ ὡς ἥδιστα ζῇν. Οὕτω ψυχῇ τε μετὰ τὸ σῶμα καὶ λυσιτελέστερα, καὶ ἡδίω, καὶ, τὸ ὅλον εἰπεῖν, θεῖα καὶ τῆς κρείττονος μοίρας. Ὥστε καὶ κατὰ τοὺς πρώτους, οἳ πόθῳ τῶν ἡδονῶν τὸν θάνατον δυσχεραίνουσι, καὶ κατὰ τοὺς δευτέρους, οἷς μετὰ τὸν θάνατον οὐδὲν ἔτι δοκεῖ λείπεσθαι, δῆλον ὅπως φύσει προσιόντα τὸν θάνατον φρίττειν οὐκ ἔδει, ἀλλὰ καὶ μέλλοντος δυσχεραίνειν, καὶ ἅπαξ καλεῖν, ὡς οὐκ ἐνὸν ἑτέρως ἢ τῶν ἀληθῶν ἡδονῶν ἀπολαύειν, ἢ εἶναι καὶ ζῆν ἀσφαλέστερον, τοῦ θνητοῦ, καὶ ἀλόγου, καὶ μηδέποτε ὄντος, ἀπαλλαγέντας. Παυσάσθων τοίνυν καὶ οἱ τὰς τοῦ σώματος ἡδονὰς ὀδυρόμενοι, καὶ οἱ μηκέτι που ἔσεσθαι μετὰ τὸ σῶμα νομίζοντες. Μένει γὰρ αὐτοῖς τὸ βέλτιστον, μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον, καὶ ὃ μόνον, ἂν σωφρονῶσιν, εἰσίν· ἐν ᾧ τῆς θείας εἰκόνος τεθησαύρισται κάλλος ἄφθαρτον, ἀπαθές, ἀρετῆς καὶ φρονήσεως μετέχειν δυνάμενον· ᾧ μία βλάβη σαρκὶ δουλεύσαι, καὶ ταύτῃ συμπλέκεσθαι· τὸ δ' ἀπηλλάχθαι τούτου, ἐπάνοδος πρὸς ζωὴν, καὶ τὸ ὄν, καὶ τῆς ἱερᾶς ἀληθείας ἀπόλαυσις. Ὥστε πῶς οὐκ ἐν βελτίοσιν ἐσόμεθα, ὑποχωροῦντος τοῦ σώματος, ὃ τὴν ψυχὴν βρίθον συνεπισπᾶται, καὶ οὐκ ἐᾷ πρὸς τὸν ὑπερουράνιον τόπον κουφίζεσθαι;

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Ἐπεὶ καὶ χρυσίῳ ταῖς τυχούσαις ὕλαις συμπεφυρμένῳ τί ποτ' ἂν ἦν βέλτιον ἢ ἥδιον, εἴ γε φρόνησις τούτῳ παρῆν, ἢ χωρισθῆναι τῶν αὐτοῦ χειρόνων, καὶ τῇ μίξει μὴ συγχωρούντων, ὅσον αὐτῷ κάλλους πρόσεστι φαίνεσθαι; Ὥστ' ἀνόητον ἂν ἦν διὰ τὸν καθαρμὸν ἐκεῖνον ἀλγεῖν, δι' ὃν σαφῶς τελειοῦται, καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ φύσιν ἐπάνεισιν. Οὕτω καὶ ἡμῖν οὐχ ὅτι τῶν ἡμετέρων καὶ ὧν νῦν ἔχομεν, ἡμῶν ἀφαιρεῖται, διὰ τοῦτ' ἀγανακτητέον, οὐδὲ ζημίαν ἐκεῖνο φέρειν εὐθὺς ἡμῖν νομιστέον, ἂν μὴ πρὸς κακοῦ ταύτην ἡμῖν τὴν ἀφαίρεσιν δείξωμεν οὖσαν. Ἕως δ' ἂν τοῦ χείρονος, καὶ τοῦ πρὸς τὴν εἰλικρινῆ ζωὴν ἡμᾶς δυναμένου κωλύειν, ἀπαλλατ-

Digitized by Google

τώμεθα, οὐδεμίαν ἂν ἡμῖν ὁ θάνατος ζημίαν ἐνέγκαι. Οὐδὲν γὰρ ἡμῖν φοβερὸν, ὃ μὴ πρότερον τῇ ψυχῇ χαλεπὸν, καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν ἡμῖν οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν ψυχὴν εὖ ἔχειν, ἐστίν. Ἡμεῖς γὰρ ἐκείνη καὶ τὰ ἐκείνης ἐσμὲν, κἂν ἐκείνη μὴ δέχηται πεῖραν θανάτου, οὐδὲν τὸ κωλύον καὶ ἡμᾶς ἀθανάτους καὶ εἶναι, καὶ λέγεσθαι. Τὸ μὲν γὰρ ἐν ἡμῖν θνῆσκον μικρόν τέ ἐστι, καὶ οὐχ ὅπερ ἡμεῖς, ἀλλ' ἡμέτερον, καὶ οὐκ ἂν δύναιτο τῇ αὐτοῦ μεταβολῇ καὶ ἡμῖν θανάτου ψῆφον ἐπενεγκεῖν· ὥσπερ οὐδ' ἄν τις τῷ σώματι τὰς τῶν ἱματίων πονηρίας λογίσαιτο· οὐδ' ἂν ἐκείνων ῥηγνυμένων, ἢ κατατριβομένων, καὶ τοῦ σώματος εἶναι ταῦτα πάθη νομίσειεν. Ὅμως εἴ τούτου τοῦ μικροῦ φθειρομένου θνητὸν ἀξιοῖ τις δι' ἐκεῖνο καλεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, πόσῳ δικαιότερον τοῦ μείζονος, καὶ τοσοῦτον ὑπερέχοντος, καὶ τὴν φθορὰν νικῶντος, καὶ μένοντος, ἄφθαρτον αὐτὸν καὶ ἀπαθῆ διὰ τοῦτο καλεῖσθαι, οὐ μόνον καθαρὸς ἄνθρωπος, καὶ ἐν ᾧ μόνῳ τὸ φρονεῖν καὶ λογίζεσθαι, οἷς τῶν λοιπῶν ζώων ἄνθρωπος διακρίνεται; ἢ τοίνυν θνητὴν τὴν ψυχὴν ἀποδείξαντες, καὶ μετὰ τοῦ σώματος ἀπιοῦσαν, οἱ τὴν τελευτὴν ὅλων ἡμῶν ἀπώλειαν λέγοντες ἔχειν τινὰ λόγον αὐτοῖς καὶ τὸ τοῦ θανάτου δέος ὠλέσθωσαν· ἢ ἕως ἂν Θεὸς, καὶ οἱ ὀρθοὶ λογισμοὶ, καὶ φιλοσοφία, καὶ τὰ καθ' ἡμέραν περὶ αὐτὴν φαινόμενα, κρείττω φθορᾶς εἶναι ἐκείνης οὐσίαν ἀποδεικνύωσιν· ἀναθαρρούντων, καὶ μὴ πρὸς τὸ χρεὼν, ὥσπερ εἴς τι βάραθρον, ὄθεν οὐκ ἔστιν ἀνάδυσις, ἐμπεσούμενοι διακείσθων.

A nihil damni mors nobis allatura est. Nihil enim formidabile nobis est, nisi animo in primis grave sit, et felicitas nostra nihil aliud est, quam proba animi constitutio. Nos enim animus, et quidquid ad eum pertinet, sumus. Quod si is mortis periculum non facit, nihil prohibet, quominus nos immortales et simus, et nuncupemur. Quod enim in nobis moritur, et parvum, et non idem quod nos, sed nostrum quiddam est, nec sua mutatione contra nos mortis quoque suffragium ferre potest: quemadmodum nemo corpori malas vestes imputabit, neque si illæ rumpantur, aut deterantur, id corpori accidere censebit. Si tamen exiguo hoc intereunte, hominem idcirco mortalem vocandum esse quis putet, quanto æquius est, ob id quod B majus est, adeoque excellit, et interitum superat, et manet, eum et immortalem, et nulli cladi obnoxium vocari? Mens enim sola, purus homo est: in eaque sola, prudentia et ratiocinatio sita est, quibus homo a reliquis animantibus distinguitur. Aut igitur qui obitum totos nos perdere dicunt, aliquam timendæ mortis causam se habere putent, ubi demonstraverint animum mortalem esse, et cum corpore abire, aut quoad Deus et recta ratio et philosophia, et ea quæ in ipso animo quotidie apparent, demonstrant, ejus essentiam interire non posse, recipiant animum, neque ita erga fatum affecti sint, quasi in barathrum quoddam, ex quo nullus regressus pateat, casuri sint.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Καίτοι εἰ καὶ παντελῶς ἀφανίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον συνέβαινεν ἀποθνήσκοντα, οὐδὲ οὕτως ἐχρῆν τῇ τοῦ θανάτου μνήμῃ τρίβεσθαι, ἐνθυμουμένους, ὅσων τῶν παρὰ τοῦ σώματος ἀηδῶν ὁ βίος ἐμπέπλησται, καὶ ὡς κουφότερον, ἀναισθήτως ἔχειν πρὸς πάντα ἢ τοσούτου καθ' ἡμέραν ἡμῖν παρὰ τοῦ σώματος ἐγειρομένου χειμῶνος ἀνέχεσθαι· ὃν μήτε πραΰνειν δυνατὸν τῇ ψυχῇ, μήτε φέρειν, τῆς συμπήξεως ἡμῶν ἐπ' ἐκείνην τὰ τούτου παθήματα διαδιβαζούσης. Τοῦτο γὰρ τῇ ψυχῇ, μέχρις ἂν τῇ γενέσει δουλεύῃ, πάσχειν ἀνάγκη, καὶ πολλὰ τῶν τοῦ σώματος ἄκουσαν εἰς ἑαυτὴν παραδέχεσθαι, ὡς ἂν μὴ παντελῶς κρατοῦσαν αὐτοῦ. Ὥστ' ἀναγκαῖον, ἀπέραντα πονεῖν ἡμᾶς, ἀμύνοντας τῷ μηδέποτ' ἐκτὸς ἐστῶτι πολέμου, νῦν μὲν τὸν λιμὸν αὐτῷ παραμυθουμένους, ἄλλοτε καὶ τὴν δίψαν σβεννύντας· καὶ ποτὲ μὲν αὐτῷ προβλήματα πρὸς ψῦχος κατασκευάζοντας, ποτὲ δὲ πρὸς καῦμα μηχανωμένους αὐτῷ καταδύσεις. Καὶ σιωπῶ τὰς ὑπὲρ τοῦ πορισμοῦ τούτων, κατά τε γῆν καὶ θάλατταν ἀποδημίας καὶ τὰς ὑπὲρ ὀβολοῦ πολλάκις καταράτους ἀνθρώποις προσαγομένας θωπείας τε καὶ δουλοπρεπείας· ὃ τίνος ὂν βαρύτερον βρόχου ἀνθρώπῳ, καὶ κατὰ μικρὸν ἑαυτοῦ ἡσθημένῳ, καὶ θεωροῦντι, ἀφ' οἵου ἀληθείας καὶ ἀρετῆς ὕψους εἰς οἷαν καταπίπτειν βωμολοχίαν καὶ εὐτέλειαν ἀναγκάζεται; Τί δ' ἂν εἴποι τις τὰς ἐν ταῖς παντοδαπαῖς νόσοις ὀδύνας, καὶ τὸ πολλάκις μὲν οὕτω τὸ σῶμα διαβιβρώσκεσθαι,

CAPUT XIX.

C

Quodsi vero hominem morte penitus deleri contingeret, ne sic quidem mortis memoria quemquam affligi oporteret, sed cogitandum potius esset, quantis corporis molestiis vita referta sit, et quanto sit levius, omnis sensus expertem esse, quam tantam tempestatem, quæ a corpore nobis in dies excitatur, tolerare, quam animus neque frangere, neque ferre potest, cum compages nostra, corporis affectiones ad eum transmittat. Nam hoc animo necessario ferendum est, dum generationi servit, et multa quæ ad corpus attinent, invito in se recipienda sunt, ut qui illi non penitus imperet. Quare infiniti labores necessario nobis ejus causa capiendi sunt, quod nunquam non id bello petitur, D dum alias famem ejus sedamus, alias sitim exstinguimus, alias frigus ab eo propulsamus, alias locum, quæ æstus devitandi causa subeat, excogitamus. Taceo peregrinationes, terra marique susceptas, harum rerum parandarum causa: et blanditias ac serviles gestus, qui sæpe propter obolum exsecrandis hominibus præstantur. Quæ res, quo laqueo gravior est homini, qui vel minima ex parte semetipsum novit et considerat, a quanto veritatis et virtutis fastigio, ad quas nugas, et quisquilias decidere cogatur? Jam qu'd de variorum morborum doloribus dicendum est? cum sæpe corpus ita erodatur, ut vix calamitosæ veteris hominis reliquiæ supersint? Miseri igitur non modo non possunt

Digitized by Google

reliqui non uti, sed nec, quod iis corporis partibus substituant, quæ iis perierunt, habent : atque adeo ne eos quidem, a quibus consolationem audiant : quod omnes saniem et putredinem et molestiam quæ inde oritur fugiant, quod eos magis quam ipsi dolores excruciat : adeo, ut doloris acerbitas eos sæpe laqueos, aut præcipitia, aut enses desiderare cogat. Ut autem concedamus, nullam a corpore perturbationem animo oriri (quod si fieret, monstri instar haberetur), quis satis enarrarit tempestatem, quæ in adolescentia, et corpore incolumi, animis a corporibus concitatur ? Omnino enim homines tum ne homines quidem esse possunt, cum veluti fluctibus, ab agitatione illa mentis, in brutorum naturam detrudantur. Servilis enim animi pars, et rationis obnoxia imperio, arrepta occasione, satietate insolescens, seditionem contra mentem movet, neque amplius obtemperandum ei censet. Sed animo oppresso, sobrias et honestas cogitationes exsilio et ignominia multat, sibique ascito imperio, quo fors tulit, impellitur. Et cum virtutem omnem, tanquam impotentiam aliquam contemnit : tum in sola improbitate fortitudinem esse sitam existimat : denique assiduæ ebrietati, et petulantiæ, et omni iniquitati hominum tradit, neque prioris figuræ quidquam præter nomen, illi relinquit. Sic corpus dolore afficit animum, non minus per voluptates, quam per molestias : ac potius plus nocet otio et remissione. Nam auriga quoque plus læditur, cum equi ubere pabulo et satietate lasciviunt, atque temere saltant, quam cum ob famem et imbecillitatem lente progrediuntur.

ὡς μόλις τοῦ πάλαι ποτ' ἀνθρώπου ἄθλιον λείπεσθαι λείψανον; Ὥστε μηδ' ἔχειν τοὺς ταλαιπώρους ὡ μόνον ὅ τι τῷ λοιπῷ χρήσονται, ἀλλ' οὐδ' οἷς ἀντ τῶν ἀπολωλότων αὐτοῖς μερῶν τοῦ σώματος χρήσονται· μηδ' ἀφ' ὧν γοῦν παραμυθίας ἀκούσονται, πάντων τοὺς ἰχῶρας, καὶ τὴν σῆψιν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀηδίαν, φευγόντων, ὃ καὶ τῶν ὀδυνῶν τούτοις ὀδυνηρότερον, ὥστ' ὡς ἂν πολλάκις αὐτοὺς τῇ τῆς ὀδύνης δριμύτητι εἰς βρόχων, ἢ κρημνῶν, ἢ ξίφους ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν ἀναγκάσαι. Εἰ δὲ δὴ καὶ διλήμμ μηδεμίαν ἀπὸ τοῦ σώματος ταραχὴν συμβαίνειν τῇ ψυχῇ, ὃ γενόμενον τῶν παραδόξων ἂν νομισθείη· τίς ἂν ἀρκέσειε διηγούμενος τὸν ἐν νεότητι καὶ ὑγιείᾳ παρὰ τῶν σωμάτων ταῖς ψυχαῖς ἐγειρόμενον σάλον; Ἀτεχνῶς γὰρ οὐδ' ἄνθρωποι τότε συγχωροῦνται εἶναι οἱ ἄνθρωποι, ὥσπερ ὑπό τινων κυμάτων τοῦ τῆς διανοίας κλύδωνος εἰς τὴν τῶν ἀλόγων ἐξωθούμενοι φύσιν. Τὸ γὰρ ἀνδραποδῶδες τῆς ψυχῆς καὶ δουλεύειν ὀφεῖλον τῷ λόγῳ, καιροῦ λαβόμενον, καὶ διὰ κόρον ὑβρίζον, στασιάζει μὲν πρὸς τὸν νοῦν, καὶ ὑπακούειν οὐκ ἔτ' ἀνέχεται· ἁρπάσαν δὲ τὴν ψυχὴν, τοὺς μὲν σώφρονας τῶν λογισμῶν καὶ κοσμίους φυγαῖς καὶ ἀτιμίαις κολάζει· δι' ἑαυτοῦ δὲ ποιησάμενον τὴν ἡγεμονίαν, ἐφ' ὅ τι ἂν τύχοι, φέρεται· ἀρετῆς μὲν πάσης ὡς ἀδυναμίας καταφρονοῦν, μόνην δὲ ἀνδρίαν τὴν κακίαν οἰόμενον· καὶ λοιπὸν συνεχεῖ μέθῃ, καὶ ἀκολασίᾳ, καὶ πάσῃ παρανομίᾳ, τὸν ἄνθρωπον παραδίδωσι· κἂν ὀνόματος μηδὲν ἄλλο συγχωροῦν αὐτῷ τοῦ προτέρου φέρεσθαι σχήματος. Οὕτως οὐχ ἧττον ἐν ταῖς ἡδοναῖς ἢ ταῖς ἀηδίαις τὴν ψυχὴν ἀλγύνει τὸ σῶμα, μᾶλλον δ' αὐτῇ παρὰ τῆς ἀνέσεως μείζων ἡ βλάβη· ἐπεὶ καὶ ἡνίοχος χεῖρον ἂν πάθοι, διὰ κακὴν τροφὴν καὶ κόρον σφριγώντων αὐτῷ καὶ πηδώντων ἀτάκτως τῶν ἵππων, ἢ δι' ἀτροφίαν καὶ ἀσθένειαν ἡ ψυχῇ προϊόντων.

CAPUT XX.

Atque hæc dicta nobis sint ad eos qui opinantur hominibus post mortem nihil esse reliqui, sed omnia perire; quique putant, eam hac de causa rerum humanarum esse pessimam. Ac eadem ad persuadendum iis etiam, videntur satis esse, qui non tardissimo sunt ingenio, licere nobis alibi vivere, etiam extra hanc vitam, eo quod in nobis et maximum est et divinissimum : ut et incolumes simus, et permaneamus. Tametsi maximas et validissimas demonstrationes prætermisi, quibus sacra quoque oracula cum his, quæ protulimus, consentire, demonstrari potuisset. Quæ post hanc vitam viris bonis tantam jucunditatem, tantam suavitatem promittunt, ut nullo modo verbis explicari queant: nisi ad hanc disputationem rudiora et magis obvia sensibus adducere voluissem. Restat igitur, ut et tertiis aliquid respondeamus, et declaremus, ne ipsorum quidem cogitationes carere timiditate non conveniente. Ac ultionem esse apud inferos, eorum quæ hic delinquuntur, et multis acerbitatibus illic multari redundantes hujus temporis voluptates : hanc opinionem firmam esse, non doctorum tantum virorum consensus approbat, sed et

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Πρὸς μὲν οὖν τοὺς οἰομένους μηδὲν τοῖς ἀνθρώποις μετὰ τὸν θάνατον λείπεσθαι, ἀλλὰ παντάπασιν ἀπόλλυσθαι, καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὸν χείριστον τῶν ἀνθρώπῳ συμβαινόντων νομίζοντας, τοσαῦτα ἡμῖν εἰρήσθω. Ἱκανὰ δὲ δοκεῖ μοι τοὺς μὴ παντάπασι βραδεῖς καταπεῖσαι, ὡς ἔστι καὶ παρὰ τοῦτον τὸν βίον ἄλλοθι ζῆν τῷ μεγίστῳ τῶν ἐν ἡμῖν καὶ θειοτάτῳ, καὶ σωζομένους καὶ ὄντας. Καί τοι τὰς μεγίστας τῶν ἀποδείξεων καὶ ἰσχυροτάτας παρῆκα, δι' ὧν ἦν καὶ τοὺς θείους χρησμοὺς τοῖς λεγομένοις δεῖξαι συμφθεγγομένους, οἳ τὰ μετὰ τὸν παρόντα βίον, ὅσον οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν, ἤδιόν καὶ προσηνέστερα τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν προλέγουσιν ἔσεσθαι· εἰ μὴ τοῖς ἁπλουστέροις μᾶλλον καὶ ταῖς αἰσθήσεσι προχειροτέροις ἐδουλήθην πρὸς τὴν διάλεξιν χρήσασθαι. Λοιπὸν τοίνυν καὶ πρὸς τοὺς τρίτους εἰπεῖν τι, καὶ δεῖξαι, μηδὲ τοὺς ἐκείνων λογισμοὺς παραλόγου δειλίας ἀπηλλαγμένους. Εἶναι μὲν οὖν ἐν ᾅδου τίσιν τῶν ἐνταῦθα ἁμαρτανομένων, καὶ τῆς νῦν τῶν ἡδονῶν ἀμετρίας ἀηδῶν ἐκεῖ πολλῶν ἀντιδίδοσθαι πεῖραν, οὐχ ἡ τῶν σοφῶν πάντων ὁμολογία μόνον ἐρρῶσθαι τὴν δόξαν ταύτην παρίστησιν, ἀλλὰ καὶ ἡ τῆς θείας δικαιοσύνης ἰσότης· ἣ πάντες καὶ

Digitized by Google

οἱ ἀναισχυντότατοι συγχωροῦσιν, ἀκίνητον ἐν ταῖς ψυχαῖς τὸ δόγμα τοῦτο τηρεῖν ἀναγκαζόμενοι. Τῷ γὰρ ἀγαθῷ καὶ τελειοτάτῳ Θεῷ ἐνδεῖν τι τῶν ἀγαθῶν οὐχ ὅσιον οἴεσθαι. Ἀγαθὸν δὲ ἡ δικαιοσύνη πᾶσι μὲν, μάλιστα δὲ τοῖς ἄρχειν λαχοῦσιν, ἧς ἄνευ πολλῆς ἂν τὴν ἀρχὴν ἐμπλήσειεν πλημμελείας. Μάλιστα δὲ ἄρχει Θεὸς καὶ τὴν μεγίστην καὶ τελεωτάτην ἀρχήν, ὅτι μηδ' ἔχει τὸν πρὸ αὐτοῦ· οὐδ' ἔστιν οὗ δεῖται, ἵν' ἡ χρεία καὶ πρὸς δουλείαν αὐτὸν ἑλκύσειεν ἐν τῷ μέρει. Ἁπάντων τοίνυν αὐτὸς προκαθήμενος, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἔργων ἐπίσκοπος ὤν, πάρεδρον ἐξ ἀνάγκης αὐτῷ τὴν δικαιοσύνην ποιήσεται, ἣ τῶν μὲν ἀγαθῶν ἀμοιβὰς, τιμωρίας δὲ τῶν κακῶν ὁρεῖ· ὁ μόνης ἔργον δικαιοσύνης. Εἰ τοίνυν ἀγαθὸς ὁ Θεὸς, ἀνάγκη, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν στεφάνους, τιμωρίας δὲ τοῖς πονηροῖς ἡτοιμάσθαι, κἂν εἰ μὴ ταύτας ἐνταῦθα εἴσαιεν· ἀνάγκη τούτοις μετὰ τὴν τελευτὴν ἐκείνας τηρεῖσθαι. Τὴν γὰρ δικαιοσύνην τὸ κατ' ἀξίαν παρελθεῖν οὐχ οἷόν τε.

A divinæ justitiæ æqualitas, quam omnes etiam impudentissimi concedunt, cum hanc sententiam immotam in animis retinere cogantur. Neque enim sine scelere cogitare possumus, bono et perfectissimo Deo aliquid boni deesse. Justitiâ autem cum omnibus bona est, tum vero iis quibus principatus obtigit, sine qua multis peccatis imperium complebunt. In primis autem Deus maximo et absolutissimo imperio præditus est : cum se priorem habeat neminem, nihil est quo opus habeat, neque quidquam sit, quo egeat : ut necessitas eum aliqua per vices ad servitutem trahat. Ipse igitur, cum præsideat omnibus, et humana facta intueatur, justitia necessario juxta se collocabit, qua et bonorum remunerationes et malorum supplicia definiat, B quod solius justitiæ munus est. Quodsi Deus est bonus, necesse est viris bonis coronas, improbis supplicia præparata esse : quæ nisi hic luant, necesse erit ea illis post obitum reservari. Neque enim fieri potest, dignitatis a justitia rationem non haberi.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Οὐ μὴν εἰ τοῦτ' ἀληθὲς, ἤδη καὶ τὸν θάνατον ἐν τοῖς κακίστοις θετέον. Εἰ μὲν γὰρ τῶν μετὰ τοῦτο ἀηδῶν οὗτος αἴτιος ἦν, εἰκότως ἂν τις αὐτὸν ἐδυσχέραινεν, ὡς δι' αὐτὸν ἄθλιος καὶ κακοδαίμων ἐσόμενος· εἰ δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν, οἱ μὲν ἐπὶ στεφάνους τρέχουσιν, οἱ δὲ ἐπὶ βασάνους ὠθοῦνται· τί τό γε συμβαῖνον λογιζώμεθα τῷ θανάτῳ; Μᾶλλον μὲν οὖν τῶν προσδοκωμένων ἕνεκα τὸν βίον ἔδει κακίζειν. Οὐ γὰρ τῶν ἀποθνησκόντων, ἀλλὰ τῶν κακῶς βεβιωμένων αἱ τιμωρίαι. Ὥστε εἰ ταύτας ἀποστρέφεσθαι δεῖ, δικαιότερον ἂν ἐπὶ τὴν ζωὴν ἀπὸ τοῦ θανάτου τὸ μῖσος μετάγοιμεν, ἀφ' ἧς τὰ κακὰ προσγίνεται ταῖς ψυχαῖς, ὧν ἀπαιτούμεθα δίκας· ὁ δὲ θάνατος ἀνεύθυνος παντελῶς, ὅτι μηδ' αἴτιος τῶν μετέπειτα φοβερῶν. Εἰ δὲ τούτῳ τὰ μετ' αὐτὸν δυσχερῆ λογιούμεθα, διατί μὴ καὶ τὰς τῶν δικαίων ἀμοιβὰς ἐπὶ τοῦτον ἀνοίσομεν; Αἱ γὰρ ἀπολαύσεις μετὰ τοῦτον τοῖς ἀγαθοῖς, ὥστ' ἀπὸ τῶν ἑπομένων οὐ μᾶλλον κακὸν ἢ ἀγαθὸν ἕξεστιν αὐτὸν προτείπειν. Μᾶλλον μὲν οὖν ἂν τἀληθῆ σκεπῶμεν, τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μοίρας εὑρήσομεν ὄντα. Ἐπὶ γὰρ τὰ τῆς ἀρετῆς ἆθλα παραπέμπων τοὺς δικαίως βεβιωκότας, τοῖς πονηροῖς τῆς κακίας γίνεται τέλος, ἢ τοῖς νοῦν ἔχουσι πάσης ἀλγεινότερον τιμωρίας.

C

D

CAPUT XXI.

Quod si hoc verum est, jam mors pessimis in rebus numeranda non erit. Nam si auctor esset secutarum molestiarum, merito ab ea quispiam abhorreret, ut qui per eam miser et infelix futurus esset. Si verò post obitum alii ad coronas currunt, alii ad tormenta adiguntur, cur eam rem morti imputemus? cum vitam magis ob ea, quæ exspectanda sunt, criminari oporteret. Non enim morientibus, sed iis qui perperam vixerunt, pœnæ destinatæ sunt. Quocirca si hæ sunt aversandæ, æquius fuerit, a morte ad vitam odium transferri, a qua, mala ea in animos redundant, quorum pœnæ a nobis expetuntur : mors vero omnino criminis expers est, quia ne causa quidem est sequentium formidinum. Quodsi illi, quæ post eam molesta futura sunt, assignemus : cur et honorem et bonorum remunerationes acceptas illi non referamus? Viri enim boni post eum solatia consequuntur. Itaque ex illis, quæ post eveniunt, non magis mala, quam bona appellanda erit, ac potius (si veritatem spectemus) etiam in bonis numerandum esse, inveniemus. Eos enim, qui juste vixerunt, ad virtutis præmia accersit, et malis improbitatis finem statuit, quam homines cordati quovis supplicio gravius ferunt.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Οὐ τοίνυν τὸν θάνατον τῶν ἀπειλουμένων αἰτιατέον, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ τὴν τῶν ἡδονῶν δουλείαν, ὑφ' ὧν τὰς ψυχὰς λωβηθέντες, φοβερὸν ἡμῖν σὑτοῖς τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο ποιοῦμεν. Ὥστ' εἰ ταύτας ἐφυλαττόμεθα, οὐδὲν ἂν ἦν τὸ κωλύον καὶ εὐεργέτην τὸν θάνατον εἶσθαι, θᾶττον ἡμᾶς ἐπὶ τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀμοιβὰς παραπέμποντα. Οὐ τοίνυν παρὰ τοῦ θανάτου τὸ δέος, παρὰ δὲ τοῦ συνειδότος ὁ τρόμος, ὅπερ συμβαίνει τοῖς τῶν δεινοτάτων ἁλοῦσι. Κἀκεῖνοι γὰρ τὴν παρὰ τῶν νόμων φρίττουσι προθεσμίαν, καὶ προσιούσης αἰσθανόμενοι ἀποπνί-

CAPUT XXII.

Quapropter impendentium calamitatum minæ morti imputandæ non sunt, sed nobis ipsis, et voluptatum servituti, per quas animis nostris læsis, prætorium illud ipsi nobis formidabile reddimus. Itaque si has caveremus, nihil impedimento esset, quominus bene etiam mortem de nobis mereri putaremus : ut quæ ad bonorum remunerationes celerius nos transmitteret. Quare metus ille non a morte, sed horror a conscientia oritur : quemadmodum iis accidit, qui gravissimorum scelerum sunt convicti. Nam illi quoque præstitutam a le-

Digitized by Google

gibus diem expavescunt : et cum eam accedere animadvertunt, examinantur, cum iis facinoribus quæ commiserunt, imperare debuissent. Aiunt, quinta, quarta, tertia, deinde ea quam maxime omnium dierum timeo, et horreo, et exsecror. Miser, quodnam est diei vitium, propter quod eam ita abominaris? cum eadem et multi sacrificent, et libationes ob victorias offerant, et coronas gestent, et rerum bene gestarum præmia consequantur? Tu vero petulantiæ deditus, velut ii qui diem a legibus præfinitam exspectant, times. Atqui illis evadere non licet, ubi semel condemnati fuerint. Nobis autem pœnitentia, et vitæ modestior institutio, si actiones nostras ipsi condemnaverimus, irritum facit atrox illud suffragium, et spem meliorem suppeditat. Quodsi ergo ea quæ mortem sequuntur, hos ad eam metuendam vere impellunt, vitæ correctio timorem illum consoletur. Ea porro in nostra potestate est, ac voluntate tantum opus, et sic timor evanescet, et admiranda, loco prioris tempestatis, tranquillitas in animis exsistet. Quid igitur verbis opus est? cum calamitatum depulsionem tantum non in manibus habeamus? Sin quis putet, vitam virtute præditam molestam, et receptum ad hanc a voluptatibus, non cujusvis hominis esse existimet; ei satis apparet, timoris hujus causam esse quamdam animi dissolutionem et mollitiem. Nam omnis metus fore expertes eos qui diligentiam adhibere velint, ipse utique assentietur. Ergo non ab ipsa re metus exsistit, sed ab eorum stultitia, qui se corrigi nolunt. Tanquam si quis fraudator, cum in jus trahitur, omissa æris alieni restitutione, ad judicem accurrere, atque supplex illi esse nolit, sed potius iter ad illum ut longum culpet, et otiose desidens, iis quæ per injuriam abstulisset, frui velit, postea accuset eos, a quibus damnatus esset, aut etiam alios præter meritum. Demens, restitue id, quod contra leges detines, et judices non modo in te non animadvertent, sed etiam bene tibi cupient. Quoad autem lites moves, ipse tibi culpam eorum quæ perpessurus es, ascribito.

γονται, δέον αὐτοὺς, ὧν ἐτόλμησαν, ἄρχειν. Πέμπτη, φασὶ, τετράς, τρίτη, δευτέρα, εἶθ' ἣν ἐγὼ μάλιστα πασῶν ἡμερῶν δέδοικα, καὶ πέφρικα, καὶ βδελύττομαι. Σχέτλιε, καὶ τίς ἡ τῆς ἡμέρας κακία, δι' ἣν οὕτω ταύτην βδελύττῃ, ἐν ᾗ πολλοὶ θύουσι, καὶ σπένδουσιν ἐπινίκια, καὶ στεφανοῦνται, καὶ λαμβάνουσιν ἀριστεῖα; σὺ δ' ἀκολασίαν ἀσκήσας, ὥσπερ οἱ ῥητὴν παρὰ τῶν νόμων προσδεχόμενοι δέδοικας. Καίτοι ἐκείνοις μὲν οὐκ ἔστιν ἀποφυγεῖν ἅπαξ κατεγνωσμένοις, ἡμῖν δὲ ἡ μετάνοια καὶ τὸ τῶν πεπραγμένων ἡμῖν αὐτοῖς ἐπιτιμήσαντας, πρὸς τὸ σωφρονέστερον διαθεῖναι τὸν βίον, τὴν σκυθρωπὴν λύει ψῆφον, καὶ δίδωσι περὶ τῶν χρηστοτέρων ἐλπίζειν. Εἰ τοίνυν τούτοις τὰ μετὰ θάνατον αἴτιον πρὸς ἀλήθειαν τοῦ δεδοικέναι τὸν θάνατον, ἡ τοῦ βίου διόρθωσις τὸ δέος παραμυθείσθω· ἐκείνη ἐφ' ἡμῖν, καὶ βουληθῆναι δεῖ μόνον, καὶ οὕτως ὁ μὲν φόβος οἰχήσεται, θαυμαστὴ δέ τις γαλήνη ταῖς ψυχαῖς ἀντὶ τοῦ πρὶν χειμῶνος ἀντεισαχθήσεται. Ὥστε τί δεῖ καὶ λέγειν, μόνον οὐκ ἐν χεροῖν τὴν τῶν δεινῶν λύσιν ἔχοντας; Εἰ δέ τις δυσχερῆ τὸν μετ' ἀρετῆς βίον ἡγεῖται, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦτον ἀπὸ τῶν ἡδονῶν ἀναχώρησιν οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἔργον εἶναι νομίζει· ἐκλυσίν τινα καὶ μαλακίαν ψυχῆς τοῦ δέους τούτου δῆλός ἐστιν αἰτιώμενος. Τοῖς γὰρ βουλομένοις σποδάζειν ἀδεᾶ πάντα ἔσεσθαι καὶ αὐτὸς δήπουθεν συνομολογήσει. Οὐ παρὰ τοῦ πράγματος τοίνυν ὁ φόβος, ἀλλὰ παρὰ τῆς τῶν μὴ βουλομένων ἑαυτοὺς παιδεύειν ἀβελτηρίας· ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀποστερητὴς ἑλκόμενος ἐπὶ δικαστήριον, ἀφεὶς τὴν ὀφειλὴν διαλύσασθαι, ἢ καὶ παρὰ τὸν δικαστὴν δραμὼν ἱκετεύειν, ὁ δὲ τὴν μὲν ἐπὶ τοῦτον ὁδὸν ὡς μακρὰν αἰτιῷτο, τῶν δὲ κακῶς ἀφαιρεθέντων βούλοιτο χαθήμενος ἀπολαύειν· ἔπειτα τῶν κατεγνωκότων, ἢ καί τινων ἄλλων μὴ προσηκόντων κατηγοροίη. Ἄνθητε, ἀπόδος, ὃ παρὰ τοὺς νόμους κατέχεις· καὶ τῶν δικαστῶν φίλων ἀντὶ κολαστῶν πειραθήσῃ· ἕως δ' ἂν φιλονεικῇς, σαυτῷ τὴν αἰτίαν, ὧν πείσῃ, λογίζου.

CAPUT XXIII.

Sic primi illi homines, pro tertiis nunc etiam revertuntur, qui propter voluptates, earumque suavitatem mortem horrent. Deprehendemus enim etiam hos nihil culpare aliud, quam voluptates. Nam quia nimium arcte has complexi sunt, non ferendum esse censent quidquam, quod illam suavitatem auferat. Eo autem priores superant, quod immodestiæ suæ quamdam verecundiæ speciem prætexunt. Neque vero difficulter redargui possunt, cum suapte oratione facile vincantur. Nam siquidem (bone vir) suppliciorum suspicio mortem tibi horribilem facit, cur non paulisper ejectis voluptatibus, animum usque adeo premente onere liberas? et voluptates voluptatibus permutas? periculosas tutis, minutis maximas, brevibus æternas? Nam illis serviendo, hanc quoque vitam molestiarum plenam perages, pœnam subinde tre-

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Οὕτως ἡμῖν ἀντὶ τῶν τρίτων οἱ πρῶτοι καὶ νῦν ἐπανίασιν ἄνδρες, οἱ τῶν ἡδονῶν εἵνεκα καὶ τῆς τούτων ἀπολαύσεως τὸν θάνατον φρίττοντες. Οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἢ τὰς ἡδονὰς καὶ τούτους αἰτιωμένους εὑρίσκομεν. Ὑπὸ γὰρ τοῦ σφόδρα ταύταις συμπεφυκέναι οὐκ ἀνεκτὸν ἡγοῦνται πᾶν, ὃ τὴν ἡδυπάθειαν ἵστησι. Τοσοῦτον δὲ τῶν προτέρων ἔχουσι πλέον, ὅσον εὐλαβείας τινὸς σχήματι περιστέλλουσι τὴν ἀκολασίαν· οὓς οὐ χαλεπὸν ἐξελέγξειν, οἷς λέγουσι ῥᾳδίως ἁλισκομένους. Εἰ γάρ, ὦ 'τὰν, ἡ τῶν κολάσεων ὑποψία φοβερὸν ἐργάζεταί σοι τὸν θάνατον· τί μὴ πρὸς ὀλίγον τὰς ἔξω ῥίψας, οὕτω πιέζοντος ἄχθους τὴν ψυχὴν ἀπαλλάττεις, καὶ ἡδονῶν ἡδονὰς ἀντικαταλλάττῃ, τῶν ἐπικινδύνων τὰς ἀσφαλεῖς, καὶ τῶν μικρῶν τὰς μεγίστας, καὶ τῶν πρόσκαίρων τὰς αἰωνίους; Ἐκείναις μὲν γὰρ δουλεύων, καὶ τὸν παρόντα βίον μεστὸν ἀηδίας ἀνύσεις, τρέμων

Digitized by Google

ἀεὶ τὴν δίκην. καὶ δεδιὼς, καὶ ταύτῃ μηδεμίαν αἰσθησιν λαμβάνων τῶν λεγομένων ἡδονῶν· κἂν τῷ μέλλοντι τῶν νῦν προσδοκωμένων ἡ πεῖρά σε καταλήψεται. Ἂν δὲ μικρὸν ἀνανήψῃς, καὶ τοῦ σώφρονος ἅψῃ βίου, κἂν τῷ παρόντι ταῖς ἀγαθαῖς τῶν ἐλπίδων ἡσθήσῃ, κἂν τῷ μέλλοντι μετ' εὐφροσύνης διάξεις, οὐ τῶν δυσχερῶν μόνων ἐκποδὼν γενομένων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀγαθῶν πάντων μετ' ἀφθονίας σοὶ παραγενομένων. Ἀλλ', ὡς ἔοικε, τοῦ παραυτίκα ἡδέος γινόμενος, τῆς ἐλευθερίας ἐπιλανθάνει καὶ συνεχεῖ τρόμῳ συζῆν ἀνέχῃ· βουλόμενος δὲ τῶν ὀνειδῶν ἀπαλλάττειν σαυτὸν, τῷ θανάτῳ λογίζῃ τὸ δέος, δέον σαυτὸν ἐπὶ τῇ τῶν αἰσχίστων ἥττῃ χρημνίζειν. Συμπεραίνουσι τοίνυν δύο ταυτὶ φαίνεται αἴτια τοῦ τὸν θάνατον δεδιέναι. Ἢ γὰρ ἀμαθίᾳ τινὶ τοῦτο συμβαίνει, μηδὲν εἶναι παρὰ τὸ σῶμα τῶν ἀνθρώπων ἑαυτοὺς οἰομένων· ἢ, εἴ τι καὶ παρὰ τοῦτ' ἔστιν ἐν αὐτοῖς, τῷ σώματι τοῦτο καὶ συνεῖναι, καὶ συναπόλλυσθαι. Καὶ διὰ τοῦτο, τῆς τελευτῆς προσιούσης, ταράττονται, ὡς ἂν οὐδενὸς αὐτοῖς μετὰ τὸν θάνατον ὄντος λοιποῦ, καὶ ταῖς ἡδοναῖς ἑαυτοὺς παραδόντες, ἀλγοῦσι τούτων χωρίζεσθαι μέλλοντες, οὐδεμίαν ἄλλην ἄλλοθι τῶν τῆς σαρκὸς ἡδονῶν ἡδίω καὶ καθαρωτέραν εὑρήσειν ἐλπίζοντες. Ὥστ' εἰκότως δακρύοντες χωροῦσι πρὸς τὸ χρεὼν, ὡς ἂν αὐτοῖς παντάπασι τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ τέλους ἀπολυμένου.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Τούτοιν δὲ τοῖν δυοῖν ὑπ' ἀλλήλων ἡ γένεσις. Ἡ μὲν γὰρ τῶν ἡδονῶν δουλεία, τὴν ψυχὴν τῷ σώματι παντελῶς ἀναμίξασα, οὐ συγχωρεῖ ταύτην εἰλικρινῶ. ἑαυτὴν κατιδεῖν· ἀλλ' ἀεὶ τῷ μίγματι συντυγχά.ων ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅλης δι' ὅλου τοῦ σώματος συμπεφυρμένης τῆς ψυχῆς αἰσθανόμενος, ὥτπερ πολλῷ τῷ τῶν ἀτιμοτέρων μετάλλων γένει χρυσίου ὀλίγου, καὶ δι' ἐπιστήμης ἔνδειαν, μεταλλευτοῦ φαύλου δίκην, ἀλλήλων οὐ δυνάμενος ταῦτα χωρίζειν, τῷ φαινομένῳ προστίθεται· καί φησιν ἄνθρωπον εἶναι τὸν δυνάμενον ὅσον πλείστων ἡδονῶν ἐμφορεῖσθαι, τοῦτο μόνον, ὅ τι φάγοι, καὶ πίοι, καὶ λαγνεύσειε, κέρδος ἡγούμενος, ὃ Σαρδανάπαλον ἐπιγράψαι τῷ μνήματι λέγεται, τοῦτ' αὐτὸς ἀνεξάλειπτον ἐγγράφων ἐν τῇ ψυχῇ. Ὅπερ οὐκ ἂν ἔπαθεν, ἐγκρατείᾳ κολάζων τὰς ἡδονὰς, καὶ κέρδος, ἀλλὰ μηδεμίαν βλάβην ἡγούμενος, εἴ τι τούτων ἀφέλοι. Οὕτω γὰρ αὐτὸν κατὰ μικρὸν λύων τοῦ σώματος, καὶ ἑαυτὸν συνεθιζόμενος βλέπειν, οὐκ ἂν ἠγνόησεν ἑαυτὸν, ἀλλὰ τῇ ἀληθείας καὶ τῶν ἀσωμάτων γινόμενος θεωρὸς, καὶ κατανοῶν, ὡς οὐδὲν αὐτῷ τὸ σῶμα πρὸς τὴν θεωρίαν ἐκείνην λυσιτελεῖ, εὗρισκεν ἂν ἐνταῦθα τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀπηλλαγμένην τοῦ σώματος, καὶ καθ' ἑαυτὴν εἶναι δυναμένην καὶ πρὸ θανάτου, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον καλλίω καὶ ἐρρωμενεστέραν, ὅσονῆττον μετεῖχε τοῦ σώματος.

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Καὶ οὕτω τῇ τοιαύτῃ καταστάσει συνεθιζόμενος, οὐκ ἂν ἤλγει, διισταμένων αὐτῷ τῶν μερῶν, οὐδ' ἂν ἐδεδίει περὶ ἑαυτοῦ, πεπεισμένος μενεῖν αὐτῷ τὴν ψυχὴν ἐξ ὧν ἐπεπείρατο. Οὕτως καὶ αἱ ἡδοναὶ τὴν ψυχὴν ἀναμιγνῦσαι τῷ σώματι, τὴν αὐτῆς αἴ-

A mens et metuens : nec hic ullum sensum percipiens earum quæ voluptates dicuntur : in posterum reipsa experieris ea, quæ nunc exspectas. Quod si paulisper ad sanam mentem redieris, et vitæ modestæ periculum feceris, etiam in præsentia spe bona delectaberis, et deinceps suaviter ætatem deges, non molestiis modo remotis, sed bonis etiam omnibus ubertim tibi affluentibus. Sed præsenti suavitati te in servitutem tradere libertatis oblitum, neque recusare te in perpetuo tremore vivere satis apparet. Sed dum te probro liberare studes, morti timorem imputas, cum ipse te culpare deberes, qui turpissimis rebus succumbas. Quod si in summam contrahamus, duas esse causas apparet, cur mors timeatur. Nam hoc aut inscitia quadam accidit,
B cum homines se præter corpus nihil esse existimant, aut si tametsi in iis aliquid præter illud sit, id una cum corpore et esse et interire putant. Ideoque qui voluptatibus sese tradiderunt, morte adventante conturbantur, quasi nihil sit iis, post mortem reliqui : et dolent, cum hæ relinquendæ sunt, quod desperent se usquam aliam suavitatem, carnis voluptatibus jucundiorem et puriorem reperturos. Itaque non injuria cum lacrymis fato concedunt, nimirum bono et fine iis penitus pereunte.

CAPUT XXIV.

Verum horum duorum, alterum ex altero nascitur. Nam voluptatum servitus cum animum corpori plane commiscuit, non patitur, eum se ipsum
C perspicue contueri, sed perpetua commistionis illius consuetudine devinctus homo, sentit, totum animum toti corpori permistum esse, quemadmodum parum auri variis aliis abjectioribus metallis : atque cum ob scientiæ inopiam, instar imperiti metallici, hæc a sese separare nequeat, ei quod videt assentitur, et hominem esse ait, qui se quam plurimis voluptatibus ingurgitare possit : id unum in lucro deputans, quod comederit, et biberit, et rebus venereis impenderit. Et quod Sardanapalus monumento suo inscripsisse fertur; id ipse animo suo sic inscribit, ut deleri non possit, id quod ei non accideret, si continentia voluptates coerceret, et lucrum putaret, non damnum, si quid his decederet. Nam si sic paulatim a corpore se resolveret, et se intueri assuesceret, sese non ignoraret, sed veritatis et incorporeorum fieret contemplator : atque intelligeret, nihil ad illam sibi contemplationem corpus prodesse, et reperiret ibi animum suum a corpore liberatum, et per sese etiam ante mortem posse consistere : eoque et pulchriorem et robustiorem esse, quo minus corporis consors sit.

CAPUT XXV.

Itaque tali statui assuefactus, non doleret, cum partes ejus divellerentur : nec sibi timeret, cum persuasum haberet, iis rebus, quarum periculum fecisset, adductus, animum sibi permansurum esse. Voluptates vero animum corpori commiscen-

Digitized by Google

tes, illi sensum sui eripiunt, eumque timiditate et ignoratione replent. Ob hanc porro inscitiam, voluptatibus earumque sordibus magis commiscetur, neque ullum hujus infelicitatis exitum reperit, cum in inscitiam propter voluptates delabatur, et ab illa inscitia in voluptatum barathrum præcipitetur. Neque vero mirum hoc est. Quilibet enim homo bonum aliquod appetit, et ob id cuncta et dicit, et agit. Neque enim quisquam adeo infelix esse potest, ut sibi et actionibus suis malum finem statuat. Quod si scientia et diligentia naturam boni comprehenderit, illius lumine tanquam duce utens; et perspicue cernit quo properandum sit, et cursum citra errorem conficit et id quod desiderat consequitur, et dolere desinit, et fidenti est animo: quippe qui nunquam privandus sit essentia et vita, cum essentiæ et vitæ causa conjunctus. Sin desiderium suum ignavia quadam ignorarit, tanquam parentem ii qui longo tempore a suis sejuncti, Barbaris servierunt: boni desiderium ne sic quidem eum deserit, quippe quod innatum ei sit: sed quærens quibus comprehensis amorem sedet, fertur ob boni inscitiam ad ejus simulacra et similitudines: ac a veritate scientiaque delapsus, ad opiniones et mendacium festinat, atque assilit intemperanter corporibus, iisque rebus, quæ per corpus exercentur, umbra pro veritate ipsa arrepta. Itaque boni loco suavitatem colit atque amplectitur, et mendacio loco veritatis quæ a bono exsistit, delectatur, sicque cum impuris voluptatibus paciscitur, et se his per omnem ætatem serviturum pollicetur, persuasum omnino habens, summum eas esse bonum. Quæ quidem extrema miseria est, et cœnum et tenebræ: in quibus, vere dictum est, fore ut jaceant non initiati. Hoc igitur cuivis homini cavendum erit, qui vere beate vivere volet: ac opera danda, ut virtuti et scientiæ pro virili semper amicus, corporis vero voluptatibus hostis sit, ut ne ex inscitia oberrans, bonum alibi quærat, et se reperisse putans, id quod jucundum est, præ illo colat, neque in ignoratione verarum voluptatum ætatem exigat, animi oculo voluptatibus suffocato, et vecordia excæcato. Qui si ita se composuerit, et hac ratione res suas disposuerit, ut pulchrius comparari non possint: tum animum suum immortalem esse inveniet et sciet: ac deinceps non modo mortem non timebit, sed ejus etiam cunctationem moleste feret, eamque a Deo exoptabit ut eo pacto suaviori vita fruatur.

σθησιν ἀφαιροῦνται, καὶ δειλίας ἐμπιπλᾶσι, καὶ ἀπαθείας. Διὰ ταύτην δ' αὖθις τὴν ἄγνοιαν μᾶλλον ταῖς ἡδοναῖς καὶ τῷ παρ' ἐκείνων ῥύπῳ συμφύρεται, καὶ πέρας οὐδὲν αὐτῇ τῆς κακοδαιμονίας γίνεται ταύτης, διὰ μὲν τὰς ἡδονὰς ἀναθαινούσῃ, ὑπὸ δὲ τῆς ἀμαθίας τῷ τῶν ἡδονῶν βαράθρῳ κρημνιζομένῃ. Καὶ εἰκότως· ἐρᾷ μὲν γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ πᾶς ἄνθρωπος, ἐκείνου δὲ ἕνεκα πάντα καὶ λέγει, καὶ διανοεῖται, καὶ πράττει. Οὐδεὶς γὰρ οὕτω γένοιτ' ἂν κακοδαίμων, ὥστ' ἑαυτοῦ, καὶ ὧν ἐπιτηδεύει τὸ κακὸν τέλος ποιεῖσθαι. Ἂν μὲν οὖν ἐπιστήμη καὶ μελέτη τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν λάβοι, ὥσπερ ἡγεμόνι χρώμενος τῷ παρ' ἐκείνου φωτὶ, ὁρᾷ μὲν ἀκριβῶς, οἷ δεῖ σπεύδειν· ἄνευ δὲ πλάνης τὸν δρόμον συντείνων, τυγχάνει τοῦ ποθουμένου· ὠδῖνός τε λήγει, καὶ θαῤῥεῖ περὶ ἑαυτοῦ, ὡς οὐδὲν ἔτι οὐσίας καὶ ζωῆς στερηθησόμενος, τῇ τῆς οὐσίας καὶ ζωῆς αἰτίᾳ συμφύς. Ἂν δὲ διά τινα κακίαν ἀγνοήσῃ τὸν ἑαυτοῦ πόθον, ὥσπερ γονέας οἱ πολὺν χρόνον τῶν οἰκείων διοικισθέντες, καὶ βαρβάροις δουλεύσαντες· τὸ μὲν τἀγαθὸν ποθεῖν οὐδ' οὕτως αὐτὸν ἀπολείπει, ἅτε συγγεγενημένον αὐτῷ, ζητῶν δ' ὧν λαβόμενος, ἀναπαύσει τὸν ἔρωτα, ἀγνοίᾳ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπὶ τὰ εἴδωλα τούτου καὶ τὰς ὁμοιότητας ἴεται· ἀληθείας τε καὶ ἐπιστήμης ἀπεσῶν, ἐπὶ τὰς δόξας φέρεται, καὶ τὸ ψεῦδος ἀκρατῶς τε τοῖς σώμασι καὶ τοῖς δι' αὐτῶν γενομένοις ἐπιπηδᾷ, τῆς σκιᾶς ἀντὶ τοῦ ἀληθοῦς λαμβανόμενος. Ὥστ' ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ μὲν τιμᾷ τὸ ἡδύ, καὶ τούτῳ προσπλέκεται, ἀντὶ δὲ τῆς ἐκεῖθεν ἀληθείας χαίρει τῷ ψεύδει, καὶ οὕτω δὴ ἄγνοιαν ταῖς ἀκαθάρτοις ἡδοναῖς σπένδεται, καὶ ταύταις ὁμολογεῖ διὰ βίου δουλεύσειν, αὐτὰς εἶναι τὸ ἀγαθὸν παντελῶς πεπεισμένος. Καὶ τοῦτ' ἐστὶν ἡ ἐσχάτη κακοδαιμονία, καὶ ὁ βόρβορος, καὶ τὸ σκότος, ᾗ κεῖσεσθαι τοὺς ἀμύητους, ἡ ἀληθὴς ἔχει γνώμη. Ὃ δεῖ πάντα ἄνδρα φυλαττόμενον, τόν γε ὡς ἀληθῶς εὐδαιμόνως ζησόμενον, φίλον μὲν ἀεὶ πρὸς δύναμιν γίνεσθαι ἀληθείᾳ καὶ ἐπιστήμῃ, ἐχθρὸν δὲ ταῖς τοῦ σώματος ἡδοναῖς, ἵνα μήτε δι' ἀμαθίαν ἄλλοθι πλανώμενος ζητῇ τἀγαθὸν, καὶ οἰόμενος εὑρηκέναι, πρὸ ἐκείνου τὸ ἡδὺ θεραπεύῃ, μήτε διὰ τὸ ταῖς ἡδοναῖς ἐπικλύζεσθαι τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, καὶ δι' ἀφροσύνην τυφλοῦσθαι, ἵν' ἀγνοίᾳ τῶν ἀληθῶν ἡδονῶν διαγάγῃ τὸν βίον. Εἰ δ' οὕτως ἑαυτὸν ῥυθμίσειε, καὶ τῇ καλλίστῃ τῶν ἁρμονιῶν τὰ αὐτοῦ διὰ πάντων ἁρμόσειεν· ἀθάνατον τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν εὑρήσει, καὶ εἴσεται· καὶ τὸ λοιπὸν, οὐ μόνον ἀδεῶς πρὸς τὸν θάνατον ἕξει, ἀλλὰ καὶ μέλλοντος ἀνιάσεται, καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῦτον εὔξεται, ἵν' οὕτως ἡδίονος αὐτῷ γένοιτο βίου λαβέσθαι.

Digitized by Google

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΔΩΝΗ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΜΕΓΑΛΟΝ ΠΡΙΜΜΙΚΕΡΙΟΝ

ΤΟΝ ΦΑΚΡΑΣΗΝ.

—

DEMETRII CYDONII

EPISTOLA

AD MAGNUM PRIMICERIUM

PHACRASEM,

Thessalonica scripta, cum anno 1430 Amuratus II urbem obsidione cingeret, quam mox expugnatam ferro et igne delevit. — Ex hac epistola discimus Cydonium patria Thessalonicensem fuisse, non autem Cpolitanum vel Cretensem, ut Fabricius cum aliis putavit (1).

—

Οὔθ' ἥσθην, οὔτ' ἠνιάσθην οὕτω ποτὲ, ὡς νῦν ἀμφότερά μοι ταῦτα συνέδη. Ἐποίει δὲ ἡμῖν τὸ μὲν πρότερον ἡ τῶν σῶν γραμμάτων ἀνάγνωσις, τῶν σῶν ἠθῶν τὰς τῶν ἐρώντων συγκινούντων ψυχάς· τοῦ δευτέρου δὲ αἴτιον αἱ τῆς πατρίδος συμφοραὶ, καὶ τὸ μὴ μέχρι πολλοῦ τὸ τῆς δοκούσης εὐδαιμονίας εἴδωλον αὐτῇ τηρηθῆναι, ἀλλὰ, πρὶν καθαρῶς ἀναπνεῦσαι, μετὰ προσθήκης αὐτῇ τὴν προτέραν νόσον ἐπανελθεῖν. Ἤκουσα γὰρ καὶ τὸ πρὸ τῶν πυλῶν στράτευμα, καὶ τὸν βάρβαρον ἡγεμόνα, καὶ τὴν λείαν ἣν ἤλασαν, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν τειχῶν μετὰ τοῦ δακρύειν μόνον τὰ τοιαῦτα ὁρῶντας. Τὸ δὲ μήτε τοὺς ἔξωθεν ἁρπάζοντας, μήθ' ὑμᾶς ἀδικουμένους παύσεσθαί ποτε προσδοκᾷν, τίν' οὐκ ἂν ὡς ἧττ κειμένην πείσειε τὴν πόλιν θρηνεῖν; Καὶ πρόσεστι τὸ μηδὲ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μόνον εἶναι τὴν ζημίαν τῇ πόλει, ἀλλὰ πολλῷ χείρω καὶ τὰ παρὰ τῶν πολιτῶν αὐτῇ προσδοκᾶσθαι. Πανταχοῦ γὰρ ἡ στάσις πολιορκίας ἐφόλκιον· καὶ τὸ μὴ δύνασθαι τοὺς πολεμίους ἀμύνασθαι ἐφ' αὐτοὺς πείθει λοιπὸν τρέπεσθαι τοὺς πολίτας. Καὶ πόλιν οὐδεμίαν ἂν ἴδοις σωφρονεῖν ἐπισταμένην ἐν τοιούτοις καιροῖς. Τίς δ' οὐκ οἶδε τῶν τοιούτων κακῶν τὴν ἡμετέραν πόλιν οὐχὶ διδάσκαλον; δι' ἃ τοῖς ἄλλοις νικῶντας τὰ τοῦ δήμου κακὰ τὴν παῤῥησίαν ἡμᾶς ἀφαιρεῖται. Δέδοικα τοίνυν μὴ σφῶν αὐτῶν ἀναμνησθέντες οἱ Θεσσαλονικεῖς συναγωνίσωνται τοῖς ἐχθροῖς, κἀκείνων τοῖς τείχεσι προσβαλλόντων, οὗτοι σφάττωσιν ἔνδον τοὺς ταῦτα δυναμένους κωλύειν, καὶ πάλιν σπλάγχνων τε γεύσωνται καὶ χορεύσωσι τὰ τῆς σχετλίας ἡμέρας. Δι' A

Nullo profecto tempore tanta ego et voluptate affectus sum et mœstitia, quanta nunc earum utraque mihi contigit : illam cepi ex litterarum tuarum, ne dicam suavissimorum morum, inspectione, vehementer amicorum tuorum animos commoventium : sollicitudinem attulerunt patriæ calamitates, non diu illam retinere potuisse apparentem felicitatis speciem, sed priusquam libere respiraret, pristino morbo majore cum vehementia esse affectam. Audivi enim de exercitu ad portas, et de rege barbaro, et de præda quam fecerunt, et de illis qui ex muris ad ejusmodi facinora despiciebant, flentes duntaxat, nihil amplius : illud vero, quod neque hostilis direptionis extrinsecus, neque vestrarum ærumnarum finem unquam B factum iri veremini, quem, quæso, non induceret, ut civitatem tanquam jam prostratam ac perditam comploraret? Accedit, quod non per hostes solos detrimenta importantur urbi, sed multo pejora ab incolis creduntur illi impendere. Etenim ubicunque terrarum obsessionis appendix seditio est, et istud ipsum, non posse hostes reprimi, ad arma in se vertenda cives allicit. Verumtamen quanquam urbem nullam invenias tali rerum statu prudenter se gerentem, nostram tamen quis nescit magistram esse hujusmodi facinorum? Quamobrem, etsi allis rebus præstamus, populi tamen mala spem nobis eripiunt. Quippe timeo, ne sui memores Thessalonicenses hostibus sint ipsi suffragaturi, hisque ad mœnia accedenti-

(1) Ex epistolis bene multis, familiaribus plerisque, quas scripsit Cydonius, hanc, quia argumenti historici est, selegimus. Eam primus edidit clar. Ilarius in *Notitia mss. bibliothecæ Regiæ*, tom. VIII, p. 314.

Digitized by Google

bus, qui hostiles conatus prohibere possent eos intus trucident, iterumque gustatis visceribus suos saltatorios orbes, ut calamitoso illo die, versent. Eas ob res omnes velim, ut nunc est, a negotiis publicis omnino te removeas : quid enim potest medici ars in ægrotis, qui ut intereant summa omnia faciunt ? Sed quoniam imperator rebus te præfecit, stare oportet adversus fortunam, et invocare illum qui solus potest impendentia mala depellere, et uti potentibus, sic tamen, ut nulli molesti sitis. Magnum quoque est, suadere optimatibus ut intelligant, non nunc tempus esse lucrifaciendi, neque desperantes insuper esse irritandos : sed popularius agant, seque ipsos cum plebe commiscere conentur. Neque enim optimus imperator negliget amantissimam sui charissimamque civitatem, sed recordatus quantum inique se habito indoluerit, et quanta perpessa sit salutem publicam spectans (inde enim egressus princeps paternum imperium capessivit), non nolet hercle cum corollario vicem illi reddere : non patietur una urbe minus magnanimitatem suam demonstrare : verum ut labentem atque inclinatam erigat omnem laborem adhibebit. Quin etiam cum de his rebus sermonem cum ipso habere inciperemus, intelleximus, ne consultationes quidem eum haberi velle, quod in illis non sine reip. vestræ detrimento ten pus teri diceret. Quare relictis rebus omnibus, unum hoc enititur, ut servet civitatem.

Α ἐ τῶν ἐβουλόμην μὲν ἂν σε τῶν κοινῶν ἀφεστάναι (τί γὰρ ἂν ἰατρῶν δράσειε τέχνη, τῶν νοσούντων ὅπως ἀπολοῦνται πάντα ποιούντων;) · Τοῦ βασιλέως δέ σε τοῖς πράγμασιν ἐπιστήσαντος, ἀνάγκη πρὸς τὰ παρὰ τῆς τύχης ἱστάμενον καλεῖν μὲν τὸν μόνον δυνάμενον τὰ τοιαῦτα κωλύσειν, χρῆσθαι δὲ τοῖς δυνατοῖς, καὶ αὐτοὺς ὁδενὶ λυπηροὺς γινομένους · μέγα δὲ τὸ καὶ τοῖς μείζοσι συμβουλεύειν μὴ κερδῶν εἶναι καιρὸν τὰ παρόντα, μηδὲ τοὺς ἀπειρηκότας προσερεθίζειν, ἀλλὰ δημοτικώτερον χρωμένους τοῖς πράγμασιν ἑαυτοὺς τῷ δήμῳ πειράσθαι καταμιγνύναι. Οὐ μὴν οὐδ' ὁ πάντα ἄριστος βασιλεὺς τῆς ἐρώσης καὶ ἐρωμένης οὐχ ἧττον πόλεως ἀμελήσει · ἀλλ' ἀναμνησθεὶς ὅπως ἀδικουμένῳ συνῆλγησε, καὶ ὡς πάντα πέπονθε τηροῦσα τὸ κοινὸν Β ἀγαθὸν (αὐτόθεν γὰρ ὁρμηθεὶς τὰ πατρῷα κεκόμισται), οὐκ ἀξιώσει μὴ μετὰ προσθήκης αὐτῇ τὰς ἀμοιβὰς ἀποδοῦναι, οὐδ' ἀνέξεται μιᾶς πόλεως ἐλάττω τὴν μεγαλοψυχίαν ἐνδείξασθαι, ἀλλ' ὅπως αὐτὴν κλινομένην ὀρθώσῃ πάντα ποιήσει. Καὶ ἡμεῖς γὰρ τοιούτων πρὸς αὐτὸν ἁψάμενοι λόγων οὐδὲ συμβουλῆς ἀνεχόμενον εὕρομεν, ἀλλὰ καὶ τὸν ταύτης καιρὸν οὐκ ἄνευ ζημίας εἶναι τοις πράγμασι τῆς πόλεως λέγοντα. Ἁπάντων τοίνυν ἀποστὰς, ἑνὸς τούτου μόνον γέγονε, τοῦ σῶσαι τὴν πόλιν.

ANNO DOMINI MCCXCVI.

MAXIMUS CHRYSOBERGA

MONACHUS

MONITUM EDITORUM.

Liber Maximi Chrysobergæ *De processione Spiritus sancti*, etsi brevis, plane dignus est qui a Græcis schismaticis sedulo meditetur. Auctor enim lacrymis potius quam verbis deplorat atrox schisma quo Ecclesia Orientis ab Occidentali dividitur. Tanta cum persuasione et honesto adeo ac pio dolore affectus loquitur, ut lectorem vel invitum moveat.

Pulcherrime ostendit Romanos Pontifices fidei dogmata et doctrinam Ecclesiæ servasse, præcipue, cum hæresis Iconoclastarum vigeret, et quatuor patriarchæ Orientales hæresi addicti veritatem et Evangelium proderent.

Romani Pontifices his patriarchis resistentes Christianam fidem ab interitu vindicarunt, et jure merito soli cæteros omnes patriarchas ut hæreticos condemnarunt. Auctor etiam egregie scelera Photii exponit, et Photianorum errores carpit. Ideo ab Christianis omnibus magni faciendus est. J.-B. M.

Digitized by Google

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΒΕΡΓΗ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΚΡΗΤΑΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΚΠΟΡΕΥΣΕΩΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ

ΛΟΓΟΣ.

—

MAXIMI CHRYSOBERGÆ

AD CRETENSES

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI

ORATIO.

(L. Allatio interprete.— *Græcia orthodoxa*, t. II, p. 1074.)

—

Α'. Βουλόμενόν με, ὦ ἄνδρες Κρῆτες, σιγᾷν, καὶ τοῖς ἐμαυτοῦ ἔργοις προσέχειν, τὰ δὲ ἐστὶ τῶν ἱερῶν λόγων ἔχεσθαι, καὶ ὕμνοις πνευματικοῖς τὴν ὑπεράρχιον καὶ θείαν ἀνυμνεῖν ἀρχὴν, οὐκ ἐῶσί τινες, οὐκ οἶδα τίσι χρώμενοι λόγοις, οἷς οὐχ ὅπως ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ πολεμοῦσι σαφῶς ἀληθείᾳ. Ἔνθεν τοι τὴν ποθεινὴν πολλάκις λιπὼν ἡσυχίαν ᾗ χαίρω, καὶ ᾗ μοι πρὸς τὴν τῶν καλλίστων θήραν μάλιστα συνεργεῖ, ἀναγκάζομαι πολλάκις τοῖς ἀγοραίοις τούτοισιν εἰς λόγους ἔρχεσθαι. Οἱ δέ εἰσιν ἀφόρητοι καὶ δεινοὶ χρήσασθαι, οὔτε τῶν λόγων ἐπαΐοντες, οὔθ', ὃ πάντων χείριστον, τῇ σφῶν αὐτῶν ἀνιώμενοι ἀμαθίᾳ. Ἀλλ' ἐπαιρόμενοι προπετῶς, καὶ πᾶν λέγειν καὶ διισχυρίζεσθαι μᾶλλον εἰδότες, ἢ περὶ ὧν διαβεβαιοῦνται νοεῖν αἱρούμενοι· οὕτως εἰσὶ τολμηροὶ, οὕτως ἀκρατεῖς τῆς εἰωθυίας κακῶς λέγειν γλώττης τὰ θεῖα. Καὶ προσίασι μὲν, ὦ ἄνδρες, πολλάκις μαθητῶν περιθέμενοι προσωπεῖον, οἱονεὶ θωπεύοντες, καὶ φιλεῖν προσποιούμενοι καὶ θαυμάζειν, εὐθὺς δὲ τὴν φενάκην ἀποῤῥίψαντες, τὸν ἐγκρυπτόμενον τῇ ψυχῇ δόλον, ὃν περικαλύπτειν ὑπ' ὀργῆς οὐχ οἷοί τε εἰσὶ σημαίνουσι, δυσχεραίνειν ἀξιοῦντες, ὅτι αὐτοῖς οὐ ῥᾳδίως πειθόμεθα, περὶ ὧν σαφῶς οὐκ ἴσασι λῃροῦσι, καί τοιγ' ἐχρῆν αὐτοὺς, ἢ τὴν ἀρχὴν μηδὲν ὁμολογεῖν τὴν σφῶν αὐτῶν ἀμάθειαν, ἢ συνειδότας σφίσι τοῦθ' ὅπερ εἰσὶν, ἥκιστα μείζοσιν, ἢ κατ' αὐτοὺς ἐγχειρεῖν πράγμασιν. Ἀλλὰ γὰρ οὐδενὸς, ὦ ἄνδρες, ἡ προπέτεια οἶδεν ἀπέχεσθαι, ᾧ γε δόξει τῶν ἄλλων ὑπερέξειν. Τοῦτό γε, ὦ ἄνδρες, τοὺς πολλοὺς ποιεῖ ἐπιλαθομένους σφῶν αὐτῶν διασύρειν τὰ θεῖα, νομίζοντας μὲν εὐσεβέστατα δρᾷν, ἂν τοῖς Λατίνων δόγμασι προσάψωσι μῶμον, τῇ δ' ἀληθείᾳ τοῖς πρότερον γενομένοις ἀνδράσι, καὶ μεγάλων ἐπαίνων ἐπ' ἀρετῇ καὶ λόγοις τυχοῦσιν ἀνθισταμένους· τούτοις γὰρ τὸ κοινὸν τῶν Λατίνων εὑρεθήσεται συνᾷδον, εἴ τις σκοπῶν ἀκριβῶς τῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων

Cap. XLI. — Cantacuzenus suadet custodibus ut propugnaculum seu arcem ad portam Auream dedant. Illi se Palæologo dedere nolunt. Laus Joannis Peraltæ Itali. Militum Italicorum stropha. Eos se infames redditurum apud eorum regem Cantacuzenus minatur. Veniam audaciæ poscunt. Deditur arx Palæologo, qui eam paulo post deserit. Insidiæ in Cantacuzenum. Palæologus in palatium invitatur, socerum convivio accipit. Plebs foris tumultuata propter Cantacuzenum comprimitur. 309

Cap. XLII. — Socer genero propositum animi de monachismo sectando detegit, a quo ægre dimittitur. Mutat nomen, uxor quoque fit monacha. Imperator Palæologus traducitur, et defenditur. Cur se abdicarit Cantacuzenus; a quo petit Palæologus, uti se cum filio in concordiam restituat. Callistus sedem recipit. Palæologus in Matthæum irritatur. Nicephorus despota fidem fallit. Bera cum Cumutzenis recipitur. Fœdus inter imperatores. Impostura optimatium Joannis. Ex ejus administratorum inobedientia bellum recrudescit. Excusat se Matthæo, et Byzantium redit. 315

Cap. XLIII. — Mors Cralis. Simon ejus frater provinciam vindicat contra filium. Helena uxor defuncti dominatur. Factiones nobilitatis. Nicephorus dux Thessaliam citra vim obtinet. Famulus classiariosad despotam deserendum incitat. Ejusdem Æni insolentia et tyrannis. Arcem frustra oppugnat. Regina Byzantium discedit: ad maritum proficiscitur. Consilium domesticorum de uxore illi superinducenda. Fugit ad fratrem in Peloponnesum securitatis causa. Inde a marito revocatur, qui in pugna ab Albanis occiditur. Uxor Byzantium veniens cum matre monacham agit. 323

Cap. XLIV. — Matthæus contra Palæologum contendit. Non se deserit Palæologus. Discedunt ambo sine pugna. Orchanes filium a piratis captum per Palæologum redimi orat, quod facit pecunia ingenti, cum armis nihil proficeret. A Mygdoniæ præfectis se tradere volentibus Matthæus accersitur. Amicitia Triballorum principum cum Cantacuzeno et ejus filio. Celeriter submissæ copiæ ab Orchane in quantas difficultates Matthæum redegerint. Compellitur ab eis ante tempus in Triballos. Contra pacta conventa prædas agunt. Reliqui cum Triballis certant jaculis, et in pugna pauciores Persæ cadunt. Revertitur imperator. Triballi insequentes repelluntur. 327

Cap. XLV. — Falsa suspicione imperatorii fugiunt. Descriptio urbis Philippensium. Imperatoris auctoritate fuga sisti non potest. Ejus virtus. Famuli equum suum subjicientis opera salvus evadit. In palude se apud Philippos occultans, a Philippensibus capitur. Dramam custodiendus a Boichna perducitur. Palæologus Gratianopolim, et ibi ejus uxorem cum liberis capit, quos Tenedum mittit. Matthæum a Boichna perit, et is pecuniæ amore eum tradit integrum. Consentium exculandum variæ causæ. Laudatur Palæologus. Matthæus in Tene-

Digitized by Google

dum, postea in Lesbum mittitur. Res tota socero indicatur, et libertas captivo promittitur. 535

Cap. XLVI. — Cantacuzenus de filio non exoculato gratias agit. Quanta in sollicitudine ac mœrore simborum causa fuerit ostendit. Quantum sibimet profuturus sit, si vinctum dimiserit. Tota pene oratio eo spectat, ut custodia Matthæus solvatur. 543

Cap. XLVII. — Obtrectatio Ziani in Eugeniam jam monacham quasi imperatori cum aliis pararit insidias: quod ille non credit, nec credi vult. Ziani pertinacia in affirmando. Imperator Eugeniam sibi insidiatam credit, atque Matthæum velle liberare desinit, Zianum mendacii pœnitet: lætatur imperator. Quid a Matthæo liberando postularit. Ejus responsum ambitiosum. 547

Cap. XLVIII. — Sapiens Cantacuzeni oratio ad filium erudiendum, et a cupiditate imperandi deducendum, ex status illius difficultate, periculis, laboribus. Occurrit objectioni, indicans, qua de causa, et quo animo imperium ipse susceperit. Oratio hæc diligenter legenda est iis, qui in alios dominari concupiscunt. 555

Cap. XLIX. — Matthæus monitis paternis obtemperat, et jurat certis conditionibus. Palæologus eum consolatur, habitum redditurum spondens, crepidas permittit. Cum Matthæo et eius familia Peloponnesum Cantacuzenus petit; ibi calumniis excipitur. Manuel anceps animi, causam tristitiæ patri aperit, et sanatur. Indicatur causa, cur Matthæus eo adducatur. Locus contra calumniatores. Commendatur fratri Manueli, et ab eo libenter accipitur. 561

Cap. L. — Callistus legatus ad Cralænam pro societate contra Barbaros in Thracia. Idem cum comitibus moritur. Falsus rumor de veneno illis præbito a Triballis. Patriarchæ funus. Cralæna monachis ex Atho monte ejus corpus negat. Expeditio imperatoris contra urbes Mœsorum ad Pontum. Mesembriæ obsidio. Pax componitur. Philotheus patriarchatum recipit; ejus commendatio. Historiæ epilogus. 563

JOANNIS CANTACUZENI PRO CHRISTIANA RELIGIONE CONTRA SECTAM MAHOMETICAM APOLOGIÆ QUATUOR. 571

Argumentum libri. 571

Apologia I. — Quod Christus Filius Dei sit, et Deus verus et perfectus, quodque Deus exsistens homo factus sit, juxta theologorum et prophetarum testimonia. 577

Apologia II. — Quod Filius et Verbum Dei cum Deus esset, extremis temporibus, propter hominum salutem homo factus sit, crucifixus mortem subiit, sepultus resurrexit, et in cœlos est assumptus. Non tamen divinitus, sed homo passus est, qui idem judicaturus est orbem universum. 439

Apologia III. — Quod post Domini assumptionem duodecim discipuli illius totum orbem docuerint, miraculis simul fidem suam confirmantes. Tum de Deipara Virgine, de quæstione Christi, cruce et imagine. 499

Apologia IV. — Quod dolose et perniciose docuerit Mahomet, et quod lex et Testamentum vetus non sint sublata per Christum, sed magis illustrata. Insuper, quod in lege infirmum erat et impossibile, hoc Evangelium complevit. 531

CONTRA MAHOMETEM ORATIONES QUATUOR. 583

Capita Orationis primæ. 583

1. Quod Mahomet tempore epilepsiæ, cum spumans hinc inde volveretur, dixerit sibi archangelum Gabrielem se convenientem vidisse.

2. Quod librum conscripserit, Arabice *Coran* dictum, Græce vero legem Dei salutiferam.

3. Quod prophetam Dei et apostolum se nominaverit.

4. Quod Mosaica, Psalterium et prophetica scripta, justa, sancta et vera nominaverit, præcipue vero Evangelium confessus sit justum, sanctum, rectum, verum et perfectum esse, et (ut in capite Iona reperitur) Dei commonitiones vocaverit.

5. Quod non a Mahomete solo, sed etiam ab aliis lex illa lata sit.

6. Quod a Mahomete promulgata lex ore ad aures a diabolo lata sit.

7. Quod quidam dignitate chalifas exsistens, id est summus doctor, religionem Christianam receperit.

8. Quod Mahomet cum in hæreticos quosdam Nestorianos, quin etiam Judæos aliquos incidisset, omnem horum malitiam collegerit.

9. Quod jactabundus de se dixerit: Si omnes homines conveniant, omnes spiritus et angeli non poterunt Alcoranum meo similem constituere.

10. Quod in fastigio dexteræ partis throni divini Mahometis nomen inscriptum sit.

11. Quod legem non per miracula daturus venerit, sed per gladium; et quod non credentibus illi, aut mortis supplicium ferendum, aut tributa pendenda sint.

12. Quod interdixerit, ne quis suæ sectæ vel ordinis cum aliquo Christianorum disputet.

13. Quod Noe et Abraham, ipsi denique apostoli, ejusdem quam ipse postea promulgavit doctrinæ sectatores fuerint

Orationis secundæ capita. 586

1. Quod ea quæ in Mosaicis præceptis, prophetis, Psalterio et Evangelio continentur, sancta, justa et Dei traditiones nominet, amplectatur et observet: quodque illius sectatores non sint, qui hæc non impleverint.

2. Quod legis suæ sectatores in partes septuaginta tres sint dividendi, quarum unica sola sit salvanda, reliquas vero igni tradendas fore.

3. Quod nisi a Deo esset Alcoran, *multa in eo essent* sibi invicem contraria.

4. Quod cum Gabriele ad Deum ascendens, in angelum inciderit decies millenis vicibus majorem toto mundo, deflentem peccata sua, quj sua ipsius intercessione veniam apud Deum impetraverit.

5. Quod ipse scopus et sigillum sit prophetarum.

6. Quod rapinas, cædes et perjuria prohibeat, eademque rursus permittat.

7. Quod Deus illi permiserit pejerare.

8. Quod Deus secum collocutus, dixerit se lusus gratia mundum condidisse.

9. Quod in capite *Micapara*, id est *Juvenca* dicto Judæos et Christianos salutem consecuturos esse dixerit, in capite vero *Amram*, contra asserit, neminem sine Ismaelitarum lege servari posse.

10. Quod ante ipsum nemo possit paradisum ingredi. Et rursum dicit, quod Deus illi multas mulieres virosque ante se paradisum ingressos ostenderit.

11. Quod Deus post resurrectionem domus elegantes balnea et hortos, pluresque mulieres se daturum promittat Mahometicæ legis sectatoribus.

12. Quod in capite *Sad* angelos ex igne, homines vero ex pulvere factos esse affirmet.

13. Quod in capite *Emele*, quod *muscam* significat, de Solomone et muscis mendacium prodat stolidum; quod et fatetur.

14. Quod in capite *Rubeso*, de Solomone et verme tradat, superiori mendacio simillima.

15. Quod in libro *Enarrationum* causam ponit, cur *illis* vino interdictum sit.

16. Quod cœlum hoc creatum, ex fumo *factum sit*; mare autem, ex monte quodam Caph *nominato*.

17. Quod solem, lunam, lumine et virtute æquales esse dicat.

18. Quod a Gabriele, ut cœlum ascenderet, vocatus, ex Dei manu sibi imposita tantam frigoris vim senserit, ut quæ ad medullam dorsi usque penetraverit.

19. Quod in capite *Sad* tradat, dæmones cum angeli essent, a Deo ut Adamum adorarent esse constitutos: cumque hoc aliorum angelorum more facere noluerint, propterea dæmones esse factos.

20. Causam tradit, propter quam suillis carnibus interdictum sit.

21. Quod Deus in fine mundi omne hominum et angelorum genus occisurus sit.

22. Quod librum conscripserit, duodecim millia sermonum continentem: e quibus ter mille quidem veri sint, cæteri autem falsi.

23. Quod in capite *Ceramar*, dicat se lunam in duas partes dissecuisse, quarum altera quidem in tunicam illius, altera vero in terram deciderit; deinde vero integram rursum restituisse

Digitized by Google

24. Quod Deus et angeli pro Mahomete orent.

25. Quod in capite *Helmaida*, quod si interpreteris, *mensam* significat, affirmet, Hebræos et Christianos non esse filios Dei, nec amicos ejus, eo quod affligantur.

ORATIONIS TERTIÆ CAPITA. 587

1. Quod impossibile sit Deum habere filium sine muliere.

2. Quod si filium Deus habuerit, erit inter utrosque dissidium.

3. Quod in capitulo *Elnesa*, quod *mulieres* significat, dicat Christum esse Verbum Dei, animam Dei, et spiritum Dei.

4. Quod Christum ex virgine citra virilem operam genitum esse testetur.

5. Quod neget Christum et Deum esse et Dei Filium, illius etiam incarnationem. Eumdem vero nudum tantummodo, ut Nestorius, hominem vocat; sanctum vero, et cunctis hominibus excellentiorem.

6. Non Christum, sed alium loco illius crucifixum esse.

7. Quod Deus Christum ad se in cœlos vocaverit, hunc autem in fine mundi venturum esse, et Antichristum occisurum, quo facto et ipse Christus moriturus sit.

8. Christianos Deiparam virginem in Deos retulisse; eamque sororem esse Mosis et Aaronis.

ORATIONIS QUARTÆ CAPITA. 590

1. Quod in cœlos subreptus Mahomet, coram Deo steterit, et audiverit varia, rursumque in terram delatus sit.

2. Dæmones etiam salutem esse consecuturos.

3. Alcorani interpretationem neminem intelligere, nec ipsum quidem Mahometem, sed solum Deum.

IN MAHOMETEM ORATIO I. 589

ORATIO II. 615

ORATIO III. 651

ORATIO IV. 675

PROOEMIUM TOMI CONTRA BARLAAM ET ACINDYNUM AUCTORE CHRISTODULO MONACHO. 693

Monitum Editorum Patrologiæ.

TOMUS FACTUS A PATRIARCHA JOANNE ET SYNODO CONTRA FALSAM OPINIONEM BARLAAM. 693

PHILOTHEUS CPOLITANUS PATRIARCHA. 711

Notitia ex Fabricio. 711

SERMO IN EXALTATIONEM VENERANDÆ ET VIVIFICÆ CRUCIS. 719

DE MANDATIS D. N. JESU CHRISTI. 729

ORDO SACRI MINISTERII. 745

LAUDATIO SS. BASILII, GREGORII THEOLOGI ET JOANNIS CHRYSOSTOMI. 767

REFUTATIO ANATHEMATISMORUM HARMENOPULI. 821

(*Vide præterea inter Addenda ad calcem voluminis*)

DEMETRIUS CYDONIUS. 825

Notitia ex Fabricio. 825

DEMETRII CYDONII LIBER ADVERSUS GREGORIUM PALAMAM. 857

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI. 863

CAP. I. — Quod ex eo quod negant Filium Dei ex substantia esse Patris multa sequantur absurda. 863

CAP. II. — Quo sensu dicant theologi aliud esse substantiam, et aliud hypostasim. 870

CAP. III. — Quod substantia, et hypostasis, atque proprietas secundum rem in Deo idem sint. 874

CAP. IV. — Quod quamvis paternitas, et filiatio sit substantia, non propterea necessario sequitur Filium esse Patrem, aut Patrem Filium. 878

CAP. V. — Quod qui dicunt: Quemadmodum esse aliud hypostasim, et aliud substantiam, et aliud paternitatem in Deo compositionem non facit; ita etiam nonnulla alia, quæ in substantia Dei dicuntur subsistere, quæque realiter a substantia et ab invicem differunt, compositionem non faciunt, temerarii sunt. 886

CAP. VI. — Quod Ecclesiæ doctores Filium ex substantia Patris esse, atque generari, theologice disserunt. 891

CAP. VII. — Quod qui ex substantia Patris esse, seu generari Filium negant, principia fidei tollunt, atque doctoribus adversantur. 898

CAP. VIII. — Quod, quænam tandem fuerint ipsis causæ deceptionis. 903

CAP. IX. — Quod contradicere iis qui dicunt Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, coegit eos non confiteri ex substantia Patris esse Filium. 907

CAP. X. — Quas tandem, quæ videntur objectiones esse præcipuæ, iis inferant, qui ex Patre Filioque procedere aiunt, et primum ex consubstantialitate, atque solutiones hujusmodi rationum. 911

CAP. XI. — Quod alteram objectionem iisdem inferunt, quæ est ex duobus principiis, et hujus solutio. 925

CAP. XII. — Quod sancti ex substantia Patris et Filii Spiritum sanctum esse theologice disserunt, et ex Filio esse, atque exsistere, proficiscique et procedere. 934

CAP. XIII. — Brevis repetitio eorum, quæ dicta sunt, cum epilogo. 954

Demetrii Cydonii ad Barlaamum epistola de processione Spiritus sancti. 959

(*Vide inter mutuas Barlaamii et Demetrii epistolas in Barlaamo*).

Monitum in orationem Demetrii Cydonii de admittendo Latinorum subsidio. 959

DEMETRII CYDONII AD ROMÆOS DELIBERATIVA. 961

EJUSDEM ORATIO ALIA DELIBERATIVA DE NON REDDENDA GALLIPOLI PETENTE AMURATE. 1009

MONODIA DE SEDITIONE THESSALONICENSI, ANNO MCCCXLIII. 1035

(*Exstat inter Scriptores post Theophanem, hujusce Patrologiæ tom. CIX.*)

TRANSLATIO LIBRI FRATRIS RICHARDI, ordinis Prædicatorum, contra Mahometi asseclas. 1035

DEDICATIO Bartholomæi Piceni de Monteardo, Ferdinando regi Aragoniæ et utriusque Siciliæ. 1035

Richardi ex ordine Fratrum, qui apud Latinos Prædicatores appellantur, confutatio legis latæ Saracenis a maledicto Mahometo, translata ex Romana lingua in Græcum, per quemdam Demetrium. 1037

I. De principalibus hujus legis erroribus. 1042

II. Quomodo oportet cum his versari. 1047

III. Quod lex hæc non est lex Dei, propterea quod neque Vetus, neque Novum Testamentum hanc testantur: et quod Saracenis necesse est parere dictis Veteris Testamenti et Evangelii. 1051

IV. Quod Alcoranum non est lex Dei, quoniam non habet stylum et modum cum aliis convenientem. 1057

V. Quod Alcoranum non est lex Dei, quoniam non convenit secundum sententiam cum aliquo altero. 1061

VI. Quod Alcoranum non est lex Dei, quoniam in multis sibiipsi contradicit, 1066

VII. Quod lex Saracenorum nullo miraculo confirmatur. 1070

VIII. Quod lex Mahometi irrationalis est. 1074

IX. Quod lex Saracenorum manifesta contineat mendacia. 1090

X. Quod violenta sit lex Saracenorum. 1105

XI. Quod Alcoranum non est lex Dei; inordinatum enim est. 1107

XII. Quod lex Saracenorum non est Dei; iniqua enim est. 1111

XIII. De Alcorani institutione, et quis fuerit legis hujus opifex et inventor. 1115

XIV. De fictione improbatissimæ visionis. 1119

XV. De quibusdam sex quæsitis in Alcorano communibus, et de Christi ad Mahometum excellentia. 1125

XVI. De Evangelii ad Alcoranum excellentia. 1139

XVII. De Saracenorum responsione ad prædicta. 1147

Digitized by Google

Christianæ fidei Confessio, facta Saracenis incerto auctore. 1151

DEMETRII CYDONII DE CONTEMNENDA MORTE ORATIO 1169

ARGUMENTUM. Demetrius, ut docest, mortem non metuendam, sed contemnendam negligendamque esse, tria hominum mortem timentium profert genera : primo eos qui mortem propter voluptatum jacturam abominentur (c. 2 — 6); deinde eos qui morte deleri omnia putent (c. — 20); denique eos qui propter pœnas æternas mortem omnium malorum maximum gravissimumque esse arbitrentur (c. 7 — 20-23) : ita ut patefaciat et demonstret vanitatem timoris singulorum ejusque causas. 1169

DEMETRII CYDONII EPISTOLA ad magnum primicerium Phacrasem, Thessalonica scripta, cum anno 1430 Amuratus II urbem obsidione cingeret, quam mox expugnatam ferro et igne delevit. — Ex hac epistola discimus Cydonium patria Thessalonicensem fuisse, non autem Cpolitanum vel Cretensem, ut Fabricius cum aliis putavit. 1215

MAXIMUS CHRYSOBERGA MONACHUS.

Monitum Editorum. 1215

MAXIMI CHRYSOBERGÆ AD CRETENSES DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI ORATIO. 1217

PHILOTHEUS SELYMBRIENSIS.

ORATIO IN SANCTUM AGATHONICUM. 1229

ADDENDA.

Philothei CP. Patriarchæ Privilegium pro episcopo Hierissi. — Ejus in monte Sancto jura episcopalia confirmat. 1235

Philothei Patriarchæ CP. Contra Gregoram Antirheticorum Libri XII. Vide tom. CLI.

Ejusdem Encomium Gregorii Palamæ. Vide *ibid.*

Ejusdem Vita S. Demetrii Martyris. Vide tom. CXVI.

Index in Joannis Cantacuzeni Historiam Byzantinam 1245

Digitized by Google

SUPPLENDA AD ANNUM MCCCLXIX.

JOANNIS PALÆOLOGI

IMPERATORIS

[1355-1391.]

PROFESSIO FIDEI

(Apud Leonem Allatium *De utriusque Ecclesiæ consensu*. p. 843 (*a*).

Ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου. Ἀμήν. Γνωστὸν ἔστω πᾶσι τοῖς τὰ παρόντα γράμματα, καὶ τὸ δημόσιον συμβόλαιον ὀψομένοις, ὅτι οἱ αἰδεσιμώτατοι Πατέρες καὶ κύριοι Θεοῦ χάριτι, Γουλιέλμος ἐπίσκοπος Ὀστιένσης, καὶ Βερνάρδος τῆς ἐκκλησίας τῶν Δώδεκα Ἀποστόλων, καὶ Φραντζίσκος τῆς ἐκκλησίας τῆς Ἁγίας Σαβίνης, πρεσβύτεροι, καὶ Ῥαϊμοῦνδος τοῦ Ἁγίου Ἀδριανοῦ διάκονος, καρδινάλιοι, ἐπίτροποι ἐπὶ τὰ ὑποτεταγμένα ὑπὸ τοῦ αὐθέντου Οὐρβανοῦ πάππα πέμπτου ἀποταχθέντες γράμματα τοῦ αὐτοῦ ἀποστολικὰ ἰδίᾳ βούλλῃ μολιβδίνῃ κατωχυρωμένα ἐν ταύτῃ τῇ ἑπομένῃ περιλήψει ἐδέξαντο. A

In nomine Domini. Amen. Noverint universi, præsentes litteras et instrumentum publicum inspecturi, quod reverendissimi Patres et domini, Gulielmus Dei gratia episcopus Ostiensis, et Bernardus basilicæ Duodecim Apostolorum, et Franciscus ecclesiæ Sanctæ Sabinæ, presbyteri, ac Raynaldus, Sancti Adriani diaconus, cardinales, commissarii super infrascriptis per dominum Urbanum divina providentia Papam V deputati, litteras ejusdem apostolicas sua bulla plumbea munitas, tenoris sequentis, receperunt.

« Οὐρβανὸς ἐπίσκοπος, δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῷ αἰδεσίμῳ ἀδελφῷ Γουλιέλμῳ ἐπισκόπῳ Ὀστιένσῃ, καὶ τοῖς ἀγαπητοῖς υἱοῖς Βερνάρδῳ τῆς ἐκκλησίας B τῶν Δώδεκα Ἀποστόλων, καὶ Φραντζίσκῳ τῆς ἐκκλησίας τῆς Ἁγίας Σαβίνης πρεσβυτέροις, καὶ Ῥαϊμούνδῳ τοῦ Ἁγίου Ἀδριανοῦ διακόνῳ, σωτηρίαν καὶ ἀποστολικὴν εὐλογίαν. Ἐπειδὴ ὁ μεγαλοπρεπὴς καὶ περιφανὴς ἄρχων Ἰωάννης βασιλεὺς τῶν Γραικῶν νεωστὶ ἐξ εὐλαβείας, καὶ ζεούσης ἀγάπης περὶ τὴν

« Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Gulielmo episcopo Ostiensi, et dilectis filiis Bernardo basilicæ Duodecim Apostolorum, ac Francisco ecclesiæ Sanctæ Sabinæ, presbyteris, ac Raynaldo Sancti Adriani diacono, salutem et apostolicam benedictionem. Cum magnificus princeps Joannes, imperator Græcorum illustris, noviter ex devotione ac fervore catholicæ fidei ad Urbem accesserit, Romanam sanctam sedem apostolicam

(*a*) Regnante Urbano V, Joannes Palæologus, cum Græcorum imperium singulis horis vilesceret, Turcarum contra ad summum cresceret, in Italiam ad flagitandam opem adnavigat. Summa omnium principum gratulatione exceptus est : de suppetiis nihil actum. Cum Romæ moraretur, coram Guilielmo Ostiensi episcopo, Bernardo et Francisco presbyteris, et Raimundo diacono, cardinalibus, fidei suæ professionem edidit, vere catholicam et vere Romanam. Latinam versionem, ex codicibus Vaticanis desumptam, mihi communicavit doctrina ac pietate maxime munitus, et commodis amicorum natus, Fiaminius Marcellinus. LEO ALLAT.

Digitized by Google

visiturus, et ejus ordinationi et mandatis, in his quæ dictam fidem concernunt, tanquam princeps catholicus perpetuo pariturus; nos, volentes eumdem imperatorem in prima ejus visione ac receptione tanquam catholicum principem, et alios Græcos tam clericos et religiosos, quam etiam prælatos et laicos, exsistentes cum eo qui ad ejusdem Ecclesiæ venire voluerunt unitatem, professione dictæ fidei, ac juramento, et abjuratione secundum debitas formas, alias a præclaræ memoriæ Michaele Palæologo, imperatore Græcorum, prædecessore ejusdem imperatoris, in simili casu servatas, admissi, ad pacis osculum et alias decenter et licite recipere et congrue honorificationis impendiis honorare: de nostra quoque sinceritate ad dictam fidem ac circumspectione gerentes in Domino fiduciam pleniorem, vobis et cuilibet vestrum recipiendi nomine nostro et dictæ Ecclesiæ ab eisdem imperatore et Græcis aliis, ecclesiasticis et religiosis, etiam quacunque prælatione fungentibus, hujus professionem, juramentum, et abjurationem secundum formas contentas in nostris apostolicis litteris, quas vobis cum præsentibus destinamus, ac exinde confici publica instrumenta et litteras, ejusdem imperatoris et aliorum, qui profitebuntur et abjurabunt, sigillis signoque munitas, plenam concedimus auctoritate apostolica, tenore præsentium, facultatem. Datum Viterbii, Nonas Octobris, Pontificatus nostri anno septimo.»

A καθολικὴν πίστιν εἰς τὴν Μεγαλόπολιν παρεγένετο, τὴν ἁγίαν ἀποστολικὴν καθέδραν ἐπισκεψόμενος, καὶ θεωρήσων, καὶ τῇ διατάξει αὐτῆς, καὶ τοῖς περὶ τὴν εἰρημένην πίστιν θεωρουμένοις προστάγμασιν, ὡς υἱὸς τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἀϊδίως ὑποκειόμενος, ἡμεῖς βουλόμενοι τὸν αὐτὸν βασιλέα ἐν τῇ πρώτῃ αὐτοῦ ὄψει, καὶ ὑποδοχῇ ὡς υἱὸν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ δὴ καὶ τοὺς ἄλλους Γραικοὺς κληρικούς τε καὶ μοναχοὺς, προεστῶτας καὶ λαϊκοὺς τοὺς αὐτῷ συμπαραγενομένους, οἳ πρὸς ἕνωσιν τῆς αὐτῆς Ἐκκλησίας ἐλθεῖν ἐβουλήθησαν, ἐν ἀσπασμῷ εἰρήνης, καὶ ἄλλως πρεπόντως καὶ δικαίως ὑποδέχεσθαι, καὶ τιμῇ συμφώνῳ τιμᾷν, ὁμολογίᾳ τῆς ῥηθείσης πίστεως, καὶ ὁρκωμοσίας προσληφθέντων κατὰ τὸν ὀφειλόμενον τύπον, ἄλλοτε τοῦ τῆς λαμπρᾶς μνήμης Μιχαὴλ Παλαιολόγου βασιλέως τῶν Γραικῶν προηγησαμένου B αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἐν ὁμοίῳ συμβάματι φυλαχθέντα * * * περί τε τῆς ἡμετέρας εἰλικρινότητος πρὸς τὴν εἰρημένην πίστιν καὶ περισκεψιν ταύτην, ἔχοντες ἐν Κυρίῳ πλῆρες θάρρος ὑμῖν, καὶ ἑκάστοις ὑμῶν πλήρη παρέχομεν εὐπορίαν ἀποστολικῇ αὐθεντίᾳ τῇ δυνάμει τῶν παρόντων, ὥστε ὑποδέξασθαι ἡμετέρῳ ὀνόματι, καὶ τῆς εἰρημένης Ἐκκλησίας ἀπὸ τῶν αὐτῶν, τοῦ τε βασιλέως, καὶ τῶν ἄλλων Γραικῶν, κληρικῶν, μοναχῶν, καὶ τῶν ὁποιουδήτινος ὄντως ἀξιώματος ταύτην τὴν ὁμολογίαν, τὴν ὁρκωμοσίαν κατὰ τὸν περιεχόμενον τύπον ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀποστολικοῖς γράμμασιν, ἅπερ ὑμῖν μετὰ τῶν παρόντων διαπέμπομεν, κἀκεῖθεν γενέσθαι βασιλέως, καὶ τῶν ἄλλων, οἳ ὁμολογήσουσι, καὶ ἐξ- ἐδόθη ἐν τῷ Βιτερβίῳ, Νόννοις Ὀκτωβρίου, ἔτει συμβόλαια δημόσια, καὶ γράμματα τῶν αὐτῶν τοῦ τε ομόσονται σιγίλλοις καὶ σημείῳ κατωχυρωμένα * * * ἐβδόμῳ τῆς ἀρχιερωσύνης ἡμῶν.» C

Iidem reverendissimi Patres ad præmissa deputati reverendum Patrem Paulum Dei gratia patriarcham Constantinopolitanum, ac dominum fratrem Nicolaum episcopum Arenopolitanum, et religiosum virum fratrem Antonium de Athenis, ordinis Fratrum Minorum, scientes linguas et grammaticas Latinas et Græcas, in hac parte interpretes assumpserunt; qui in manibus dicti domini Francisci cardinalis, de consensu aliorum prædictorum dominorum cardinalium, recipientes ad sancta Dei Evangelia juraverunt fideliter referre Latina lingua verba prædicti imperatoris, et aliorum Græcorum, qui venerant cum dicto imperatore, et profiteri volebant. Et ecce professionem imperatoris. D

Οἱ αὐτοὶ αἰδεσιμώτατοι Πατέρες οἱ ἐπὶ τοῖς ἀναγεγραμμένοις ἀποτεταγμένοι, ἐν τούτῳ τῷ μέρει ἑρμηνεῖς προσελάβοντο τὸν αἰδέσιμον Πατέρα καὶ κύριον Παῦλον, Θεοῦ χάριτι πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τὸν ἀδελφὸν κύριον Νικόλαον ἐπίσκοπον Ἀρενοπολιτάνον, καὶ τὸν μοναχὸν ἄνδρα Ἀντώνιον ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, τῆς τάξεως τῶν Φρατρενουρίων, εἰδότας ἑκατέραν γλῶσσαν Λατίνων καὶ Γραικῶν, τήν τε κοινὴν, καὶ τὴν γραμματικὴν, οἵτινες ἑρμηνεῖς ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ εἰρημένου αὐθέντου Φραντζίσκου καρδιναλίου ἀπὸ συναινέσεως τῶν εἰρημένων ἄλλων αὐθεντῶν καρδιναλίων, ἀναδεχομένου εἰς τὰ ἅγια τοῦ Θεοῦ Εὐαγγέλια, ὥμοσαν πιστῶς ἀναφέρειν Λατινικῇ γλώσσῃ τὰ ῥήματα τοῦ προειρημένου βασιλέως, καὶ τῶν ἄλλων Γραικῶν τῶν μετὰ τοῦ βασιλέως ἐλθόντων, καὶ ὁμολογίαν δοῦναι βουληθέντων. Ἀλλ' ἰδοὺ καὶ ἡ τοῦ βασιλέως ὁμολογία·

«In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen. Ego Joannes in Christo Deo fidelis imperator, et Romanorum moderator Palæologus, Spiritus sancti lumine illustratus, volens saluti animæ meæ providere, sponte veni ad sacram Urbem Romanam, sanctissimum Patrem dominum Urbanum, divina providentia papam quintum, et sanctam sedem apostolicam visiturus, ac ejusdem domini papæ, vel alterius, seu aliorum ab eo in hac parte deputatorum manibus recogniturus et professurus fidem

«Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἀμήν. Ἐγὼ Ἰωάννης ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Παλαιολόγος, φωτὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐλλαμφθεὶς τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς προνοούμενος, ἑκουσίως παρεγενόμην εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν Ῥώμην, τὸν ἁγιώτατον πάππαν τὸν αὐθέντην Οὐρβανὸν, θείᾳ προνοίᾳ πάππαν πέμπτον, καὶ τὴν ἁγίαν ἀποστολικὴν καθέδραν ἐπισκεψόμενος, καὶ θεωρήσων, καὶ ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ αὐτοῦ αὐθέντου πάππα, ἢ ἑτέρου, ἢ ἑτέρων ἀπ'

Digitized by Google

αὐτοῦ ἐν τούτῳ τῷ μέρει ἀποταχθέντων ἐπιγνωσόμενος καὶ ὁμολογήσων τὴν καθολικὴν πίστιν, ἣν ἡ ἱεροαγία Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία, καὶ οἰκουμενικὴ ὁμολογεῖ, κρατεῖ, καὶ διδάσκει, καὶ περὶ τὴν διηνεκῆ συντήρησιν τῆς αὐτῆς πίστεως τοῦ προρρηθέντος αὐθέντου πάππα, καὶ τῶν αὐτοῦ διαδόχων Ῥωμαϊκῶν ἀρχιερέων τοῖς προστάγμασι πεπληρωμένως, καὶ ἐμπράκτως ὑποκειμένος. Καὶ διὰ τοῦτο ἐνώπιον ὑμῶν τῶν αἰδεσίμων Πατέρων Γουλιέλμου ἐπισκόπου Ὀστιένση, Βερνάρδου τῆς ἐκκλησίας τῶν Δώδεκα Ἀποστόλων, καὶ Φραντζίσκου τῆς ἐκκλησίας τῆς Ἁγίας Σαβίνης πρεσβυτέρων, καὶ Ῥαϊμούνδου τοῦ ἁγίου Ἀδριανοῦ διακόνου καρδιναλίων ἐπιτρόπων ἐπὶ τούτοις ἀπὸ τοῦ εἰρημένου αὐθέντου πάππα ἀποτεταγμένων, καὶ τοῦ αἰδεσίμου ἀνδρὸς τῆς αὐτῆς καθέδρας νοταρίου, καὶ μαρτύρων ὑποτεταγμένων, αὐτοπροσώπως καταστὰς, ὁμολογῶ καὶ πιστεύω τὴν ἁγίαν Τριάδα, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἕνα Θεὸν παντοδύναμον, ὅλην τε ἐν θεότητι τὴν Τριάδα, ὁμοούσιον, καὶ ὁμοούσιον, συναΐδιον, καὶ παντοκράτορα, μιᾶς θελήσεως καὶ ἐξουσίας, καὶ μεγαλειότητος, πάσης κτίσεως ποιητήν, ἐξ οὗ τὰ πάντα, δι' οὗ τὰ πάντα τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, ὁρατὰ, σωματικὰ, καὶ νοερά. Ἔτι πιστεύω ἕκαστον ἐν τῇ Τριάδι πρόσωπον, ἕνα ἀληθῆ Θεὸν τέλειον, καὶ πλήρη.

A catholicam, quam sacrosancta Romana ac universalis Ecclesia profitetur, tenet et docet, et circa perpetuam observantiam ejusdem fidei, præfati domini papæ, ac suorum successorum Romanorum pontificum mandatis plenarie et efficaciter parituri. Ideoque in præsentia vestrum, reverendissimi Patres, domini Guilielme episcope Ostiensis, et Bernarde basilicæ Duodecim Apostolorum, ac Francisce tituli Sanctæ Sabinæ, presbyteri, et Raynalde Sancti Adriani diacone, cardinales, commissarii super hoc a præfato domino papa deputati, ac venerabiles viri ejusdem sedis notarii, et testium infrascriptorum personaliter constitutus, profiteor et credo sanctam Trinitatem, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unum Deum omnipotentem, totamque in Trinitate deitatem, coessentialem et consubstantialem, coæternam et coomnipotentem, unius voluntatis, potestatis, et majestatis, Creatorem omnium creaturarum, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, quæ sunt in cœlo et in terra, visibilia et invisibilia, corporalia et spiritualia. Item credo singulam quamque in Trinitate personam, unum verum Deum plenum et perfectum.

B

« Πιστεύω αὐτὸν τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν αἰωνίως ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, ὁμοούσιον, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως, καὶ ταυτὸν κατὰ πάντα τῷ Πατρὶ ἐν τῇ θεότητι, ἐν χρόνῳ γεννηθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου μετὰ ψυχῆς λογικῆς, δύο γεννήσεις ἔχοντα, μίαν ἐκ τοῦ Πατρὸς αἰώνιον, ἑτέραν ἐκ τῆς Μητρὸς χρονικὴν, Θεὸν ἀληθινὸν, καὶ ἄνθρωπον ἀληθινὸν, ἴδιον ἐν ἑκατέρᾳ φύσει, καὶ τέλειον, οὐ χάριτι οὐδὲ κατὰ φαντασίαν, ἀλλ' ἀληθῆ καὶ ἕνα Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἐν δύο φύσεσι, καὶ ἐκ δύο, τῆς Θείας, καὶ ἀνθρωπίνης φύσεως, ἀλλ' ἐν ἑνότητι ἑνὸς προσώπου, ἀπαθῆ μὲν καὶ ἀθάνατον τῇ θεότητι, ἀλλ' ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας παθόντα ἀληθεῖ πάθει σαρκὸς, νεκρωθέντα, καὶ ταφέντα, καὶ καταβάντα εἰς τὸν ᾅδην, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἀπὸ τῶν νεκρῶν, ἀληθεῖ σαρκὸς ἀναστάσει, καὶ ἡμέρᾳ τεσσαρακοστῇ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, καθ' ἣν ἀνέστη, ἀνελθόντα εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς, ὅθεν ἐλεύσεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἀποδώσων ἑνὶ ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, εἴτε ἀγαθὰ ἐγένοντο, εἴτε κακά. Πιστεύω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πλήρη καὶ τέλειον Θεὸν ἀληθινὸν, ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον, ταυτὸν καὶ ὁμοῦπαρκτον, καὶ ὁμοδύναμον, καὶ συναΐδιον κατὰ πάντα Πατρὶ καὶ Υἱῷ. Πιστεύω ταύτην τὴν ἁγίαν τριάδα, οὐ τρεῖς εἶναι θεοὺς, ἀλλ' ἕνα Θεὸν παντοκράτορα, αἰώνιον, ἀόρατον, ἀναλλοίωτον.

C

D

«Credo ipsum Filium Dei, Verbum Dei, æternaliter natum ex Patre, consubstantialem, unius et ejusdem omnipotentiæ et coæqualem per omnia Patri in divinitate : in tempore conceptum de Spiritu sancto, natum ex Maria semper virgine cum anima rationali ; duas habentem nativitates : unam ex Patre æternam, alteram ex Matre corporalem ; Deum verum et hominem verum, proprium in utraque natura atque perfectum ; non adoptivum, neque secundum phantasiam, sed verum et unicum Filium Dei, in duabus et ex duabus, divina scilicet et humana, naturis, sed in unius singularitate personæ ; impassibilem et immortalem divinitate, sed in humanitate pro nobis et salute nostra passum, vera carnis passione ; mortuum et sepultum ; et descendisse ad inferos ; et tertia die resurrexisse a mortuis, vera carnis resurrectione ; die quadragesimo post resurrectionem, cum carne, qua resurrexit, et anima, ascendisse ad cœlum, et sedere ad dexteram Dei Patris ; inde venturum judicare vivos et mortuos, et redditurum unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint sive mala. Credo etiam Spiritum sanctum, plenum et perfectum verumque Deum, ex Patre et Filio procedentem ; coæqualem, et coessentialem, et coomnipotentem, et coæternum per omnia Patri et Filio. Credo hanc sanctam Trinitatem, non tres deos, sed unum Deum omnipotentem, æternum, invisibilem, et incommutabilem.

« Πιστεύω τὴν ἁγίαν καθολικὴν, καὶ ἀποστολικὴν μίαν ἀληθῆ εἶναι Ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ ἓν δίδοται βάπτισμα, καὶ ἀληθὴς ἄφεσις πάντων τῶν ἁμαρτημάτων. Πιστεύω ἀληθῆ ἀνάστασιν τῆς αὐτῆς σαρκὸς ἣν νῦν

« Credo sanctam catholicam et apostolicam unam esse veram Ecclesiam, in qua unum datur baptisma, et vera omnium remissio peccatorum. Credo veram resurrectionem ejusdem carnis, quam

Digitized by Google

nunc gestamus, et vitam æternam. Credo etiam Novi et Veteris Testamenti, id est, legis et veteris et novæ, prophetarum et apostolorum, unum esse auctorem Deum et Dominum omnipotentem. Credo hanc esse veram fidem catholicam, et quod hanc supradictis articulis tenet et prædicat sacrosancta Romana Ecclesia, et propter diversas hæreses, a quibusdam ex ignorantia, et ab aliis ex malitia, introductas, dicit et prædicat, eos, qui post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos, sed per veram pœnitentiam suorum posse consequi veniam peccatorum; quod si vere pœnitentes in charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas pœnis purgatoriis post mortem purgari, et ad pœnarum hujuscemodi alleviationem et liberationem prodesse eis fidelium vivorum suffragia, scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas, et alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundum Ecclesiæ instituta. Credo etiam, illorum animas qui, post sacrum baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam quæ post contractam peccati maculam vel in suis manentes corporibus vel eisdem exutæ, prout dictum est superius, sunt purgatæ, in cœlum mox recipi : illorum autem animas, qui in mortali peccato, vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas. eadem sancta Romana Ecclesia credit et firmiter asseverat ; et quod nihilominus in die judicii omnes homines ante tribunal Christi, cum suis corporibus, comparebunt, reddituri de factis propriis rationem.

A φέρομεν, καὶ ζωὴν αἰώνιον. Πιστεύω καὶ τῆς Νέας καὶ Παλαιᾶς Διαθήκης, τουτέστι τοῦ νόμου, τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ἀποστόλων ἕνα εἶναι ἀρχηγὸν Θεὸν Κύριον παντοκράτορα. Πιστεύω ταύτην εἶναι ἀληθῆ πίστιν · καὶ ὅτι ταύτην ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἄρθροις κρατεῖ καὶ διδάσκει ἡ ἱεροαγία Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία, καὶ διὰ διαφόρους αἱρέσεις, ἀπό τινων μὲν ἐξ ἀγνοίας, ἀπ' ἄλλων δὲ ἐκ πονηρίας ἐπεισαχθείσας λέγει καὶ κηρύττει τοὺς μετὰ τὸ βάπτισμα ἐν ἁμαρτήμασιν ὀλισθήσαντας οὐκ ὀφείλειν ἀναβαπτίζεσθαι, ἀλλὰ δι' ἀληθοῦς μετανοίας τῶν ἰδίων πλημμελημάτων δύνασθαι συγγνώμης τῶν ἑαυτῶν ἁμαρτημάτων ἐπιτυχεῖν · ὅτι εἴ γε κατὰ ἀλήθειαν μετανοήσαντες μετὰ ἀγάπης μετέστησαν πρὸ τοῦ ἱκανοποιῆσαι καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας ἕνεκα τῶν πλημμεληθέντων αὐτοῖς τὰς ψυχὰς αὐτῶν ποιναῖς καθαρτηρίοις μετὰ θάνατον καθαίρεσθαι, καὶ πρὸς ἀνακουφισμὸν, καὶ ἐλευθερίαν τῶν τοιούτων ποινῶν λυσιτελεῖν αὐτοῖς τὰ βοηθήματα τῶν ζώντων πιστῶν, ἀναφορὰς, προσευχὰς, καὶ ἐλεημοσύνας, καὶ τὰ ἄλλα ἔργα τῆς εὐσπλαγχνίας τὰ παρὰ τῶν πιστῶν γίνεσθαι εἰωθότα κατὰ τὴν τῆς Ἐκκλησίας νομοθεσίαν. Πιστεύω καὶ τὰς ψυχὰς τῶν μετὰ τὸ ἱερὸν βάπτισμα εἰς οὐδένα ὅλως μολυσμὸν ἐμπεσόντων, τῶν τε μετὰ τὸν προστριβέντα ἑαυτοῖς ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων ῥύπον, ἢ ἐν αὐτοῖς ὄντων, ὡς προδεδήλωται, καθαρθείσας, εἰς οὐρανὸν εὐθὺς ἀναλαμβάνεσθαι · τὰς δὲ ψυχὰς τῶν ἐν θανασίμῳ ἁμαρτήματι, ἢ μετὰ μόνου τοῦ προγονίου μεθισταμένων, καταβαίνειν εὐθὺς εἰς τὸν ᾅδην · οὕτω μέντοι καθὼς ἡ αὐτὴ ἁγία Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία πιστεύει, καὶ βεβαίως ἰσχυρίζεται, ὡς διαφόροις κολάσεσι κολασθησομένας · καὶ ὅτι οὐδὲν ἧττον ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως πάντες ἄνθρωποι πρὸ τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ μετὰ τῶν ἰδίων σωμάτων ἐμφανισθήσονται, ἀποδώσοντες περὶ τῶν ἰδίων ἔργων λόγον.

B

C

D

« Item credo, sicut tenet etiam et docet eadem sancta Ecclesia Romana, septem esse Ecclesiæ sacramenta. Unum scilicet baptisma, de quo dictum est supra. Aliud est sacramentum Confirmationis, quod per manus impositionem episcopi conferunt, chrismando renatos. Aliud est Pœnitentia : aliud est Eucharistia : aliud est sacramentum Ordinis : aliud Matrimonii : aliud est Extrema Unctio, quæ secundum doctrinam beati Jacobi, infirmantibus exhibetur. Sacramentum Eucharistiæ ex azymo sacrificat Ecclesia Romana prædicta, tenens et docens, quod in ipso sacramento, panis vere transmutatur in Corpus, et vinum in Sanguinem Domini nostri Jesu Christi. De Matrimonio vere tenet, quod nec unus vir simul plures uxores, nec una mulier simul habere permittitur plures viros ; soluta vero lege matrimonii per mortem alterutrius conjugum, secundas et tertias et deinceps nuptias successive licitas esse dicit, si impedimentum canonicum et causa alia non obsistat.

« Ἔτι πιστεύω καθὼς κρατεῖ καὶ διδάσκει ἡ ἁγία Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία, ἑπτὰ εἶναι τὰ ἐκκλησιαστικὰ μυστήρια, ἓν δηλονότι τὸ Βάπτισμα, περὶ οὗ δεδήλωται, ἄλλο μυστήριον τοῦ χρίσματος τοῦ ἁγίου μύρου, ὃ δι' ἐπιθέσεως τῶν τοῦ ἐπισκόπου χειρῶν, χρίοντος τοὺς ἀναγεννωμένους ἐπιδίδοται. Ἄλλο ἐστὶν ἡ Μετάνοια. Ἄλλο ἐστὶν ἡ Εὐχαριστία. Ἄλλο ἐστὶ τὸ μυστήριον τῆς Τάξεως, ἤτοι τῶν χειροτονιῶν. Ἄλλο τὸ τοῦ Γάμου. Ἄλλο τὸ Τελευταῖον Χρῖσμα, ἤγουν τὸ εὐχέλαιον, ὃ κατὰ τὴν διδασκαλίαν τοῦ μακαρίου Ἰακώβου τοῖς ἀσθενοῦσι παρέχεται. Τὸ μυστήριον τῆς Εὐχαριστίας ἐξ ἀζύμου θυτιάζει ἡ προειρημένη Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία, κρατοῦσα, καὶ διδάσκουσα, ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ μυστηρίῳ ὁ ἄρτος ἀληθῶς μεταβάλλεται εἰς σῶμα, καὶ ὁ οἶνος εἰς αἷμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Περὶ τοῦ γάμου δὲ κρατεῖ, ὅτι οὔτε εἷς ἀνὴρ ὁμοῦ πλείους γυναῖκας, οὔτε μία γυνὴ ὁμοῦ ἔχειν συγχωρεῖται πλείους ἄνδρας, ἀπολυθεῖσα δὲ τοῦ γαμικοῦ νόμου διὰ θάνατον ἑτέρας συζυγίας, δεύτερον καὶ τρίτον γάμον κατὰ διαδοχὴν ἑξῆς συγχεχωρεῖσθαι φησι, μόνον εἰ ἐμπόδισμα παρατηρήσεως ἄξιον, καὶ ἄλλη αἰτία οὐκ ἐναντιοῦται.

« Ipsa quoque sacrosancta Romana Ecclesia

« Καὶ δὴ καὶ αὐτὴ ἡ ἱεροαγία Ῥωμαϊκὴ Ἐκ-

Digitized by Google

κλησία ἄκρον καὶ πλήρες πρωτεῖον, καὶ ἀρχὴν ἐπὶ πᾶσαν τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν κατέχει. Ὁ δὴ πρωτεῖον ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἐν τῷ μακαριωτάτῳ τῶν ἀποστόλων ἄρχοντι, ἢ κορυφαίῳ, οὗ ὁ τῆς Ῥώμης ἀρχιερεύς ἐστι διάδοχος μετὰ πλήρους τῆς ἐξουσίας, εἰλημφέναι ἀληθῶς καὶ ταπεινῶς ἐπιγινώσκει. Καὶ ὥσπερ παρὰ τοὺς λοιποὺς κρατεῖται τὴν τῆς πίστεως ἀλήθειαν ἐκδικεῖν· οὕτως καὶ εἴ τινες λόγοι περὶ τῆς πίστεως ἀνεφύησαν κατὰ τὴν αὐτοῦ κρίσιν ὀφείλουσιν τὸν ὁρισμὸν τῆς ἀποφάσεως ἐπιδέχεσθαι· πρὸς ἣν Ἐκκλησίαν ἕκαστος βαρυνόμενος ἐν πράγμασιν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ἀνήκουσι κρίσιν, ἔφεσιν δύναται ποιεῖν. Καὶ μέντοι καὶ ἐν πάσαις ταῖς ὑποθέσεσι, ταῖς εἰς βάσανον ἐκκλησιαστικὴν ἀφορῶσιν εἰς τὴν αὐτῆς κρίσιν ἀνατρέχειν δύναται. Καὶ ταύτῃ πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι ὑπόκεινται, καὶ οἱ αὐτῶν ἐπίσκοποι ὑποταγὴν, καὶ αἰδῶ αὐτῇ ὀφείλουσι. Παρ' ἣ καὶ ἀφ' ἧς οὕτω πλήρωμα ἐξουσίας ἐστὶν, ὥστε τὰς λοιπὰς ἐκκλησίας εἰς ἐρημίας μέρος παραλαμβάνει. Ὧν πολλὰς πατριαρχεῖα εἶναι ἐξόχως δωρεαστικοῖς δικαιώμασιν ἡ αὐτὴ Ἐκκλησία Ῥωμαϊκὴ ἐτίμησε, τῆς ἑαυτῆς μέντοι ὑπερεχούσης ἀξίας, καὶ τοῦ ὑπεραναβεβηκότος, ἔν τε ταῖς καθολικαῖς συνόδοις, καὶ ἐν ὁποίοις δήποτε ἄλλοις ἀεὶ φυλασσομένων.

A summum et plenum primatum et principatum super universam catholicam Ecclesiam obtinet; quem scilicet ab ipso Domino in beato Petro, apostolorum principe seu vertice, cujus Romanus pontifex est successor, cum plena potestate recepisse, veraciter et humiliter recognoscit: et sicut præ cæteris tenetur fidei veritatem defendere, sic et, si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, suo debent judicio definiri: ad quam potest gravatus quilibet in negotiis ad forum ecclesiasticum pertinentibus appellare. Sed et in omnibus causis, ad examen ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius recurri potest judicium, et eidem omnes Ecclesiæ sunt subjectæ: ipsarumque episcopi obedientiam et reverentiam sibi debent: apud quam sic potestatis plenitudo consistit, quod Ecclesias cæteras ad sollicitudinis partem admittit; quarum multas, patriarchales præcipue, diversis privilegiis eadem Romana Ecclesia honoravit, sua tamen præcellenti dignitate et superioritate, tam in generalibus conciliis quam in quibuscunque aliis, semper salva.

B

« Ὅθεν τὴν ἀναγεγραμμένην τῆς πίστεως ἀλήθειαν, ὡς πληρούντως ἔχουσαν, καὶ πιστῶς ἐκτεθεῖσαν, ἀληθῆ, ἁγίαν, καὶ ὀρθόδοξον πίστιν εἶναι ἐπιγινώσκω. Ταύτην ἀποδέχομαι, καὶ καρδίᾳ καὶ στόματι ὁμολογῶ, καὶ ἐφ' ὅσον αὐτὴν ἀληθῶς κρατεῖ καὶ πιστῶς διδάσκει, καὶ κηρύττει ἡ ἱεροαγία Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία ἐμαυτὸν ἀμολύντως φυλάξειν, καὶ ἐν αὐτῇ πάντα χρόνον διατελέσειν, καὶ ἀπ' αὐτῆς ἐν οὐδενὶ καιρῷ ἀναχωρήσειν, ἤ τινι τρόπῳ παρεγκλίνειν ὑπισχνέομαι. Καὶ ἐξόμνυμαι πᾶν σχίσμα, καὶ τὸ πρωτεῖον αὐτῆς τῆς ἱεροαγίας Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας, ὡς ἐν τῇ προδηλωθείσῃ ὑφῇ περιέχεται, εἰς τὴν ὑποταγὴν τῆς αὐτῆς Ἐκκλησίας ἐρχόμενος ἑκουσίως ὁμολογῶ, καὶ ἐπιγινώσκω, ἀποδέχομαι, καὶ ἑκουσίως ὑποδέχομαι, καὶ τὰ ἀνατεταγμένα πάντα, ὅσα περὶ τὴν τῆς πίστεως ἀλήθειαν, καὶ ὅσα περὶ τὸ πρωτεῖον τῆς εἰρημένης Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας. Τούτων τὴν ἐπίγνωσιν, τὴν ἀποδοχὴν, τὴν ὑποδοχὴν, τὴν συντήρησιν, τὴν διαμονὴν ἐμαυτὸν διατηρήσειν, καὶ φυλάξειν δοθέντος πραγματικοῦ ὅρκου, ὑπόσχομαι καὶ ἐπιβεβαιῶ. Οὕτω μοι βοηθήσειεν ὁ Θεὸς καὶ ταῦτα τὰ ἅγια τοῦ Θεοῦ Εὐαγγέλια. Ὅτι ἐὰν κατὰ τούτων τι φρονῆσαι, ἢ ὁμολογῆσαι, ἢ ἅλως ποιῆσαι τολμήσω, ποιήσω ἐμαυτὸν σχισματικὸν, καὶ αὐτῷ τοῦτῳ ἀνατεθεματισμένον εἶναι ἐπιγινώσκω, καὶ τῇ ἀποτομίᾳ καὶ τῇ αὐστηρότητι τῶν ἁγίων κανόνων ὑποκεῖσθαι. »

C

D

« Unde suprascriptam fidei veritatem, prout plene lecta est et fideliter exposita, veram, sanctam, et orthodoxam fidem esse recognosco, eam accepto, et corde ac ore profiteor, ipsamque prout eam veraciter tenet et fideliter docet et prædicat sacrosancta Romana Ecclesia, me inviolabiliter servaturum, et in ea omni temporé perseveraturum, nec ab ea ullo tempore recessurum, seu quoquo modo deviaturum promitto, et abrenuntio omni schismati. Primatumquoque ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, prout in præmissa serie continetur, ad ipsius Ecclesiæ obedientiam spontaneus veniens, fateor et recognosco, accepto ac sponte suscipio: et me omnia præmissa, tam circa fidei veritatem, quam circa dictæ Ecclesiæ primatum, et ipsorum recognitionem, acceptationem, susceptionem, observantiam et perseverantiam, servaturum, præstito corporali juramento promitto et confirmo. Sic me Deus adjuvet, et hæc sancta Dei Evangelia. Quod si contra hæc aliquid sentire, confiteri, aut aliud agere præsumpsero, me schismaticum et anathematizatum eo ipso recognosco, et severitati sacrorum canonum subjacere. »

Εἰς ἀσφάλειαν τῶν προειρημένων, καὶ φυλακὴν μείζονα, τὸ παρὸν ὁρκωμοτικὸν μυστικὸν ἐξεθέμεθα συμβόλαιον καὶ βούλλᾳ χρυσῇ κατωχυρωμένον. Ἐγράφη ἐν τῇ παλαιᾷ Ῥώμῃ ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ Κυρίου σαρκώσεως χιλιοστῷ τριακοσιοστῷ ἑξηκοστῷ ἐνάτῳ, ἐνδικτιῶνος ἑβδόμης, ἡμέρᾳ δεκάτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς, παρόντος τοῦ αἰδεσίμου Πατρὸς τοῦ κυρίου Παύλου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ κυρίου Νικολάου ἐπισκόπου Ἀρεοπολιτάνου, καὶ τοῦ εὐλαβοῦς ἀνδρὸς τοῦ μοναχοῦ Ἀντωνίου ἐκ τῶν

Ad certitudinem prædictorum, et cautelam majorem, præsens juramentum mysticum exposui, et instrumentum feci, Bulla aurea munitum, scriptum in antiqua Roma, anno ab Incarnatione Domini 1369, Indict. VI, die 18 mensis Octobris, præsentibus reverendo Patre domino Paulo patriarcha Constantinopolitano, domino Nicolao Arenopolitano episcopo, religioso viro fratre Antonio de Athenis, interpretibus ad præmissa expositis, electis nostris reverendissimis cardinalibus ad

Digitized by Google

præmissa auctorizantibus, dictoque imperatore ab ipsis ad osculum pacis recepto, et gremio sacræ Romanæ Ecclesiæ aggregantibus, ut vero catholico Christiano. Sumptum de Registris papalibus.

Ἀθηνῶν, πρὸς τὸ τὰ ἀνατεταγμένα ἑρμηνεῦσαι, καὶ ἐκτεθῆναι ἐκλεγέντων, τῶν αἰδεσιμωτάτων Πατέρων τῶν κυρίων καρδιναλίων ἐπιτρόπων, καὶ τούτων αὐτῶν τῶν ῥηθέντων κυρίων καρδιναλίων τὸ κῦρος ἐπιδιδόντων, τόν τε εἰρημένον βασιλέα ἐν ἀσπασμῷ εἰρήνης προσδεχομένων, καὶ τῷ κόλπῳ τῆς ἁγίας Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἐπισυναγόντων, ὡς ἀληθῆ καθολικὸν Χριστιανόν. Εἴληπται ἐκ τῶν παπικῶν Κωδίκων.

FINIS TOMI CENTESIMI QUINQUAGESIMI QUARTI.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google